



VVA.BSCH

7.240

UVA.BSCH

VVA.BSCH

R. 137. 102.
3240
I N
A V I C E N N A E
P R I M A M P R I M I,
A D
P H I L I P P V M I I I.
H I S P A N I A R V M, I N D I A R V M Q V E
Regem potentissimum.

A V T O R E

ANTONIO PONCE SANTACRUZ
*Olim Primario Vallisfoletano, nunc autem à Cubiculo eiusdem Philippi
Quarti Regis Catholici, & Protomedico Generali.*

TOMVS PRIMVS.

Accessit libellus aureus eruditissimi viri Doctoris Alphonsi de Sanctacrucis, dia deſideratus, modò filij ſui operâ in lucem editus: De Melancholia inſcriptus.



M A T R I T I,
A P V D T H O M A M I V N T A M
Typographum Regium.

ANNO MDCXXIII
W.A. B.S.C.H.

A V I C E N N A E

P R I M A M P R I M I

A D

P H I L I P P V M I I I

C I A R V M Q V E

H I S P A N I A

anonym.

Es de la Biblioteca de la Real Universidad de Valladolid.

R

A N T O N I O P O N C E S A N T A G R A N

Opera Primae & Secundae Editionis auctoritate & consensu Regis & Regine Catholice Majestatis

T O M V S P R I M V S

Amstelredami in Officina Typographica Johannis Weyjersii, 1717.



M A T T I E
A V I D T H O M A M I V I T A M

W V R . B S C H

YO Lazaro de Rios Angulo, Secretario del Rey nuestro señor, que por su mandado hago oficio de Escriuano de Camara, de los que en su Consejo residen, certifico, que auiedo visto por los señores del vn libro en quatro cuerpos, el vno intitulado *Disputationes Philosophicae in Primum Primum Aristotelm. Otto: De Philosophia Hippocratica, sive de his qua physici scribuntur in Hippocratem. Otto: Exaltissima Disputationes de Pulsibus &c.* Y el quarto *Dignitas & cura aff. Sub M. Iacobolicorum.* Compuesto por el Doctor Antonio Ponce de Sanctacruz, Medico de Camara de su Magestad, que con licencia de los dichos señores fue impresso, tallaron cada pliego de los del dicho libro, a quatro maravedis y medio, y parece tener ciento y setenta y quatro pliegos, sin los principios y indices, que al dicho respeto, monta setecientos y ochenta y tres maravedis, y a este precio y no mas mandaron su venda, y que esta tasa se ponga al principio de cada libro de los que se imprimiere. Y para que dello conste, di el presente, en Madrid a diez y nueve dias del mes de Agosto, de mil y seiscientos y veinte y dos años.

Lazaro de Rios.

Errata, in Auicennam sic corrigito.

Fol. 10. col. 1. l. 19. dispositio, lege dispositio. fol. 13. col. 1. 3. et c. lege, ledi in orbibus. fol. 10. col. 2. l. 1. serm. lege. Fecit. fol. 1. col. 1. l. 4. 5. atque pariter, atque pariter rationem, lege atque pariter virtutum. fol. 4. col. 1. 3. mirum, lege 2. Amara. fol. 5. col. 1. l. 2. de his, lege de his in his virtutis. fol. 8. col. 1. 2. fluent, lege infuenter. fol. 11. col. 1. l. 10. 11. aperta, lege aperta. in quo conuenit quidam error, sic. fol. 11. col. 1. 14. imperant illi arti, & abolendum est.

Errata in Hippocraticis Commentarijs sic corrigito.

Fol. 5. col. 1. l. 41. progressio, lege progressio. fol. 6. col. 1. l. 11. sermo, lege intento. fol. 6. col. 1. l. 17. inter se, lege inter se. fol. 12. col. 1. l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

In Opere de Pulsibus.

A Fol. 1. v. 602 ad 11. inha est de causis inha. lege inha. fol. 1. col. 1. 49. conha, lege conha. fol. 1. col. 1. 10. conha, lege conha.

Liber hic super Auicennam, &c. Doctoris Antonij Ponce de Sanctacruz, qui Cubiculo Regis Philippi Quaresimense adest, correspondet suo exemplari dempsis his modis. Datum Madridi die decima tertia, mensis Augusti, Anni 1611.

Licenciatus Murcia
de la Llana.

Suma del priuilegio.

Tiene el Doctor Antonio Ponce de Sanctacruz, Medico de Camara de su Mag. y Protomedico general, priuilegio por diez años, para poder imprimir quatro cuerpos de libros contenidos en la Tassa. Su fecha en Madrid a 28. dias del mes de Diciembre de 1613. años. Pasó ante Lazaro de Rios Escriuano de Camara.

CIRCULO AVREO PHILOSOPHIA humana cum Divina connectitur: sed eius limina, in his sacris locis, reuerenter libat.

Ex Genesi.

Cap. 1. Firmavit Deus hominem ex limo terræ. Explicatur contra plures neotericos, in Auicennæ Opusculis. fol. 32. & sequentibus & in Hippocratica phil. fo. 7. & fol. 95. & f. 100.

Omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in alimentum, in Hipp. f. 43.

In quacūque die lignum prohibētū degustaueris, morte morieris, Opusc. in Auic. fol. 93.

Et spiritus Domini ferebatur super aquas, in Hipp. fol. 10.

Faciamus adiutorium simile sibi, in Hipp. philof. fol. 153. & f. 158. col. 2. & fol. 159. col. 1.

Ex Exodus.

Cap. 21. Si litigauerint duo uiri, & percussit quis mulierē, &c. De formato, & non formato factu, breuē differitur, in Hipp. fol. 92.

Ex Leuitico.

Cap. 11. Non comedis leporem, neq. hyxnam, in Hipp. 143. c. 1.

Ex Isai.

Cap. 55. Et quomodo descendit imber & nix de celo, & illuc vitra nō reuertitur, in Hipp. f. 34. c. 1.

Ex Psalmis.

Psal. 103. Confessionem & decorem induisti, in Hipp. f. 115. c. 1.

Psal. 118. Legisti manus meas ad mandata tua, in Hipp. 111.

Psal. 155. Qui tecum celos in intellectu, in Hipp. 73. c. 2.

Qui facit Solem orbis, ibidem.
Et uincit spiritum tuum, & creabantur, &c.

renouabis faciem terræ, in Hipp. f. 58.

Ex Ieremias.

Ezechielis visio explicatur, contra Vallesum, afferentem plures formas in homine, in Hipp. f. 101. & seq.

Ex Sapientia.

Cap. 7. Decem mensium tempore coagulatus sum, in Hipp. f. 125. & sequent.

Ex Ecclesiastico.

Generatio præterit, & generatio aduenit, in Hipp. 32. col. 2.

Ex Cantico.

Cap. 15. Manus eius tornatiles, in Hipp. fol. 111.

Ex libro Iob.

Cap. 13. Qui quasi potredo consumendus sum, & quasi uellimentū quod comeditur à tineis, in Auicenn. fol. 93.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum superest sepulchrum, in Auic. fol. 93.

Cap. 7. Quare me posuisti contrarium tibi, & factus sum inimicus ipsi graui. in Auic. fol. 106.

Manus tuæ fecerunt me totum in circuitu, in Hipp. f. 111.

Ex libro Luce.

Locus de sapore Domini, à nullo quem uiderim, sic explicatur. Iudicent docti, Opusc. 6. in Auicenn. f. 135.

Ex Maltheensi lib.

Ignis asseruatur tantū in parco sicco, in aqua crassam edueris, in Hipp. f. 18. c. 2.

F L N I S

PHILIPPO III.
HISPANIARVM,
INDIARVM QV

REGI POTENTISSIMO.



ANTEQVAM in Regium cubiculum Tuz Maiestatis ascenderem, POTENTISSIME REX, maiorem vitæ partem (publicè legendo) consumpsis; Primò, Vespertinâ; Secundò, Primariam Cathedram gubernans, in illa antiquissima Vallisole-tana Academia à Gloriosis Hispaniæ Regibus erecta & condecorata. Vbi literario conflictu ad scientias maximè necessario, aliqua elaboravi, infantiam nostrarum lucubrationum, quæ discipulorum precibus obstructus, ad illorum vtilitatem in hoc primò Tomo coniunxi. Reliqua ad secundum, quia posteriora, post duplicatum Poetæ tempus, maturescunt. Expectabant TVÆ MAIESTATIS Fulgorem, & tandem ad Regios pedes deuoluta, SACRUM PHILIPPI QVARTI Nomen implorant, vt quæ diu iacuerant, leuata viuant; & desideratis Augustis luminibus, sine obliuiose obscuritatis metu tranquille illustrentur. Et vt initio huius Potentissimi Imperij, Hispania virore iustitiæ, & æquitatis florescit; adolescis enim ætate, & iuuenescit Regnum, vitijs depulsis, debellatis superbis, & ambitione tumidis collapsis, inimicis Fidei Catholice bellico terrore repressis: ita inter istas subitas ad salutem publicam mutationes, non mirum quod laboriosus & præ vetustate lapideus noster foetus, felicè transmutatione rerum, quasi restata impulsus tandem exiret: & Diuina necessitate ductus (vt paruuli vbera) Regiâ Auram adspiret, vt vitale principium, à quo vitæ primordia. Nam vt Plantæ Solares, folia noctis torporem fugientia concludunt, & ad iubaris radios extendunt, splendidamq; illius faciem amoris igniculis inflammate non deserunt: Sic nostra Opuscula, inter Magnos Philippos, TE QVARTVM, vt Maximum Solem Quarto Cælo collocatum, suspicient temper, & adorabunt: vt hac saltem ratione felicissima & secura glorientur. Felicissima, quod tanto Principe ad bo-

num vnuerſi exoriente, orientur & ipſa, Regijs ſplendoribus præfulgentia, ad cumulandam rei literariæ ſupelleſtilē. Secura, quia, vt inſignia Regiã, ædibus, Prætorijs, Ciuitatibus, appendimus, contra vim & proteruiam, ſic ſacrum nomen PHILIPPI, noſtrorum operum fronti, contra calumniam & liuorē. Volitent iam per duos Orbes, quos moderaris, clamitent, (veriùs, quàm auiculæ ille Pfaphonis) MAXIMVS PHILIPPVS. Illæ fallaci & vaſtro conſilio inſtructæ ærem verberabant, ſtolidos ſeducabant. Libelli noſtri AVSTRIACAM MAIEſTATEM, omnibus deſideratam & amabilem, quam Deus Optimus Max. vt Eccleſiæ propugnaculū tuerit & ſeruat. Hæc prædicat: Non ærem, ſed corda implent. Imò non implent, ſed iam afflata, aut excitant, aut profuſis gratitudinis gaudijs comitantur. Eia, perenni modulatione referētur ſenilis organa vocis, aliquãdo Gymnaſijs Valliſoletanis concluſa; liberiori iam expedita ſpatio, & nomen Maieſtatis plenum, & muſcula illi dicata, cum omniū admiratione decantent. Quia non deſpicias, ſed aſpicias puſillum aquæ tuſmet ſuius extractum, manibus agricolæ, nam & vaſcula deſunt: talis eſt paupertas, quæ diuitias tuæ liberalitatis expectat. Triumphans ſemper & incolumis viuas POTENTIſſIME REX, & poſt Neſtoreos annos cæleſti Corona (quam terrena inchoauit) perfruaris. Matriti, ex noſtro Muſcolo, nonis Iulij. Anno 1622.

POTENTIſſIME REX,

Regios pedes tuæ Catholicæ
Maieſtatis oſculatur

Doct̃or Antõnius Ponce Santacruz, Medicus
à Cubiculo & Præſo medicus Generalis.

AD ERVDITOS.

Non est ita vitandum, ut nemo nos sentiat vixisse: ergo neq. ita docendum, ut nemo nos dicat docuisse. Nam si sanctis legibus gubernari, ut (obsecro) citumulari: Nonne quasi vinum exemplari poteris ad vitantis studium plures incendere? quo nil vtilius, nil amabilius, nil Deo ipsi dignius excogitari potest. At si corruptis moribus marcescit, & vita si decuraria in otio scivota, fallaci quadam pace perfingitur, nonne vides animi tubem augeri, non secus atq. patrescunt aque, quando lateentes & umbra opaca torpent metu, quasi vitali spiritu privata? Igitur si bonus es, non lateas, ne fias invidiosus: si malus non occulteris, ne manens incuratus. Si doctus scribo, ut fruamur: si indoctus, loquere, ut corrigaris. Hæc certe præcipua causa fuit, qua labores nostros (et si exiguos) mitti in lucem: ut si aliquid habuerint splendoris, ex divino fonte misericorditer per ductum in alios itidem benivolenter currant: ut si in lucis obtineant an ignem conspicuum, depuratis fuliginibus doctissimorum censurâ transmittentur. Humana gloria cupiditas ad id etiam poterat excitare: hanc & homini innaescitur, & ipsius natura principijs suffulta semper increscit. Sed, ut ingenio fatear, igniculos huius desiderij tenuitas ingenij, & Christiani spiritus moderatio si non restituit prorsus, temperare saltem, & certis finibus circumscribere nos docuit. Calcar esse ad scribendum nominis celebritatem agnosco: sed cum ea iudicio hominum interdum non rectè sententiam nitatur, ut inanis, & vana, & animi celsitate indignum, æstimavi semper minoris. Si quis enim stultus Turco Christiano ad scribendum esse debet, una est certi Dei gloria, patria iuvanda studium, & communis Republica vtilitas. Hæc me sine assensu sequentium tamen, Deus locupletissimus testis est. Cui si grati operis, acceptumq. fuerit, quod vtilitatis philosophica, & antiquitatis venteranda causa diu iam elaboravit: si ingenia excitentur, si disputationibus inflammentur, si quos sparsit aliquorū philiauitio, destruitus errores: gloriose, necne de me sentiat posteritas, haud magnopere laboro. In hoc ergo primo meorum opusculorum como (per omnes medicinae partes Deo dante digesturus) partem naturalem complexus, Primam Primi interpretor, iuxta nostri & Universitatis statuta, qua Avicennam primarij explicandam decreverunt. Tanta semper fuit huius Philosophi autoritas, & vtilitas. Coniunximus præterea ob argumenti similitudinem nostram philosophiam Hippocraticam, multis iam annis excultam & desideratam. Equidem Primam Primi Avicenna scholasticis verbis, & potè iuvenibus prælectam, quibus prodest stricta disputantis loquutio, & obest Ciceroniarum splendor, aut Pliniana obscuritas: tamen Hippocratis sententias nitidiori sermone perstruimus, nihil detrahentes subtilitati scholastica. Hoc enim exposcebat Autoris gravitas, & eruditorem consuetudo (cum eruditus enim eo loco versatur) Ibi instituitur iuventutem, hic perficimus. Utinam omnia ad laudè Omnipotentis Dei saluti efflorescant prouentus.

Rolanns, Heurnius. & alij, sub compedio Medicinam tradere conati sunt; non sine manifesto ignorantie periculo: cum rerum causas relinquētes, propositiones, & diffinitiones quasdam non elaboratas, solum attingant; opus magis ad memoriam quam ad intellectum pertinens. Tantus fuit breuitatis amor. Alij ita diffusè scripserunt, & volumina auxerunt, vt vitam breuem, ad tam longam dixeris lectionem. Aliqui nimia disputandi subtilitate, vsque ad scepticam hæsitantiã, res alioquin certas deduxerunt. Et cum viderem discipulos compendijs lædi, & sermonis dilatatione deterreri, mediam viam eligere decreui, breuitatem illam exoptans, quæ moras rumpens intempestiuas, nihil detrahit cognitioni iustorum, vt dicebat Ammianus Marcellinus.

Ad veritatem extrahendam (in fundo latentem, vt aiebat Democritus,) antiquos, sapientiæ præoptuarum, & veneramur & defendimus; fixas in dubijs conclusiones demonstrantes. Sic enim, & viuorum inuidiam, & defunctorum indignationem vitamus, vt graniter assererat Plato.

Si verò in disputando minus modestè loquor contra opiniones aliorum, equidem non auiditate carpenti, aut deprauato animo: sed impetu, & seruore dicendi in scholis adquisito, & nunquam pro ratione meæ ætatis, & muneris exactè derelicto. In quo genere licet plura ab istis scriptis eradicaui, cum Typographis adfui; tamen non omnia, ob meas inexcusabiles occupationes. Fateor tamen meã nimiam in alienis euertendis opinionibus licentiã: cum talis sim, vt non solum à viris doctissimis, cum quibus disputo, sed ab ignorantibus, debeam expectare, & suscipere doctrinam.

INDEX RERVM NOTABILIVM, QVAE IN OPV- sculis in Primam Primi Auicennae repe- riuntur.

A



Causas resistere potest ab alio
accidente. fol. 189.
Accidens dicitur ab alio acci-
dente. fol. 153.
Actus perfecta potest esse, &
non emanans forme parti-
culari. 34.
Actio non est principium agere

di. 189. c. 1.
Aegritudo & pinguetudo cause omnes rimantur. An-
dreas Laurentius, & alij testantur. fol. 66. &
67.
Aer vitium ceteris nostris corpora. Coelius, & Pe-
trus Garcia testantur. 86.
Aer magis temperata appetitur a forma & que-
re. 117. c. 1.
Aetas constituitur late explicatur. 75.
Aetas plantarum. 73.
Aetas dei. ibid.
Aetas creationis mundi. ibid.
Aetas esse fecundam naturam, quo modo sit in-
tellectus. Contra Petrum Garcia Complut
testatur. 17. c. 1.
Aetas distributio. 71.
Aetatis temperis quomodo differat a natura.
75.
Aetatum numerus varius ponit variis fines divi-
dentur. 71. & seq.
Albertus Magnus notant circa causas nostras. 118
118.
Aluminis defensores delibentur. fol. 11.
Alimenta quantumvis perfecta cauantur sinecha-
tion & maricem, licet alia ex parte consistant.
89. c. 1.
Alimentum quatenus selectum habet partes di-
versas, quantum aliquid in cetera abest.
Contra Carrethum. Lucas pulcher. Dns Thom.
97. & 98.
Alimentum quod suscepit Diemius post suam
Resurrectionem, aut quod fuerant corpora
gloriosa (si expedit) in quam fuerat materiam
mutatum. 98.
Alimentum non potest totum in nostram substans-
iam converti. 8. d.
Alimentum non sinitur partem viventem doctri-
se, ut consistantur in nostram substantiam, ut fal-
so ponit Albertus Magnus. 119.
Allego Laurentius late destruitur in tractatu de

Principio cordis. 277. & sequentibus.
Animalia perfecta (que nullo modo scilicet
poterant non possunt a corpore celesti produci
ut elementis. 146. c. 1.
Animalia omnia aut habeant omnes sensus, sicut
omnia habent tactum. 177.
Anima non devertitur sibi per se dum est in
corpore. 129. c. 1.
Anima non dicitur facta a Peripateticis. fol. 207.
61.
Animi & corporis motus cause sinecha-
tion. 96.
Appetentiam, & inappetentiam ventriculi non
esse simpliciter facultates naturae ventris
si probantur, ut minus attente dicit Galenus. 212.
61.
Appetitus dicitur non esse potentes in se. probatur.
ibid. c. 1.
Appetitus an potest laedi sine lesione potentie col-
lectivae. 116.
Appetitus simpliciter an per totum animal sit exten-
sus. 111.
Appetitus & sensus an sint in eadem parte. 117.
Astra bila an sint potius ex bile subtili. Causa occi-
dit aduersus Argentum. 176. c. 2.
Attractionis cause a Galeno dicitur esse 2. an al-
ios modorum de attractione nota explicatur. 2. fol.
143. vbiq. ad fol. 148.
Auctores opinio referantur consistentes sicut 30.
118. c. 1.
Auctores locum dicitur formas elementorum
mutare in mixta, non est appetitus ab Auctore. 4.
c. 1.

B

Bernardus Paternus non explicat quantum sit
in dicitur, que dicitur Glos. 1. 154.
Bilis quod 7. 180. generatur ab hepate in suis caliditate
118. & 129.
Bilis rubra quid sit. 161.
Bilis naturalis que. ibid.
Bilis vitium spuria sanguinis. ibid.
Bilis naturalis color. 161.
Bilis an sit subtilior sanguine. Gensilis refertur.
161. Vbi alij de coloratione loquuntur. c. 118.
c. 161.
Bilis que in venis residet a natura & condita. An-
dreas in se. Paternus. 164.
Bilis, que ad vesicam felleam transfusa tota, ex-
cauat difficultatem. 164. & 165.

I N D E X.

Ubi an generetur in vesica felice. *Dalsius contra Archangelum Picochilium.* 164 & 166.
 Bili generatur naturam speciem diffusam explicatur. *Plures & exteriori verjucium.* 166. & sequentibus.
 Bili materia & minoris famae. 169.
 Bili species generatur naturam per alterationem generatur. *Ibid.*
 Bili purior sine porracea. 170.
 Bili porracea an in ventriculo generetur, *Ibidem.*
 Bili cinaria vtriam vicio animali generetur. *Disputatur contra Vallesium.* 171.
 Bili cinaria an possit morbos facere. *Ibid.*

C

Calor an demigret rem in quam agit. *Vbi de latitudinibus factis per additionem.* 177.
 Calor an congreget & disgreget, ut ferat comma. *Ibid.* 11.
 Calor directus à superiori agente congreget arborogena. *Ibid.*
 Calor vtrum aequalis in pueris & adultis. 76. & seq.
 Calor naturalis quo pacto vivencia ad mortem deducat, latissime disputatur, à fol. 86. usque ad fol. 91.
 Calor licet sit instrumentum anime, corruptus non sit corpora. *Contra Vallesium, ex elegantia loci.* *De I. hinc.* 88. & 1.
 Calor impossibile est, ut cuiusvis modo penetrans partem, in qua est. 89. & 90.
 Calor non calefacit suam partem, sed graduatim ut suam partem. *Subtiliter declaratur distincta natiatio.* 105. & 106.
 Caloris corruptio & confirmatio contingit sicut in igne illo & gemmato. 101. & 101.
 Cardanus ab usque dicitur, cerebrum hinc hinc, & frigidissimum apertissimum esse ad sapientiam. *fol. 14. & 15.*
 Causa incognita vite etiam cause sunt mortis naturali. *Contra Synephoram, & alios.* 108.
 Cerebri temperies. *Contra Cardanum.* 70.
 Cerebrum est proximum & determinatum sensus, & motus animalis principium. *Offenditur, fol. 131. & reijcitur Laurentius.* *Ibid.*
 Celsipius resistitur affectus elementa, & mixta non esse subauctas, quia ordinantur ad alta. *fol. 11.*
 Christus Dominus nosse si sensus excludit motum utrumque, an modum aliquem sensibilem incurreret. *Contra medicum non habens banar, sed deo instruit.* *fol. 115. & 117.*
 Cognitionem fieri ab interno re. *per seipso putabile.* *Vallesius sine pido placet, & delectatur ab imaginatione Petri Caraccioli.* *fol. 90. & sequentibus.*
 Cognitionem que celebratur in nostro corpore, an. *177. & 146. 1.*
 Cognitionem non posse necitari quo pacto intelligatur. *178. & 1.*
 Colla que tanquam obstruit via inter intestinalia & vesicam. *178. & 1.*
 Compositio naturalis an possit mutari. 111.

Compositio vtriusque natura vtriusque non infertur. *Contra modernos.* 164. & 1.
 Compositio naturalis partium casus est mortis naturalis. *Debitur Ferno Garcia.* 91. & 1.
 Cor esse primum ractum que ab aliis movetur, & non impetu ab aliis. *per batur.* *fol. 119. & 109.*
 Cor licet principium omnium actuum corporalis, non quod non movetur aut remittatur sensus & motus. *176. & 176. & 176. & 176.*
 Cor an sit in aeternitate & immutabilitate, *Contra Arterium.* 121.
 Cor felix irascibilis, furax & concupisibilis. *Ibidem.*
 Cordis an sint applicanda auxilia in lesionibus vesicæ & motus. *Ibid.*
 Cordis temperamentum quale sit. *Resistatur Andreas Laurentius.* *Americus et alii.* 65.
 Cordis principium per quod quid appetitur. 121.

D

Demonstratio qua probat Arteriam constitutam mortis naturalis. 109.
 Demerito est vera actio. *Offenditur contra Capitanum.* 194. & 195.
 Dolor an procedat in fine motus naturalis elegantiter enotia modernis discutitur.

E

Elementa non nutriunt in opinione veterum. 121.
 Elementorum numerus duo. *fol. 1.*
 Elementorum forme an maneat in aëre. 6. & 109.
 Elementum quid sit. *fol. 9.*
 Experientia potest. *fol. 13.*
 Experimentum quid sit. *Ibid.*

F

Facultas an sit.
 Facultas an ponenda sit præter animam. 124.
 Facultas an differat ab anima realiter. 101.
 Facultas an possit separari ab anima. 187.
 Facultas quid sit. *terminatur Galenus & Avicenna.* 109.
 Facultas quod sit. *per seipso & instrumentum.* *non repugnat.* *Contra Argentarium.* 106. & 1.
 Facultas an sit in aëre. *Contra Sabonem, Selanum.* 106. & 1.
 Facultas nutritiva bruti & hominis & partium particularium inter se quo pacto differant. 172. & 111. & 1.
 Facultas generalis an differat à nutritiva. 175.
 Facultas productiva feminis an sit nutritiva. 174. & 1.
 Facultas feminis productiva an sit formativa. 177.
 Facultas generativa membrorum an sit nutritiva. 177.
 Facultas attractiva explicatur. 147.
 Facultas expulsiua dicitur à vesicula. *Contra modernos.* 148.

Fa-

Facultas remedia & cordis. 149.
Facultatis completa diffusio & nobis tradita, in qua aliquid a finibus diffinitioni Suarezii. fol. 104.
Facultatis diffinitionem enarrat Argenterius eum tere. Sed longe repellit. 101. & 103.
Facultatem sui potentiam quomodo diffinit Suarezius. Contra Petrum Garcia. 109.
Facultates esse potestas in recte probantur D. Tho. 101. & 103.
Facultates an ferunt ordinem in emanatione ab anima. 107. c. 1. Sanctus Thomas defenditur contra modernorum.
Facultates an manant in animis separata. 108.
Facultates an sint potestates potestates.
Facultates an distinguantur per actus & obiecta. 109.
Facultates recte diffinitur Galenus quoad vim motum. 107. c. 1.
Facultates quomodo fiant ab animis. 102. & 104.
Facultates rectrices non operantur medio temperamento, vt multi medici putant. Locus elegans S. Thome. 107. c. 1.
Facultates quo pacto diuidat Aristoteles. ibid.
Facultates omnes vt non ordinantur in eodem modo dicuntur in Phil. 116. 9. & ad 116. 111.
Facultates diuersae sunt in vna parte, semper animatores non aliquid peculiariter diuersitas, quod se tenent ex parte casuali quae facultatis. 111. c. 2.
Facultates animalium perfectiorum & imperfectiorum quomodo organa differant. 112. c. 1.
Facultates ministrant & ministrant an essentialiter differant. 116.
Facultates contrarias an differant à temperamento. 118.
Facultates sui potentiam esse potestas diuersas à temperamento. contra modernos ostenditur. 119. & 103.
Facultates à nutritione & assuetudine an sint diuersae. 11. & 103.
Facultates ministrant an quantos. 119.
Facultates ministrant an sint vitales. 120.
Facultatum materialis causa. 120.
Facultatum efficientis causa. 120.
Facultatum primo partem dicitur secundum Platonem, & secundum Aristotem. 109. c. 1. & 103.
Facultatum ministrantur commentis ostendimus contra modernos. 11. & 103.
Facultas in qua parte fit experimentum, vbi discutitur motus contra Lactantium Tancrobol. 117. & 103.
Facultas non est aliquid adiuuata. 121.
Facultas causa facultatum. 161.
Formae maximae existunt essentialiter formae elementorum. Elegans discussio contra Scotum, & plures medicos. 108. & 103.
Formae causa facultatum. 121.
Formae quae debent contineri in alijs quae in ordinem debent habere inter se. 10. & 103.
Formae medice, an necessario precedant vitium, & quando hoc fiat. 119.
Fulgur non est aliud, nisi differat omnia non differunt ostenditur Aristoteli, & Menasius requisitum. fol. 105. & 103.
Fulgur est esse constantia motu naturalis. ibid.

G

Galeni diffusio in lib. de Materia non potest omnino vna esse cum in diffinitio de colore radicali parabolis. hinc. 107.
Galeni de animi plantatum quod ferunt. 111.
Gentilis translatio quae & deitamentum de ratione Hicre Phosphor. 114. c. 1.
Gentilis a fibris Vascifidis hinc tandem defenditur circa opotium de temperamento parabolis. 111.
Gentilis laet reprehenditur circa resistentiam corporis in parabolis. 111.
Gentilis refutatur, quia dicit nutrimentum esse prout vitali. 114.
Gentilis reprehenditur, quia putant, vnam internam potentiam necessitatis indigere aliam, vna, vt videtur de suo proprio obiecta. 117. c. 1.
Gentilis & Aegidius Romanus refutatur agens de resolutione hominis. 120.

H

Henricus magister Auctor existimatur, nullas formas esse, has posse generare sibi similes. Opus magistri elegans. 11. c. 1.
Hepar an vltimum. 101. & 103.
Hepar descriptio. 118.
Hieronymus in Angelis notatur subtiliter, quia dicit, temperem ad esse, potest requiritur forma, quam non potest ad medium esse. 6.
Hippocrates primum dicitur & probatur diffinitio partium in lib. Quae loca Hippocraticae Petri Garcia non aliam an esse videtur.
Homines duo studium proferunt temperamenti, & vultus suos temperant. 6.
Homo ex limo terra formatus, quo pacto ex partibus debet. 19.
Homo vltimè potest ex vno solo elemento factum la com uno parabolis de materia, confirmari, quare non est quantum vultus & diuina esse, & ad vultum Aristotelis. 118. & 11.
Homo non vultus loquendo in se potest produci ex vno solo elemento à corpore ceteri, imò nec aliquid animal potest fieri. 11. c. 1.
Homo licet vultus ex elemento vno, dolere. Explicatur Hippocrates. ibid.
Homo licet eum ignobilis, maxime temperata gaudet parabolis. 11. & 103.
Hugo Senensis, & Hieronymus Angelus, notantur circa opinionem de temperamento parabolis. fol. 111.
Humani a diuersitate & bonitas in quo consistit. 11. & 103.
Humiditas est quantitas quae addit Anticoma explicatione. 114.
Humores an ab hepate generentur. 111.
Humores non sunt in nostra corpora, est probatum. 110. & 103.
Humores sunt in massa sanguinis in vni, non in parte, quae non sunt in vni ad vni formam. fol. 111. per Hippocraticam. 111.
Humores transmutabiles sunt inter se, vt elementa. 11. 111.

Humo-

INDEX.

Humores vt mirantur, an debeant necessarii per
 quantos humiditates transire. 111.
Humoris distinctio declaratur. 111. & seq.
Humorem numerus probatur. ibid.
Hemorrh. generatio qualis sit an vitiosa, an equi
 uocata analogia, Elegans sententia D. Thomae
 cit. ca. hoc. 116. & seq.

I

Iecur non generat nullam sanguinariam (vt pu-
 talat Galenus) propter se, & ex accidente pro-
 pter alias partes, sed per se propter totum opo-
 rum. 111. & seq. Vbi vide elegantem discursum
 contra Galenum.
Infusum partes principales, sed quid influat, late dis-
 putatur à sol. 111. v. s. p. ad 187.
Infusa qualitas visibilis productur, contra quor-
 dam modernos. 181.
Infusa qualitas, aut spiritus, aut quidquid sit in
 vasis opines, quo pacto consistat ad actio-
 nes. 187.
Infusum qualitatem concretare materialiter ad
 actiones sensus & motus, ostenditur contra mo-
 dernos. 189. & 190.
Infusa partium in alias an dantur. 179.
Infusum quidditas, a quomodo explicet Gentilis,
 & illiusmodi explicatio & defensio. 184.
Infusum per quasvis & media descendit. 191. &
 195. Refutatur Laurentius.
Ingrediatio potest esse actio inveniendi, & sic alie
 actiones manifestant, quando sunt reductiones.
 19.
Irrascibilis vbi residet, neque confundenda cum vi-
 tali cordis. 111.
Irrascibilis & concupiscibilis vtrum sint potentie di-
 uerse, diffuse deservant à sol. 111. ca. v. s. p. ad
 161. 116.

L

Leonius Thomae non intellexit locum Ari-
 stotelis in parvis naturalibus de duplii contra
 opinionem ignis, late explicatur. 101.
Loco motuum non subieciatur in anima tanquam
 in subjecto quod, vt putant Tolentia, contra
 quos in distinctio. 197.
Locus Job 7. explicatur sicut ad rem de corruptio-
 ne naturali. 105. & 107.
Locus Euangelis. Medicorum honor explicatur
 etiam per de fadoce Dami. Noua iucubita-
 tuncula. 110. & sequentibus.

M

Materia prima non est causa motus naturalis.
 Contra Montanum. 101. & seq.
Medicina consensuata vt parat & exellit.
 Medicina est conscientia. ibid. & seq.
Medicina subalternatur philosophis, contra mo-
 dernos. 1.
Medicina quo pacto dividatur in speculatiuam,
 & practicum. 3.

Medicinae distinctio, & qualis illiusmodi. 1. ca.
Medicinae membra cui parti conuenit. Contra Cas-
 sinum & Scarium. ibid.
Medicinae distinctio. ibid.
Melancholia escians famem. 175. Autem de-
 fenditur.
Melancholia an ex peccate aduisione possit fieri,
 contra peritiam. Moderni verentur. 174.
Melancholia per aduisionem bilis vniuersa fit. Leo-
 nis discursus contra Argenterium. 174.
Melancholia quare non veretur per aduisionem
 in bilem. 174.
Melancholia vbi species. 171.
Melancholiam quare dicitur Anticoma esse debent
 171.
Membra distinctio contra Montanum defenditur.
 178. & 179.
Mercurius ignorat naturam temperamenti, &
 concluditur eundem. 19.
Mercurius falso dicitur, vt tempore in coactis
 resistit liquationem, & attenuationem, sicut
 in crystallum. 18. c. 1.
Mirandum esset, si aliquod mixtum esset homoge-
 neum. 116. 1.
Mixta naturalia sunt nature plantis facere me-
 dificentia, & ideo diuersa sicut fabreficit. 15.
 ca.
Mixta alia perfecta esse alia imperfecta quare
 fit intelligendum. 19. c. 1.
Mixta partium diuersitas quare sicut habeat. 14.
 ca.
Mixta diuersitas partium respondet eorum actio-
 ni virtutum. 114. 1.
Mixtum quo pacto resoluitur in elementa. 12. &
 seq.
Mixtum ex necessitate omnium elementum natu-
 ralius debet habere diuersos partes. 11. & se-
 quentibus.
Mixtum habet secundum temperiem responde-
 rem actioni partium inter se, sicut animalia, si-
 cut non patet. 12. 16.
Mixtum non repugnat fieri ex vno elemento cum
 aliorum quatuor. 15.
Mixtum potest fieri à corpore celesti ex vno solo
 elemento. 15. c. 1.
Mixtum carere vbi ad spiritum, vt modo intelli-
 gatur. 16. 1.
Mixtus potest sensibile fieri quatuor. 19.
Mixtus naturalis est necessarius, quare vniuersa
 natura esset infirma, late explicatur. sic. 190. &
 seq.
Mixtus naturalis quare aliquando conuertitur. 115.
 & seq.
Mixtus naturalis sine dolore contra modernos pro-
 batur. ibid.
Mixtus naturalis recte dicitur talis & sepe hie na-
 ture vniuersalis, & respectu naturae particularis.
 113. c. 1.
Mixtus naturalis quid sit. 117. c. 1.
Mixtus ex fame non est naturalis. Contra quor-
 dam Anticoma. ibid.
Mixtus naturalis ex parte potest velle fieri, sicut
 dicitur à ceteris modernorum. 11. 3.
Mixtus qualitates elementorum omnia sunt mo-
 tus, & sensibiles. Discursus. 101. 109.
Mixtus locali partium diuersitas dicitur elementis

in exakte probatur contra Petrum Garcia.
109. & 109.

N

N^o Veritas, & nutritiva potentia. Vide, Potentia nutritiva.

O

O^o Biechum cognitivum movet, vt *ibid.* fol. 223. c. 1.

O^o Biechum cognitivum à potentia cognoscitiva movetur
partim ad appetitum ex benevolentia in alia
parte. *Declaratur* cum Petro Garcia 224. c. 1.

O^o Biechum sine finaliter moueat, alio efficitur, non
est necessarium, vt potentia cognoscitiva, & ap-
petentes sint in eadem potentia parte, fol. 224.
c. 1.

Operatio vna quomodo compleatur per duos fa-
ctorum, 104. & 105.

Operatio cuius omnes ex professo examinantur. Hip-
pocritas celebratur. Multi modum expelluntur.
à fol. 179. vsque ad fol. 183.

P

P^o Accidit perpetua de vixit, 41. c. 1.

P^o Accidit aliquis homo, ex terra, & quomodo
ex aqua, ab eo exigit, & ita non omnes ab
Adam generati sunt, & filii dicitur, *ibi-
dem.*

P^o Accidit non est per se ipsum agendi, 96. c. 1.

P^o Accidit in materia non est in materia, 14. c. 1.

P^o Accidit in materia, quia ignorat contra Iohannem
de opere circa materiam comparantia, 16.

P^o Accidit in materia, 120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

P^o Accidit in materia, & quomodo, fol. 118. &
120.

Qualitas motuile mouent propriam partem in qua sunt. Subtilitas contra Petrum Gansii. 107. & 106.
Qualitas species non operans sunt aduersi. 191.
Qualitas inanimata aut copiam inanimata non causant motum in animalibus in aëre. Contra Serapionem & alios. 79.
Quantitas motu est actiua. 189.

R

Ratio non est actiua. ibid.
Resistentia nobis corporis respectu caliditatis motuificam maleplex. 98. & 109.
Ritus lesiva non mouent naturam temperantem. In de consideratur. 196. 1.

S

Sanguis generatio. 170. & seq.
Sanguis in partibus. 131.
Sanguis in dorso. Intra nos non extimetur, ut quidam abstruse putant. Sed ex continuo affectu. 96. & 109.
Sanguis esse calidum non probat efficaciter Vallesium. 133. & 109.
Sanguis defertur de temperantibus. ibid.
Sanguis coagulatio quomodo contingat. 136. & 109.
Sanguis optimi et radi tunc. 138.
Sanguis calidus in natura. 123.
Sanguis purior naturalis qualis. Paternus reperitur. 134. & 111.
Sanguis quomodo generetur ex pituita. 139.
Sanguis quomodo generetur ex aëre. Ibid. Reprobatur. 140.
Sanguis generatur in quatuor. 141.
Sanguis quomodo generetur in ventu longè à corde. Subtilis optimus. Quatuor. Si non operantur de motu à nobis probabile. 142. & 109.
Sanguis ex pituita quomodo generetur. 144.
Sanguis quare inest in nobis. 145.
Sanguis in natura circa Galeni doctrinam. 146. & 111.
Sanguis in quomodo committitur. In aëre. 147. & 111.
Sanguis ex pituita. quid sit. 148.
Sanguis in natura. Ibid.
Sanguis in natura propter significatio quid sit. Ibid.
Sanguis refutatur. Vasa in natura temperantem. 149.
Sicut opinio de permanentia elementorum in mixto suo forma perfecti in rebus. 150. & 111.
Sedentibus Perusia in intellexit Hippocrate in libro de Natura hominis. quid dicitur. Hæc in vasa esse non debent. 151. & 111.
Senectus quare dicitur naturalis. Ex Dico Thoma. 152.
Senectus in malis modis dicitur naturalis. 153.
Senectus naturalis est secundum naturam vniuersam lesionem in vasa fecerunt paruos. 154.
Senectus est vasa potestatem naturalis. Contra Argem. 155. & 111.
Senectus cum sit quædam potestas, mouet, & accidit, dicitur à potestate effectus. 156. & 111.

Senectus non datur in infirma causa effectus, quæ per se potestatem mouet. 157.
Senectus an perat manente motu, & c. contra. 158. 191.
Senectus non abstrahitur contra Astrologos. 160. & 111.
Senectus temperantem. 161. & 111.
Senectus an terminetur diffusile temperantem alienis, disparatur. 162. & 111.
Senectus in natura est aduersa. 163. & 111.
Species diuersæ in ostri possunt eodem profuit temperantem sicut in natura dicitur eisdem specie. 164. & 111.
Spiritus vitalis causa est senectus. 167. & 111.
Spiritus vitalis à quo producat. 168. & 111.
Spiritus vitalis vbi natus. Contra modernos. 169.
Spiritus vbi generatur. 170.
de Spiritu vitali tria dicitur à abstrahitur. 171.
Spiritus animalis an sit. 172.
Spiritus animalis causa. 173.
Spiritus animalis an sit. 174.

T

Tactus quid, & quomodo cognoscatur. 175. & 111.
Temperantem cause omnes quatuor perpenduntur. 176.
Temperantem causa effectus. Ibid.
Temperantem ratione differant. Vide perenda, & quot sit. 177.
Temperantem quomodo differat à incantem. 178.
Temperantem vbi in aëre duo sunt. 179. & 111.
Temperantem in hoc pacto differant. 180. & 111.
Temperantem quid sit. Contra Ferretum ex rebus antiquis. 181. & 111.
Temperantem quod sit qualis sensum. 182. & 111.
Temperantem in natura Vallesium. 183. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 184. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 185. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 186. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 187. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 188. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 189. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 190. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 191. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 192. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 193. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 194. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 195. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 196. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 197. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 198. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 199. & 111.
Temperantem in natura dicitur. 200. & 111.

I N D E X.

Temperamentum adoleſcentie quale fit. 89.
 Temperantiam e viſibilitate quale fit. 81.
 Temperamentum ſenectutis quale. 83.
 Temperantiam ſignat. 47. & 48.
 Temperantiam cognita per tactum diſſe explicata. 49. & ſeq.
 Temperantiam ſicut corpus Domini noſtri Reſurrexerat ad pondus infantile inter ceteros homines. 42. & 43.
 Temperantiam ſicut corpus Beate Virginie (e inceperat abſque viſio peccato) etiam ad pondus infantile. 41. & 42.
 Temperantiam corporis cognoscitur ex virginitate. 48.
 Temperantiam corporis quomodo cognoscatur per tactum. elegantius diſſeritur. 49.
 Temperantiam corporis an habeat omnes actiones perfectiores. 51. & ſeq.
 Temperantiam an reſiſtat magis omnibus morbis, ubi multa de reſiſtentia. 57. & ſeq.
 Temperantiam an ſit longior viſa. 58. & 59.
 Temperantiam exaltam cuius alie partes poliunt ebullire in noſtro cor pore. 47. & 48.
 Thomas de Garbo conueniunt, dicens quod temperamentum aque diluans dari non repugnat per ſibiſum. & repugnat per ſeipſos. 40. c. 2.
 Thomas de Garbo ſare reſutantur, quia dicit inuenire eſſe calidiores. ibid.
 Trombetis quid. Trombi apud ſanctum Lucam. 116. & ſeq.

V

Valleſius exiſtē probat neceſſitatem motus. 112. & ſeq.

Valleſius cogitat, quia dicit dari temperamentum preſentiale ſubſtantialium, & non qualitatum. 56. & ſeq.
 Valleſius redarguit de temperamentis adoleſcentie non bene diſpoſita. 51.
 Valleſius non recte dicit cauſa ſenectutis eſſe cauſa morbi namque. 38. c. 2.
 Vbi & locus non ſunt actiua, ſicut & quando. 80. c. 1.
 Venies, & alia animalcula generantur in porris, non quia humidi ſunt (ve tabo putant Argentius), ſed quia congerunt plura excrementa. 91.
 Vitus nutritiua an perire poſſit in membro, manente viuitate vitali. 111.
 Vita vitum poſſit prolongari ultra debitam periodum. 113.
 Vitalis facultas an ſit in omnibus partibus. fol. 112.
 Vitens vitia tantum gaudet mixtione vitali nominata. Contra omnes eodemſi qui dicunt, mixtionem vitens diſſolu poſſit motum. 49.
 Vitensium gradus diſiſit Arriſtoles. 107. c. 1. & 108. & eius deſenſus.
 Vitensium diſpoſitio ad cognoscendam corporis temperantiam, adduſſe ab Aucenna, & explicat. 98. c. 1.

Z

Zabarella reſpondet multis modis in tractatu de Elementis. 400. 7.

F I N I S.



INDEX

OPUSCULA
IN PRIMAM PRIMI
AVICENNAE, PRO LECTIO-
NIBVS PRIMARIIS.

AUCTORE

ANTONIO PONCE SANTACRUVZ,
olim Primario Valliseletano, nunc verò a Cubiculo
Regis Catholici.





LECTIONES
PRIMARIE
 IN PRIMAM PRIMI
 AVICENNÆ.

IN HOC PRIMO OPUSCULO
 de natura Medicinæ differitur.

IN CAPVT PRIMVM.



AVICENNA vniuersam Medicinæ sciētiā traditoris, tanquam magnus Philosophus, ordine compositio tradit illa, quæ ordine resolutio adiuvant. Nam eūm

finis Medicinæ sit sanare humana, & homo consistit ex anima & corpore, & corpus ex partibus organis, & partes organæ ex simplicibus, & simplices ex elementis, impossibile est vel conservare sanitatem, vel amissam recuperare, nisi sanas prius, quibus fundamentis hæc sanitas innotatur. Ob hanc ergo causam incipit à tractatione de elementis, quæ quoad Medicinam sunt quasi prima corporis principia: quæ sunt supponamus, materiam, formam, & privationem reuera esse priora. Neque animæ contemplationem deseruit, de eius enim agit potentis, & affectibus.

Sed utroque elementorum doctrinam proponat, definit, & dividit Medicinam, ut sciamus quæ sit hæc facultas, quæ proficitur: quæ omnia, quæ aperta sunt: quod interpretet, non artingam, nisi solum illa, quæ aliqui auctores huius tem-

poris obscurant: ut sciant, non esse legendum Avicennam sine multis laboribus in Philosophia.

Avicenna

Medicina est scientia, quæ humani corporis dispositiones noscitur, ex parte quæ sanatur, vel ab ea remouetur, ut habita sanitas conservetur, & amissa recuperetur.

DUBIUM.

Cui nomen Medicina conveniat?

Sclanus, & Cassianus rejiciuntur.

Dubitant aliqui, cui nomen Medicinæ conveniat? Et ut intelligatur quid est id quod dicitur, consentiunt omnes Medicinam ad hanc omnimodam conservatricem, & curatricem. Dicunt ergo, quod sola est *Sclanus*, ratrix debet dici Medicina, proprie loquendo, quæ omnia extensum sit vocabulum ad significandam etiam conservatricem. Quod probant, quia Medicina dicitur à medendo: ergo sola curatrix dicitur Medicina. Secundo, quia curatrix est antiquior, & illa primæ obtinuit hoc nomen: postea innotuit sibi conservatrix. Et sic (licet largo modo) extensum sit nomen

A men

men ad consecratiorem, ut Geometria dicebatur, qui de plantis agebat, postea etiam ille qui de tollidis.

*Reprobatur
Sclanus.*

Tamen isti toto celo abierant. Primum, quia Medicina consecratiorem antiquior multo est, quam curatio: necipit enim cum ipso generis humani principio, nisi primo hominum insinuatibus notitia, quo pacto se consecraret, & data est illi materia Medica, nocebatque plantas & herbas salubres, & regionem salubriorem, &c. Et ante consecrationem data est illi arbor vite, quam insinuatibus erat, quam eibus Medicinalis & consecratiorem. Ecce quomodo incepit cum ipso homine Medicina consecratiorem, & eius exercitium.

Ex quibus potens Cassianus errorem alium colligere nam ut Medicinam sapienter faciat inferiorem, adducit verba sacra Ecclesiastici: *Artificiosus creavit de terra Medicinam*, quasi dicat Spiritus sanctus, Medicinam esse de terra. Non certe intellexit vir ille gratitatem istorum verborum: nam loquitur sacra Scriptura de materia ipsa medicamentorum, quae in terris nascuntur. Ita ut auctor scientiae Medicinae Deus solus sit, de terra vero extrahit instrumenta, quae adhuc antiquiora sunt ipso homine: creata enim fuerunt prius quam homo. Est ergo antiquior consecratiorem Medicina.

Tertio, morbis medetur insensibilibus, curatrix sensibilibus nam rigorose loquendo veraque curat. Consecratiorem nihil aliud facit quam dispositionem infernam impedire, ut illi possibile est, auferendo impedimenta, & applicando consecratiorem. Et sic tollit effectus praeter naturam. Curatrix autem sensibilis noxas propulsa. Ergo quanto magis est insensibilis mala curare, tanto praestat consecratiorem.

Quarto, si Medicinae parentis valet auctoritas, aperte libro de Veterina Medicina Hippocrates asserit, Diabeticam partem in veteribus excultam fuisse: quam ipse in libro de Dieta ad summum fabricium euexit, dicit quidem voluerit Plato lib. 1. de Republ. Diabeticam autem illustrior pars circa corpora sana versatur, & ob id Praedagogica appellata à Platone loco citato.

Sed vitio à sufficienti partium enumeratione probemus: Consecratiorem res tollere praeter naturam, ut Curatio: hinc discrimine adhibito, quod Consecratiorem blandè, & sine virium iadura procedat. Age iam Euclicia optimum habitum ser-

nat, moderando effectus & incensus caulam interram & extramuram. Salubres iam habet aliquid medicamentosi nisi tollit eadem impedimenta, sed magis medicamentosa est, quia corpora ipsa pertractat. Analytica inasirionem conualescentium curat. Prophylactica praeterita à morbis, late metes cautas auferens. Rursum partes alias recense, quae facie sunt Salubris Consecratiorem, Gerocomicen, Comoricen, & Commotien. Gerocomices semum defectus temperare docet. Comotien pulchritudinem tuetur, Commotien incaris amulij tegit turpiditatem. Ecce cunctas partes Consecratiorem, nihil aliud faciunt, quam humanam fragilitatem mederi: quorum ergo Medicinae nomen non meretur? Medicinae ergo nomen & definitum in praefata definitione rectè Auticena proposuit, ut per illud intelligeret facultatem, quae humanis corporibus medetur, sanitatem consecrando, ablati causis morbi istis, & temperatis causis inuitabilibus: & sanitatem amittam recuperando, ablati morbis insensibilibus.

Auticena.

CAPUT II.

Quod Medicina sit scientia.

Dices non esse scientiam, quia est ars secundo, quia fundatur in experientia, quae fallax est: tertio, quia agit de singularibus: quarto, quia adeo opinabilis & coniecturalis est, ut in omnibus suis partibus multoties à veritate discedat. Ex quibus quatuor rationalibus consistunt quinta, quod scilicet sit impossibile esse habitum per demonstrationem acquisitum. Haec sunt argumenta pro parte contraria.

Opiniones in hac re multae sunt: Argenterius, & sequaces dicunt, non esse scientiam, quia non semper demonstrat alij esse artem reflexivam naturae, & mensuram Dei. Sed Argenterius non rectè probat suam falsam sententiam, ut inferius magis explicabo, cum opinio Salui Sclani confutauero.

Argenterius.

Est ergo Medicina scientia, ut docet Auticena, & probatur: quia est habitus per demonstrationem acquisitus, & non per quamlibet demonstrationem, sed per Philosophicam. Nam quod debeamus sanguinem mittere in sanguinis multitudine, sic demonstrat Medicus ex Philosophia: Contraria modo se pellunt, sed inanis similitudo sunt: curatio: ergo modo se pel-

Auticena.

Conclusio.

pellitur, ergo curanda similitudo per cu-
cuationem. Vel clarius, ne dubites de in-
anitione, quod sit primarium quoddam
probabilis, quod febres sit refrigeranda. Sed
quia hæc nostra conclusio melius pate-
bit, cum probata fuerit subalternatio Me-
dicinæ ad Philosophiam, respondeamus
nunc rationibus contrariis, & statim vi-
debimus, quomodo subalternetur.

Aristoteles.
Ad primam dico, quod his nominibus
Arte & Scientia, solet Aristoteles indiffe-
rēter uti, ergo in rigore ars appellatur, que
ex particularibus incipiens habitum for-
mat in mente, directum circa illa singu-
laria, ut ars sutoria, aut fabrilis. At ve-
rō scientia habitum gignit, non per singu-
lares operationes acquirunt, sed per de-
monstrationes intellectus circa vniuersalia.
Et huiusmodi est Medicina, que appel-
latur ars largo modo, & non strictè, nimirum
ut alia scientia solent appellari artes:
quia ars, ut dixi, importat habitum acqui-
situm per singularia. At verò in quantum
dicit cognitionem certam alcius, sic
idem est quod scientia.

Ad secundam dico, quod Medicina non
fundatur, nisi in ratione & demonstratio-
ne per se, in experientia verò ut in quodam
cōplemento. Si autē est fallax, id cōtingit
nō ratione habitus scientifici, sed ratione
aliam conditionem, que sequuntur ma-
teriam ipsam medicamentorum, vel cor-
porum humorum.

Ad tertiam dico, quod agit de singula-
ribus, non ut singularia, sed extracta vni-
tate formati, & sub ratione vniuersali, ut
Philosophus facit.

Ad quartam dico, id contingere defe-
ctu artificis & scientiam non tamen defectu
scientiæ. Et ex his patet ad quintam, dici-
mus enim, quod Medicina est scientia ac-
quisita per demonstrationes.

DUBIUM.

Aristoteles.
Sed dubitabis. Nam Medicina est scien-
tia quædam ab experientia procedens,
ita ut sit scientia quædam experimentalis:
experientia verò non procedunt per de-
monstrationem, sed sunt quædam singula-
rium observationes; ergo non est habitus
per demonstrationem acquiris.

Et confirmatur ex Aristotele 1. Metaph.
circa principium, ubi ex mente Homeri,
& Polybij ait: Experientia generat scien-
tiam, in experientia verò fecit casum. Vbi
patet Aristoteles, scientias & artes ab ex-
perientia oriri.

Pro huius dubij solutione intelligendi
sunt termini huius dispositionis: experi-
mentū, potētia experientialis, scientia ex-
perimentalis, scientia doctrinalis. Experimen-
tū est actus quidam singularis, sive, ut pro-
prius loquar, est observatio singularis cir-
ca aliquē effectū, quod scilicet Sorti phle-
gmatico constat hoc emplastrū, qui effe-
ctus manet in mea memoria. Rursum ex-
perior aliud & aliud, & sunt multe memo-
rie, & illa memorie, sine experientia partia
les appellantur experientia rigorose. Potē-
tia verò experimentalis est id, quod resul-
tat ex talibus experientis: quam, si vi,
appella habitum; non enim est rigorose
potentia, nam Aristoteles 2. Ethic. ait, po-
tentias esse à natura. At verò hæc, de qua
philosophamur, non est à natura, sed cau-
sata à memorijs: & ob id dico, quod non
est potentia, pro vi distinguitur contra ha-
bitum; sed largo modo, pro vi potētia di-
cit habitum, vel cognitionem secundum
quam considerationem dicebat S. Tho-
mas, quod experientia in operabilibus nō
solum facit scientiā, sed etiam facit quen-
dam habitum propter consuetudinem,
qui facit operationem faciliorem.

Quid verò sit scientia experimentalis,
& doctrinalis, iam dicē. Non ergo loquimur
de scientia infusa, sed de scientia acqui-
sita. Hæc est duplex: alia acquisita per in-
ventionē; & talis presupponit cognitio-
nem experimentalem perfectā, vel imper-
fectam, & alia est doctrinalis, acquisita per
vniuersales propositiones, aut per doctrinā;
ad quā nulla est necessaria potētia ex-
perimentalis. Sed illa que inuentione para-
tur, vel est in acquire; & sic licet nō requi-
rit experientia in auditore discipulo, requi-
rit tamen illa in docente; vel est illa acqui-
sita; & sic requirit experimentum, ut melius
& fixius stabilietur in mente addiscentis.

Ex quibus patet, quid recura sit scientia
in suo puro rigore: est enim Doctrinalis
habitus per doctrinā acquisitus, nullis in-
digens experimentis de qua nō fuit locu-
tus Aristoteles, cū dixit, quod experientia
facit scientiā, sed locutus fuit de scientia
acquisita per experientiam. Quod patet
si consideres, plures scientias sine experien-
tia procedere: ut sunt Mathematicæ. An
non Astrólogos demonstrat esse quendam
motū, qui periclitur in triginta sex milibus
annorum; qualis reperitur in stellis fixis cō-
stans super polos Significi? Demonstrat
quidē, cum tamen nullas ab initio mundi
nec unam experientiam fecerit talis mo-
tus.

tus, siquidem nullus tantum visat. Præterea necessaria est hæc cognitio, quod omnis triangulus rectilineus habet tres angulos æquales duobus rectis; quod in omnibus triangularibus verificabitur: non tamẽ hoc ex multis memorijs experimentorũ proficiscitur: vt de arte, & scientia dicebat Aristoteles. Quod signum est, quod egerit ibi de scientijs, siue artibus per inuentum experimentalẽ acq̃uisitis, non de doctrinalibus.

Nunc artẽdenda est dubij propõiti solutio. Dicimus, quod Medicina habet duo excellentissimã: est doctrinalis ea parte, qua subalternã est Philosophiæ, quatenus traditur per principia physica, & per demonstrationes. Et præterea habet quod perficitur, & stabilitur per experimenta, per reductionem vniuersalium ad singularia, nõ aliter ac Philosophia, licet sit scientia demonstratiua, eius tamen finis est, id quod sensus iudicat, adserente Aristoteli 2. de Celo. Que licet in vniuersalibus sit necessaria, in singularibus tamen requirit aliquã experientiam, vt perficitur. Sic Medicina docetur per demonstrationes, confirmatur per experientiam.

Ex quibus patet dubij solutio, & explicatio loci cõmuni Galei 1. Artis mediandẽ, quando dicit, Medicina est scientia. Et paulo præf. Scientiã autem intelligi communitè, nõ propriè. Qui locus variè declaratur, sed reuera hinc habet commoãdã explicationem, quod scilicet Medicina licet partim sit doctrinalis, est etiam partim experimentalis, quia ratione inuẽta inclinatur ex sua cõditiõne ad experimenta, per quæ non solũ perficitur, vt dicebã, sed generatur quidã habitus ad facillẽ operationẽ, quod nõ reperitur in Philosophia, quia est speculatiua. At verò scientia rigorosã est habitus demonstratiuus, nullis vgens singulariũ obseruationibus, vel ad perfici, vel ad operari. Et in hoc significato Medicina nõ est scientia, sed largo modo prout scientia cõprehendit & experimentalẽ per inuẽtionẽ, & doctrinalẽ per demonstratiõnẽ.

CAPUT III.

Quòd Medicina subalternetur Philosophiæ. Ex D. Th. contra Neoter.

Est adeo apertum apud S. Thomam in Metaphysic. & alijs in locis, & in rigore Philosophico, quod Medicina subalternetur Philosophiæ, vt mirer Saluum Selanum, & alios ad negare. Et argumentũ præ-

cipuum illorum est, quòd Medicus intra proprios limites probat sua principia. Ita Hippocrat. lib. de Natura humana: Si homo vnã esset, non doleret. In quo libro numerum elementorum, & numerũ humorum probat ex proprijs principijs, non accedens ad Philosophiam.

Tamẽ isti fallunt: afferimus enim, quòd Medicina est subalternã Philosophiæ. Et probatur: quia cõsiderat quassã passiones cuiusdã entis nobilissimi, nõpe hominis, prout est mobile ad formã sanitatis. Ergo cõsiderat aliquod pertinens ad subiectum Philosophiæ. Nam vt Philosophus cõsiderat ens mobile ad formã, & ad vbi, & præterea cõsiderat entia mobilia, vt cõlũ & animalia, ita debet descendere ad cõtemplandã sanitatẽ humanã, & aggritudinẽ. Medicus verò idem cõsiderat, sed addit aliquid amplius, nõpe quòd cõsiderat sanitatem humanã, prout ab arte produci bilem. Et hoc vltimò circumferet Medicinam formaliter loquendo. Philosophus itaq; cõsiderat sanitatẽ à natura factã, & ibi terminat sua speculationem. Medicus hæc cõsideratã transit ad sanitatẽ ab arte: est enim minister nature: & sic simul vtitur beneficio nature & artis. Et hæc est pulchra ratio subalternationis Medicinæ ad Philosophiã, quæ defamatur ex S. Tho. de Trinit. qu. penult. art. 1. ad 5. cuius verba formaliter & fideliter referam, ait enim: Quòd aliqua scientia continetur sub aliã dupliciter: vno modo, vt pars illius; quia subiectũ illius est pars subiecti alterius: vt scientia de plantis continetur sub naturali vt pars; quia planta est quadam pars corporis naturalis. Alio modo cõtinetur vna scientia sub aliã, quando in superiori scientia assignatur propter quid eorũ quæ sunt in scientia inferiori: vt Musica continetur sub Arithmetica. Medicina ergo non ponitur sub Physicã vt pars: nam subiectum Medicinæ nõ est pars subiecti Philosophiæ secundũ illã rationem, secundã quam est subiectũ Medici. Nam quãvis corpus sanabile sit corpus naturale; non tamen est subiectũ Medicinæ, prout est sanabile à natura, sed ab arte. Sed quia in sanitare, quæ fit per artẽ ars est ministra nature: quia ex aliqua naturali virtute sanitas perficitur auxilio artis, inde est, quod propter quid de operatione artis oportet accipere ex proprietatibus rerum naturalium: & propter hoc Medicina subalternatur Physicæ. Hæc sunt verba S. Thomæ.

Secundò probatur cõclusio: quia Philosophia

Hippocrat.

Conclusio

Aristot.

Galei.

S. Thom.

Selanus
notat.

osophia probat principia Medicinæ; ergo est subalterna. Probatum, quia non probat per superiores admodum rationes, ut Metaphysica; sed per magis immediatas, v.g. quod febricitans debeat refrigerari, probatur sic: Contraria pellunt sua contraria, sed calor & frigus sunt contraria; ergo ad inimicis se expellunt; ergo cum febris sit calor aduersus, per frigiditatem expellitur. Et ob id dixit Auicenna c. de elementis. Medicus Physicus credere debet, quod elementa sint quatuor, in quantum omnes probationes Medicas reduci debere ad Physicas, quibus assentiri debemus.

Ad argumenta modernorum respōdeo, quod ibi Hippocrates sinit rationes magis proprias, siue magis immediatas: omnes tamen probantur à Philosopho. Nam quis docet quid sit dolor, nisi Philosophus? quis docet quid sit vnum, nisi Philosophus? Preterea tota illa probatio Hippocratis fundata est in famosa illa contrarietatis natura; quod scilicet contraria sint quæ mutuo se pellunt: nam arguit Hippocrates, supponendo, quod dolor sit à contrario & dissimili.

CAPUT IIII.

Quomodo diuidatur in speculatiuam,
& practicam, ex mente D. Thomæ
contra Neotericos.

Montanus irridet nostrum Auicennam, quod diuiserit Medicinam in speculatiuam & practicam, quia scilicet vna scientia non potest esse practica, & speculatiua, si-

quidem distinguuntur fine & obiecto.

Tamen notandū est, quod Auicenna diuisit ita Medicinam per maiorem, vel minorem approximationem ad finem, quod nunquam intellexit Morarius. Et hanc nostram solutionem esse desumptam ex mente ipsius Auicennæ in hoc primo capite, & ex eiusdem sententia 2. Metaph. in principio, referente D. Thome. 2. speculatiuam. 1. ad 4. super Boetium de Trinitate. Medicina itaque inspecto fine tota est practica: quia scientia practica illa est, quæ tractat de re operabili, & dirigitur in operationem, ut in fine. Sed illa pars quæ magis approximatur fini, dicitur practica: illa vero quæ magis elongatur à fine, dicitur speculatiua. Finis enim Medicinæ est conseruare sanitatem, & abigere morbos; ergo in vna parte, v.g. docet, quod talia apostematata sunt taliter curanda; & hæc dicitur pars practica: quia immediatè dirigit opus: in alia autem parte docet principia, ex quibus Medicus dirigitur ad operationem magis remotè: ut quod virtutes sint tres, & febris sint etiam tres, &c. Hæc D. Thomas locò citato ex mente Auicennæ.

Ex dictis satis constat, falli Antonium Zatarum Episcopum Perinensem, qui sectione 1. mem. 4. opinatur, medicinam practicam esse artem, & speculatiuam esse scientiam. Contrarium enim supra probatum manet, siue quæ duas, sed vnam esse.

Reliquæ partes definitionis notissimæ sunt. Quia verò totum caput de elementis explicari est in 2. de ortu & interitu, idem ad caput de temperamentis accedemus, quasi epilogo facto prius tractationis de elementis.

OPVSCVLVM II. DE ELEMENTIS.

CAPUT PRIMUM.



Elementa duo numerata adimplent, ut colligitur ex Hippocrate lib. 1. de Diætâ, à quo desumpsit Aristoteles: nam mundi constitutione, suis locis constitunt.

Secundò, mixtum componunt, Auicenna ergo plura docet in isto tractatu, quæ pertinent ad elementa, in quantum mundum contribunt: agit enim de eorū qualitatibus motibus, de locis eorū. Ex Philosophia mittitur principia, &c. Nos ea consideramus in mixto: hoc enim ad Medicinam pertinet, reliqua ad lib. de ortu & int-

Supponimus, quod elementū licet variis modis definiatur, tamen proprie nihil est, quàm id ex quo primum aliquid fit, & in quod resoluitur: ut litera est elementum syllabæ. Sic in mixto, ut mixtū est, dicitur minima pars mixti: quia ex elementis mixtum componitur, & in illa resoluitur. Hæc explicatio quædam est, non definitio: mouit enim Plato, in Theæteto, elementa Platone neque ratione, neque definitione habere. De auctore mixtionis efficitur plura Hippocrates in lib. de Diætâ, ubi videndum est nosse labor, in pluribus textibus. Causa ergo efficiens mixtionis est calum. Causa

Mentum
refutatur.

D. Thomas.

*Vide causas
temperamen-
ti inferius;
& intelligi
quomodo ca-
li dicatur ef-
ficis mixtio-
nis.*

miscens instrumentalis immediata est calor ignis regulatus ab aëre, & reliquis elementis. Causa materialis est materia ipsa elementorum. Causa finalis est mixtura terminans. Omnem tamen sermonem de elementis, ad lib. de ortu & interitu remittimus cum Avicenna, qui ait in precedenti capite illos errare, qui illas tractationes ad Philosophiam non referunt. Attingam ergo ea solum, quæ maximam viam præbent ad ea, quæ inferius proponenda sunt.

CAPUT II.

Quid sit impossibile manere formas elementorum in mixto.

*Vide elegan-
ter discorsum
contra Valle-
sum, p. m. et
duas animas
in b. m. in
nostris appo-
erat. Philo-
soph. text. 45.*

Hæc quæstio non est penultima, quæ maximè necessaria est, & fundamentum tractationis de Temperamentis.

Pro parte affirmativa solet dici, quod illa sunt illi in mixto, à quibus mixtum dependet intrinsecè, & in fieri, sed elementa sunt huiusmodi. Probatur minor: nam 3. Metaph. definit Aristoteles, quod elementum sit, ex quo componitur res primò ipso inexistente indubitè in alià speciem.

Secundò, quia si elementa non manent formaliter, sequitur, quod mixtum sit non ens. Probatur sequela, quia quod componitur ex non entibus, est non ens: ergo si elementa sunt corrupta, sunt non entia; ergo mixtum componeretur ex non entibus; ergo esset non ens.

Et confirmatur ex communi modo loquendi omnium Philosophorum, dicentium mixtum componi ex elementis: sic sic Compositum mixtum; ergo adu sunt in mixto sunt corrupta, ergo non componunt: non enim est date modum. Nam componere, formaliter loquendo, dicit actum quandam participationem actualiter adimpletè compositionem.

Quintò, id videtur confirmari ex Aristotele agente de elementis in lib. de Generatione, ubi ait; Non contrahitur alterius, neque ambobus saluatur enim virtus eorum. Tunc sic: Non contrahuntur; ergo manent substantialiter.

Quintò, in mixto manent passiones elementorum, ergo manent elementa. Patet consequentia: quia passio est inseparabilè ab essentia. Antecedens probatur, quia in mixto manent qualitates, quæ sunt passiones elementorum.

Sextò mixto est alteratorum unio; ergo non corruptorum.

Septimò, quantum forma est magis eleuata, tunc requirit materiam magis eleuatam; sed forma mixti est magis eleuata; ergo requirit materiam magis eleuatam. Sed non potest eleuari ita materia nisi per formas elementorum, quæ mediante inter materiam primam, & formam mixti, ergo dicendum est, quod remanent in mixto.

Octauò, mixtum mouetur ab elemento predominantante; sed nihil potest predominari, nisi sit adu; ergo mixtum continet adu elementa.

In hac questione aliquæ sunt opinioniones prima attribuitur Avicenna, quod elementa manent integra in mixto; quæ probatur supradictis argumentis. Sed ego non potui talem sententiam in Avicenna reperire; neque in lib. Suffic. qui citatur. Quod in hoc capite, sed in alio reperitur. Quintò verò dicit, quod esse euidentissime est menti casus in generibus aut compositionibus, aut substantiis, &c. per esse non intelligit formas, sed esse quantitatum ad calor, frigus, frigus densitas non forma substantialis elementi, nisi tenore. Habet enim iste generaliter virtutes formarum ad illos effectus. Et ita Avicenna nec verbum de formis. Sufficit tamen, quod S. Th. huiusmodi dicit Avicennam profiteri ipsas formas, quamuis ego locum non viderim.

Secunda est Averrois dicentis, remanere manere ipsas formas; quia sunt adeo imperfecta elementa, ut remittantur, quasi fuissent accidentia. Hæc tamen opinio nullo modo peccat; est enim falsa: non supponit medium inter substantiam, & accidens, quod nullum est. Secundò, quia admittit, substantiam remitti, atque ex consequenti acquiri, aut deperdi per motum successiuum.

Tertia opinio est Isaacii Zabarella lib. de mixtione, ubi contra Averroem interpretari se debere; sic dicit quod duplex sit remissio. Alia cum mutatione speciei; Alia sine mutatione speciei. Si enim huiusmodi copie adiciamus in nam guttam aëri menti, remittitur color huius sine mutatione speciei; & dicitur minor albedo quæ amara. Et licet remittatur elementa, mutata eorum formalitate, remanent tamen aliqui gradus ipsarum formarum elementorum.

Sed hæc opinio est etiam absurdissima remissio illa cum mutatione speciei, non est remissio, sed substantialis corruptio. Et arguuntur eisdem auctoris verbis; Formalitas amittitur, ergo & tota natura elementum,

1. Cal. text.
2. & 2. de
nim. text. 2. q.
& 2. de Gen-
rat. text. 49.
& 4. Metaph.
Avicenna.

Averrois p.
de Cal. text.
67.

Zabarella.

Refutatio Za-
barelle.

mentis, nihilque remanet nisi materia prima. Præterea si inuenit aliqui gradus formatum, & aliqui fiunt amisti; ergo illæ forme sunt diuisibiles, & diuisibiliter acquiruntur. Et hæc erat opinio Auerrois.

Verum his opinionibus relictis nostra conclusio talis est: Impossibile est, quod elementa maneat formaliter in mixto. Dixi impossibile; quia sunt verba S. Thomæ, quæ in omnibus secuti sumus. Quobrem argumentum proprii ipsius adducamus ad probandam illam impossibilitatem. Angelicus Doctor in Quodlib. quodlib. 1. q. 4. ad 4. in hunc modum philosophatur: Auscurna potest formas substantiales elementorum remanere in mixto: sed hoc est impossibile, quia diuersæ forme elementorum non possunt esse nisi in diuersis partibus materie, ad quarum diuersitatem oportet intelligi dimensiones, sine quibus materia diuisibilis esse non potest. Materia autem diuisiua subiecta non innuitur esse nisi in corpore: diuersa autem corpora non possunt esse in eodem loco. Unde sequeretur, quod elementa essent in mixto distans secundum situm, & non erit vera mixtio, quæ est secundum totum, sed mixtio ad sensum, quæ est secundum minima iuxta se posita. Hæc sunt verba formalia D. Thomæ, quibus demonstrat istam impossibilitatem. Eandem probat conclusionem in tractatu de natura elementorum in mixto. Quod in loco probat secundo in hunc modum nostra conclusionem: Dux forme substantiales diuersæ & contrariæ requirunt contrarias & diuersas dispositiones; sed diuersæ & contrariæ dispositiones non possunt esse in eadem parte, ergo neque formæ, ergo impossibile est, quod in mixto sint forme diuersæ, nisi per interpositionem; & sic non erit vera mixtio. Eadem argumenta adducit 1. part. quest. 76. 3. 4. ad 4. & ead. q. 3. Sed quia res ideo est aperta, non est pluribus vtiendum. Qui enim ponunt plures formas in materia, negant multa principia Metaphysicæ: non si sunt plures formæ, ergo plura entia, & non vna esse & vnum enim conuertuntur. Et ab eodem habet res, quod sit ens, & quod sit vna impossibile autem est, quod diuersæ formæ habeant vnicam differentiam. Multas alias de demonstrationes faciunt Metaphysicæ 7. lib. & ibi D. Thomas lect. 8. & 2. Metaph. lect. 5. & de spirit. creat. questione vnicæ, 2. in Corp. & 2. Sentent. distincl. 15. & 2. contra Gentiles, cap. 37. & Quodlib. 1. quest. 4. 3. Neque satis est dicere, quantum formam mixti continere formas elementorum,

ut dispositiones inferiores, veluti quidam machinantur; nam vel formam mixti continet continenter formas elementorum; & sic impertinens est ponere formas, ubi est alia, quæ illas continet continenter, aut virtualiter: vel illas non continet, sed supponit illas in materia, ut dispositiones; & hoc est etiam impossibile; non enim forma, quæ substantia est, potest conueniri in dispositionem alienam; sicut enim accidens, quod est penitus impossibile. R. sicut digni sunt, vel (ut veritas dicam) deplorandi sunt illi, qui dicunt, formas manere, quia comparantur ad alia perfectiores, tanquam dispositiones. Quid hoc est? per istamne comparationem tuam puras, quod miratur substantia in accidens? et procedit per tuos errores, & aliter teneris, quod cum anima vegetatiua sit imperfectior, & dispositiua ad sensitiua, non inconuenit, quod simul sint. O excitas incurabilis! Itaque quomodocumque inspicias opiniones ponentium varias formas, videbis mille absurditates.

Modernus verò quidam conuincitur ad ponendum formas retracts elementorum, quia nescit soluere hoc dubium, quod illi propono: Si elementa non manent formaliter in mixto, sed tantum virtute, quæ erit differentia inter elementa, & semen? Certè videtur quod nullæ ad eam virtutes feminales remanent in semine, quod apparet in similitudine naturæ ad parentes, & in moribus hereditariis. Ergo etiam possumus dicere, quod coponatur ex semine & quod semen remanet in nobis virtualiter, & quod dissoluatur in semen.

Hoc tamen debet non turbat Peripatericæ doctrinæ à nobis adductæ ex doctrinæ & mente S. Thomæ: aliud est loqui de materia proxima mixtorum, in qualem mixta sunt, aliud verò loqui de materia viuentiæ & animalium, ut sic. Nā prout vnaqueque res est perfectior, ita elaboratam requirit materias pluribus dispositionibus. Ergo mixta ut mixta dicit tantum compositionem ex virtutibus elementorum; viuens verò dicit participationem anime supra virtutes elementorum; & ob id tales virtutes debent esse in materia magis proxima anime, quæ est materia feminilis, & sanguinis. Ergo differentia inter semen & elementa talis est, quod elementa est sunt prout partes mixtorum, ut mixta sunt, semper debent eorum virtutes in mixtis reperiri, cum formæ non possint; & si mixta dissoluatur in

Zabarella;

Dulium.

Resolutio du-
by.

Alia multa
faciunt opi-
niones, quæ
sunt placet,
vixit Hieron.
Part. lib. 2.
lib. 95.
S. Thom.

Vt quantitas.

Vt dilatur
tota hæc que-
stio, videndus
est 7. Metaph.
in quest. de
pluralitate
formarum.

quantum mixtum, debet dissolui in illas, & in illarum elementa. At vero semen producit genitum, nulla illius virtute necessario remanente in genito: nam virtus que remanet in genito, est deducta ab agente principali. Semen enim tantum fuit materiam instrumentum; & sic accidentia & virtutes geniti non fuerunt seminales proprie loquendo, sed paternaes, aut maternas. Quare non recte dicimus, quod virtus seminalis remanet in filio, sed virtus patris.

Et præterea iste virtutes seminales non remanent in genito necessario, sed accidentaliter: possunt enim adesse, & abesse (quod enim necessario per semen traducitur, est dispositio ad esse simile in natura specifica ei, à quo descitum est. Quod remanentiam contingit elementis: non enim prædicuntur mixta similia elementis; imò instrumentum diversæ speciei. Virtutes verò elementorum necessario remanent similes: quia necessario pertinent ad esse mixti.

Sed interrogabit Zabarella: Quare virtus non definit in semine, sicut mixta in elementa? Tam ridiculas interrogaciones soleo audire à tyronibus, quædo post lectionem dubitant, ut moris est in nostra Universitate. Verum respondere debemus, quælibet interrogent, quare sol faciat.

Cito respondeo: Vniquodque resolvitur in partes, ex quibus componitur, virtus ut virtus non componitur ex elementis, sed ex anima & corpore: mixtum verò ex elementis.

Ad argumenta in contrarium respondeo. Ad primum, distinguenda est minor: Mixtum dependet intrinsecè ab elementis in actu, negatur à virtutibus illorum, tanquàm à dispositione formæ mixti, concedendum libenter.

Ad secundum dico, quod mixtum non componitur ex elementis corruptis, sed ex materia, que fuit elementorum, & ex forma mixti; & sic componitur ex entibus partialibus & incompletis.

Ad tertium dico, quod communis modus loquendi fundatur in hoc, quod elementa præstant materiam, ex qua fit mixtum. Præterea dicimus, domus fit ex lapidibus; ita suo modo dici solet, mixtum fit ex elementis; sed cum hac limitatione, quod non manent actu, sicut lapides in domo, sed solum virtutes manent, & materia prima sub forma mixti.

Ad quartum dicimus, quod idem voluit Aristoteles, edoctus à suo magistro Hippocrate lib. 1. de Diæta. Non enim ut mixtum

fuit, debet superare vni elementum reliqua, sed omnia admiscè ita debent agere inter se, ut corrumpantur, & generent quantum quoddam, quod se neutrum illorum. Quædo autem dixit Aristoteles, non corrumpuntur, infellest, non corrumpuntur ita omnino, ut non possint per dissolutionem emergere. Virtus enim quantum corrumpitur, nunquam retrocedit ad semen, ex quo factum fuit: mixtum verò convertitur in elementa, ex quibus compositum fuit. Et ob id dixit Aristoteles: non corrumpuntur: quia scilicet taliter manent virtutes illorum, & per illas iterum ipsa elementa regenerantur. Locus vero Aristoteles est 1. *Metaph. c. 1. & 2. de Generatione animal. minor quod mouerit quoddam ad errandum. Sed neque legere Aristoteles que citat, est citato loco de Generatione animal. agere contra ipso docet, & c.*

Ad quartum dicimus, quod non manent in mixto ipsæ virtutes elementorum: non enim manent calor ut calidum, & frigus ut frigidum: hoc enim est impossibile, sed manent qualitates elementorum dependentes ad virtutes proprias passionis: vel manent virtutes ipsarum passionum: quod sufficit.

Ad sextum dicimus, quod elementa in ipso fieri mixtionis non sunt corrupta, in mixto tamen solum remanent qualitates alterarum; & sic argumentum procedit de mixtione ad mixtum, quod non valet: nisi in mixtione non est incompositio, ut fit formaliter: in mixto verò nequaquam fuit formaliter, sed virtualiter.

Secundo potest dici, quod licet Aristoteles definit mixtionem instantaneam, prout dicit terminum vniuersi, intelligendum est ita, ut dicat, quod mixtum est vniuersum miscibilium virtutum alterarum; ita ut illud alteratorum, & miscibilium non cadat supra formas elementares, que immiscibiles sunt, sed supra virtutes vniuersales inter se ex vi mixtionis.

Ad septimum, concedimus primum discutimus, sed negamus, quod materia mixti reddatur magis eleuata per formas elementorum; imò reddetur magis importans ad recipiendam formam mixti, ut probatum est. Eleuatur ergo, & pertinet materia formæ mixti per dispositiones elementares, non per formas elementares. Discutitur enim per respectum primarum qualitatium. Mixtum enim nihil aliud est quàm substantia composita ex materia & forma cum temperie quatuor qualitarum primarum, ut in sequenti questione declarabimus ex mente D. Thomæ: deest enim huius doctrinæ Modestini habu-

hullucinantur, putantes quòd mixtum in sua ratione includit cògeriem miscibilitat: quòd inferius nobis declarabit B. Thom.

Ad octavum idem respondeo: sufficit enim, vt mixtum invocetur ab elemento predominantem, quòd predominet virtus.

Sed audiamus aliquas rationes Mercati, quibus còstringitur ad defendendà antiquitatè. Primò, vnde potest còtingere corruptio ab intrinseco, nisi qualitates corruptor ptes foueantur à formis elementaribus? Secùdo materiaprima nuda nò datur, nisi per operationè intellectus: còper enim est formis elementorù ornata. Et quòd còmuni-ter dicitur, quòd in corruptione fit resolutio vique ad materiã primã, intelligendũ est vique ad elementa: nò enim est alia materia prima præter elementa. Hęc enim faciunt materiã esse materiã habilem potentè recipere alias formas. Atque adeò necessariũ est, vt elementa maneat cum suis formis: nam aliter nò remaneret materia. Tertio, cũ sit necessariũ remanere formas, & alia ex parte videamus necessariò remitti debere qualitates, dicendũ est, quòd elementa habent duos actus: alterũ primũ alterũ secundũ. Primus actus ponit materiã primã in esse receptio aliam formam. Secùdus actus est ipsa qualitas sensibilis, v.g. calor, frigus, &c. & iste remittitur. Non procedimus ulterius: quia tota illa questio Mercati est proterfus incomprehensibilis. Sed illa tria declaramus, ne rationes iudicentur.

Ad primũ, legite inferias, quo pacto fiat corruptio naturalis: & in Philosophia Hippocratis de causis senectutis. Nunc dico, quòd corrumpimur ab intrinseco, quia cõponimur ex cõtrarijs agẽtib: quia cõponimur ex varijs partibus agẽtib: inter se: quia calor influens calcicat partes vique ad mortè: quia potentia anime sunt alligata organo finiro. Iste causę possunt reduci ad intrinsecas, id est, ad causas inevitabiles in tra nos. Sed sunt alia multa, quas explicavi in tractatu de morte naturali, & de causis senectutis. Itaque ridiculũ est exilimare, quòd qualitates non agẽt, quia nò sunt associatę elementis ipsis: agẽt quidẽ, sed non ita velociter, nò ita intensè. Imò propter istam rationem durat animalium vita quia qualitates formũ & partiatam agunt, tanquam iam diuise & distinctę à formis, à quibus possunt suscipere influxũ.

Secundũ argumentũ (aut suppositio, vt melius dicã, quia Mercatus nò probat, sed supponit diuersa principia, ab Aristotele & ab omni antiquitate discedens) inuol-

uit impossibilia. Quomodo sit possibile, quòd materia reddatur apta ad formã aliquam suscipiendam per aliam formã prorsus incompossibilem, mens non capit.

Tertia obiectio habet similes impossibilitates. Dicit quòd elementa habent actum primũ, qui est formæ: actum secundum, qui est qualitas. Et ille actus primus est inchoatiuus, est virtus, est confirmatiuus, & talis, vt faciat materiã melius recipere alias formas. Omnia ista sunt falsa: nã actus primus est ipsa forma substantialis incõpossibilis cũ alia forma, & ob id necessaria reddit materiã incapacem alterius forme, quia illam supulat suis vltimis dispositionibus incõpossibilibus cũ alijs. Sed desidero scire, quomodo iste actus sit confirmatiuus. Estne punctum lineę, aut instans motus?

CAPVT III.

Opinio Scoti, occasio erroris in Medicina.

Cesalpinus notatur.

EX dictis satis constat solida S. Thomę doctrina de elementorũ corruptione ad mixti generationè, & quomodo dicantur remanere illorũ tantũ virtutes, seu qualitates (quod in tractatu de Temperamentis magis clucescet.) Sed Scotus magis occasione præbit Medicis ad errorem quendam patenti, de quo in 1. 4. ad longũ disputat. Sed quia ex his principijs finitè peripetodũ originẽ duxit, breuiter aperit fundamenti debilitatè & fallaciam.

Putant Scotus 2. S. Th. dist. 15. formas elementorũ remanere in mixto, non secundũ suas distinctas formalitates, sed secundũ quandã eminentiã cõtensã in forma mixti: vegetatiuũ est in sensitiuã forma. Prima facie apparet consona illa opinio: quia cũ forma mixti sit perfectior formis elementorũ, non mirũ, quòd illas superiori modo cõtensat. Secundo, cũ sit quasi finis & terminus mutationi elementarũ, sed & ipsorũ elementorũ: & in fine quodammodo media cõtinentur, videtur dicendũ cõtineri in forma mixti simplices elementares: aut assignandã efficaẽ ratio, quare in anima sensitiuã cõtineatur vegetatiua, & forme elementares non cõtineantur in forma mixti.

Hęc opinio nõd aliqũ tanquã fundamentũ affirmantes putant ascendere posse: cui vique ad intentionè vltimè caloris à pro-

Scotus.

capit

cripio intrinseco actiua (nisi prohibeatur à reſi igeni medela.) Atq; si demonstrationes mediæ cõtrarias, ad potestum sensû disputationis hanc absurdâ causâ exhibet; formâ cordis præhabere elementa eminenter, atq; adeo ab illa proficisci tã ingentè calo rã ignè ipsam. Postquã enim deſtinamus partes igneas formaliter existere, necessariò ad Scoti opinionem erat decernendâ, vt ab vno in alium errorem.

Est ergo opinio Scoti omnino falsa, quod hæc claris patet. Primò, quia hæc cõſe cutio est inſenſib. Est forma perfectior ergo cõtinet in se imperfectiones (vt dixi in tract. de Pulſib.) alias anima rationalis cõtineret leonem, aut alterius animalis. Illa ergo forma cõtinet inferiores, cù quibus dicit ordinem in se conuenientiã quandã dispõſitiuã (vt se loquitur clarior doctrina gratia) alias vero formas disconuenientes, & repugnantes, quales imperfectiones, neutri quã cõtinere potest. Anima scilicet dicit proportionè, & quandã conuenientiã & ordinè ad vegetatiuã; & anima rationalis ad vtriusq; gradus, atq; adeo istos gradus inferiores in superiori oportet ſenſitidè cõtineri. Hinc vero ordinè & proportionè inueniuntur dicit anima ſenſitiua ad formas elementares; & ex cõſequenti nec alia forma mixta, sed potius includit naturalè repugnantiã. Repugnat enim nature rationali, quod continet formã leonem; repugnat nature ſenſitiue cõtinere formã ignis, quia & ipsa predicatio repugnat; repugnat formæ mixtæ continere quantũ formas cõtrarias, aut vnam ſolam elementarè, quia repugnat etiam predicatio.

Secundò, quia illa opinio Scoti est cõtra ſenſũ ipſũ ſenſus aut ſolè diuinitate plures cõtrauerſas phyſicas, & medicas, quod offèditur quia experitur, quod omnes effectus inferiores perfectiori modo attinguntur à causâ emittenti; perfectior enim vegetatio celebratur ab anima ſenſitiua, quam ab anima rationali; & sic de aliis. At vero nunquã vſum est, quod mixtũ, aut animal habear actiones elementorum perfectiores quam ſint in ipsis elementis, sed potius imperfectiones.

His rationibus vtitur cõtra Scotũ Cæſetanus 1. par. q. 76. ar. 4. sed non explicat, quare repugnet illa conuenientiã eminentialis, quod in ſequenti dubio declarabo.

D V B I V M.

Sed dubitas. Que est illa proportio & ordo gradũ, qui tribuuntur ab vna ani-

ma? nõne poſſet etiã anima tanquã forma superior cõtinere in ſe in cõ perfectiores & formas elementares? Oportet ergo declarare in quo cõſiſtat illa repugnantiã. Reclè dubitas; sed atò dicit oportet fundamentum metaphyſicũ. Illi gradus cõtinentur in ſe per motũ, id est in vltima differentia, que a propria natura præſupponuntur ſeu ordinè ad vltimã formã; abſquis gradus tenore plius magis præſupponit vnu cum genere est quãli materia alterius, vt cõſiſtat in prædicamento ſubſtantiæ, vnde enim præſuppoſitum ad ſenſitũ, & hoc ad rationale, diſtinctũ tẽ necellario ordine aduenientes vno vltimo actũ anime poſterioris dat & cõſeruat præcedẽtes gradus per ſuũ met elementum, quia omnes illi pertinent eſſentialiter & necellariò ad ſeũ eſſe in materia, quia habent necellariã conueniẽtiã cõ ſe materia illã gradus vegetatiuã, ſenſitiuã & intellectuã. Et ſicut vltima diſpoſitio cõtinetur à forma, ita gradus vegetatiuus à ſenſitiua (ſi fuiſſent res diſtincte in cõſe ſubſtantiæ) vt vna forma conſeruat ſuã diſpoſitiuã, & cõſeruo cõſeruat ab illo in diſtincto genere caufe. Tamen cõ vna anima à ſenſitiua ſenſitiua & vegetatiua nõ pot. eſſe dicit, quod vna cõtinet illã; sed hoc ex eſſentia additur ad maiore declaratiõ nõ, ſed nõ tenet in omnibus; explicat tamen conueniẽtiã cauſãtã.

Hoc ſuppoſitio ſatis aperta eſt, quod vna forma nõ potest ſibi cõtingere gradus cõrepugnãtiẽ, quia repugnat hæc perfectiori. Nõne eſt impoſſibile in natura, homo equus, aut homo leo? Ob nũllũ aliud, quã quia ſũt in cõpoſitibiles vltimè differentia, & cõſequenter diſpoſitiones conueniẽtiã ex parte materia. A poſteriori vero ex incõpoſitibilibus vltimis diſpoſitionibus potest cõſeque repugnantiã formarũ. Ita ſimiliter cum forma ignis, aut alterius elementari cõtradicit perfectiori formæ mixtæ, Scõ illa dicit repugnantiã impoſſibile eſt vt cõtineatur in illa alioquo modo; ignis enim tantũ abeſt ut ordinetur ad formã mixtã, quã potest deſtrui illã, vt per ſe patet. Sola igitur tẽperies qualitatũ ordinatur vt diſpoſitio materialis ad formã mixtã, quia per talem temperiem cõtinetur forma in materia. Plura autã abſurda deſignatur ex opinione Scoti; ſed ad Medicũ conueniatur diſcurſus. Membra noſtra corporis non poſſunt acquirere calorem inuenientem, aut aliam qualitatẽ præternaturã in principio intrinſeco actiua, ſed à causâ morbõſa extraneis. Sola igitur temperies

naturalis conservatur à forma substantiali
mèbri per se: & si amittitur talis temperies
(vt per morbos fit) potest à principio in-
terno emanare, semper prohibente. Sed
de isto puncto iterum redibit sermo, quan-
do agemus de mortis naturalis causis: sic
doctrina S. Thomae, vt Aristotelica, ma-
neat confirmata, & Securi opinio discadat
ab scholis.

DUBIUM.

Sed dubitas: Quomodo ergo tam com-
mune axioma receptum interpretandū
est: quòd elementa ordinantur ad mixta?

Ordinatur quidem ad mixtura per suas
qualitates, non per suas formas: nam tem-
peries est, quae experitur à natura, forme
verò pelluntur tanquam impedimenta, rā
quam deservientia, tanquam incompati-
bilia; & ita in actu mixtionis nihil aliud
intendit, nisi temperiem qualitatum, ad
quam sequitur corruptio formarum adeò
vt si elementa possent ad mixti generatio-
nem accedere sine formis, cum sola ma-
teria & qualitatibus, multò citius & cele-
stius fieret mixtio: adeò enim & passio inter
qualitates distinxit durant, quia sunt
conuinctae formis substantialibus.

Sed relictò Securi, quis poterit tolerare
opinionem Celsapini, qui nec elementa,
neque mixta dicit esse substantias, ob nihil
aliud, nisi quia alterius gratia sunt? Nō per-
pendit loca Aristotelis, quae adducit nam
Aristoteles loquitur comparatiue, perfec-
tionem vniuersalisque rei quasi suo loco
constituens, hoc pacto: Quae habent ratio-
nem finis, maiorem perfectionem habent,
quàm media. Non tamen dicit, quòd me-
dia careant bonitate substantiae; sed infe-
rioris sūt ordinis. Ita Deus Optimus Ma-
ximus disposuit vniuersum, vt quaedam
propter alia, & omnia propter seipsum. E-
lementa propter mixta, mixta propter vi-
uentia, vniuersa propter animalia, anima-
lia propter hominē, homo propter Deū.
Elevatur autem perfectio in vnoquoque
sine, vsque dum deuentum sit ad vltimum
finem, qui est summa & infinita perfectio,
& purissimus actus. Itaque Celsapinus no-
luit considerare ordinem perfectionis iux-
ta ordinem actuum: à nullo enim exclu-
ditur ratio substantiae: diuerso modo par-
ticipata ab vltimo sine, qui est purus actus.
Reliqua habent actum participatum, &
potentiae commixturae: ergo quatuor ele-
menta sunt media ordinata, tunc ad mun-
di opificium, tunc ad mixtionem, non

ob id repellenda sicut à predicamento
substantiae.

Sed Celsapinus non legerat Averroem
3. de Caelo, com. 31, vbi ait, elementa non
esse substantialiter elementa: sed accidit
eis esse elementa alicuius elementari. Idē
affert com. 67 & dicit esse per se notum.
De cuius propositionis veritate modo
non disputo: e quidem entia ista, quae ap-
pellantur elementa, substantiae quaedam
sunt compositae ex materia & forma; ve-
niant, vel non veniant ad mixtionem, sint,
aut non sint media ordinata ad mixta tan-
quam ad finem, hoc accidit illis.

Sed ceterè male infert iste auctor: Finis
est, cuius gratia: ergo solus finis est forma
actus & substantia: ergo media ad finem
non possunt esse substantiae. Vnde potest
illa illatio consistere?

Relinquo acutissimum Senensem, &
plures alios opinantes: breuitari studeo,
nihil detrahens cognitioni iustorum, vt
ex Marcelino soleo dicere.

Dubia quaedam explicantur.

Aliqui ad ponendas plures formas in
mixto, quòd vltimum experimentis sedu-
cti sunt. Qui enim alchymiani colunt, no-
bis obijciunt, talem esse viam artis efficacē,
vt separant ipsamet elementa, quae latra-
bant in mixto: & hoc inter istos arifices
est quasi principium & fundamentum. Sed
lege crudelissimū Benedictum Percurum
in suo elegiti opere de Artibus fallacibus,
& videbis vanitatem & fallaciam alchym-
istularum. Mixtura ergo verum, neque sic
ri potest per artem, neque in elementa per
artem dissolui: vt recte multis & grauissi-
mis auctoritatibus & rationibus manife-
stè demonstrat praedictus auctor. Nō quid-
em isti famulandi separant elementa,
sed quaedam substantias, quae reuocā mix-
ta etiam sunt impermixta. Quod euidenter
constat: nā illa segregata huiusmodi proprie-
tates mixtionum elementarum ergo non
sunt elementa. Forsan in illis elaecebae ma-
gis praedominium alicuius elementi: tamē
reuocā mixta sicut, vt sensus ostendit.

DUBIUM.

Sed dubitabis: Nam videmus ab aliqui-
bus mixta aegrum exire, aut aeternū, &c.
(hoc etiam argumentum motus fuit Me-
taphis ad ponendas formas.)

Est tamen facilis responsio: existimare
enim

enim oportet, quod sicut non vniuersalis
 elementis, quia multa particula mixta
 (sicut atomi mixti, ut sic explicem) illis in-
 miscetur: ita neque habemus pura mix-
 ta; semper enim in illorum poris vel aer,
 vel aqua, aut terra continetur, que particu-
 lula cum eorum aliquo modo, aut segre-
 gatur, representant partium exercitatus in
 Philosophia, naturam elementi intrinse-
 ce componentis; cum tale nunquam pos-
 sit esse in natura.

Est etiam causa errandi in hac questio-
 ne discretas partium, quia in mixtis mix-
 tis inuenitur ad sensum homogeneis, que
 secundum vnam partem sapient naturam
 ignis, secundum aliam magis naturam ter-
 ra, &c. que aliquando solent separari: ve-
 rum hoc non est separatio elementorum,
 sed segregatio partium mixtarum corre-
 spondentium elementis: quod inferius
 magis clarescet.

CAPUT IIII.

*Si forma non manent, qua est ratio,
 ob quam semper emergunt ex
 materia mixti.*

Sed dubitabit aliquis, quo pacto mixta
 in elementa dissoluantur, aut a quo agē-
 te? Si elementa non sunt vere in mixto,
 que necessitas naturam cogit, ut dissolu-
 to mixto emergant ipsa, & non alie forme?
 Et argumentum est satis efficax: nam
 qualitates remanentes in mixto taliter
 mutant refractur & remissa, ut non habeat
 vires ad formas elementares inducendas.
 Calor enim, verbi gratia, ut quatuor, a se-
 ipso non potest fieri ut octo: si non fit ut
 octo, non poterit esse dispositio vltima
 ad formam ignis: ergo oportet dicere, ab
 extrinseco agente intendi: & ita corrup-
 petur mixtum ab extrinseco. Que assertio
 est contra omnes Aristemillas: existimant
 enim mixtum esse corruptibile ab intrin-
 seco actiuo principio (non solum passiuo
 propter materiam, si autem ab agente ex-
 trinseco fit corruptio, que est ratio, pro-
 pter quam istud agens non inducit simi-
 lem formam ei, quam prahabet? Sed emer-
 gent forme elementares? Foris est ali-
 quod agens inuocatum, quod obliu-
 propria similitudine queat & intendat
 educere formas elementorum ex mixto?

Dicam quod sentio. Primo, existimo
 cum Aristemillas, quod mixtum conuen-

petur a seipso, quamuis nulla causa extrin-
 sece ageret in ipsum, sed suis principis de
 reliquum dissolueretur tardius, aut citius,
 prout fuerit nexus mixtionis, & modus
 existendi qualitatum primariarum & secunda-
 riarum. Hanc assertionem relinquimus (probatam
 multis locis in tract. de Putredine: & inferius
 agendo de morte naturalis) ne sepius
 eadem repetamus. Et statim rediit iste dis-
 cursus, cum ageremus de discretis parti-
 bus in mixto. Si autem a suis contrariis inter-
 nis dissolui potest mixtum, necessarii ge-
 nerabuntur elementa: quia predictae qua-
 litates, quantum attinet ad suam entitatem,
 precise non agunt propter alias formas,
 nisi propter suas connaturales, cum quibus
 dicuntur naturalem connexionem: &
 ex consequenti disponunt materiam ad
 illas. Quod si alia ex parte non fuerit cau-
 sa fortior, que traducat ad se totum mo-
 tum & terminum illius, proculdubio emer-
 gent elementa: quia materia disposita cogit
 necessario naturam, ut tales forme in-
 ducantur, & non alie, nisi miraculo con-
 trarium fiat. Modus autem talis est: partes
 agunt in partes per contrarias qualitates,
 & tandem tollunt dispositionem consecra-
 tiuam mixti: causa vero caliditas semper
 supplet defectus caliditatem inferiorum, se-
 quens inclinationem ipsarum, & eleuans
 illarum vires, ut adimpleatur appetitus illa-
 rum, & ordo vniuersi: & consequenter
 gradus qualitatis qui deficit, & forma illi
 gradui connaturalis sese consequuntur.
 Alii tamen agentia non valent id praestare,
 quia omnia percutiunt, ut generent sibi
 simile. At vero causa vniuersalis solum as-
 pirat ad bonum inferiorum, nec generat
 sibi simile, sed aliorum finem insequitur.

Intuitur qualitates elementorum in mix-
 to disponunt semper ad antiquas formas,
 & ob id antiqui non dixerunt manere in
 mixto qualitates, sed virtutes elementorum.
 Dixi superius qualitates secundum suam
 entitatem precise agere propter elementa.
 Consulto id dixi, quia quamuis ille qualitates
 disponant ad formas mixti & con-
 seruent dispositionem vniuersalem cum ma-
 teria: & preterea assumantur, & dirigantur
 a forma mixti ad operationes ipsius, tamē
 cum hoc dicuntur naturalem connexionem,
 & radicalem inclinationem ad formas an-
 tiquas elementorum. Et hoc habetur se-
 cundum propriam entitatem vel per se
 primo, vel per se secundo, hanc motum
 cum doctissimo Suarezio conueniamus
 minus potest negari, quod qualitates pri-
 marie

mix magis connaturaliter conueniuntur cum elementis, tanquam cum suis principis, à quibus dimanant secundum totam suam perfectionem. A nullo certe mixto effluunt secundum totam suam latitudinem perfectionis, nisi ab elementis. Atque ut omnia sua appetunt cõmuni primordis, non miramur quod ad illa cõsurgenda disponant materiam sibi proximam, aut proximam & intimam, si verum est, quod calor proprimam humiditatem evaporando dissoluat, & postea dissipabitur.

Ex dictis constat solutio obiectio nimirum calor mixti non fit, ut octo à seipso, aut à forma mixti: sed cum causa vniuersalis inueniat materiam sigillatam taliter per illas qualitates, ut dicat ordinem proximum ad elementa, & nõ ad alias formas,

efficitur cum inferioribus diminutis agentibus, & supplet quod deficit. Galenus, *Galenus,* efficit illam modum dicendi, quæritis huiusmodi domus cõstruatur à radiis solaribus: Est verò domus referta stercore colibombæ, calido & sicco, in igne cõmuni. R. est eruditissimus Suarez: Non solum causa vniuersalis inducit formam substantialem, ubi non est agens particulare potens ad facere: sed accidentia, & qualitates disponentes etiam auget iuxta suam finem. Et hæc omnia, ne materia sine debita sibi forma aliquando remaneat.

Hæc dicta sunt de mixto, ut mixtum est, sive nature deficit. Sed quo pacto cause extrinsece se habeant in hoc dissolutione, & quomodo partes agant in partes, inferius explicandum.

OPVSCVLVM TERTIVM.

De causis Temperamenti mixtorum.

CAPVT PRIMVM.



QUOD sit efficiens, & quales conditiones ex parte illius, que sit materia, que forma, que finis, explicabo, qua potero breuitate simul & claritate. Nã cum

in meis lectionibus istum ordinem causarum sequor, præterquam quod scire est per causas cognoscere, tamen dum breuis esse laboro, clarior elucet doctrina.

Suppono, quod nõ loquimur de elementis affectis, voco elementa affecta, que qualitates aliorum elementorum receptor, non tamen amiserunt propriam formam substantialem, ut aqua calida, terra humida, &c. habet latitudinem qualitates elementorum, & possunt remitti seuari forma. Et quantum producatu reperies in vno elemento, si non in ducitur forma diuersa, nõ dicitur proprie temperamentum mixti, de quo hic loquimur, sed largo modo vocatur temperies, affectio elementum vocatur à Larisioribus. Et ob id titulus huius dissertationis est de causis temperamenti mixtorum. An verò sit necessarium, quatuor elementa concurrere, inferius attingam.

De causa finali si non apparet aliqua distinctura cõrouertenda: nõ finis temperamenti est esse dispositione ad esse formæ mixti in materia, & secundo, esse instrumentum ad actiones ipsius manifestas. Dixi, mani-

festas, quia non est ille locus ad disputandum, vtrum omnes effectus, quos videmus in mixtis, debeant reduci ad temperantia: quia sunt aliqui, quorum causam multi Medici censent esse occurrere: & alii, esse ipsammet formam mixti: de quo pacto se offerret sermo. Cum ergo videamus, quod ad presentiam debiti temperamenti inducitur, & cõsuetur forma mixti primitiua, & secundo per ipsam exercetur actiones: videtur completum esse finem vniuersalem nature, & particularem agentis dirigentes qualitates elementares.

CAPVT II.

De causa efficiente.

Possit alicui videri, eandem esse causam mixtionis, & temperamenti, & siquid in principio huius libri, mixtionem causam sub epologo perscrutatus, esset superuacaneæ de temperamenti causis nõc differere. Verum tamen presertim rem cõstruendo, aliquid diuersum reperitur in temperamento. Mixtio ut mixtio dicitur miscibilia, & aduon vniuersum in ordinem ad formam viuendam eam tali materia ex vi talis vniuersis. Ac verò temperamentum nihil dicitur quod totum non sit accidentiale, & qualitatum. In mixtione necessario reperitur debent substantie miscibiles: in temperamento proflus

B

exclu-

excluduntur: habent tamen causæ multam propinquitatem & similitudinem vt in discursu constabit.

Considerare oportet, quod in mixtione vniio miscibilium præsupponit localem applicationem agentium & patientiæ, quæ etiã est conditio necessaria ad productionem temperamentis: ita vt possit dicere, quod mixtio, vt dicit motum antecedentem, & productio temperamentis, vt dicit alterationem, siant simul: ambo etiam motus (sicut sint diuersi) important successione nem quandam, & eodem tempore fieri possunt. Mixtio in hac præcisione dicitur diuisione miscibilium, quæ inuoluit motum localem partium sive ad mixturam, vt omnino sit vniio. Productio temperamentis dicit remissionem interfarum & contrariam qualitatum in vnam formam mediam: que remissio toto illo prædicto tempore fit. Ex quo clarè constat esse duos terminos: vnus, est vniio miscibilium, quæ præcessit vniio, diuisione, applicatio: alter, est media qualitas, quæ præcessit alteratio.

Ex his apparet, quod elementa concurrunt ad mixtionem vt miscibilia: ad temperamentum vero vt alterabilia. Ad mixtionem præstant seipsa, ad temperiem solas qualitates.

Postet autem scilicet aliquis redargueret, quia motus alterationis cum remissione & corruptione contrarij tardior solet esse eodem vniio, que est motus localis quidam: licet enim cum sit sine remissione contrarij, celerior potest fieri: quomodo ergo ad vnam illam deueniant vniio & temperatio simul? Acuta dubitatio. Sed ea est nature prouidentia, vt taliter mensuret dispositiones necessarias ad esse mixti, vt interim diuisione particulari, & vniio, fiat sufficiens ad temperandum esse simpliciter. At notanda, quod quidam motus localis fit cum aliqua remissione mediæ, vel alterius corporis, poterit esse magis aut minus tardus, prout fuerit remissio: quod iam regum diuersarum mixtione demonstrat sensus. Adaptate igitur potest natura mensuram vniio motus cum illo: & ita si retardatur alteratio remissionis contraria, retardatur etiam diuisione in mixturam, & vniio particularium: quia quæ dependunt, cessant modo quo possunt per se fieri, vt per leuorem, per crassum, &c. Sed mixtus in parte ordo, & connectio mediarum.

Motus ille localis miscibilium inferat alterationem, applicandam actum patientis & alteratio inferat eidem motus, vt facillior

fiat, attenuando, segregando, impediens, auferendo, vt melius sit penetratio ad vniionem debitam consequendam.

Diximus in Tractatu de Elementis, eorum efficere mixtionem: quia qualis est elementum causa sit vniuersalis effectus corporalius, tamen conuocare tã diuersas naturas, tam effrenas condicione in vnam amicitiam coniungere, & à suis locis dimouere, sola causa vniuersalis, que boni quare vniuersi, valet efficere: cum hoc tamen aliã agentia particularia subordinata talè, vel talem mixtionem efficiunt in ordine ad vniuocam formam.

De temperie similitèr philosophandum aliquibus mutatis. Elementa per suas qualitates causant effectus temperie directæ à causa vniuersali: si ad eam causa particularis assimilans, vel aliquid bonum speculificum, aut individuale intendens, hæc erit causa particularis temperamenti huius, aut illius: vt lecta temperamenti sanguinis. Et sic de innumeris agentibus totalibus, aut partialibus dicendum.

His præactis fundamētis, proponemus definitionem temperamenti, quæ (vt ex illis) continet illius causas & manebit explicita tota ipsius natura.

CAPUT III.

Quid sit temperamentum ex mente Aristotelis, & S. Thomæ. Contra Fernelium.

A Victimam sic definit temperamentum. Est qualitas, que procedit ex mixtura actione & passione contrariarum qualitatum in elementis inuentarij. Landè etiã contentè reperies apud Alexandrū Aphrodisiense lib. de Mixtione, vbi sic ait: Pugna elementorum eò vsque procedi, donec abicitis contrariarum qualitatum excessibus, per quas inter se diuersa orant, vna ex omnibus facultatibus gignit qualitatem. Neoterici non duntaxat definitionem adducunt, falsam, & alienam à scholastico rigore. Quia inquit Hearnius: Temperamentum est forma partium naturæ carni datæ esse carnis: nullo datæ esse neruæ, &c. Nonne fuerit melius loquere Aristotelis: cuius definitionem nullus melius nos declarauit quàm S. Thomas in tractatu de aliq. de Elementis in mixto ait enim: Qualitates actiue & passiuæ elementorum admixte sunt contrariæ, & miscelantur magis & minus. Ex contrarijs autem qualitatibus magis & minus miscelatis potest conitari media qualitas,

Alexand. Aphrodisi.

Neoterici.

Reprehensio Hearnii.

S. Thom.

que suscipiet variisque extremis naturam, sicut pallidum inter album & nigrum; & tepidum inter calidum & frigidum. Sic ergo tenuis excellentijs predictarum qualitarum, continetur ex eis quadam media qualitas, que est propria qualitas mixti; differens tamen in diversis secundam diversam mixtionis proportionem. Et hæc quidem qualitas est propria dispositio ad formam corporis mixti, sicut qualitas simplex ad formam corporis simplicis. Sicut ergo extrema inveniuntur in medio, quod participat naturam utriusque sic qualitates corporum simplicium inveniuntur in qualitate corporis mixti. Hæc sanctus Thomas. Ex quibus constat aperte declaratio definitionis Avicennæ, quam cum non intelligeret Fernellius, Avicennam reprehendit, ut iam declarabo.

Fernellius reprehenditur.

An temperamentum sit qualitas resultans ex primis.

Partem negativam multis rationibus probat Fernellius cap. proprio, Fucus etiam 1. Insular. sect. 3. cap. 1.

Primo, quia si temperies est qualitas quinta resultans, sequitur, quod primæ concurrant. Consequens est falsum, ergo. Probat Fernellius, quia si concurrant qualitates primæ, & generatur quinta, nulla erit repugnantia inter qualitates, nullus morbus, nulla senectus, nulla mors naturalis.

Secundò, si in temperie non remanent quatuor qualitates, quomodo est possibile, ut mixtum redeat per dissolutionem ad antiqua elementa?

Tertiò, quia frusta sunt per plura, que possunt fieri per pauciora. Omnia, que possunt fieri quatuor qualitatibus congregatis. Ergo temperamentum nihil est aliud quam quatuor qualitates congregatæ.

In hæc re est multitudo variarum opinionum. Prima est Fernellij, dicens: quod qualitates elementares manent in mixto cum tota sua intensione, quam habebant in elementis; sed impediunt alias ab alijs, ne suas vires manifestent. Et sic air, temperiem nihil esse aliud, quam proportionem & harmoniam qualitarum intensarum, que non per se suas vires manifestant, quamvis suas naturas integras continent.

Sed hæc Fernellij positio videtur contra ipsam sensum, & contra intellectum. Constat quod sit contra sensum; quia si carbonem ignitum mittamus in aquam frigidam, demonstrat sensus, quod aqua fit tepida per amissionem frigoris, & carboni frigescit per amissionem caloris; ergo similiter cum accedant elementa ad mixtionem, & sint agentia & patientia debite applicata, impossibile est, quin se adinvicem remittant; ergo temperies resultans non habebit summas qualitates, siquidem utraque remittitur.

Et confirmatur eleganti doctrina Hippoc. lib. 1. de Diæta, ubi sic air, quasi prænidiis errorem Fernellij. Ignis suscipit humiditatem ab aqua, & aqua suscipit siccitatem ab igne. Ecce quo pacto Hippocrates doceat refringi naturas ipsas qualitarum.

Hippocrates.

Contra intellectum etiam loquitur Fernellius, quia si manent integræ qualitates, dicat Fernellius quare non agit inter se. Respondet, quia sit impeditæ. Rursus si querat, quare sunt impeditæ? Respondet, propter resistentiam contrarij. Tunc sic; ergo similiter in ipso fieri mixtionis scilicet impediunt, ne fieret actio; ergo neque facta fuit mixtio.

Præterea actio agentis approximari non potest tolli, nisi ablata virtute Dei dirigentis, & conservantis vel ablata vitæ dispositione ad agendum. Primum non potest dici; quia Deus nunquam negat suum concursum, nisi ob aliquam miraculi necessitatem. Neque secundum, quia qualitas non amittit suas vires, nisi per remissionem sine perfectionis, aut per amissionem sine latitudinis integralis; vel quia non est cõmunda forma, cum qua habet cõnaturalem connexionem & dependentiam. Tunc vitæ, qualitates in mixto neque sunt remissæ, vel puræ Fernellius, neque habent diminutã suã latitudinẽ, & alia ex parte sunt associatæ proprijs formis; nam credit Fernellius, quod elementa manent formaliter in mixto; ergo non est quo pacto signetur aliquid principium, unde possint amitti vires qualitarum, remanente integra illarum natura.

Neque sufficit dicere, quod morantur vires, mutata materia; ut calor minus agit in suppa, quam in ferro; & ita etiam in mixto non inquam, hoc sufficit; quia materia mixti accõsuo data est, ut omnes qualitates primæ melius in illa luceant; ut patet & sufficere partium enumeratione. Fernamẽ non potest, quod Fernellius dicit, illam suam opinionem esse de mōte Galeni; eam

Opinio Fernellij falsa.

tamen Galenus expressè contrarium dicit; primo enim de Elementis cap. 1. loquitur in hunc modum: Nequit ex elementis, quæ suas qualitates vsquequoque immutatas feruent, quicquam generis diuersi gigni; sed si transmutentur, sanè poterit. Idem docet 1. de simplic. medic. facul. cap. 15. Sed miror, quòd hanc absurditatem à Galeno voluerit excipere: cum ipse Galenus elementa non acta, sed virtualiter, & in potentia voluerit in mixto remanere; vt apertè tenet primo de Elementis citato, & 8. de Placitis, cap. 4. & 1. de Humoribus, cap. 1.

Galenus.

Hic verò (licetè breuiter) vellem notare, Peramatium futiliter argumentari ad probandum, temperamentum non esse proportionem, contra Fernelium: quia scilicet proportio potius antecedit temperamentum: quia sit præsupposita proportione elementorum. Et secundo, quia proportio est relatio, quæ nullius est actiuitatis. Hæc, inquam, sunt nullius momenti: nam possit respondere Fernelius, quòd duplex est proportio. Quodam præcedens, quæ interuenit inter agens & passivum, scilicet, inter elementa agentia, & patientia; & hæc præcedit mixtionem. Alia verò est, quæ consequitur: & hæc est vno illa proportionata qualitatū, in qua temperies consistit.

Ad secundum respondebit Fernelius, quòd relatio est nullius actiuitatis; tamen res ipse relatæ actiue sunt: ita etiam qualitates primæ proportionatæ actiue sunt. Ex his constat, quòd Fernelium notauimus in his, quæ directè sunt contra bonæ Philosophiam, non in his, quæ possunt facile euenire, vt fecit Peramatus.

Sed iam accedamus ad argumenta Vallesii, quibus nostrum Auicennam impugnat. Dubitat enim Vallesius, vtrum illa qualitas sit vna in toto individuo, an sit multiplicata ad numerum partium. Idem possumus à Vallesio interrogare de proportione. An sit vna? Sed respondebit, quòd in Petro tot sunt temperamenta partialia, quot sunt partes diuersæ. Et præterea ex illis temperamentis partialibus, quæ particulares qualitates sunt pro conseruatione vniuscumque partis, resultat temperamentum, quòd tale vocamus, à quo denominatur Petrus calidus in tali gradu, vel in tali: nam illa temperamenta partialia excedunt versus aliquod extremum, & sic possunt componere alterum medium, vt ex temperamento cere-

bri, & cordis resultabit aliud tertium.

Secundo, dubitat Vallesius, vtrum illa qualitas esse actiua? Ad quòd respondet deo facile, esse quidem actiuam, vt per se patet; nam & color viridis suam habet actionem distinctam ab extremis, & tepiditas etiam.

Tertiò, dubitat, quo pacto, si est vna qualitas, potest habere tam varias actiones, & quo pacto non laedat omnes, læsa qualitercumque illa qualitate. Hoc, inquam, videtur posse dissolui: nam licet sit vna qualitas, habet tamen ex vi compositionis, & ex vi forme, cuius est instrumentum, vt possit tam varias operationes exercere.

Præterea non dubito, quin qualitate illa temperamenti immutata, omnes actiones, quæ ab illa dependent, vitientur: sed cum hæc animaduersione, quòd si miretur versus vnum extremum, vitientur quædam magis, alie minus: lædatur, inquam, in potosè loquendo, prout oportet fieri respectu particularis perfectionis debite tali subiecto, cuius est qualitas. Sed Medicus non considerat, nisi sensibiles læsiones, quæ oriuntur ab extremis illam qualitatem temperamenti immutantibus: circa quòd punctum postea rediit sermo agensibus de actionibus corporis temperati.

Restat nunc vt dicamus, quo pacto sit intelligenda doctrina Auicennæ de natura temperamentis.

Ex mente Aristotelis, & sancti Thomæ declaratur vester Auicenna.

AVICENNISTÆ opinantur, quòd quando Auicenna dixit: Complexio est qualitas quæ resultat; intelligendus sit, quòd sit quædam qualitas simplex resultans ad corruptionem primariam, non aliter ac forma mixti substantialis ad corruptionem formarum elementorum. Qui modus dicendi probabiliter sustineri possit, & cõtraria argumenta aliquo modo dissoluta tamen existimo, quòd non est ad mentem Auicennæ.

Secundo potest interpretari, quòd temperamentum sit qualitas media per realem compositionem, & participatiõnem elementorum, continens formaliter remissas. Et hæc videtur interpretatio magis

*Vallesii re-
ctur.*

gisad mentem Avicennae, & diu Thomae locis supra citatis. Nam 1. part. quest. 76. art. 4. ad 4. expressè ponit illam qualitatem compositam ex tenuis qualitibus.

Ex quibus colligitur, quàm melius definit Avicenna, docens: Temperamentum est qualitas, &c. multo, inquam, melius quàm illi, qui dicunt: Temperamentum est proportio. Nam mediorum qualitates sunt eiusdem generis cum qualitibus extremis, vt docet Aristoteles 10. Metaphys. & ibi clarissè diuus Thomas lect. 9. ergo temperamentum non debet defini per aliud predicamentum, quàm per qualitatem; siquidem est sub genere qualitatis. Media enim componuntur ex extremis, & ob id in predicamento extremorum collocantur. Neque obstat, quòd patet, & sius sunt substantiae, & relatio, quae resultat fit alterius predicamenti: nam hic loquitur de extremis transmutabilibus. Et sic Aristoteles loco citato non facit mentionem aliarum oppositionum, sed tantum contrariorum: videbat enim, quòd neque opposita proutina, neque contradictoria, neque relatiua poterant predicta media causare. Ergo rectè Avicenna temperamentum definit per qualitatem, & non per proportionem.

Sed obiecte potest aliquis, quòd definitio debeat dari per genus proximam, non per remotum, & generalissimum, sed qualitas est genus remotum, & generalissimum; ergo temperamentum non debet defini per qualitatem. Melius enim definit, qui dicit: albedo est color digregatus; quàm qui dicit: Albedo est qualitas: nam color est genus proximam, qualitas vero remotum: ergo similiter temperamentum non debet defini per qualitatem. Nam interrogabis istam, vtrum sit figura, vel passibilis qualitas, vel potentia, vel dispositio, quae sunt species qualitatis.

Respondeo, quòd Avicenna demonstrat magnum ingenium in hac definitione: nam cum videret Galenū afferentem, temperamentum esse substantiam; alios dicentes esse passibilem qualitatem; alios, esse habitum; alios, esse ipsam finitatem; alios, esse potentiam: vnica definitione omnibus satisfecit: quia omnes possunt vti illa definitione in sua opinione. Nisi Galenus temperamentum esse substantiam defendat, adiungit et hanc definitionem, quia Aristoteles docuit, qualitatem aliquando

ad substantiam significandam se extendere, s. Metaph. text. 19. si dicat alius, temperamentum esse habitum, rectè definiunt Avicenna, & habitus prima species est qualitatis, & sic de aliis opinionibus. Neque hoc est notum apud Antiquos, facere scilicet definitiones contrariis opinionibus communes: nam Galenus, cum videret Hippocratem omnia componere ex elementis, & Democritum omnia formare ex atomis, libere definiuit morbum, vt à nullo opinante possit reprehendi: vt rectè aduertit Montanus 1. 1. Avicennae.

Ergo quando Avicenna dicit: Complexio est qualitas, potest intelligi: Complexio est dispositio de prima specie qualitatis, quae resultat ex actione primarum qualitatum, ad difficultatem aliarum dispositionum animae, aut corporis, quae non resultant ex actione primarum qualitatum. Et haec interpretatio omnes tollit difficultates, quas Neoterici machinantur contra Avicennam. Quod si per qualitatem intelligas passibilem qualitatem mediam per participationem extremorum, vt supra declaratum est ex mente S. Thomae & Aristotelis 10. Metaph. facile poteris respondere ad argumenta Ferrelii.

Ad primum dicimus, quòd Ferrelius nihil probat, nam licet ad productionem illius qualitatis concurrerent integre primae, tamen adhuc remaneret contrarietas inter vnam temperamentum, & aliud partialem: nam illa qualitas non est exquisitè media, sed modo excedens versus vnam, modo versus aliam extremam, iuxta exigentiam partis. Et sic aduenit mors naturae per actionem vnius temperamentum in aliud.

Ad secundum dicimus, quòd cum illa qualitas contineat reliqua poterit mixta, vt postea dicemus, ageres de morte naturali, vt supra tetigimus. Ad tertium, quòd qualitates primae, nisi vniantur in vnam mediam, non poterunt facere opera naturalia viuentium: nam ex vi illius mediae, in quod deueniunt, habent, vt sint aptum instrumentum formae mixtae.

Si animaduertimus quae dicta sunt, nullam habent difficultatem argumenta contraria: tamen vt supra epilogo habemus quid contineat definitio Avicennae, poterimus dicere, quòd temperamentum habet duo. Primum, est quasi fundamentum, quòd nihil est aliud, quàm media illa qualitas composita ex extre-

nis. Deinde habet, quod sit dispositio ad formam mixti, & operatio: & utrumque complexus est Avicenna, dicens: Temperamentum est qualitas: nam est qualitas secunda, orta ex primis, dispositio in terra specie qualitatis: & est dispositio pro formali de prima specie qualitaris, vel habitus, ut alii dicunt. Nam habitus dicit permanentiam. Ergo in quantum hæc qualitas dicit permanentiam in subiecto, ad continentiam formam talens, principium talium operationum, hæc ratio est qualitas de prima specie. Et hæc omnia intellexit ipse Avicenna in sua Definitione: ergo qualitas media inter extrema, fundans dispositionem pro forma mixti. Ex libris enim eius non potest aliud constare: nam locus qui citatur ab omnibus libro primo Suffic. capite 10. ita habet: Mixtis non sufficit sola coniunctio elementorum, nec sola compositio contingendi se, vel obduas sibi, & recipiendi figuram, ut ex hoc habeant esse generata, nisi alia agant in alia, & alia patiuntur ab aliis, quousque ex eis quietentibus in coniunctione presentat qualitas uniformis, quæ dicitur complexio, &c. Forisane ille locus potest adduci, ad asserendum, quod temperamentum sit quinta qualitas resultans ex primis omnino corruptis, nullæc aliæ.

CAPVT IIII.

Num Temperamentum sit una qualitas, an duplex?

SE. PAREMVS certa ab incertis: sed cum est, quod temperamentum includit duo, & qualitatem mediam compositam ex extremis: de esse dispositionem formæ mixti. Et sic vnum videtur, tamen potest præcidi: quia reuera vnum se habet ut materiale, & aliud ut formale: quantum contritionem videatur sentire gradatissimas Sutaræ, agens de materia. Non igitur loquimur de dispositione, sed de illa media qualitate: nam sicut fabrica fundatur in rebus diversis, in compositione scilicet, temperie, & virtute, ita temperamentum, licet sit vni dispositio corporalis, poterit fundari in diversis qualitatibus mediis, ut posthinc in rebus satis diversis. Igitur dubium procedit

de ipsa media qualitate, vtrum, scilicet, sit vna, vel duplex.

Et quod sit vna, videtur confirmari ex communis modo loquendi Auctorum nunquam enim sanctus Thomas loquitur nisi quasi de vna qualitate, ut supra visum est. Secundo, quia temperamentum, complexio calor naturalis idem prorsus sunt: sed calor naturalis est quid compositum ex calido, frigido, humido, & siccio: ergo temperamentum est vna qualitas resultans ex quatuor. Et idem videtur probari ex definitione Avicennæ. Tertio, quia supra concessum est, quod istud temperamentum laudantur omnes rationes, quædam magis, quædam minus sensibilibiter: ergo signum est, quod est vna qualitas: nam si sunt due, potest dari vna, sine hoc quod videtur alia. Et ex hoc videtur, quod sit contradictio in his, quæ dicta sunt.

His tamen non obstantibus, sit conclusio: Temperamentum pro inveniendi mota est vna qualitas, sed duplex: vna media, quæ coniungit ex calido, & frigido: & altera media, quæ coniungit ex humido, & siccio. Probatur, quia, ut supra ex Aristotele dictum est, qualitas media debet producti ex contrariis: sed frigidas & humiditas non sunt contraria: ergo ex illis non potest fieri vna qualitas media. Idem dicendum est de calore, & siccitate. Ergo qualitas media duplex resultet: vna inter calorem, & frigiditatem: altera inter humiditatem, & siccitatem: liquidem duplex tantum reperitur contrarietas: vna inter qualitates activas, & altera inter qualitates passivas. Secundo, probatur nostra conclusio: quia illa sunt distincta, quorum vnum potest variari, reliquo non variari: sed potest dissemperari corpus versus qualitates activas, sine hoc quod dissemperetur inter passivas, vel quoad passivas: ergo qualitas quæ resultat ex actibus, distincta est à qualitate, quæ resultat inter passivas. Minor probatur experientia ipsa, & ratione, ut videtur est apud Galienum in Arte Medicinali, ubi quædam composita vna ponit, quæ sunt dissemperata in actibus, & temperata in passivis. Et postea distesse ponit signa dissemperata simpliciter. Ergo vna qualitas inveniatur sine hoc, quod inveniatur altera. Ergo ad mota sunt due qualitates media, quæ constituent temperamentum. Et hoc verbum insinuat Aristoteles, quando dicit secundum

Galien.
Quidquid
virescit dicit
3. Coll.

Aristot.

de Anima, Sensus tactus non est vnus, sed plures: non enim potest id dicere propter animam, quæ vna est; nec propter organum, quod vnus est; dixit ergo esse plures, propter illas duas qualitates quibus ornatur: nam qualitate media inter calorem, & frigus organum disponente, sentit calorem, & frigus; & alia media inter humiditatem, & siccitatem sentit humiditatem, & siccitatem: index enim debet esse liber à contrarietatibus, ut ipse de eodem tactu dicebat. Poterat autem quis dicere, esse plures, quia omnibus sublemitur sensibus, sed de hoc aliis in materia de dolore.

Non tamen intelligo quod Anton. Ru-
bius 2. de Generat. cap. 1. q. 1. adducit con-
tra nostram opinionem: quæuis neutri-
quam ex Saxonia, sed Aristotele excepimus.
Arguit igitur contra illas duas medi-
as qualitates in hunc modum: Tactus
cognoscit mixtum habere calorem, & fri-
gus in suo statu naturali: sed mediæ illæ
qualitates non possunt causare sensatio-
nem caloris, & frigoris, ergo falsum est, eas
ponere pro extremis. Certè facile soluitur
illa obiectio: nam, ut supra dixi, non est
intelligendum, quod illa qualitas sit medi-
a taliter, vt omnia mixta sint æqualis
temperamenti: Sed mixtum frigidum est
tale per qualitatem mediam in qua excedit
frigus, & sic de aliis. Dicitur tamen me-
dia, quia tale mixtum non habet solitariū
frigus, sed remissum per calorem; & ita il-
lud corpus attingit tactum per illud, quod
excedit, & tale cognoscitur. Sed vide que
diximus de cognoscendo corpore tem-
perato, & intemperato. Media verò ex-
quisitè sentitur per absentiam extremo-
rum, &c.

Sed multo minus possum percipere im-
possibilitates, quas hoc loco adducit Mer-
catus in suo 1. Tom. fol. 154. Dicit primò,
quòd temperamentum resultat, quia acti-
ue qualitates agunt in passiuas. Secundo
dicit, quòd humiditas, & siccitas extra
mixtionem agunt inter se, & remittuntur,
sed in mixtione, & in mixto neutriquam.
Et ita concludit, quòd nõ generatur qua-
litas, quia non attemptentur inter se, be-
ne tamen generatur qualitas ex actione
actiuarum in passiuas.

Non sunt omnia in omnibus locis di-
cenda, in Tractatu de collisione & putre-
dine declarauimus, quid sit, terminari passiuas
qualitates: defectu cuius doctrine fallit
Mercatus. Nunc solum ostendit, omnia
quæ dicit, esse impossibilia in natura,

nisi Deus per suam potentiam mouet om-
nia que creauit.

Agere, & pati eum tendentia ad termi-
num remissionis non potest contingere
nisi inter contraria remissibilibus: sed calor,
& siccitas non sunt contraria inter se, &
similiter frigiditas, & humiditas: Ergo im-
plicat quòd temperies resultet ex calore,
& siccitate ad inuicem agentibus. Quia
igitur non perpendit Author ille quid sit
terminari, & terminare, in talem incidit
errorem: credidit enim, quòd est agere ad
producendum qualitatem mediam, quòd
est impossibile. Si verò tyrones interro-
gent, quo pacto cognoscitur quid non
sunt contrarie qualitates passiuæ respectu
actiuarum? aduertant quòd passiuæ cum
actiuæ talem habent conformitatem, vt in
gradibus maxime intensi sese coniungat
ad conseruationem forme, vt calor, & sic-
citas in igne; frigiditas & siccitas in ter-
ra; humiditas & frigus in aqua. Que vnio
esse minime potest si fuissent contraria.
Sed vbi sensus fidem facit, non est quæren-
da ratio: sensus demonstrat, quòd passiuæ,
& actiuæ potius se adiungunt ad conserua-
tionem, n eut loquamur ad remissionem. Sed
quomodo est possibile, quòd siccitas, &
humiditas agat inter se ante mixtionem,
& neutriquam in mixtione? quis miratur
naturæ, quæ vires absurditque necessitas
fuit huius miraculi, vt Deus auferat suum
concursum, ne humiditas humefaciatur,
neque siccitas exsiccetur? Imò ante mixtio-
nem non se remittunt, quia non erant
agentia, & patientia approximata. At ve-
rò in mixtione, cum sit vnio agentium, &
patientium, est sufficiens approximatio, vt
agant, & patiãtur: Ergo est impossibile,
quòd siccitas non agat in humidum.

De duabus qualitatibus inter se.

Sed interrogabis, quo pacto coniungan-
tur istæ duæ qualitates mediæ, si ex illis
nõ potest fieri vna mediæ, sicut ex primis
Reip. quòd in hac re aliqui opinantur,
quòd temperamentum est quoddam ag-
gregatum accidentale ex pluribus enti-
bus sine ex pluribus qualitatibus in actu.
Et illi tenentur dicere si concedant qua-
litates medias, quòd qualitas inter calo-
rem & frigus, & qualitas inter humiditatem,
& siccitatem aggregatur sine connectun-
tur, saltem tanquam quoddam ens acci-
dentale, vt actiuus spiritum.

libe

Ille tamen modus dicendi non est ad mentem Antiquitatis: nam quod natura potest unire in unam dispositionem, non relinquit diuisum: hoc enim est agere propter finem, & ordinatè. Ergo cum ille mediis qualitatibus consistit in unam dispositionem unius forme mixti, uniri debent quoad possunt: quod si non possint uniri in unum medium, uniantur alio modo possibilibus. Quod si interrogas quis sit ille modus possibilis? Respondedo, quod est perfectissimus ad perfectibile, & quasi formæ ad materiam. Diximus quasi, quia non deueniunt ad naturam materiam, & forme substantialis. Quare eruditissimus Pater Suarez mihi non placet cum a. tom. Metaphysic. fol. 116. vult, quod D. Thomas non recesserit temperamentum inter medias qualitates: cum tamen expresse D. Thomas loco supra citato, in tractatu de Elementis in mixto, mediis qualitatibus appellauerit temperamentum: sicut pallidum inter album, & nigrum. Quo nil clarius potest dici. Neque vsquam collectionem qualitarum appellauit, vt Suarezius appellat.

Itaque mediæ ille qualitates adhuc magis habent, quam potest Suarez: non enim tantum sunt collectæ, sed vna altera indiget ad sui totalem & consuetudinem. Quam de illis iam palestræ, & diffuse tractauit Galemus multis in locis, sed præcipue libro de Marasmis, & libro de Tremore: Sed quia S. Thomas semper sibi coheret, vellem, vt formalia verba à me relata in tractatu de Elementis, simul conuincamus eum his, que docet in parte questione 76. articulo 4. ad 4. quoniam locum citat ipse Suarezus: ait enim Sanctus Thomas Manent enim qualitates elementorum, licet remissæ, in quibus est virtus formarum elementorum. Et huiusmodi qualitas mixtionis est propria dispositio ad formam substantialem mixti, puta lapidis, vel anime conuersione. Hæc D. Thomas. Videsne quomodo vocet qualitatem mixtionis, illud, quod resultat ex remissione ipsam in tractatu de Elementis vocauerit etiam mediæ qualitates? Ergo ex mente D. Thomæ, temperamentum non est collectio qualitatum, sed qualitas mediæ resultans. Sufficiat tamen digestio inuenta.

Sed argumenta in principio propoſita dissoluimus.

Ad primum dico, quod communiter

vocant Auctores qualitatem, quia non est illis opus distinguere, verum resultant in vna, quando agunt de mixto: nam sufficit dicere, quod resultat quædam qualitas pro forma mixti. Supponit enim, quod iam in Metaphysica edocuerunt, qualitates, scilicet, mediæ oriri ex extremis, & quot faciunt extrinsecus contraria, tot posse resultare mediæ. Sed hoc magis dilucidè explicabitur in responsione ad secundum.

Ad secundum dico, rectè appellari posse temperamentum unam qualitatem, quatenus ex coniunctione duorum mediorum vna totalis dispositio resultat, que denominatur calor naturalis in animalibus. Non enim calor naturalis est, nisi vtroque modo conseruetur, & non quomodocumque, sed quod vnum medium proportionatè se habeat cum alio, ita vt medium passiuum recipiat perfectionem; medium actiuum perficiat, tenuet, & uniat, vt supra declarauimus. Quæ mutata licet ab aliquo Moderno denegent conuenire qualitatibus primis tamen inferius demonstratis, esse nostrum dicendi modum conformem Aristoteli, & D. Thomæ.

Ad tertium dico idem quod supra inuenimus, quod lesio vno medio, vel vna qualitate, totum temperamentum sit discordans nature, & omnes actiones leduntur: sed quædam sensibilibus alia non ita nam dilectuantur simplices quatenus dentur de facto, vt probat Galemus, tamen intelligenda est eius doctrina iuxta dicti Conciliatoris differ. 10. geometricè, & non arithmeticè: non enim tales excessus sunt indiuisibiles, vt numeri, sed trahunt se cum in consensum reliquis qualitatibus, vt ibi latè probat Conciliator. Item temperamentum tribuerunt dicunt, quatenus sola vna qualitas excedat, & omnes actiones sunt non ita bene in rigore loquendo: quia omnes actiones sunt per eadem dispositionem taliter commensuratas, que dispositio cum amittat talem commensuratum rationem per solam amissionem vnius mediæ, necessitè est, vt omnes actiones ledeantur, sed medicus non indicat, nisi solam sensibilibus documenta.

Tamen si noscimus hoc arguerentem, Tertium non rectè procedit: nam quando dicitur, leduntur omnes actiones: cygo est vna qualitas, non vltè consequenter: nam sufficit, quod sit vna quantum ad dependentiam: quia passiuè pendens à pri-

111111

111111

Comentari
la de qualitatibus, quatenus
est sit conuenit
qualitas.

mis a stultis modo explicato, & actiue pen-
dent a passivis tanquam a conaturali
confertio, quod se tenet vt materia,
quod d si tibi displicet ista dependentia,
quod n Galenus alijs verbis exclamavit, te-
netis: dicere, quod ad innicem dependent
tamquam partes cuiusdam rotas, non aliter,
ac partes domus conparant in vnam
formam accidentalem, ita ista media in
vnam dispositionem. Quod sufficet, vt si
eēt insensibiliter, ita tamen omnia opera,
quae ab illa dependent. Dico, insensibiliter,
quod medicum: nam certē multo
magis lenetur, quam per sobrietem ita-
tum lapsum. Sed quo pacto ista qualitas
media sit intelligenda, inquam habet dif-
ficultatem.

CAPUT V.

Quod qualitas media temperamenti
contineat in se formaliter qualita-
tes remissas.

Quamuis in superioribus multoties di-
ximus, qualitem medium dari inter
contrarias qualitates, ex mente S. Tho-
mae, atque ex eius verbis definitionem Au-
tic rone explicauimus, est tamen difficul-
tas, quid afferendum sit de ista media qua-
litate circa modum continentiae: quod
est quarete, vtrum qualitates elemente-
rum formaliter maneant: & ab hac qua-
estione ellet extrahenda tractatus de Tern-
peramentis, & non a questione, vtrum ele-
menta maneant: hec enim communis est,
& nullam includit difficultatem apud re-
cte sentientes.

Ergo, vt supra dixi, ista qualitas media
potest resultare vti ex contrariis sequepenti-
bus magis, & minus. Quis sobrietem non
procedit rursus questionibus de medicina-
ter passivis, & actiuis, sed de medio inter
actiuum inter se, & inter passiuum inter se:
illa enim se possunt contemperare, scēt,
vt diximus supra, ex illis medijs resultet
vna mixta dispositio, quia ista media ha-
bent inter se ordinem compositionis re-
spectu vni.

Sed nunc quaeritur, vtrum qualitates
maneat formaliter in medijs. Et licet
questio sit satis controversa inter Tho-
mas, clarum quod sit magis conformis
D. Thomae, & doctrinae Medicorum.

Ferrariensis vtramque opinionionem pu-
tat defensibilem in doctrina, S. Thomae.

Est enim vna opinio quae dicit, istam me-
diam qualitem esse distinctam a primis,
& continere virtualiter primas, distingui-
tione tanquam vna species media ab alijs
speciebus extremis. Possunt adduci om-
nia loca, quae supra retulimus ex S. Tho-
ma. Atque ex consequenti esse vnam qua-
litatem simplicem, sed virtualiter conti-
nentem extremas. Hanc opinionionem con-
stat posse deduci ex S. Thomae 1. Sent. dist.
4. art. 2. q. 3. ad 1. vbi ait: In minus albo nil
continetur nigredinis, sed albedo minus
intensa. Quibus verbis insinuat, nil manere
actiuum qualitaris contrarie in media
qualitate. Colligitur ergo aliqui Thomis-
tae, tam ex hoc loco, quam ex alijs a me
supra citatis, quod ista qualitas media,
quae resultat ex doctrina D. Thomae, rati-
ter est media, vt sit quaedam forma sim-
plex, & non composita, virtute continens
alias. Hunc modum sequitur Heraeus in
tractatu de pluralitate formarum. Socin.
10. Metaph. q. 27. Iacobi. Metaph. q. 4.

Heraeus.
Socin.
Iacobi.

Secunda opinio Thomistarem est,
quod ista media qualitas non est simplex,
sed composita ex formis extremis re-
missis, taliter, vt secundum suas partes pos-
sit intendi, & remitti, ut frigiditatem
frigiditatem, caliditatem secundum calorem,
iostendi humiditatem, & tandem intendi
siccitatem: & hoc pacto mixtum aliquan-
do accedere ad vnum elementum magis,
quam ad aliud. Et in hunc sensum expo-
nitur omnes auctoritates S. Thomae su-
pra a me additas, de qualitate resultan-
te, afferentes esse medium per composi-
tionem formalem. Sed praeterim huius
expansionis inuenitur est Capreolus 2.
Sent. dist. 15. q. vi. Et habet fundamentum
in tractate magis, q. 3. art. 5. ad 4. Secun-
dist. 44. q. 2. art. 1. ad 4. Et in tractate Ele-
mentar. de p. 1. q. 76. art. 4. ad 4. & 1. de Cle-
mentar. de fine. Et porcell colligitur ex Aristote,
1. Topic. exp. 9. vbi ait, Albus esse, quod
est nigro impermixtus.

Capreolus.

Aristot.

Ex quibus omnibus locis potest probari,
componi secundum qualitem tempo-
ramenti ex formalibus extremis.

Ista duae opinioniones inducunt probabi-
les in doctrina D. Thomae, vt patet Ferrar-
iensis 2. contra Gentes, cap. 36. fol. 134.
& 253. pag. 1. linea 22. & respondet sibi ar-
gumentis pro vtraque parte, vt quisque
posuit quamlibet defendere. Quare non
est ita difficultas opinio communis Au-
tenticitatem quoniam non, defendentium
simplicem qualitem virtualiter reliquas
Conti-

In tractatu de
Element. in
vltimo.

Ferrariensis

continentem. Ergo qui voluerit defendere, esse formaliter extremas qualitates in illa media, respondebit ad auctoritatem S. Thomae 1. Sentent. quod quando dicit in minus albo nihil contineri nigredinis, intelligat D. Thomas per minus albu id, quod cum magis albo est eiusdem speciei, non autem de minus albo, quod est diuersae speciei ab albo, ut est rubeum, & viride, quae sunt media inter album, & nigrum; in tali enim minus albo est etiam aliquand nigredinis, sicut in qualitate complexionati est aliquand frigoris, & aliquand caloris.

At tenendo alteram opinionem, quod sit qualitas media specie differens, possimus respondere ad auctoritates D. Thomae, dicendo, quod illa qualitas est media cum eminentia, & virtute extremorum, non per compositionem, & hoc sufficere ad mentem D. Thomae locis citatis. Et ad locum Aristotelis in Topicis, dicendum, quod ubi per nigrum intelligit albi privationem, et sensus sit illud est albo, quod minorem habet privationem albedinis, id est, quod perfectiorem habet albedinem.

Tamen ex his duabus opinionibus videmus, quae sit magis probabilis, imo, & conformior viui medicis.

Ferrariensis postquam utramque opinionem satis fuit contemplantus, tandem eligit illam, quae sibi visa est magis conformis S. Thomae. 4 enim contra Genr. cap. 81. fol. 744. circa 3. dicitur, vers. 79. mentis esse explicacionem Herus, & aliam quam adducit Capreolus, primum locum tribuit Capreolo, & in hoc re loqui ait magis ad mentem S. Thomae.

Nos sequimur Ferrariensem, & dicimus, quod temperamentum in veni doctina S. Thomae, est qualitas media, in qua tantum partes continentur formales qualitates contrariae remissa. Neque est via per simplicitatem essentialed via per compositionem virtutem; quod clare demonstrat S. Thom. 1. p. q. 76. ar. 4. Nam postquam dicit, non esse qualitates elementares remissas flammam solamque in singulari, dicens, quod huiusmodi qualitas, &c. ut dicitur infra Sanctus Doctor, quod flammam virtutis est via virtutis compositionis, & non simplex simplicitate, quae negat extremita compositionis.

Ergo relinquitur, quod temperamentum est via qualitas, non simplex, sed composita ex quatuor, redactis ad alias me-

dias, non medias per negationem, sed per actualem participationem extremorum. In quibus conclusionibus videtur conformari menti S. Thomae.

Restat, ut aliquas rationes adducamus, quibus, formaliter remanere qualitates, probetur. Prima, perfectio naturalis dissoluit siccu ab humido, rebe Arist. Meteor. Ergo signu est, in mixto manere aliquas qualitates. Secunda, in mixto manet aliquid elementoru, non formae, ergo qualitates. Pater, quia licet maneret qualitas tantum virtualis, illa non est elementorum, neque fuit, ergo remanent formales. Tertia, quia ille qualitates remanent in genito, quae non habent a quo corruptantur, & alia ex parte pertinent ad conseruationem: sed qualitates elementoru non habent a quo corruptantur omnino, sed solum a quo resurrunt, & ex alia parte pertinent ad variacionem mixti, ergo necessario manebunt secundum gradus remissionis. Haec omnia satis constant, nam caliditas in mixto non corrumpitur omnino, sed remittitur a frigore, & cum sint compositibiles sub gradibus remissionis, tam forma mixta remanet, quam potentia virtutis. Sed esse do ita pertinere ad conseruationem virtutem sensus demonstrat, quod virtutes resultant a forma quando red acti sunt subiectum ad statum naturalem.

CAPUT VI.

Quod assignari debeant diuersae partes in mixto, quae correspondent elementis.

Videbitur alicui non esse ponendae tales partes. Primo, quia talis diuersitas nullam habet causam finalem, ad quam se conuertit, ut quaeque forma determinata requirit dispositionem, utam & inuicem; atque ex vi dispositionum precedentium inducitur via virtutis inuoluta vero forma, non apparet vnde emergat talis diuersitas dispositionis. Ergo dicendum est, non esse tamen dispositionem, & non virtutem. Tercio, quia simpliciter, quod tales partes dicuntur, sunt subiecta praesentia quantitate. Haec, & alio argumentis pertractati aliqui, reddunt tales partes. Et quando proponimus plura virtutes ad sensum finalem, tamen diuersis praedicta parte, ut aliter non simpliciter inuoluta quo segregantur vana extremita, & alia

huiusmodi facile respondent, negando id, quod sensus demonstrat, & dicitur, quod omnes illae partes diuersae continentur in portis mixtis, & quod alia mixta, si tales habeant partes, non vere mixta censenda sint, sed aggregatum quoddam rerum diuersarum.

Sed longam quaestionem perstringo tribus propositionibus. Prima est, Nullus ex antiquis varias partes sub vna praecisa quantitate contineri dixit, ut fingit haec opinio.

Ita conclusio non potest consistere, nisi adductis verbis ipsorum Auctorum ponentium partes: aut dicant nobis isti opinantes, *Quis* nam Auctor taliter philosophetur? ego certe nullum vidi. Audiamus Auicennam, qui clarus de istis partibus distinxit 2. Canon. tract. 1. cap. 1. Et cum medici dicunt, quod medicina virtus est composita ex virtutibus contrariis, non oportet, ut isti intelligant, a se ipsis, & tu ab eis, quod si pars vna ferens frigiditatem, & caliditatem simul operante vnaqueque illarum, sicut ille quae sunt diuersae: nam illud non est possibile; sed sunt in duabus partibus eius diuersae, ex quibus ipsa est composita cum sua singularitate. Quod clarius dici potuit? Dices, quod non loquitur de diuersis partibus, sed de diuersis facultatibus, aut virtutibus existentibus in diuersis partibus. Gratis hoc dicitur, Ego solum nunc intrado proponere mentem Antiquitatis. Non enim somnauerunt antiqui illi Philosophi talem modum existendi partium, sed in vniuersaque merito experti sunt diuersas virtutes in diuersis partibus sub vna forma mixti.

Proponeat Gentilis suam sententiam de partibus mixti, & videamus, vtrum in diuersis locis (ut sic dicam) ipsius mixti, an sub vna praecisa quantitate tales constituantur partes? In hoc proprio cap. de Temperamentis, dubio 1. sic philosophatur: Hic essent dubitationes derelictae à Philosopho. Prima est, an materiae quae erant sub formis elementarum, cum sunt sub forma mixti, iustaponantur ita quod homo possit imaginari à puncto huius mixti ad istud punctum, est materia quae fuit sub forma aquae, & ab isto puncto ad aliud, est materia quae fuit sub forma ignis, & sic de alijs. Ego enim credo, quod sic: & propter hoc falso diffinitur: omnis mixtus. Haec sunt verba Gentilis acerrimi defensoris istius sententiae, & veritatis antiquae: non tamen sub vna praecisa quanti-

tate tales partes constituit. V ideas etiam Galenum loquentem de rosa, & alijs multis mixtis, & docentem, quod in centro adfunt quaedam partes cum sua certa virtute, in superficie aliae: cum diuersa: ita vt omnes loquantur vni formiter.

Secunda propositio. Debent constitui partes diuersae in mixto correspondentes quatuor elementis. Supponendum tamen antequam istam conclusionem ostendamus, quod loquimur hic de his, quae reperiuntur in mixto ex vi mixtionis quatuor elementorum. Nam si forsan aliquod fuerit mixtum sine concursu quatuor elementorum, de eo quomodo sit philosophandum, suo loco dicam.

Hoc supposito, acronitate, & ratione demonstrat illam veritatem. Primus omnium Hippocrates libr. de Dieta, & per omnes suos libros non philosophant, nisi supponendo istas partes, text. 25 & 17 & 45. profertur, in quouis alimento esse duas partes diuersas, aliter enim non poterit nutrire. Lege, obsecro, istos textus, & satis aperta vides nostram sententiam ex mente Hippocratis: vt nunc quo pacto libenter relinquant opinantes venerandam Antiquitatem. Non veram nutritionem praestabit alimentum, quousquam simplicissimum, nisi habeat partes diuersas. Ideo dicit Hippocrates: Si partes alimentae, vt caro, habeat partes diuersas, quomodo est possibile, vt nutriantur, nisi alimento partes diuersas habeant?

Ex quibus acronitatibus conicitur ratio deducta à sensibus, quae efficacissima est: nam videmus quod ex alimento simpliciori separantur excrementa, & nutriuntur partes satis diuersae: ergo tale alimentum aliquid habebat correspondens illi varietati.

Et confirmatur: nam ex quolibet alimento ad sensum simplici, & homogeneo, generantur quatuor humores diuersi respondentes elementis: itaque praeter virtutem agentis oportet ponere aliquid, quod correspondeat ex parte materiae alimentati, quantum agentis sit aequiuocum creatum. Dico creatum, quia sola prima causa superexcedit omnem causalitatem, & nullam spectat materiae proportionem, in quantum causa supereminens est.

Sed iterum audiamus Hippocratem sibi coherentem lib. 4. de Morbis, circa principium: In omnibus (inquit) cibis, ac potibus, & biliois quod est, & aequos, & sanguinis, & pituitosi: in alio plus, in alio minus.

Galenus.

Hippocrat.

Dicitur.

Gentilis.

Hippoc.

minis. Quae propter, & quae conatur, & b1.
bitur, alia alijs praestat ad finitatem, &c.
Quis potest contra sensum, & contra Hip-
pocratem opinari?

- 4 In putredine sanguinis idem manifestat
experientia; crassa enim pars vertitur in
aliquid simile melancholiam; & tenuis in
aliquid simile bili, teste Galeno lib. 1. de
Crisibus, cap. 12. & 2. de Febribus, cap. 10.
(dixi similes illas partes melae hollie, &
bili, non enim sunt verè tales humores, ut
erudite aduertit Montanus, de quo pun-
cto inferiis.) Sed quælibet pars sanguinis
est hoc modo putrescibilis: ergo quælibet
pars habebit duas particulas correspondē-
tes varijs rebz, in quas degeneret. Est autem
pulcherrim, scire, quomodo sanguis
degeneret in illas substancias, & non in ele-
menta. Sed de hoc suo loco.

- 5 Præterea in mixtorum putredine appa-
rent sensibilibiter partes discretæ, quæ antea
erant sub forma mixti: post terram verò
putredinis, sub forma quadam, vel ele-
mentari, vel tendente ad elementarem.

6 Si Aristoteles venerandus est, quem S.
Thom. & omnes Larini, & vniuersa Gre-
corum sapientia veneratur, non intelligo
qua via possit illius doctrina percipi in 4.
Meteor. nisi suppositis partibus, quas ille
constituit in mixto, eductas à suo magi-
stro Hippocrate. Quodam mixta patiuntur
quasdam alterationes: alia illas nō pos-
sunt pati, sed diuersas: quod eleganter A-
ristoteles declarat. Contingit mixto esse
se coagulabile, friabile, trahibile, liquabile,
flexibile, frangiibile, comminabile, im-
pressibile, formabile, capibile, scissibile,
exhalabile, viscosum, commassabile, vis-
ibile, flammabile, &c. Passiones ista mixtis
cuiusdam propter hanc, aut illam partium
diuersitatem naturam: non enim omne mix-
tum est friabile, quia caret certo modo
partium ad hanc passionem forendam.
Et sic de alijs. Hanc doctrinam Hippocra-
tes, & Aristoteles sequutus fuit Galenus
per omnes libros de Simplic. medicam.
faciūt.

- 7 Ex locis supra citatis efficax colligitur
ratio, si concedamus naturam mixtionis;
si verò omnia sint neganda, non est dispu-
tandum. Mixto fit taliter diuisis misci-
bilibus, ut minimum vitis tigea minimum
alterius. Concesso hoc principio, impossi-
bile est dari mixtum sine diuersitate par-
tium: quia illa minima nō sibi possunt ac-
qualiter approximari vnde quæcumque
est inæqualitas approximatio, est impossi-

bile, ut alio sit vniuersalis, & æqualliter
inmensa: ergo certum est inæqualitas, & di-
uersitas: ergo minimum mixti constat par-
ticulis inæqualiter temperatis, & non solum
quoad primas qualitates, sed quoad
secundas, tenuitatem dico, & crassitatem.

Hoc argumentum ex Gentile desump-
simus, & nostra manu scriptis mandami-
mus ante viginti annos; postea vidimus
typis extitum, sed neuisquam solutum.
Non possunt effugere rationis efficaciam,
& dicunt, quòd probat incertum: sed tamen
diuersitas est parua, & imperceptibilis. Ve-
rùm hoc ipsum desiderabam: nihil aliud
ego demonstrari, nisi quòd sit Physica ista
diuersitas, appareat tunc sensui, vel non ap-
pareat, collige à priori, collige à posteriori:
vtraque enim via inueniunt. Hæc clarior
nostram conclusionem.

Tertia propositio: Si datur aliquid mix-
tum in ream naturam, quod non sit factum
ex quatuor elementis, sed ex materia vitæ
cum qualitatibus reliquorum, certè tale
mixtum non repugnat, quòd sit taliter
homogeneous, ut non habeat gradatam
diformitatem, & partium discretiorem.
Ista propositio probatur efficaciter: quia
sicut vitæ simplex elementum per se
gradatam qualitatem temperatio-
nem nō sensu naturalium simpliciter, quia
nondum desinit esse elementum: ita si
talisis materia desinit ad suscipiendam for-
mam mixti, non erit repugnabilem diuersi-
tas partium, sed sola complexio graduum,
quia cum non desinit minima altera
trinitate elementarem, non repugnat, ut fit
omniò similibus una particula altera: sed
de facto erit iure homogeneous tale mix-
tum in primis, & secundis quælibetibus.
Cuius forma tam fortiter naturata, ut
non petat illa diuersa minima, sed perso-
nam graduum & complexionem attingit o-
perationis. Reliqua ergo in mixta videntur
etiam sua temperata, sed taliter modificata
ex diuerso modo partium.

Si verò nondum quiescit ingenium so-
lutarie dubitauerit quæset. Diluamus ar-
gumenta in principio proposita. Primum
argumentum querit, quæ sit causa finalis
talis diuersitatis? Dico, quòd finis naturæ
est (sine dubio) varia & multiplici opera-
tio, quæ elicit in vnoquoque mixto, in
quo videmus multas operationes, &
contrarias, directas tamen in vnicam fi-
nem totalem, mixta, scilicet, perfectionem
supra elementa, & differentiam ab alijs
mixtis. Si enim esse est propter operari,
operari

oportet ponere distincta principia accidentalia immediata (supponendo unum radicale, & substantiale) quando sunt diuersæ operationes. Et sicut in animalibus perfectis tantam membrorum distinctionem conspicimus, ob solam diuersitatem operationum: ita in mixtis excogitantur natura varias partes, licet occultas, ad multiplicem operationem ordinatas: alias tenues calidas; alias crassas terreas; alias æreas; alias aquicas, per qualitates primas, & secundas distinctas, & proportionatas quatuor elementis.

Natura ordo.

Intendit præterea natura suum ordinem, & perfectionem procedendi obferuare: nunquam enim transit de extremo ad extremum, nisi per medium: ergo ad efformandam variam, & admirabilem organizationem animalium plantas prius formauit diuersis quidem partibus præditas, sed non adeo conspicuis ut in planta animalibus (quæ Sophista Grecis dicuntur). Ista enim videtur media inter plantas, & animalia perfecta: nam semper affixa sunt ut plantæ, neque locum mutant; sciunt tamen ut animalia, & sola dilatatione & compressione seruantur. Ita similiter inter plantas & elementa subrefecit mixta quedam, quæ apparent simplicia ut elementa, sed habent partes diuersas ut plantæ, licet non ita appareant. Eleganter dicebat Plinius: Naturam in imperfectis discere perfectiora moliricæ enim de lijs rusticis, rudimenta sunt nature lixa facere condensentis. Ita nos dicemus, talia mixta esse rudimenta nature, plantas, & varia organa facere condensentis. Apparent simplicia ut elementa, & habent varia opera, ut viuientia: & licet careant organis, habent diuersitatem, quam debuerunt obtinere in ordine ad actiones.

Plinius.

Potius esset mirandum, quod reperitur aliquid mixtum verè homogeneum: nam si elementa, tam diuersa in qualitatibus, & in modo, ad unum effectum concurrunt, mirandum profectò, quod effectus non referat diuersitatem causarum: semper enim in effectibus assignamus aliquid, quod tanquam terminus correspondat actioni suæ causæ. Si autem plures partiales causæ conueniant, vnicuique aliquid debet correspondere in termino producto.

Secundum argumentum facilem habet solutionem. Nam, ut reliquæ forma

plantarum, & animalium distincte diuersitatem partium, & non educitur talis forma, nisi supposita tali dispositione varia: ita dicendum in mixto. Non tamen dicas diuersam dispositionem, sed vnam constantem ex diuersis, pro partium, & membrorum varietate. Producitur autem ista dispositio ut omnes alix dispositiones corporales formantur; nec aliquid habet noui. Neque hoc debet adduci in controuersiam, supposito eo, quod probatum est, scilicet formam esse illam diuersitatem partium ad suas operationes, & elementa illam necessariò causare.

Ad tertium, dictum iam est, quo pacto Auctores constituant istas diuersas partes. Adduximus verba Auicennæ, & Gentilis, quæ sapius legenda essent.

Antequam vitrius protraheretur disputatio, oportebat prædictam difficultatem apertam relinquere: nam neque de diuisione temperamenti, neque de morte naturali possumus verbum loqui, nisi supposita prædicta determinatione de partibus in mixto.

CAPUT VII.

An ad istam diuersitatem partium mixti sequatur secunda temperies, sicut ad primas qualitates sequitur prima temperies?

Complexionem primam appellat Auicenna illam, quæ resultat ex remissione primarum qualitatium in qualibet particula mixti: complexionem verò secundam illam, quæ conuenit ex partibus diuersis agentibus inter se. Et quia hæc questio habet locum vbi agitur de controuersantia partium in corpore humano; nunc tantum dicemus quid asserendum sit de mixto homogeneo ad sensum, de quo est disputatio: videtur enim, quod omne mixtum habeat complexionem secundam: nam omne mixtum habet partes diuersas, sed ex partibus diuersis necessarium est ut contingat actio: ergo terminus actionis: ergo resultabit aliqua temperies secunda.

Auicenna.

In hac difficultate respondet Gentilis, quod mixta sint in duplici differentia: Quædam sunt composita ex partibus

Gentilis.

C perfe-

perfectè mixtis, & diuersis, vt hæc. Alia sunt mixta, quæ habent partes diuersas penes subtilitatem, & crassitatem, & illa mixta non habent complexionem secundam: quia non est diuersitas in illis, quæ sufficiat ad causandam alteram complexionem. Mixta verò alia, quæ componuntur ex varijs mixtis perfectis, habent complexionem secundam.

Sed habet hæc philosophandi ratio difficultatem, quia potest argumentum fieri ad hominem, contra Gentilem. Nam factum est, quod omnis diuersitas mixti homogenei attenditur præcipue penes crassitatem & subtile: hæc autem sunt secundæ qualitates ortæ ex primis; ita vt vbi pars ignea præpoderet, elucet etiam tenuitas; vbi pars terrea, apparet magis frigiditas. Hæc omnia ex Gentili. Tunc sic, ergo tenetur dicere, in omni mixto debere esse complexionem secundam: nam in omni mixto disformiter miscentur elementa: ergo partes talis mixti erunt magis, & minus intensæ, ergo agent inter se, & signandus est terminus talis actionis. Quare licet nobis sit ignota, procedendum datur in mixto complexio secundæ, resultans ex actione partium inter se: nam, vt dicebam, quod philosophantur in mixtis perfectis, animalibus, scilicet, & plantis, debemus philosophari in mixtis homogeneis inferiori modo, & minus ad sensum.

Et hoc forsitan intus ait Auicenna in cap. 1. operando dixit: Complexio secundæ alia est fortis; alia debilis, his verbis: Scito, quod complexio est secundam duos modos, scilicet, & complexio prima, & complexio secundæ. Complexio prima est procedens ab elementis. Secundæ verò procedens à rebus, quæ in se habent complexionem, vt complexio medicinarum compositarum, vt thesauri: namqueque enim medicinarum thesauri complexionem habet sibi propriam, deinde commiscetur, & componitur, ita vt vniatur, & aduenit eis contrasitio; & aduenit eis complexio secundæ. Et hæc complexio secundæ non est ita, quod non sit nisi ab arte: nisi quandoque est à natura: hæc enim commixtum in veritate est, ex aqua, & cafeitate, & butyro, & sic: & hæc complexio secundæ est opus nature, & non ex opere artis. Complexio istam secundæ est secundam duos modos; aut enim est fortis, aut debilis. Hæc Auicenna. Potest ergo aliquis dicere, ista mixta vniuersalia ad sensum habere temperiem secundam

debilem, non perceptam sensu.

Sed quomodo aliqui considerant Gentilem explicare; nondum euacuant difficultatem ex claritate qua nos in præfatione. Dicimus ergo, quod ista complexio secundæ (quæ, nulla est alia, quàm quæ resultat ex coalteratione partium, quam communiter vocant medici temperiem coalterationis) quedam est fortis, id est sensibilis (vt declaramus Auicennam), sensus enim Petrum taliter temperatum, quia ex certa complexionem cordis, & alia cerebri, & alia iecoris, resultat sua temperies individualis. Hæc, inquam, temperies suo modo poterit considerari in mixtis homogeneis: sed quædam attendenda erit penes diuersas partes diuersæ qualitatæ primæ, quia vna erit calida, & alia frigida; & in tali resultat complexio secundæ, vt probauimus ex necessitate agentis, & passibilis erit debilis, id est, non perceptibilis. Alia verò attendi potest secundum tenuem & crassum, nulla facta consideratione primarum qualitatum, sed solum præcisè, inspecta tenuitate, & crassitate. Itæ in tali diuersitate potest esse necessarium esse, ponere secundam complexionem: nam ex vi istarum secundarum qualitatum, non est necessitudo, sed qui aliquam terminant actionem; quæquid alij sentiant: heriles enim sunt istæ qualitates, conducunt tamen ad modum secundas primas, quod maximi momenti est ad particularem diuersitatem ad ipsam. Quibus relictis consideratis, videntur explicatis locis Auicennæ, & consequuntur obiedioni positæ contra Gentilem, loquebatur enim de ista diuersitate in tenuitate & crassitate solitarie fortis, & sic non valent causare complexionem secundam.

CAPVT VIII.

Num necessaria sit quatuor elementa, et sua temperamentum.

Quod sit necessaria quatuor elementa, videtur probatum ex eorum essentia deducto ab Hippocrate in libro de Hippocrate. Natura humana; quæ in præfatione confirmatur Aristotele, & vniuerso Auicenna in eodem.

pire de Elementis, & in capite de Complexionibus, deficiens, complexionem, aut; resultare ex actione elementorum ad invicem agentium. Atque ex diversitate partium in mixto, ut etiam possit probari, in eo & ex ultima dissolutione in quatuor corpora simplicia.

In hac difficultate aliquo modo sibi opponuntur Genitibus, & Hugo Senesitiam aliquando Genitibus ferè committit, ad illerendum, posse fieri temperamentum ex solo concerto ignis & aquæ agentium inter se quodlibet dispositio corporis mixti inquit, si quatuor qualitates ad invicem agentes, & participes, mixtam possunt producere dispositionem, quare ignis & aqua illam non valemus efficere, cum istis quatuor qualitatibus prædita sint? Poterit igitur (prosequitur Genitibus) ignis aquam deducere per gradus sic cutas similes terræ, & per gradus humiditatis similes aëri. Atque cum probabilissimum sit, qualitates symbolas esse eisdem speciei, non est difficile, quod ex duobus elementis contrariis fiat unum temperamentum, & unum mixtum. Et quamvis assertivè non consistat suam sententiam Genitibus, videtur tamen hunc modum amplecti in hoc capite complex. d. b. 2.

Senesitæ contra non solum air esse necessarium quatuor elementa ad invicem agentia & patientia, sed præter hoc aliud requirit, certos scilicet modos, inter quos unus est, ut per minima se tangant. Sed principaliter requiritur limitatum agens, & determinationem, inducens talem formam temperamentum.

Ille due opiniones mihi videntur admittendam oppositæ. Senesitæ probat suam opinionem certis quibusdam causis. Primo, quia quantumvis ad opera animalia sit temperatum membrum, requirit tamè à cerebro limitatum temperamentum per spiritum trauctum. Ergo præter proportionem qualitatium requiritur agens determinatum producens complexionem.

Secundo, quia in vno simplici elemento quantumvis inveniatur temperies, & proportio qualitatum, si tamen tale elementum non esset ad minima diffusum, & alia tria elementa simul suis minimis iuxta ponerentur, non resultaret temperamentum.

Tertio, quia si ageret unum simplex, v. g. ignis in aquam, cum sit prædominans, nequaquam mixtum generaret, sed simplici actione transmutaret: quantumvis aqua per

quocumque dispositiones transiret.

Hæc tamen Senesitæ sententia facillime excluditur non enim nobis adducit rationem efficacem, quæ probet, non negati ad temperamentum. Vno loco dicitur ita dantesio proposito rationes Senesitæ dilabuntur: nam ille tactus per minima non necessarii debet fieri per minima elementum quatuor immediate, sed sufficit temperari qualitates adhuc in minima materia signata, quantumvis talis materia mixtorum, & non ipsorum elementorum immediate.

Ad id verò, quod dicitur requiritur limitatum agens, & ponit exemplum in complexionibus, nullam videtur habere difficultatem: nam nobis non negamus, requiri ad mixtionem vincentium, & animadversum agens aliquod vniuersum subordinatum inquinoco, vel solum agens æquiuocum, quod influit in forme inductionem, hoc enim necessarium est, ut elementa eleventur ad quod ipsa sola non sufficiunt, secundum sententiam D. Thomæ, & ferè omnium Peripateticorum, asserentium, Cælum generare vincentia: & quo pundo alio loco. Talis ergo temperies per hoc indiduo Petro, aut Ioanne, requiritur agens vniuersum, patentes, scilicet, qui operentur tali temperie terminali, & tali influit cælesti, qui suppleat defectus inferiores: igitur Senesitæ debet aduertere, quod aliud est temperamentum: aliud vero tale temperamentum, aliud solum dicitur qua litatem resultantem ex primis, hoc addit modum, & determinatam quantumvis materiam cui inflat spiritum, v. g. semen, plantam, carnem, &c. Itaque, quod ipse putat esse necessarium ad temperiem, non est necessarium, nisi ad modificandam temperiem. Et sic soluitur stirpium sine observatione.

Tertia ratio non probat: nam si, ut dicebat Genitibus, qualitates sint symbolas eiusdem speciei, quare ex igne, & aqua non fit unum mixtum, cum habeant omnia requisita ad mixtum producendum, mixtum, & se possunt tangere per minima, ut volebat Senesitæ. Neque dici potest esse ignem semper prædominante emittens mixta proporetione agentis ad passum mixturæ victoria potest esse ergo ignis & aqua taliter commensurari, ut temperamentum resultet pro mixto. Ex quibus constat, non exactè probare Senesitæ suam opinionem. Quare determinemus, quid secundum viam Hippocraticam tenendam & asserendam sit.

Contraria
inter Genitibus
& Senesitæ.

Hugo Senesitæ.

D. Thomæ.

Separemus certa ab incertis. Primum, verum est (quod & supra confirmavimus) temperamentum nil aliud esse, quam qualitatē resultantem ex primis pro fortis mixti consuetudine: ergo sequitur, quod quomodocumque conflatur hæc dispositio mixta pro mixto, verè, & proprie dicitur temperies.

Secundo, certum est, non esse necessarium, ut elementa concurrant immediatè ad mixtionem: nam illa dispositio mixta sine præsentia elementorum potest prodia ei: quod expressè docuit Arist. 2. de partib. animal. c. 3. inquit enim: Cum itaque triplex sit cōpositio; prima statui potest ea, quæ ex primordiis conficitur, quæ elementa nonnulli appellat, terram dico, aquam, ærem, ignem. Sed melius fortasse dici potest, ex virtutibus confici elementorum, siquæ non omnibus; sed ut alibi antea expressum est: humor enim, & calor, & secetas, & frigus materia sunt corporum compositorum. Quæ verba confirmant ea omnia, quæ diximus in primo, & secundo certo.

Ex his videtur sequi, non esse contra Aristotelem, nec aduersus veritatem, quod quidam tenent, posse, scilicet, mixtum fieri ex materia vnius elementi cum virtutibus aliorum. Quod probat Marsilius, quia si per aspectus Cæli agentis in terram, non posset fieri mixtum, vel esset defectu materia, vel dispositionum qualitatarum: sed neutrum istorum dici potest, quia & materia terræ est apta ad suscipiendum, & corpora celestia apta ad agendum: ergo fiet exacta aliqua temperies pro mixti forma.

Secundo tamen fortius argumentatur: nam supposito, quod detur mixtum paræ quantitatis totum homogeneum (hoc enim supra probatum est) arguitur sic: Ad producendam illam complexionem in mixto homogeneo, solum concurrunt qualitatina dispositio, & non sunt necessaria quatuor elementa redacta ad minima: ergo etiam id potest contingere in materia vnius elementi. Probat principaliter antedicens; quia si talis connectio elementorum ibi concurreret, aut minorum, ut illi volunt, non posset esse tam uniformis qualitatina mixto. Est ergo potens solus qualitatium concursus ad faciendam mixtionem veram in illa materia. Ergo similiter fiet in materia vnius elementi, siquidem omnes materiae sunt eiusdem speciei.

Et confirmatur: nam contrarij opinionæres asserunt esse necessarium, ut elementa ad minima diuidantur; ita ut minimum vnius tangat minimum alterius. Tunc sic: Sumamus minimum, quod correspondeat terræ; illud minimum cuius verè mixtum, & non per alia minima, quæ cum illo misceantur: ergo per solam mixtam qualitatē, sine per solum temperamentum: ergo si in vno minimo terræ feruatur ratio mixti per solas qualitates elementares, dicendum est, quod ex solo vno elemento potest fieri temperamentum, agēribus alijs virtutibus sine elementorum concursu.

Vltimo, probatur experientia, quæ docet, ex homogenea substantia generari alia mixta cum noua complexionē: ergo non est dicendum, esse necessaria elementa ad minimum diuisa. Aristoteles dicit panctinā videmus aquas conuenire in lapides tam illa, quæ sunt similia, quæ illa quæ sunt dissimilariæ: sic enim fit corallus, & alij lapides.

Dices ad hoc ubi esse diuersas partes virtuales minimas, terreas, aqueas, &c. Sed certè hoc gratis dicitur: nam præterquam quod sepius dictum est, non repugnat mixtum homogeneum respectu virtutis lapidificatiue impertinens est illa heterogeneitas substantiæ: cum non reperitur lapidificatiue melius propter heterogeneitatem maiorem.

Ex quibus colligitur primum, posse mixtum fieri ex materia vnius tantum elementi, concurrentibus virtutibus qualitatibus. Secundo, id etiā debere dici de temperamento. Atque ne tantum Aucennam reprehendamus, ipsum declarare oportet quod in responsione ad argumentum iam supra posuit.

Ad primum, dictum est, quo pacto Aristotelis sufficere virtutes docuit, 2. de partib. anim. Idemque voluit Hippocrates, nam 1. de Diæta vniuersiæ tantum vitæ principia excogitauit: & ob id ignem, & aquam tantum adduxit: in lib. antè de Natura huiusmodi principia omni natura constantium corruptibilia, ut ipsius verba declarant: & sic ex quatuor primis omnia composuit elementis, id est, ex virtutibus, ut Aristoteles declarauit.

At licet nos Aucenna (ut secundum diluamus arguētum) in definitione temperamentum, ad minima diuiserit elementa, non ob id intellexit, omnem complexionem debere præcedere quatuor elementa diuisa, sed illa forsan, quæ immediatè

Aristot.

Marsilius.

Hippocrat.

Aucenna.

ex illa fuisse enim loquantur omnes, quod de mixtione absolute verba faciant.

Tertium argumentum nihil probat, et non sit necessarium omne mixtum esse diuersum. Neque quatuor argumentum habet efficaciam, nam ut mixtum in elementa dissoluatur, sufficit, ut virtutes habeat elementorum, non quod ipsa ad illud contulerint. Ergo temperamentum ex quatuor qualitatibus emergit, modo ab elementis immoediate, modo ab alijs agentibus, dirigentibus virtutes elementorum. Atque hæc de hac questione dicta sufficiat.

CAPUT IX.

Dubiola non contemnenda.

Sed ad maiorem prædictorum claritatem, & ad omnia que disputanda sunt, aliqua dubia enodare oportet. Dubitare enim quis poterit, quo pacto mixtum ex materia vnius elementi constatur, possit in omnia elementa dissolui? Nam non sufficit respondere, quod supra tactum est, sufficere virtutes reliquorum, quia si virtutes non sunt adlocatæ proprijs materijs, non apparet, via qua emergant quatuor formæ. In mixto enim, ad quod conueniunt quatuor materis signatæ, facilior est ad antiquas formas accensus. Qualitates absolute loquendo, indifferentes sunt, tam ad hanc, quam ad illam formam; ergo mixtum resoluendum in quatuor elementa, oportet, ut præter qualitates habeat materias.

Secundo dubitabis, quia indifferentes dicimus, has qualitates actiuas, illas passiuas, illas terminari, alias terminare, de clarandum est, quid Peripatetica schola deematene sit necessarium semper ad principia recurrere: præterquam, quod hæc doctrina est fundamentum ad constituendam partem in mixto: & ad omnia que de coctione, & putredine ex mente Aristotelis sumas dictum in 2. tomo.

Pro solutione primi dubij notandum est, quod mixta, que oriri possunt ex materia vnius elementi cum qualitatibus aliorum, sunt in duplici differentia: Quædam ita sunt proxima suo primo principio, ut possent appellari affectiones elementorum: quædam sunt meteorologicæ quædam impressiones, que facillè redeunt ad elementum ex quo suæ generatæ, ut nix, grando, glacies, & aliæ multæ impressio-

nes, de quibus Aristoteles in libris proprijs. Ista quidem imperfecta mixta, bene constat, quod quando eorum punctum, non conflunt quatuor formæ elementorum, sed solum illud elementum quod recipit impressionem. Et ratio istius est, quia hæc mixtura ita fuit imperfecta, ut non admitteret sufficientem miscellam virtutum aliorum elementorum. Et idem dico de aliquibus subterraneis, & de ignis impressionibus in supræma spheræ elementibus.

Alia sunt mixta magis elaborata, quia licet possint fieri ex materia vnius elementi (ut prædicta) tamen ab agente recipiunt tales virtutes, & tales modos, ut supplicatur præsentia aliorum elementorum, & ex vi illarum virtutum resoluantur in quatuor elementa. Explicatio huius nostri conceptus est illius comprobatio: certum est in Philosophia omnes virtutes aliorum corporum inferiorum contineri eminenter (tanquam in causâ superiori) in corporibus caelestibus. Cælum huc etiam, siccat, calefacit, infigidat, ut elementa: & non solum hæc primarum qualitarum opera præstat, sed secundas qualitates, & alias plures producit, rarefacit, densat, & quicquid contemplantur in corporibus, per tunc ad transmutationem, & ad motum localem, & ad varios modos ipsarum transmutationum, potest proficisci à corporibus caelestibus, dummodo illis præbeatur aliqua materia capax tante varietatis. Vnde, probant in meo Opusculo de Peste, ante viginti annos edito, quod corpora caelestia possint causare pestem: (quicquid absurdum dicant) nam tali modo possunt aërem dispendere, & tam nobis contraria qualitarum harmonia, ut respiratus aër vitalem spiritum dissoluat (in eo libro latius de hac re). Sed quicquid de isto puncto sentiat aliquis, non moror. Redeo ad nostrum discursum, & summo efficaci argumentum, ut breuiter intelligatur: & suppono, quod materia quatuor elementorum est eiusdem speciei: (ut supra tetigi) materia enim terræ potest suscipere formam aquæ, & omnem modum, & qualitatem illius, & formam ignis, & modum & qualitatem ignis, talem raritatem, talem penetrationem, talem celeritatem, &c. Hæc supposito, Cælum in materia vnius elementi potest inducere, non solum qualitates quomodoocumque, sed etiam modos, & secundas qualitates reliquorum elementorum, in ordine ad aliquam formam magis perfectam, quam impressio-

meteorologica, v. g. ad generandum aurum, aut argentum, & lapides aliquos pretiosos, relinquo plantas, quia est questio, utrum Caelum valeat ipsas producere ex propria vi quantum ad vitalitatem. Cum ergo ista mixta sic producta habeant omnia, quae alia mixta participant ex congelatione actuali quatuor elementorum, nulla est ratio propter quam non possint dissolvi in ipsa quatuor, modo quo in superioribus explicavi. Et ratio fundamentalis est, quia mixta ex quatuor elementis, nihil aliud habent ex illis, quàm qualitates primas, & secundas, cum eadem mensura, & modo mensuratas, ut constituant modum substantiæ à medicis appellatum materia verò coincidunt in vniuersum, & eiusdem proliis rationis, & naturæ. Ergo si modus substantiæ, si qualitates primarum temperies, si secundarum mensuratio, quæ omnia sunt quibus mixtura correspondet elementis, omnia, inquam, ista causata à Cælo, rependantur in vno mixto, sine dubio resoluatur poterit in quatuor elementa: quia materia habet eandem sigillationem specie, ac si ipsa quatuor elementa conuenissent; imò forsitan perfectiori vinculo: nam causa superior excedit sibi subordinatas. Itaque dicere oportet in bona Philosophia, quòd in tali materia, v. g. terræ, generat Caelum partes aëreas, igneas, aqueas: quia pars ignea nil est aliud, quàm materia cum calore, raritate, & subtilitate, pars aërea cum subtili humiditate, pars aquea cum frigore, & humiditate crassiori: quibus mixtionis vnitatem copulatis mixti forma aduenit. Et ex vti illius sigillationis ipsa elementa emergent tempore dissolutionis, si vt mixta dissolui debent non aliter, ac illa, quæ actualia elementorum minima continebant: nam ista minima nil aliud sunt quàm portiusculæ materiæ cum illis sigillationibus primarum, & secundarum qualitatum cum suis modis. Non potui cum maiori claritate Debitum elucere.

*Dubium 2.
Perpetuat.*

Ad secundum dubium accedamus, Pomponatus, & fere omnes Peripatetici dubium dissolunt, nisi Noëterici varie sentientes, turbarent veritatem. Desinit Aristoteles qualitates primas per quædam conditiones, quibus condecorantur in ordine ad mixta, & sic non sunt definitiones propriæ, sed quarundam proprietatum explanationes. Ad-

hæc qualitates, calor, & frigus sunt, quæ terminantur; humor, & siccitas sunt, quæ terminantur, & ob id passivæ. Itaque omnes quatuor sunt activæ, & passivæ, & ante mixtionem, & in mixtione, & in ipso mixto constituto, de enim reuertuntur ad inuicem. Sed quantum ad hoc, quòd est terminare, habent se diuersimodè. Calor congregat similia, segregat dissimilia; frigus omnia coarctat, & copulat; humidum subditur faciliè, tanquam nullo proprio termino fixum; siccum propriis coercetur terminis, & alienis resistit. Ergo ad mixti productionem calor congregat similia, quæ conueniunt formæ inducendæ; dissimilia euersat, dissipat, pellit, & sic copulat, quæ ex brimæ, & siccitate possunt uniri, & illa contrahit in eam, quæ præsertim subire similitudinem; frigus verò densat, & coarctat, quæ claudens, quæ calor congregauerat: hoc enim vltimum maxime est necessarium: nam calor non potuit omnino humorem, & siccitatem tam firmiter continere; quæcumque liberoserit in congregandis, quæ potuit: accessit ergo frigus, & prædictum opus roborauit, vt humidum, & siccum vtriusque lætescere viderentur. Et ob id alii Peripatetici dixerunt, quòd metallorum formæ à frigiditate, tanquam vltimo disponente inducuntur (quæ sententia quomodo intelligi debeat, non est huius loci.)

Ex quibus satis apparet quantum distent ab ista veritate illi, qui afferunt, complexionem nil aliud esse, quàm certarum qualitarum, sine vilo ordine: quòd superius in Sostezio animaduertimus. Ex ista enim Aristotelis doctrina satis constat, quomòdò vniuersum, siue est perficiens, & perfectibile. Sed memineri oportet, quòd ista terminatio actiua, & passiva neuisquam sit actio, & passio per remissionem contrariæ: vt contra Mercurium tetigi in superioribus; sed potius concernat modum exhibendi, & consistendi in mixto, passiuæ cohibitis, & actiuæ cohibentibus ne dissipant, sed propriis mixti cancellis persistant.

Sed tertio satis ad eam, & sententiæ dubium aliquid, ex definitione passiuæ in qualitate inueni, istas qualitates in mixto non remanere solitarias, sed adiectis substantiis propriis, & ex coarctante reperiuntur diuersas substantias in quacunque particula mixti: atque adeò diuersitatem partium, non solum attendi potest

Dubium 3.

temperamentum, sed & penes diuersas substantias. Et probatur ex diuersa natura humidum intrat mixtionem, vt terminabile termino alieno: hæc autem in passio non pertinet ad qualitatem, sed ad substantiam humidam; hæc enim est que effluit, & refluit: & que coninetur, ne effluit. Qualitas vero sola neutiquam effluit, nec coninetur ab alia, proprie loquendo, sed ex accidentibus continetur, & terminatur substantia ipsa, in qua est talis qualitas. Ergo si Aristoteles, & sequaces constituant humidum & siccam in mixto, vt terminata à calore & frigore, sine dubio intellexerunt de substantiis ipsas, & non de qualitatibus solis. Et hoc modo possunt declarari partes mixturæ vtò illæ substantiæ non possunt esse sub eadem præcisa quantitate, quia vnaqueque illarum est quanta, & non potest penetrari cum alia. Ergo declarandum est, quia via sit philosophandum, vt in quacumque parte sint illæ substantiæ terminatæ ab aliis: non verbò possit declarari illa definitio de solis qualitatibus. Dicendum sentio iuxta principia nostra, que credimus esse Peripateticæ.

Dico primo, quòd definitio passiuarum corporearum substantiarum explicat humidam & siccam, vt reuè ratiùm est in proposito dubio; sed in mixto constituto tam per seam formam, non debet absque excellentiæ vnicam præcisam partem consistere ex diuersis substantiis diuersis: sed vna est substantia humida & sicca, à calore & frigore terminata; & ita non terminantur qualitates per se (vt reuè probatum est) sed substantia ratiò disposita, que ante formam mixturæ diuisa sub horum elementorum, & possessa vtò corruptis omnibus remanet vna qualificata, sed terminata per aliam modo explicatam. Et ita non sunt partes diuersæ, sicut fuerint diuersæ in termino à quo. Prepositiones idem philosophantes de calido & frigido. Sed cum tota differentia semper existatur ex humido & sicco (sicut prædicta declarauit Aristoteles) ratiò in hac materia, quoniam in alijs de conditione & partibus: idcirco de illis præcipue animus.

Quoniam delectabilis ac castus, vixit temperate conueniens homogenea quia videtur quòd sicca & calida liquat, & congregat, cum sint in diuersis. Respondens ratiò niter, quòd licet calor temperat illa similes congregate, tamen ex accidentibus poterit aliqua que à mixta sint, coniugetur illa bene poterit vna causa facere aliquod

per se, & suum contrarium per accidens: vt frigus per se intingatur, & per accidens calefacit media antipertinens: sic calor per se attrahit, liquat, & congregat homogenea. Si vero contingat, quòd materia que calefiunt, quamuis diuersa simul attrahatur, & liquatione adhaerant inter se, hoc accidit non per se à calore, sed ratione materiae que liquatur, que adhaeret, vt pax, & caritas. Non enim intendebat calor vniorem talem. Sic calor plumbum & stannum, quoniam diuersa, liquat, & miscet ob conuenientiam, quam habent: non tamen coniungit stannum, & carum.

Sed ista responsio, quamuis vera continet, & deuiolunt ad id, quòd per se calor agit, vt clarè patet: nam dicit, quòd ista diuersa habent aliquam conuenientiam, ergo calor per se congregabit illa, quamuis appareant diuersa quia in eo quo conueniunt, similia sunt: & ita (ingorose loquendo) non est proprie talis effectus per accidens. Tamen alio modo potest congregare per accidens magis manifestè, & sine controversia: quia quando resoluit, & reliqua indurat, videmus, quòd manet ibi res diuersæ compactæ & indurate, vt in luto à sole indurato. Hæc congregatio heterogeneorum est manifestè per accidens: ad absentiam enim illarum partium terram & humidam conglomerare sunt partes terreæ, & constituantur in se paleas, lapides, & alia diuersa. Quòd autem tales effectus sint per accidens, sicut Aristoteles & Aristoteles.

Naturam tamen maximè illam, circa illas diuersas caloris (sicut circa omnia diuersas qualitates), que possunt aliter tanquam instrumentum diuersas (sicut) quòd calor vt calor congregat homogeneas separat diuersas: tamen vt substantias ab anima, sicut distinctas congregat. Hoc considerant aliquam vna linguam, que, dum est extra, vna & alia, vt vna substantia, vt quatuor homines sunt diuersi apparet ad sensum quòd manet substantia. Si vero sanguis conuolatur à vna, ad multas illas exterrum, fatum puer trahitur ratiò ad sensum: ratiò super tractat in diuersa: ratiò & vna anima manet locum tenentem eam congregate. Dicitur ergo, quòd calor linguam cum extrahi, cum eis gubernatur anima operatur in quantum calor, congregando heterogeneas, & vna homogenea quia amica, quòd eleuare substantias poterit, omnia conuolatur. Sed

Aristot.

Dubitium 4

quantum ille discursus habeat veritatis, alio loco contemplantur. Nunc illud admittimus, elevari calorem ab agente, ad aliquos effectus, quos calor ut sic, & solitarie efficere non valet: quod in mixtione, de qua agimus, sensus demonstrat: variatur sicutem mixtio, & terminus illius secundum directionem agentis.

Dubium 5. Quinto, dubitant aliqui circa definitionem siccitatis: dicit Aristoteles, quod terminatur difficulter termino alieno. Sed contrarium apparet in igne sicissimo: facillime enim terminatur ab alieno continente, ut videmus in flamma, que à fornace figuratur.

Augetur. Respondent aliqui etiam Averroes in Epitome: Meteor. quod Aristoteles definit qualitates, prout ad mixti constitutionem concurrunt: ut nō loquatur de siccitate, sed de siccitate in mixto: in mixto autem semper predominatur siccitas terrę, quod difficile terminatur, & adtingitur portuicula siccitatis ignei, que est consortio terre crassę, & sic quoddam siccitatis maxime resistens termino alieno.

Probabilitate hoc dicitur: tamen fateri oportet, has passionet, seu proprietates siccitatis ad naturas proprias ipsarum qualitatum in se. Probat ut efficaciter, quia illas nō acquirit ex officio ad maximum, neque in mixto, sed quasi exercere (ut sic dicat) sicut illas demonstrant in actu secundo, quando conveniunt ad mixtum. Ergo dicendum est, tales passionet sequi ipsas qualitates, absolute loquendo, & præcedere intra naturas ipsarum qualitatum, sit mixtio, aut non sit mixtio. Melius igitur alii dicunt, non elucere in igne hanc difficultatem terminandi ob suam maximam tenuitatem, propter quam flamma reprimatur à fornace.

Adimus nos, quod licet reprimatur à fornace, & quasi recipiat illius figuram ob naturam tenuitatem, tamen semper resistit termino alieno: ad quod adiuvat contrarius ille motus localis flammę, quo sursum petens, pyramidalem facit figuram, aliam mansuetam admittens, nisi via sit corruptionis. Quę autem sit causa quare flamma in pyramidem ascendat, alijs locis declarari, Platonis sententiam debet illis. Sed ille discursus non pertinet ad hanc locum.

Sed cum iam accedamus ad tractationem de temperantia humanę nature, non erit præter rationem explicare, verum humanum corpus ex quatuor corporibus elementorum sit constitutum. Cum enim di-

xerimus, nō repugnare natura, ut sit mixtum ex materia virtus elementi cum qualitatibus aliorum, possit aliquis dubitare, an hoc etiam in corpore humano contingat.

C A P U T X.

An corpus primi hominis ex materia virtus elementi cum qualitatibus aliorum fuerit productum, aut productum potuerit.

Reus erit ille discursus, sed sciri dignus non enim debet disputatio semper opprimere ingenia, sed per incrementa aliquid eruditionis attingere, ut sentore argumentationis cohibito & refrigerato, iterū separatis viribus ad palestram redeant.

Cicero, ille eloquentiæ parens in lib. 2. de Divinat. dicebat: Nescio quomodo nihil tam absurdè dici potest, quod nō dicatur ab aliquo. Eleganter certe dicitur, sed maxime dolendum, quod tam sana argumta hęc evanescant, ut nulla sit absurditas, quę defensore careat, nullum mendacem, sine patrono. Ego quidem mali dæmonis fidelitatem esse crediderim, qui omnibus modis homines seducere contendit, ut à veri Dei cultu discedant. Magnum quidem beneficium creationis, ut ex nihilo primum parentem diuinus Artifex & omnipotens in lucem eduxerit. Sed nō deservit stolidi, qui sine fundamento, sine vlla apparenti ratione, sed diabolica suggestione pueriles errores conscripserunt. Theophrastus Paracelsus in Philosophia magna, tractatu primo. & libro 2. de hominibus, air, quod sunt homines esse Adamicos, id est, per continuationem generationis ab Adamo descendentes; alios vero in aquis generari, nequaquam à primo parente demittentes alios in igne; alios è terra nascentes: quos suis nominibus appellat Vindicos, seu Nymphicos, Salamandros, Pygmicos, Sylvicos. Sed ille Aristoteles perperam dicitur: & ab illo tam nepe errore progressus, quatuor absurditates evolvit!

Alii afferunt Aucennę fuisse opinioem, homines (quasi animalcula imperfecta) ex putredine emersisse: & quomodo ceterum in libro de Difficili, nunquam talem assertionem reperit. Qui istos errores sequeretur, dicere deberet hominis corpus ex vno elemento cum aliorum qualitatibus constitutum fuisse.

Aristo-

In Philosophia Hippoc.

Aucennę

Aristoteles.

Aristoteles nihil potest lucis afferre: nā circa mundi opificium, & hominis primordia à Pythagora Samio, & Archyta Tarentino hauiit errorem: & vt ait Iulianus Martyr in lib. de consolat. Aristotel.) primam plantam, & primum animal ignorauit.

Sed accedamus ad diuinam fulgorem ferre Scripturæ: Ex limo terræ formatum primum omnium, edocetur in lib. Genes. cap. 2. & puluere terræ. Et verba sacra iussuens Ecclesia diuino spiritu gubernata, hominis exordia, & resolutionis terminum memorans, ad imperbiæ modelam, exclamat, Memento homo, quia puluis es, & in puluere reuertere. Multi verò Philosophi, & Poetæ antiqui ex terra factum hominem dixerunt; Ouidius, Lucretius, Mercurius Terminus, qui sine dubio libros sacros perlegit.

Est autem intelligendum, quod populo rudi & inrudito non erant abscondita & difficilia dicenda, sed que magis sensus parerent, & ob id limū terræ, terram scilicet aqua mixtam adducit sacer textus; quia magis intelligibile erat, Deum, quasi diuinam figuram ex luto vas ibid mirabile efformasse, & viuificasse. Vnde Xenophanes Philosophus ex terra & aqua formatum hominem antiquitus declarauit (quasi legitur Genesim.) *Namque ex terra, & aqua producti nos sumus omnes*. Silentio præterit sacra Scriptura ignem & ætrem, tanquam minus sensibilia elementa, æt enim elementalis præ tenuitate quasi vacuum videtur, quanto magis ignis, qui multo tenuior est præterea, quia sensus non percipit, quomodo aer, & ignis possunt misceri, & cum aqua, & terra coniungi, est verò facilis & communis, terræ & aque commixtio, & rudi populo cognita. Quæ autem sit ratio, ob quam Deus ex limo terræ primum fecerit hominem, sancti Patres explicauerunt in explicatione huius loci, & singulariter diuus Augustinus. Nec existimandum est, corpora cælestia, & Angelos ad istud mirabile opus aliquo pacto concurrisse. Antiquus enim hæreticorum error fuit, non intelligentium arcana illa verba: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: que sanctissimam & indiuiduam Trinitatem expriment, vt sanctus Theodoretus Cyrensis, Athanasius, & alij explicant, & probant. Cæcipientes verò & ignorantes hæretici dicebant, Deum conuocare Angelos, & firmamentum ad hominis creationem.

*Iuliani Martyris consuetudo in Arist.**Mercurius Trimegisti.**Xenophanes.**D. Augustin.**S. Theodoret. S. Athanasius. Hæreticorum falsa opinio circa hominis creationem.*

Igitur limo terræ, mixto cuidam imperfecto ex aqua & terra, conuocauit Deus potentem aerem, & subditissimum ignem; sed ex terra, & aqua maiorem molem, ex igne & ære minorem portionem, sed maiorem virtutem. Nec intelligendum est, prius partem quoddam corpus efformasse, & interuallo facta animam creasse, sed simul & corpus finxit, & animam creauit rationalem, quæ sensiuam & vegetalem cōruer, per quam factus est homo in animam virtutem. Non enim assensior dictis Vallesii in sacra Philosophia afferentis distinctionem animarum in eodem corpore, ex prima hominis formatione posse comprobari: contra quem errorem iuuenies nostram discursum in hoc tomo, lib. de Hippocrat. Philosoph. Consulto dixi, simul corpus formatum, & animam creatam, sicut enim nunc creatur anima in illo instanti generationis, quo vnitur cum corpore, non verò antea; ita in primo homine formatum corpus, & in eodem instanti creata & inspirata fuit anima, vitam, sensum & rationem tribuens. Non enim Deus habet animas creatas expectantes corporis vniōnem, vt falso opinatur Origenes: quoniam opinioem deliramentum appellat sanctus Ioannes Damascenus. Tamen licet hoc pacto fuerit celebrata creatio: intellige prius natura corpus formatum: vt latissime contra quemdam Neotericū iuuenies probatum in Hippoc. Philosoph. Sed iam litro vitæ crepidas. Colligo orationem. Quatuor igitur elementa secundum mensuram dictam in illo limo reperia fuere. Posset verò facere Deus hominem ex vno solo elemento; & non solum ex vno sed nulla omnino præsupposita materia, sicut creauit ex puro nihilo celum & terram: tamen creata iam materia, licet ita remota, voluit illam assistere ad formandum hominem, & reliqua animalia, vt in hoc saltem iam incepterit aliquis ordo rerum elucere. Quamuis autem ex aqua pulces, ex limo corpus hominis profuerit; nō debet aliquis intelligere, simile hęc actionem, quasi ex præsupposita materia, naturalem. Neuiquam certe, sed pure supernaturalem & diuinam, & à sola potentia infinita effluxam; nim facere aliquid ex materia disposita & proxima, generantis est naturaliter, sed facere aliquid ex materia potius remota, est Creatoris actus.

*Notatur Vallesii.**Notatur Origenis. Damasceni.*

Præterea probatur, quod ex quatuor elementis immediatè miscuit materiam pro-

Pulcherrimo. primo parente: quia primum humanum corpus debebat cum perfectione possibile formari, tanquam primum in sua specie, & omnium individuorum origo: maior vero perfectio est, quatuor elementa conuenisse: quia in corporibus pluralitas compositionis perfectionem arguit (vt ex D. Thom. alibi declarati) in spiritualibus quanto simplicior, tanto perfectior essentia in corporalibus quanto magis multiplex compositio, tanto eleuatio ergo corpus illud ex quatuor elementis, & non ex vno solo efficiendum debuit.

Neque existimet aliquis, diuisa fuisse elementa, ita vt ossa fuerint facta ex terra, cor & spiritus ex igne, carnes molles ex aqua, & acre, &c. non enim defecerunt, qui hoc dicent. Sed ascendunt ex quatuor elementis immediate omnes corporis partes, & formantur, in quibusdam tamen maior molem, vt in ossibus, in alijs mediocrem, sed in omnibus efficacem virtutem ignis: quasi momentis & aduantis reliqua pigra elementa, vt explicuimus in textu illo celebri: Ignis per omnia motus, &c.

Vt prius ostenditur, quia in primo homine etiam fuit vera ista proportio, Aristotelis: Ex eisdem fieri nutritionem, & compositionem, id est principia materialia, quibus nutritur corpus, sunt similia principia compositionis. Nutritur corpus humanum ex humoribus: quia factum fuit in vtero ex humoribus & femine, quod ex humoribus fit: corpus vero primi hominis, vt per se constat, non fuit factum ex humoribus, sed immediate ex elementis: ergo si nutritur ex quatuor humoribus, colligitur fuisse compositum ex quatuor elementis immediate. Probat, quia nullum aliud alimentum ita est simile quatuor elementis, sicut quatuor humores: & ob id merito secunda elementa appellatur. Igitur a posteriori recte colligitur, eorum illud ex quatuor elementis immediate fuisse efformatum.

Secunda dubitatio erat: Vtrum possit efficiari ex vno solo elemento, naturaliter loquendo. Dico, quod hec supra probatum fit ex vno elemento cum aliorum qualitibus posse fieri mixtum: non potest talis doctrina intelligi de corpore humano: quia omnis illa qualitatibus dispositio, quantumuis diuersa sit, non sufficit ad tam variam diuersitatem partium. Secundo, quia quod nunquam visum est in ream naturam, credendum est neutiquam vi-

ribus natura fieri posse: nunquam videri visum est, animal aliquod perfectum ex terra cum qualitibus aliorum elementorum fuisse productum: ergo a fortiori neque humanum corpus, quod organizatione & compositione reliqua omnia excedit animalia. Igitur admitti da ista edo po sio corpore humani, aut est a solo Deo per creationem, aut per generationem a simili, operante ipso summo opifice, supposita proxima materia feminili.

Sed interrogabis: Supposito quod corpus humani ex quatuor elementis immediate a solo Deo potuit formari, & si vellet, posset ex vno cu qualitibus aliorum vtrum in generatione naturali si daretur semen ex vno elemento cum qualitibus aliorum, posset attingere organizationem debitam? Dico, quod nullam inuenio repugnantiam nam semen cum sit proximum & debitum principium, & eleuatum a potestate generis, attinget opus si necessaria sit temperies in primis & secundis qualitibus, per quam respondeat elementis, iam illam habet: quamvis non esset materia omnium illorum. Planta aliqua fuit facta ex terra cu virtutibus aliorum: vtrum ista planta erit cibus animalis, erit chilis, erit sanguis, erit semine: cur ergo non erit imbutum cum generis? & nihilominus semper duxit materem vniuselementi.

DUBIUM.

Possit tamen aliquis dubitare, vtrum homo hoc pacto senserit dolore afficeretur: quia admirandus Hippocrates in libro de natura humana hoc argumentum probauit hominem ex quatuor elementis esse compositum: Si homo (inquit) vni esset, non doleret, &c. Quae sententia optime tribuit occasionem disputandi, sed in nostra hucuratione de Doiore, ex professo illam tractabimus hic solum attingenda, quae pro hoc discursu etiam necessaria. Dico primo, quod doleret homo sine dubio, quauis ex sola elementi vniuselementi constaret: quia sentiret contraria: tactus enim organum quatuor qualitibus praeditum, & informatum anima & potentia, cui non sentiret: ergo sentiret contrariam causam doloris. Hippocrates non loquebatur eo loco, nisi de vitate vniuselementi sine contemperatione aliorum qualitatum, contra quosdam Antiquos, qui nulla facta mentione abertis eum ex vno solitario elemento hominem constitue-

*Probabilis di
tendi modus.*

*Vi equis, au
les, &c.*
*Vtrum re
quet prin
cipia natura
humanum se
nutri tunc
elementis*
Hippocrate

fituebant. At vero omnia que Hippocrates desiderat in homine, experitur in vna materia elementi cum qualitatibus abiectionis: vnde nec fontanarum vitam Dei, vt infirmar Sebathianus Peruvianus. Quasi dixerit Hippocrates: Si homo esset vnum sicut Deus, non doleret: quia illud, quod pure simplex est, non dicit. Non talia cogitant Hippocrates; sed probant intra terminos Philosophiæ suam sententiam, vt aliqui existimant, hoc pacto: Homo est animal sentiens, ergo non potest esse vnum elementum. Probat, quia per sensum tactus fecit contraria; sed non potest sentire ceteras qualitates, nisi sit temperatus ex illis: ergo homo mixtum quoddam est ex quatuor contrariis. Ad nostrum verò difficultatem sufficit ponere hominis temperiem ex quatuor qualitatibus, non tamen hoc argumento potest probari esse necessarias quatuor materias, vt dolore afficitur. Et sic responsum est ad locum Hippocratis. Solebam vero aliquando dicere quod iste locus Hippocratis sic explicatus non probat contra omnes causas doloris. Quorsum enim non dolebit talis homo à dissolvente continuo? Stapanus omnia ista fugit in suis conclusionibus, licet eruditus: nos verò ad tractationem de Dolore remittenda esse censimus; vbi examinabimus, quantum vim habeat prædicta ratio, & explicatio Hippocratis, quam adducunt Moderni.

De differentiis Temperamentorum.

Variæ differentiæ Temperamentorum ex variis principijs deduci possunt. Si enim ea que mentantur, inspicias, aliud erit substantia sicum, & aliud qualitatum. Substantia sicum, quod rebatur ex partibus respondentibus materis, & substantiis elementorum. Qualitatum, quod ex qualitatibus primis constituitur. Si verò proportionem & modum attendas, aliud erit æquale, aliud inæquale. Rursus æquale aliud erit tale respectu omnium mixtorum, quod Medici appellant modum in vniuersa substantia. Aliud erit æquale solum respectu insititæ debite: cuius forme ex ordine ad suas operatioes principales sicut species: quod à Medijs appellatur temperamentum iustitiam.

Enumeremus nunc temperamenta inæqualia, que multa sunt: nam temperamentum intemperatum, siue inæquale aliud est simplex, aliud compositum. Simplex aliud

est, in quo vna qualitas tantum supercedit: dicitur est quadruplex, aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum. Compositum est etiam quadruplex, quia quatuor sunt combinationes, que possunt simul excedere. Primum, calidum & humidum. Secundum, calidum & siccum. Tertium, frigidum & humidum. Quartum, frigidum & siccum. Non enim possunt calor & frigus, & humor & siccitas simul supercedere mediocritatem. Rursus omnes istæ octo intemperies in, aut sine cura affluxu humoris, aut sine humore. Rursus subdividi solet incompertis; alia enim subtilis; alia insubilis; & sine alia æqualis & facta; alia inæqualis & factis: alia particularis, alia vniuersalis. Hæ ceteras sunt temperamentorum difficultates, que aliquas habent difficultates.

CAPUT XI.

De Temperamento ponderali.

Num detur temperatum corpus ad pondus?

VT intelligatur terminus dispositionis, advertendum est quod eadem temporis potest dici ponderalis, & ad restitum, propter diversitatem speciei. Nam ponderalis dicitur cum respectu ad mensuram qualitatum, ex quibus componitur, quæ si dicitur est calida in tali, vel tali gradu. Illavero que est simpliciter æqualis, non sibi acquiescit, vt ad pondus subtilitate discretur, subtilitatis autem dicitur respectu operationum, quæ debentur fieri.

Sed licet rectè dicitur insubilis temperica, quia merito talis forme tributa est à summo omnium bonorum datur, qui in hoc vitæ insitit distribuita, dans vniuersæ iuxta opera sua; quod rectè intellexit Avicenna, cum dicebat: Deus cuiusque animalis, & cuiusque membro donavit ex complexione, quod magis meretur, & quod eius actionibus secundum possibilitatem melius exibat.

Notandum patet, quod temperamentum insubitale non solum totipsum certam substantiam gradatam excedit: nam: terris præter hoc, sicut in omnibus heterogeneis requirit diversitatem, & bonam proportionem partibus organicis. Non enim sufficit insubilis temperies in homine, vt iustum est; vt in insubilibus, & hu-

Avicenna 1.
; Sals. 1.2.

& humoribus, & partium structura debet omnia ad iustitiam conformari, ut temperatus talis homo ad iustitiam dicatur. Ex quo sequitur, quod nec fieri possit inmemori gradualis temperata mensura qualitatum in vno vivente; tamen vivens non potest absolvi dici temperatum, nisi organa, simul & spiritus, & humores habeat cum debita proportione: quia non poterit habere operationes debitas cum perfectione sue nature.

Sequitur vitium, posse dari corpus dis-temperatum, quod nec fit calidius, nec frigidius, nec humidius, nec siccus quam temperatum: nam corpus extreme biliosum, cum venit per aetates ad mediū punctum, certe in illo puncto est dis-temperatum, & tamen non est calidius temperato, quia tunc est in medio.

Sed illæ subtilitates quo pacto possint filari, nisi per certas proportiones respondentes elementis, ut consistat temperamentum substantificum Valleii, non video. Nam colericus iste in medio aetatis non capio quomodo possit dici temperatus, nisi in solo gradu, & dis-temperatus in portionibus ignis respondentiibus elementi ignis: de quo infra.

At cum illa qualitas ponderalis debeat attendi penes ea, quae ex elementis relinquuntur in mixto, clarioris doctrinae gratia de vnaquaque seorsum tractabimus.

CAPVT X.

*Discursus contra Valleium ponentem
aequale ad pondus in temperamento
substantifico, & non in
qualitativo.*

QVI tollunt partes discretas nihil citra quinque punctum dispartibunt. Nos vero qui ponamus discretitate partium in mixto, ut supra probatum est, debemus disputare: vitium ex illis variis portionibus respondentibus quatuor elementis posse consistere aequale ad pondus: ita ut tantum sit de parte terrea, quantum de parte aërea; de tantum de igne, quantum de aëre: ex quibus partibus (quae omnes mixtae sunt) resultet perfecta & aequalis temperies substantifica.

Sed ut res magis clarescat, non querimus vitium substantiae elementorum ad aequilibrium devenire: nam ista non tenent. Verum, ut explicatum est, queri-

tur, utrum illae partes, quae correspondent elementis, possint in mixto in pondere aequali ponderari?

In hac re Vallesius fundans temperamentum substantificum in praedictis partibus, opinatur temperamentum ponderale tantum dari quoad illas partes, & non posse dari quoad qualitates. Ex probatur, quia ut transeat corpus de extremo ad extremum, debet pervenire ad medium punctum. Sed portiones frigidae & siccae decursu aetatis deducunt corpus ad finem extremum: ergo in medio aetatis datus fuit punctus ponderalis, ita ut aequales essent portiones correspondentes elementis. Hoc argumentum dicit habere vim in solo ista temperamento substantifico: quia est temperamentum magis finem & fibratiale, & ob id saltem per temporis momentum potest perdurare, resistendo causis alterantibus: non enim permutatur qualiter de causa.

Pro huius quaestiones resolutione notandum est, quod licet non displiceat doctrina Valleii de Temperamento substantifico, sano modo intellecta: tamen quantum ad id quod probat dari tale temperamentum aequale ad pondus in medio puncto, pariter dissentit. Primo, quia illud temperamentum est de purissimum Qualitatis, ut ipse Vallesius docet, siquidem aliquando illud vocat habitum naturalem, aliquando modum substantiae. Hoc supposito arguitur sic: Nam si est de prima specie Qualitatis, debet assignare in quo fundetur. Respondet, quod in illis portionibus discretis. Rursus in erroribus de illis portionibus discretis, vitium sit discretis substantiatur, vel accidentaliter? Necessarium est, ut dicat, differre tamen accidentaliter ob qualitates primas: & secundas discretis modo ibi contentas, quoniam illis: nam substantias essentialiter discretas non informant una forma mixta. Ergo temperamentum substantificum & materialiter & formaliter loquendo, totum est quid qualitativum, dispositivum substantiae mixtae. Ergo, sicut Vallesius non admittit aequale ad pondus in qualitativis: nec debet illud admittere in illis proportionibus: nam eadem prolixo rursus currit. Quia si finem in perfecto modo quantum ad temperamentum qualitativum, ergo quantum ad alterum temperamentum, siquidem utrumque est alterabile a causa interius, externaque. Dicit ad hoc, utrum-

utroque non æqualiter resistere; nam subtilissimum sibi, & permanere amplius, tamquam magis firma dispositio. Ad hoc dicimus, quod illa fixio non tollit repassio-nem, sed retrahat. Quomobrem Valesius non exactè videtur inter illa duo tem-peramenta distinguere; ita ut in uno deat æquale ad pondus, in alio vero non. Imò vel sibi contradicit, vel veritate coarctus, in ipsam incidit; nam in eadem contronertia inquit, quod non datur æquale ad pondus in qualitatibus; quia sumus in perpetuo morbo semper alterati. Et rursus loquens de temperamento sub-stantifico (respondens ad objectionem quandam) dicit per illius mutationem videntia senescere, & in marcescem deduci. Ex quo magis viget difficultas: si enim ad mutationem illius temperamenti senescimus, sequitur, quod continuè mutatur, licet insensibiliter. Ergo ob hanc rationem, sicut non concedit æquale ad pondus in qualitatibus, neque debet illud concedere in substantifico, siue habituali.

Quomobrem, cum in mixto, ut sapius diximus, nihil sit aliud, quam materia & forma substantialis, & mixta quædam qualitas virtutum elementorum, sequitur, debere nos illud temperamentum ad pondus inter qualitates invenire: siquidem inter substantias non datur. Sed vires, & peria, vtrum in illis partibus accidentaliter dispositis possit dari æquilibrium? Respondeo, quod bene potest dari; & nulla est ratio in contrarium, que efficaciter probet. Tamen, quia qualitates sunt in varia differentia, videmus præmo.

De turne æquale ad pondus in qualitatibus motibus?

QUÆRITUR hæc dubitatione, vtrum deat aliquod mixtum, quod habeat æqualitatem ponderalem inter leuitatem, & gravitatem. Et probatur pars affirmativa: nam non repugnat alicui forme illa mediocritas, & æqualitas: siquidem potest dari forma, que talem proportionem motivaram qualitarum admittat: oleum enim, & ligna aliqua descendunt per duas integras sphaeras elementorum, & ascendunt per alias duas; ergo signum est, quod habent æqualitatem in motibus. Experientia id demonstrat: nam videmus oleum supermatere,

& ascendere super aquam, & terram; & ligna etiam: & descendere per aërem, & ignem.

Secundo, si mixtum non est æquale inter gravitatem & leuitatem, tamen potest fieri æquale; nam possunt incendi, & remitti illæ qualitates; ergo in medio puncto erunt æquales ad pondus.

Nihilominus fit conclusio: Impossibile est, quod mixtum sit æquale ad pondus in motibus. Probatur, quia omne ens naturale habet principium motus & quietis; ita ut si sit in suo loco naturali, quiescat: si sit extra locum naturalem, moueatur ad illum naturaliter. Ergo repugnat in natura, ut sit aliquod ens, cui non competat aliquis locus determinatus. Sed mixtum æqualiter grave & leue nullum habet locum determinatum; ergo neque motum, neque quietem. Probatur illa minor: quia si est in sphaera ignis, est præternaturaliter: traheretur enim à portionebus aeris, aquæ, & terræ. Et sic de alijs elementis, semper enim sunt tria alia, que trahunt à quiete. Nam quocumque modo consideres, semper inuenies, tres partes esse violentas, & vnam in loco naturali. Atque cum actio fiat à proportionem maiori, sequitur, quod tale mixtum erit in perpetuo motu.

Dicit ad hoc, quod quiesceret tale corpus in cõfinitate aquæ & aeris; ita ut vna medietas sit in aqua, & alia in aere.

Sed hoc etiam est falsum, neque respondent ad prædictam rationem: nam in tali loco erunt etiam tres qualitates in statu violento; & sic sapienter mixtum, & ad motum concitabunt. Patet, ponamus lignum sensifubmersum: si habet æqualitatem ponderalem, constat, quod leuitas ignea esset violenta; & leuitas aerea, quæ est sub aqua; & gravitas terra, que est supra aquam; imò & gravitas aquea, que est in aere: & non sunt in loco naturali, nisi solum duæ portiones, scilicet medietas aeris in aere, & medietas aque in aqua. Ergo cum relique qualitates præponderent, non sicut quiescere tale mixtum.

Secundo probatur conclusio: quia si daretur æquale in motibus, darentur duæ contradictiones simul veræ. Probatur, quia tale corpus semper moueretur, ut dictum est, per excessum qualitarum violentarum, & præterea semper quiesceret. Et patet, quia corpus innumquam mouetur, nisi ad locum sibi in naturalem: sed nobis

Commissa.

Obisum.

Et Aures
L. Cal. Jan. y.

his est locus naturalis, ergo nunquam motueretur, vel si moueretur, certe moueretur ad omnia simul, vel quiesceret in omnibus simul; quia non est maior ratio de vno, quam de alio. *Quæ omnia sunt impossibilia in natura.*

Crasissimus error Genesii. Ex quibus colligitur error Genesius (vt refert Conciliator differētia 20.) qui putat Heliam adeo temperatum extitisse, vt in quolibet elemento potuerit viuere; & ita fuisse raptum in curru igneo. Quod quā salū sit, & erroneum, satis patet eū raptus ille fuerit supernaturalis. Et similiter in alium errorem posset incidere, dicens: Christum fuisse adeo temperatum, vt videtur, tanquam ipsum solum, calcaret. Quod eūm fieri miraculū, non est tribuendum temperamento ponderali in motibus.

Argumenta contraria solutione indigent. Ad primum respondeo, quod nulla forma potest exigere, sine requirere tale medium in motibus. Quod patet ex dictis: nam nulla forma requirit talem instrumenta, quæ insouent contradictionem ipsi forme, & eius operationibus. Sed esse in perpetuo motu, & non habere locum naturalem, & contradicere perfectioni cuiuscunque forme, ergo medium in motibus repugnat forme circumque.

Ad exemplum de oleo, & ligno dicimus, non esse equalia in motibus, sed esse multum porosa; aerque imbibitus facit illa ascendere, & ascendere. Quod exemplo vas ferreū, seu aeneū declaratur: nam enim super aquas, si vacuum sit, quia ab aere detinetur.

Dico ad secundum argumentum, quod licet verum sit, leuitatem, & grauitatem esse deducibiles ad medium, tamen eūm nulla forma ferat illam mensuram, statim fiet corruptio talis dispositionis. Et sic nunquam dabis de factō talem equalitatem in motibus cum forma, nisi via corruptionis.

Dubium. Sed est dubium: nam eūm dabilis sit ille punctus medius inter leuitatem & grauitatem; ergo eūm aliqua forma substantiali in materia; ergo saltem dabitur per insulas.

Hieronymus Angelus Parisiensis acutissimus etc. Neque placet Angelus, qui folio 128. inquit, quod si haberet tantum de leuitate ignis, quantum de terra grauitate, quod quiesceret ibi: nos enim declarat, vbi quiesceret: nisi certe nullibi: cum non sit maior ratio in vna sphaera quam in alia.

Ad dubium respondeo, quod nullum est inconueniens, dari via corruptionis, id est, quod non terminetur ibi: quia statim erit altera dispositio ex parte alterius extremi, cum quæ recte se habebit forma. In illo vero instanti nullus erit motus, neque operatio raris forme, vt mortuus: quia nullus motus fit in instanti. Quod si dicas: quæ conueniunt in instanti, possunt conuenire permanentiter, vt arguit Thomeas Garbo. Respondeo (vt postea dicam) quod multa possunt conuenire in instanti (ex nature necessitate: quia aliud fieri non potest) quæ non possunt conuenire permanentiter. Cuius exactior solutio referatur ad questionem sequentem. Imo si audis Conciliatorem, neque in instanti. Vt in infra.

Thom. Garbo.

Deturne equale ad pondus in alternatiuis?

Supponendum primo, quod temperatum ad pondus est regula & mensura omnium constantium ex elementis: & ob id appellatur a Galeno Medium in vniuersa substantia, & de Temperamentis cap. 8. & 9. Dicit enim, quod illud erit temperatum totius substantiæ respectu, quod equaliter participat de omnibus elementis: ergo temperatum in vniuersa substantia, & ad pondus idem sunt apud Galenum. Vtrum verò in specie humana temperatum ad pondus, & ad naturam, coincident, postea breuiter videbimus. Et quia Aucenna dixit (agens de Temperamento ponderali) quod Medicus Physico credere debet: breuiter videamus. An exopti fiat hoc corpus reperiri potest in natura?

Galenus.

Aucenna.

Probaturs affirmatiua auctoritate, & ratione. Nam Galenus loco citato corpus temperatum dicit esse regulam & mensuram omnium: & ob id participare equaliter elementa. Atque aliis in locis, licet esse difficile, dicat reperiri tale corpus; saltem per aliquod instanti illud concedit, aut per oculi iudicium: vt est videre libro de Sanitate tuenda, & de opt. corp. constit. cap. 3.

Ratione confirmata etiam probatur: quia ab extremo in extremum nos se transferimus, nisi per medium: ergo corpus quod mouetur de calido in frigidum, tranfit per punctum medium. Sed vincens in principio vite habet predominaum caloris, & humiditatis, & in senectute habet

bet

bet prædominium frigiditatis, & siccitatis: ergo in medio habuit ponderalem temperaturam.

Tertio, quia ars potest efficere tale temperamentum; ergo multo melius natura: hæc enim potentior est, & ob id ars illam imitatur, licet nunquam illius perfectionem æquatur. Phys. & 4. Meteor. Probatur antecedens ex Galeno 1. de Temper. ubi ex aqua fermenti, & misce corpus aut cõfurgere temperaturam, idque sensum indicat. Cognoscimus enim per tactum nullam qualitatem ibi superare.

Quarto, quia tactus humanus debet iudicare qualitates extremas cum omni perceptione: ergo debet esse exquisitè temperatus in medio, ne intrus. calidus prohibeat extraneum.

Quinto, si datur unum contrarium in rerum natura, alterum etiam debet dari; sed datur corpus inæqualiter temperatum; ergo datur corpus æqualiter temperatum.

Sexto, intellectus est verorum, teste Aristotele 3. de Anima, sed temperamentum ad pondus definitur, & de illo est scientia; ergo est dabile à parte rei.

Septimo, quia qualitates contrarie possunt esse in gradibus simul remissis: ergo poterunt se comparari in aliquo temperamento ponderali.

Octavo, quia mensura, & mensurabile sunt relativa realla: ergo si mensurabile est in natura, etiam debet esse sua mensura. Sed inæquale ad pondus est corpus mensurabile, & æquale ad pondus est mensura; ergo utriusque corpus datur in natura.

Hæc quæstio quoad istum punctum, vtrum scilicet detur corpus ad pondus exquiritè medium, non est vitis ad Medicum, & ob id neque morose tractanda, ne nos reprehendat Galenus 1. de Sanit. tuend. quia (ut ipse dicit) disputamus de re nunquam visa, aut, si aliquando videretur, nec per momentum durabili.

Pro solatione notandum, quod corpus ponderale in doctrina Galeni duplex est: quoddam perfectissimè medium, æqualiter & punctualiter participans extremas qualitates. Et hoc ait potius mente comprehendi, quam solè subfiliere. Aliud verò est æquale ad pondus, in quo sensus nullam exuperantiam sentit: quamvis intellectus aliquid deusare ab exquisito, percipiat. Hocque corpus absoluteissimum vocatur, & ad vitam medi-

eum, & ut sit mensura reliquorum, & optimè & perfectè sanum merito appellatur.

Et cum hac distinctione manifestè manent conciliari Avicenna, & Galenus. Avicenna enim dicit, non dari in natura corpus temperatum ponderale: & intellexit de illo indistincti, quod Galenus non audeat, nisi sola imaginatione cõprehendere. Quando autem Galenus de temperato ponderali loquitur, eius signa, & cõservationem edocens, differit de illo, in quo sensus nullam notatu dignam sentit exuperantiam. Et hoc habet pro perfectò & absoluto. Exemplum enim id declarat: quod sanitatem, & morbum nullum datur medium: nam cum opponantur primariè, neutiquam est dabile medium: ut in materia de Morbo & Symptosi latius dicemus. Tamen Galenus cõtemplatur corpora neutra, quia talem habent statum, ut sensus non possit iudicare, vtrum sint agra, vel sana. Ita similiter Avicenna negavit temperatum, in rigore loquendo. Galenus concedit illud largo modo, quia sensus non iudicat discretissimè.

Hoc supposito pro quæstione sit conclusio: Non potest dari corpus temperatum per æquidistantiam perfectè ponderalem. Probatur physicis rationibus; siquidem Avicenna ad Physicos remittit hæc conclusioem. Et ut argumentum cõstet: componentia ponderalia exactè illa sunt, quæ non solum quoad gradus; verum quoad efficaciam & virtutem æqualiter conveniant.

Quo supposito, probant aliqui in hæc medium: Quia si daretur talis æqualitas, sequeretur, quod eadem qualitas simul intenderetur, & remitteretur. Probatur nam in illa productione caloris medi intèditur calor, & in illomet tempore intèditur frigiditas: siquidem suppositum habere vires ad æquandum; ergo remittitur calor; ergo simul intèditur, & non intèditur, quod est contradictorium in natura.

Sed ista ratio non demonstrat, imò neque probat; quia quando generatur illa medietas, unus excessus corrumpitur, & alter contrarius inducitur: & ita non intèditur, & remittitur eadem qualitas. Debet ergo probare Angustinus Lupeius, quod simul intèditur contraria circa idem; quod ultra medicositatem non est possibile: in corpore verò modo bene possunt intèditæque ex con-

Conclusio

Galenus.

de Sanitate tuenda.

August. Lopezius in suis Repts.

fectenti in prima temperamenti productione.

Secundò probatur conclusio: Si tale existirè temperamentum deberet dari, maximè in natura humana; cum perfectior species perfectissimum requirat temperamentum: sed in specie humana non datur, ergo in nulla. Probatur minor quia homo in continua alteratione est à causis externis, & internis; ergo semper est in statu præternaturali; ergo vixit aliquid extremum; ergo nullus dabitur punctus indivisibilis temperamenti ponderalis.

Tertiò, quia si datur tale corpus, erit incorruptibile ab intrinseco: iam non esset maior ratio, quare vna qualitas vinceret aliam, scilicet impedimento.

Quartò, quia vivens vivit à predominio caloris, vel actualis, vel potencialis, sive virtualis; ergo nunquam debet dari punctum, in quo virtus saltem, & potentia caloris non predominet.

Quintò, quia istæ qualitates concurrunt ad mixti compositionem, tamquam componenda: sed in compositis vnum se debet habere vt forma; alterum vt materia: vnum vt predominantans; & alterum vt predominantatum: ergo signare debemus in qua litatibus diversitatem in actuare & predominantio, vt supra satis ostensum est.

In qua doctrina fundat Averroes suam sententiam, quam recipiunt omnes Metaphysici 10. Metaph. vt dicant, quantumvis æqualia immutentur extrinsece in molio temperamento, semper tamen sensu rationem adunioris & perfectioris adus, & potentie, forme & materie.

Hic asanet satis probata nostra conclusio, que adhuc magis elucecet in responsionibus ad argumenta. Sed prius opus est, vt quid aliud dicant, vel probent, vel relictiamus: & ita vixit magis patebit.

Communis opinio fuit, dari temperamentum ad pondus solum per instantiam, sicut in argumentis primis, postea dissolvendis.

Secunda opinio fuit Thomæ de Garbo, assentientis, non solum per instantiam, sed per tempus dari: & plura esse corpora habet temperata. Primò, quia quod non repugnat esse per instantiam, non repugnat esse per tempus. Secundò, quia idem posset dici de quolibet alia complexione; non enim datur, nisi per breve admodum tempus, ob causamque incertam: ergo aut danda ponderalis, aut 10. sensu reliquæ omnes.

Hanc opinionem hæc adducit Ange-

lus, non tamen aliquando adhibet certitatem, neque respondet aliquid. Nos verò qui cum Averroina negamus istud temperamentum ponderale, dicimus ad primò, quòd non datur, neque per instantiam. Et sic non procedit argumentum Thomæ: imò nõ valet consequentia; datur per instantiam ergo & per tempus. Vel vt ipse dicit; non repugnat per instantiam; ergo non repugnat per tempus: quia multa possunt in instanti concedi, que vltimò possunt repugnare: vt quies inter motus contrarios solet mediare instantanea; & repugnat motui, quòd talis quies, vel alia temporalis conveniat in tempore. Itaque potuit dari talis quies in instanti. Et repugnat, quòd datur in tempore, vt in exemplo communi de lapide parvo ascendente, & de turri descendente: ergo consequentia Thomæ Garbenis non tenet, quamvis concederemus illi, dari per instantiam.

Melius multò diceret hoc pacto: ista qualitas media debet remitti per motum ergo in tempore. Et sic negandum est, tale corpus, vel concedendum per aliquod tempus, licet breve. Tamen nobis magis probatur doctrina Averroina.

Properemus ad secundam argumentum Thomæ. Et respondetur quòd licet tollamus temperamentum ponderale, non ob id tollimus alias complexiones: nam vt fiat tale temperamentum, nunquam possunt cause convenire. Et quia vero temperamenta reperiuntur de facto: & nõ mutantur sensibilibus, nisi per magnas causas. Et hoc sufficit, vt de illis agit Medicus, tamquam de rebus permanentibus in natura: non enim agit nisi de his, que sunt in suis potentia.

Tertia opinio est Martij de Cædri, quòd licet datur res temperata, vt Thomas de Garbo asserbat, tamen non est optima- rum actionum productiva. Hæc opinio quòd sic curiam partem suam quòd primam iam est explorata) placere non potest, licet ad illam videatur inclinare Pater Bafiz: non si diceret talis temperata, quare non esset bonarum actionum productiva? Si enim corpus temperatum ad instantiam perfectas dicitur actiones suæ speciei, quare corpus temperatum in virtute substantia suæ crisi non habet perfectissimas? Et constat uterque euidenter: nam talis homo temperatus ad instantiam (vt postea videbimus) accedit quatuor maximè, vel coincidit cum temperato ponderali: & tota sua perfectio est, quæ si-

Angelus sic
197.

Martij de Cædri
falsitas.

Dominicus
habet nota-
tur.

Averroes 10.
Met. 10. 23.

Concil. dij.
11.

Pet. de Alber-
nia.

Thomæ de
Garbo.

similans, & appropinquat ponderali. Sed tactus hominis temperati perfectissimè sentit; ergo temperies illa exquisita optima est ad actiones.

Explicandus verò Baiesius, quando dicit, quod illud concedit via corruptionis, & non via conseruationis: nam perpendere oportet, quod viuens per primas etas vique ad perfectum temperiem escouquirit & maturatur, ac mox perfectissimo elaboratur. Deuenit ergo ad illum statum via perfectiōis, quod & operationes manifestant, & in quantum viuens, & in quantum animal.

Quando autem Auerroes dixit: Tale corpus (si daretur) nullam haberet operationem, intellexit, quia illa temperies non esset vna forma, nec vna dispositio, & ob id non posset in opus exire: nam ad hoc quod sit vna temperies, debet esse vel vna forma, vel compositum ex dominante, & dominato. Defendi igitur potest Dominicus Baiez, dicendo, quod illud temperamentum datur via corruptionis, in quantum mixtum, & alterabile; non verò ut viuens.

Genitilis, licet amplectatur nostrum Auerroem, & sequatur nostram opinionem, atque tamen in suis dictis contradictionem inuoluit; ut notauit subtilissimus Hieronymus Paracelsus: nam possibiles probant multis argumentis, non posse dari tale corpus ponderale, quia præcipue ab æqualibus potentis non licet acuo; tandem ait, posse fieri formam mediam ex æqualibus: ut cum reducimus corpus dicitur peratum per vnum gradum caloris, applicando alium gradum frigoris, in quo casu producitur sanitas, que est forma media ab æqualibus. Hæc videtur contradictio in dictis Genitilis: ut patet subtilissimus Hieronymus Angelus. Tamen, ut ingenue fatear, nondum inueni talem contradictionem in questione propria Genitilis; nisi Hieronymus illam legerit in alio opere, quod ego non viderim. Et nunc mihi persuadeo, Genitilem talem contradictionem non incurrisse: nam expressè in fine questionis septimæ, cap. de Complexione, respondens in forma ad argumenta contraria dictus Ferni de Albertina (erat quatuor aliquid in illis; quod si homo perfectè temperatus distemperaretur per duos gradus caloris, & humiditatis, quod Medicus illum sanaret per æqualem applicationem frigidi, & siccitatis) dicit: Quod decepit illum virum, est,

quia imaginatus est, quod ex distemperamento illo addito ex equali medicina fieret vnum medium.

Hæc Genitilis. Quibus verbis videtur contrarium asserere, ut liberecatur a calumnia Hieronymi Angelii. Non enim intellexit Genitilis, quod ex gradu medicamenti, & ex gradibus viuens lapsi recideret vnum, ut putauit Albertinus. Sed medicamentum corrumpit gradum exuperantem, & inducit alium contrarium, ex quo resultat sanitas. Ex hoc autem non sequitur, quod concedat medium ponderale. Iudicent docti.

Eandem sententiam tribuit Genitili Hugo Senensis in questione propria, sed adhuc non reperi. In re tamen ita difficili diuerso modo procedit Hugo iuxta sua principia: nam supponit præter aggregatum qualitarum primarium esse superadditã aliã qualitatem, que est complexio pertinens (vt ex eius verbis colligitur) ad passibiles qualitates, quia de illa dicit, quod aliquando inclinat ad frigidum, aliquando ad calidum, aggregato aliam quatuor inuariato. Ex isto fundamentum progressus, quædam ponit conclusiones.

Prima est: Possibile est dari æquale ad pondus in solo aggregato, id est quoad solas qualitates actuales. Quæ probatur argumentis actibus.

Secunda: Non repugnat, qualitatem aliam superadditã declinare ad aliquid extremũ, & aggregatum esse æquale ad pondus. Probatur, quia videmus, quod mixta habent complexionem declinantem ad caliditatem, & nihilominus aggregatum declinat ad frigidum: vt plantæ frigidissimæ ad tactum, & anima illa asæpta, que omnia fecimus viuere per secundam aliam qualitatem declinantem ad calorem. Ergo multo melius viuens cum quâlibet ponderali in aggregato nam quod viuens cum intemperatis qualitatibus, melius viuens cum temperatis.

Tertia: Impossibile est dari æquale ad pondus in aggregato, & qualitate addita simul. Probatur, nam ad vniuersam productionem vnius forme requiritur vna forma accidentaliter disposita vniuersæ: ergo illa debet se habere vt forma & actus & prædominans respectu aliarum dispositionum: ergo semper debet prædominari illa, que se tenet ex parte actus.

Hæc tamen Hugonis subtilitas facile retunditur: nam eius fundamentum vt falsum coarctat, claras contradictionem

Hugo Senens.

Hugo refuta.
100.

D 1 inuol.

innolens quia illa qualitas addita, quæ est apud illum complexio, vel per abnegationem resultat corruptis primis, vel medium quoddam distinctum specie, vel resultat non corruptis primis: non dicit primum, quamvis posset sustineri, ut supra ex Heruico infansimus: affirmat enim secundum, manere scilicet aggregatum formaliter, & aliam qualitatem. Tunc sic: ista qualitas intenditur versus calorem, & potest frigi fieri, siue remitti. Ergo etiam est ex primis, vel aggregatum ex formalibus primis qualitatibus; ergo erunt duo aggregata. Quod si dicas: non sunt duo aggregata, sed vnum aggregatum, & vna qualitas superaddita; de ista ergo iterum sit argumentum. Nam si per calorem declinat ad calorem, & per frigus ad frigiditatem, debes concedere, quod in illa iterum aggregatur qualitates; & sic erit progressus in infinitum. Si vero dicas, esse absolute simplicem & virtutalem, ut Heruicus ergo impertinens est ponere aggregatum: quia illa potest facere quicquid aggregatum. Ergo non debet Hugo ponere vtramque simul qualitatem, intensibilem & remissibilem complexionelem, & praterit aggregatum: vnum enim est simpliciter intensibilem: imò repugnat. Probatur, nam altero aggregato alteratur complexio; ergo in illo aggregato fundatur illa qualitas. Quod magis patet, si respondeamus ad eius probationes, quibus stabiliare conatur suas conclusiones.

Ad primam conclusionem dicimus, non posse dari aggregatum simpliciter in omnibus æquale ut probatum est supra. & ex responsione ad argumenta prima patet.

Ad probationem secundæ conclusionis respondetur, quod repugnat, in aliquo mixto esse extrema supra mediocritatem, debet enim esse adimpleta latitudo; & adimpleta latitudine graduum non est possibile, ut supra illum inuariatam fiat declinatio ad vnum latus, nec ad aliud. Et sic plantæ, si frigide sunt à prædominio actuali, vnam cum pusillo calore actuali & ita factum est dicere, quod plantæ frigida habent complexionem declinantem ad calorem cum excessu: illud enim intelligit Hugo per decturæ. Opium enim, lactuca, &c. ad tactum extrinsecum, & ad tacta postea tantum habent frigiditatem. Poteritne quis dicere etiam supra mediocritatem calefere? Absurdum certe esset, & in natura impossibile. Ergo quod vocat Senensis declinare ad calidum, non potest

esse, excedere in calido; nam impleta est latitudo ex multo frigido, & pauco calido. Quomodo autem dicatur viuere plantæ, & animalia à prædominio caloris, multis modis explicare solet. De quo alius.

Quamobrem Hugonis Senensis opinio de temperamento ponderari non videtur amplectenda.

Hieronymus Angelus subtilissimus Hugenem amplectitur in his que notauimus. Addit tamen aliam conclusionem, quam ego non absolute impugnavo. Possibile esse ait temperiem æqualem ad pondus, licet sit violenta forma. Hanc propositionem nondum scio, quo pacto intelligat Auditor ille: nam ad quid vocat violentam formam illam temperiem, que omnium est exactissima. Poterit quidem esse violenta forma alicui; sed non erit nisi optimo, & conaturalis perfectissimæ formæ, ut anime rationali: erit enim violenta lætæ, sed naturalis homini; intellige in tactus organo.

Quod verò dicit, esse factibilem à prima causa creaturam, cui talis poterit perfectio conuenire, sed qualis sit hæc creatura, nondum viator inuenit, recte dicit; scit tamen viator Catholicus perfectissimum corpus adaptari anime perfectissimæ, atque animam Redemptoris nostri debuisse habere corpus exactissime ponderatum propter eminentiam anime. Et similem excellentiâ habuisse existimo corpus beatissime Virginitatis, & corpora glorificata. Fortan loquitur Auditor ille de alijs mixtis non de hominibus non seimus, quod mixtum possit esse temperatum in rerum natura.

Ad Modicos breuiter deuenio; inter quos Peramatus melius tenet, non posse dari æquale ad pondus cum æqualitate reboris qualitatibus. Tamen Saluus Selandus in Arte Medicinali longè aliter opinatur: nam ex Galeno libro aduersus Licium cap. 6. adducit, posse æquale ad pondus conficiari tripliciter. Primum, quoad moles; & hoc ait esse impossibile: cum enim sint elementa diuersa in ætuitate, clarum est, quod in mole equali nulla fieret mixtio: nam vna libra ignis magis effeax est, quam vna libra aque.

Secundò, quoad qualitates; & hoc etiam esse non potest, nam qualitates sunt æquales, quæcumque varis proportionentur: nam vna scintilla ignis calida est vt odio, & vna libra aque frigida vt cæco; tamen si misceantur, non remittit æquale, qua

Notatur 17.
renusius de
sensu.

Peramatus

Selandus.

predominabitur aqua ob multitudinem materiae. Ergo si sufficienter enumeratione colligitur, quod temperatum ad pondus, debet esse quoad vires elementorum, siue qualitatibus ita ut sic tanta portio ignis, in qua sit tanta virtus, quanta in alia portione terra, v.g. decem partes terrae habent tantam virtutem, ac vna pars ignis, & sic de alijs.

Secundo probatur haec opinio auctoritate Galeni 1. de Elementis ante fin. ubi ait, Quod si fortius vincit imbecillius, nihil fiet generatio: ergo intellexit Galeus illas aequalitates, & victorias quoad vires qualitatibus.

Tertio, quia (vt docet Hippocrat. 1. de Natura humana, tex. 19. & Gal. in Comm.) tanta debet esse portio qualitatibus, vt cu illa posita saluati aequalitas virium.

Ex his respondet ad argumenta contraria, qua sibi opposuit: nam quod ab aequalibus non fiat adio, intelligit de actione vidoria, non de actione terminanda in temperantia: enim necessarium debet esse inter aequales vires. Et quando dicunt viuere a predominio caloris; illud intelligi, ait, facta collatione ad ipsa mortua. Ad aliud de generatione viuens, dicit, posse incipere viuens cum predominio caloris, & humoris: tamen postea in adolescentia fit aequale temperamentum.

Hae est summa disputationis Selani a fol. 108. & seqq. Sed haec sententia non videtur amplectenda, quia facillima argumenta sunt solvenda, & relinquit difficiliora a nobis propolita. Mens enim non capit, quod si aliqua agentia contraria se ad agendum coniungant, si tanta sit actiuitas in vno, quam in alio; & tanta resistentia in vno, quam in alio, & eadem celeritas in vno, quae in alio, & omnia paria, resulter aliquis terminus: cum inspicit, quod eadem qualitas incandescat, & remittatur simul, & semel. Quia ergo argumenta Selani commodam habent solutionem, melius est modum dicendi Anticennae sequi.

Ad primum argumentum Selani dicitur, quod nullo modo datur aequale ad pondus quoad vires, vt probauimus. Illud tamen temperatum perfectum iustitiale tales debet habere portiones virtutum, vt non excedant ad sensum qualitates, semper tamen virtus, & potentia perniciosa debet praesidere.

Ad auctoritatem Galeni dicitur, Non fieri mixtionem, neque generationem, nisi accedat, quod in generatione simplici vni

aliud transmutet ex toto: & sic vincit fortius ex toto. At in maxime vincit fortius, & vincitur ex parte, & ob id remanet retrahat qualitates cum predominio aliquo vincens.

Ad Hippocratem dicitur, quod ipse primus nos docuit naturam quationis, & ab ipso suscepit Aristoteles. lib. siquidem 1. de Dieta, tex. 4. & seqq. ait: Particulatim vero superat, & superatur. vtrumque ad summum, & ad minimum. Neutrum enim penitus superare potest, &c. Vbi videnda est nostra explicatio. Quibus verbis perfecte intellectus perspicitur. Selanus quo pacto fiat mixtio, & media qualitas non enim fit media per aequalem actionem contrariorum, licet id verba sonent, sed fit media cum aliquo predominio vnius. Nota, obsecro, verba Hippocratis: Neutrum, dicit, penitus superare potest, vt intelligat, victoriam esse, sed cum manifesta repensione. Quia si atente discursus circa litera Hippocratis citata, videbis quomodo calor habet in mixtione viuens vim quandam superiorem, vt fit qui foueat, & alatur, & pabulum format: reliquae vero qualitates descendunt quasi temperantes pabulum, vt & commodum fit, & ipse calor non marcescat, vel ignescat.

Quod si dicat Salus Selanus, quod ex aqua frigida vt quantor, & ex calida vt quantor fit medium (hoc enim etiam adducit Auditor ille). R. est quod illud medium est tale ad sensum: tamen ratio docet sensum corrigere in multis, & demonstrat ibi esse aliquem excessum ex parte robustioris facultatis, quamuis non ita appareat.

Sed quod fallit Selanus, est, videre Galenum in Arte Medicinali applicentem aequalia medicamenta vt morbum euret, ita vt si morbus sit excessus duorum graduum, medicamentum applicet duos etiam graduum contrariorum. Ex hac doctrina Galeni concludit, fieri temperiem ex omnimode aequalibus. Sed absque dubio fallitur: nam Galenus applicat aequalia quando morbus est in superficie corporis: quando vero intrinsecus partibus inhaeret adauget virtutem, quia in itinere perdit aliquid. Sed omnes ille reductiones, & atemperaciones sunt actiones quaedam perfectius, quae a natura praecipue proficiuntur. Igitur quoniam medicamentum fit aequale in gradu, est potentius virtute, quia assumitur a natura tanquam instrumentum ad depellendum morbum: & sic

D 4 fuit

Defenditur
rit. 11. & 11. in
tate Sci. 108.

sunt duo contra vnum; medicamentum, & natura contra morbum. Quare in rigore loquendo, licet morbus, & medicamentum sint equalia in grada, non tamen in virtute, & efficacia, quia ex medicamentum & natura refultat maior virtus.

Sed iam tempus est, vt opinionibus relictas, ad argumenta in principio proposita, dissoluenda necedamus.

Ad primum dico, quod Galenus posuit temperatum regulam, & mensuram omnium, illud scilicet optimè sanum in quo sensus non percipit excessum: id enim expresse dicit. l. de Sanit. tuenda. Si verò aliquando dicit, dari per infans, aut idem oculi, non est loquutus affirmatiuè, sed dubitans. Et ob id existimo, quod non est notatus ab Auicenna: cum enim Auicenna Galenam carpat, & taxet quotiescumque se offert occasione, tamen in hac opinione illius non meminit, quia Galenus nunquam illum punctum disputauit, neque assertiuè responsum dedit.

Secundum argumentum maiorem videtur habere vim, siquidem ferè omnes Auctores illo conuincuntur, & inter illos Vallesius. Tamen meo iudicio, debent arguere contra solutionem, quam modo exhibebimus. Nam omnes Auicennæ po- nunt istud argumentum, & illud dissoluunt, vt est videre apud Gentilem, & alios. Dico ergo quod est fallacia in argumento: nam arguit à superiori ad inferius: sic transit à summe calido in frigidum, ergo per formam mediam indiuisibilem, & exquisitam, negatur illatio. Concedimus enim, quod pertransitur totum spatium, & pertransitur latitudo: tamen non concedo, quod in puncto sit aliqua forma complexionalis, que terminet actionem per aqua distansiam, sed semper erit in quolibet instanti signatio aliquod mutatum esse, quod se teneat ex parte forme introducta, ita vt in illo instanti in quo est introducta medietas frigiditatis, sit corrupta indiuisibilis illa medietas caloris.

Et visor quomodo hoc non infere- rit Vallesius, quando ponit corpus calidum, & humidum, quod moueatur ad frigidum, & siccum à causis potentibus illud mouere, & dicit, quod in medio erit equaliter temperatum. Sed in isto, ista cau- se fuerunt potentes ad vincenda extrema contraria, nam trahunt corpus à suo extremo in quo erat in termino à quo ergo semper præsupponitur corruptio calidi, & humidum, vt inducatur frigidum, & siccum:

ergo quando aduenit illud instanti, in quo erit induta medietas latitudo frigida, & sicca, necessariò est corrupta alia contraria. Aut det nobis Vallesius, quare ista cause semper sic procedebat prius natura corrum- pendo contraria, & quando debenerunt ad medietatem, non potuerint eorumpe- re, sed sic manere.

Hoc argumentum concludit certò si supponamus non intendi vnam qualita- tem in aliquo subiecto, nisi prius corrup- ta fuerit contraria, si ibi existat. Et præ- terea, si accipiamus, quod licet calor ac- quiratur in tempore (vt communiter fert sententia) tamen calefactum esse vt qua- tuor, aut vt duo, est in instanti. Tertio si supponamus, quod temperies est quedam dispositio, seu forma accidentalis.

His suppositis, solutio est clara, nam si- cèr fiat transitus per medium, non tamen per aliquam formam mediam æquidistan- tem. Nam sicut cum ex aère fit ignis, non fit transitus per aliquam formam mediam: ita in proposito non est necessarium, quod terminus medius sit aliqua forma substans media æqualiter.

Sed replicabis: nam simile videtur de motu locali, non enim transeo de vno loco in alium, nisi per medium puntuale, et go, & in alteratione inter contraria ex- tremis.

Ad hoc dicimus, esse negandam simi- tudinem, iuxta doctrinam Aucrois 4. de Carlo, text. 24. est enim dispar ratio: nam medium inter contraria cum sit quoddam compositum ex extremis ad morem reli- quorum compositionum, debet compo- ni ex aliquo, quod se habeat vt forma & perfectens, & ex altero, quod se habeat vt materia. At medium loci non est compo- situm ex extremis, sed occupat spatium, & in medio spatio potest signari medius pun- ctus.

Vel posset dici, quod quando mobile deuenit ad medium spatium, nunquam deuenit ad punctum indiuisibilem, quia quæcumque pars ad quam deuenit mobi- le, est superficies, que est diuisibilis in infi- nitum: & ob id quæcumque parte data acquisita per mobile, est diuisa alia, & alia minor.

Ad tertium argumentum dico, quod multa potest facere ars, que non possunt fieri à natura, & econtra nam neque natura potest facere domos, neque ars plantas. Pro qua re videtur cū noster Hippocritus de Natura, & Arte in Philosophia Hippo- cratica,

eratica, & Concliar. diff. 28. & differ. 164. ad exemplum de nive, & aqua calida. Respondeo, quod esse quoddam tepidum ad sensum, non tamen ponderaliter. Quae autem adducuntur ut exempla, non debent esse in totum vera, sed ad exponendam doctrinam, colligitur Comment. tertio de Anima, & habetur lib. primo Priorum: Exempla solum ponuntur, ut melius sentiat quis dicitur.

Ad quartum sufficit, quod tactus hominis temperatissimi sit ad insulsiam temperatam, ut cognoscat qualitates contrarias, & medias pariam lapsas. Nam si tactus exquisitus esset temperatus, & applicaretur sensibile exquisitae temperatum, nullam perciperet qualitatem, nam intus existens prohibet extraneum.

Ad quintum respondeo, non esse necessarium, quod si datur vnum contrarium in natura, debeat dari aliud simile non valens datur finitum; ergo dabitur infinitum. Nam illud commune axioma, dato vno contrario, debet dari aliud; intelligitur de vris contrariis, non tamen de contrariis praeiunctis, ut plenum & vacuū. Non enim, quia datur plenum, debet dari vacuum in presenti non sequitur datur inaequale, ergo datur aequale, in sensu dicto.

Ad sextum dico, quod intellectus est verorum absolute, & simpliciter, intellectus scilicet primorum principiorum: intellectus enim hic est quasi quoddam lumen à Deo inditum ad veritates cognoscendas; iuxta illud Psalmi, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Ar vero intellectus, qui est quaedam virtus anime, potest dici falsus, si intelligit falsum, & verus, si intelligit verum, ut colligitur 3. de Anima, tex. 21. Ergo temperies ponderalis non est in intellectu primo, sed in intellectu secundo, vbi est quidem non tanquam quid, quod praesertim in sensu, sed necesse est tanquam non ens, est ergo scientia de hoc temperamento negativa: ut de vacuo, & infinito.

Ad septimum dico, quod licet concedamus, non repugnare, ut remittantur qualitates ad medium, ut qualitates contrariae sunt tamen repugnat in ordine ad constituendam vnam formam complexionis mixtae. Haec Bañesius. Tamen non licet vltique negauimus, absolute posse dari medium perfectum inter contraria, sed lapsum insensibilem, ut patet ex responsione ad secundam. Sed in eandem incidimus doctrinam, nam ut fit complexio, requiritur

ut vt aliquid semper praedominetur, quia (vt saepius dictum est) complexio dicitur intrinsece perfectiens, & perfectibile.

Ad octauum dico, quod aequale temperamentum (quod debet esse regula, & mensura) sufficit, sit cum insensibili & imperceptibili lapsu. Quod si dicas datur maius, & datur minus, ergo datur aequale, Resp. vt supra dictum est, debere dari aequale in qualitatibus modo quo potest dari, non tamen puntuale: quia est sufficiens impedimentum in natura, ne tale corpus detur.

CAPVT XIII.

An inter corruptibilia homo ita praestant, ut propinquius accedat ad temperiem ponderalem?

Haec questio tam diffusè tractatur à medicis, & tam varie sunt opinioniones, vt non sit possibile illas breuiter comprehendere, quas qui voluerit videre, legat subtilissimum Hieronymum lib. 2. de Passionibus forma, & Genslem hoc cap. de Complex. q. 29.

Sed vt breuiter consulamus, argumentor sic: Non videtur quo pacto homo appropinquet temperio ponderaliam vt iit cum magno praedominio caloris. Secundo, quia cor ita est calidum, vt omnes partes actualiter reddat calidas: ergo non apparet, quomodo homo sit perfecte temperatus. De copia vero caloris humani abundè scripsit Aristot. 10. Problem. 57. & 2. de Partib. animal. cap. 10. & Galen. 14. de Vñ part. c. 6. Tertio, quia aliqua sunt animalia temperatiora, quam homo ipse. Isaacus enim ait, resudicem esse animal temperatum ad ponius.

Verum his non obstantibus, asserimus hominem tantum excellere inter omnia mixta, animalia, & plantas, vt proximus accedat ad aequalitatem ponderalem. Hec conclusio probatur auctoritate Galeni lib. 1. de Sanit. tuend. Ex probatur ratione sumpta ex fine: nam homo ordinatur in perfectiores operationes: ergo requirebat perfectius temperamentum. Antecedens patet, nam operationes intellectus sunt eleuationes supra omnem naturam corporalem: ergo requirebant perfectum, & exquisitum corpus temperatum. Nam licet sint actiones, quae non oriuntur à temperamento, neque ab aliquo organo, tam è requi-

Hierony. An.
29. su.

Gentilis.

Aristot.
Galen.
Isaacus.

Dominic. Bañes.
in lib. de
genera. & cor-
ruptione.

requiritur subiectum corpus materialiter rectè dispositum, atque perfectissime elaboratum, ut supremam naturæ corporalis attingat infimum naturæ spiritualis, & ut obiecta ministrarentur animæ ex parte corporis ut est possibile, temperationis. Hoc enim pacto indiget anima intellectiva corpore, non ut subiecto, propriè loquendo, sed ut ministrat obiectum, quantum attinet dico ad intellectiōnem in hac vita.

Secundò probatur ex materia: nam ut homo fiat, supponuntur tot mixtiones elementorum, ut iam fracta, & summe excocta accedat ad formã humanam suscipiendam. Quare rectè Gentilis dicebat, quòd homo continet virtualiter omnem mixtionem mixtorum, & animalium, & plantarum, ut verè homo dicatur omnis creatura, ut est in Euangelio.

Tamen pro maiori intelligentia huius veritatis notandum est, quòd cum in homine tot sint partes distemperate, quedam calida, quedam frigida, in nulla istarum est inuenire istam exactam temperiem, nisi in cute nasus, ut docet Galen. 1. de Temperant. cap. 9. & particulariter in vola manus, ut dicebat ipse Galen. 2. de Tempera. cap. 1. Quamvis Ausencia prima primi di car. pulparum digitorum, & inter digitos cutem indetis. Nam cum in opinione communis cutis sit tactus instrumentum, oportebat ut in illa reliceret magis exacta temperies, ut indicare posset extremas qualitates, ad Animam: Index enim debet esse liber à contrarietatibus, dicebat Aristoteles. Et ob id natura composuit eum ex nervo, qui est frigidus, & liccus; & ex carne, que est calida, & humida, & multo sanguine repleta: ex quibus duobus contrarijs relinquit media temperies.

Sed aduertere oportet, quòd non loquimur de cute ista externa, que potius ut cooperimentum deseruit, sed de interna, que tenuior est, & delicatior.

Neque aliqui Moderni mihi placent, qui ideo temperatam dicunt esse cutem, quia vapores, & excrementa totius corporis per illam euaporantur, atque inde fieri ut contemperetur tam perfecte. Hic enim modus dicendi falsus est: nam ista euaporationes potius reddunt ipsam temperiem præternaturalem; & quantò fuerit magis libera ab his excrementis, tantò maiorem habebit perfectionem.

Ergo dicendum est, cutem internam componi ex partibus prædictis, & sic fieri temperatam. Præterea notandum est, quòd

temperamentum cuiuscumque partis nõ debet ita solitariè intelligi, sed ut temperamentum partis viuicntis, quo ipsa pars viuicnt. Et tale est, quod vocamus aduatam: vnaqueque enim pars habet ex propria mixtione temperamentum innatum. Tamen hoc non sufficit ad perficiendas actiones vitales, seu naturales, & sic indiget spiritu vitali defluente à corde. Hic ergo spiritus aduat temperiè innatam taliter calefaciendo partem. Igitur cutis interna fit temperata propter qualitates componentium, nerui scilicet, & carnis, & ob spiritum sibi appropriatum. Hæc dixerim, ut excrementa, & vapores prorsus, tanquam contraria, auferam à vera temperie.

Atque ex consequenti male aliqui vocant complexionem influentem, complexionem qua viuimus: cum certum sit non viuere nos nisi per aduatam. Anima enim hoc vino auuclitur, & participatur in corpore.

Sed dubitabis: cum perfectior operatio hominis sit intelligere, quid interest, aut quid referat, quòd sit tactus ita temperatus: erit quidem optimum ad tangendum, sed non ad discurrendum; siquidem tam distinxitæ sunt actiones.

Respondet potest, quòd licet tactus optimè exerceat suas actiones per istam temperiem: tamen inde colligitur rectè fieri debere actiones prudentiales, & intellectuales, quia tactus est fundamentum omnium sensuum, tam internorum, quam externorum. Atque qualis fuerit temperies tactus, consiciendum est talem futuram dispositionem in reliquis sensibus. Nam reliquæ potentie, licet requirant superadditas qualitates ad suas operationes, supponunt tamen prædictam tãtũam temperiem, tanquam materiam: intellectus verò sensibus indiget in hoc corpore, ut præstantibus obiectum, ut supra dixi. Et ob id dicebat Aristoteles, Molles carne apti ad sapi entiam. Non quidem loquutus est de mollitie mulierum, que potius laxæ sunt, quam molles: sed de carnis perfectè temperatis, que inter duriticos, & laxitates mediocritatem obtinent.

Igitur conclusum sit, exactissimam temperiem in sensorio tactus esse concedendam in homine qui inter reliquos temperatissimus est.

Sed dubitabis, vtrum alie partes possint esse ita temperate in corpore humano, sicut est cutis? Respondendo, esse probabile, aliquas esse partes internas, que tum

Gentilis.

De tactu vide
Celsalp 1. 5. Pr
ri. q. 6. fol.
128.Necesse est
demonstrari.

Dubium.

Refutatur
Silanus.

ex propria compositione, tum etiam ex influxu cordis, & ceterorum membrorum talem possunt acquirere temperiem, que maximè accedit ad ponderalem. Probat hanc assertio, quia inter tam varias partes calidas, & frigidas, possibile est ita fieri refractionem, ut pullulet temperies equalis.

Secundò, quia ut luminosum disformiter illuminat magis partes propinquas, & minùs partes longinquas, & medias medio modo ita & cor in corpore humano variè calefacit: ergo verisimile est aliquam partem in medio ita calefacere, ut eam ponat in ponderali equalitate.

Si attentè inspicimus ea, que dicta sunt, inveniemus duo esse decreta. Primum est, hominem inter omnia mixta magis accedere ad pondus, ob animæ perfectionem, que talem expetebat elementorum commensurationem. Et præterea inter hominis partes eam esse, que temperamenti perfectionem obtinet. Neque repugnat, aliquas partes taliter esse temperatas.

Sed ad argumenta in principio proposita respondeo. Et ad primum dico, quod viventia, sufficit, ut vivat in prædominio virtuali caloris, non enim opus est, ut lactuca vivat, ut habeat plus caloris, quam frigus, sed sufficit tenuis calor, qui continet mixtionem viventis in virtute formæ. Quia ergo calor eam habet inter qualitates excellentiam, ut contineat mixtionem, ut supra dictum est, hinc est, ut ibi tribuant Philosophi prædominium, non quidem prædominium graduale, sed virtuale. Sed quare calori tribuamus hanc excellentiam in viventibus, & non frigori, multoties leges in hoc opere, non sunt omnia in omnibus dicenda. Hæc nobis placet explicatio illius communis Axiomatis, quævis sciam alias multas habere explanationes.

Ad secundum dico, quod per calorem cordis potius homo constituitur in perfecta ista temperie, quam vocamus æquatam, & per calorem cordis cõpletur temperies illa exquisita organi tactus.

Ad tertium dicimus, animal illud vocari temperatum, quia partes terrestris habet multas in illa durissima cœstra, qua est cooperium, caro vero illius est aquæ, & ærea: habet enim multum humiditatis, & ob id prodest consumpis. Et hoc pacto declarandus Isaacus, ut dicat habere testudinè partes tot terrestris, quot aquæ,

& æreas. Quod si dixeris testam non esse partem viventem illius animalis, & ita non venire ad temperiem vitalem. Respondeo, carnem testudinè dici temperatam ad pondus improprie, & largè, quare flatur hominem per nutritionem ad perfectum statum temperies. Sed melius dices, quod Isaacus de toto animali cum sua cœstra loquitur est.

Est verò notandum, ut aliqui textus Avicennæ intelligantur, quod temperamenta habent suam certam latitudinem. Est enim temperamentum speciei, quod pro tota specie ita factum est à natura, ut non cõcuiat alteri speciei. Est ergo tam perfectum temperamentum hominum respectu omnium aliorum animalium, ut aliqui dicant, temperamentum hominis moribundi esse melius, quam temperiem bruti maximè sani.

Rursus inter ipsa individua etiam est latitudo temperamentorum, que magis, vel minùs dixerit temperata, prout magis, aut minùs accedat ad complexionem illam perfectam suæ speciei.

CAPUT XIII.

De signis hominis temperati.

Antiqui nullam mentionem fecerunt corporis temperati, quos reprehendit Galen. 2. de Tempera. c. 1. Sed cum optimi in viroque genere semper intendat natura, licet raro illud consequatur, ut hinc pateat illud commune axioma Aristotelis, Natura plura efficit prava, quam probata est, raro perfectionem finis attingit, ob contingentiæ causam impedimenta. Et sic nonnumquam vocamus aliquid, quod perfectissimum est in suo genere. Ita etiam corpus temperatum raro à natura fit; corpora intemperata, multa. Plura prava, quam probata, quem accedentiam predicamenta, & vnum tantum substantiæ, plures mulieres, quam homines, nara fabricantur.

Sed licet raro detur temperatum, datur tamen. Cuius signa proponit Galenus loco citato, que addenda sunt huic capitulo Avicennæ, ut integram habeas de temperati tractationem. Ex decem igitur signis comprehendere possimus humani corporis temperiem, ut philosophicè satis docuit Avicenna lib. 1. fol. 2. dist. 3.

cap. j. Primò, à tactu. Secundò, ex quantitate carnis, & adipis. Tertio, ex capillis. Quarto, ex colore. Quintò, ex forma & figura membrorum. Sextò, à iuuantibus, & nocentibus. Septimò, ab anima cogitationibus, & fortibus desiderijs. Octauò, ab operationibus naturalibus, vitalibus, & animalibus. Nonò, ab excrementis. Decimò, ab animi affectibus. Quæ licet possent reduci ad minorem numerum, tamen clarioris doctrinæ gratia sic diuisit Auicenna omni doctrinam Galeni, eà ad illa decem signa reducens. Ex quibus deprehendere possumus, quæ sint corpora temperata, & quæ intemperata.

Igitur corpus perfectissimè temperatum ad iustitiam in specie humana habebit omnia signa prædicta in mediocritate. Primò, per tactum nulla sentietur qualitas excedens, nec in primis, nec in secundis. Ad tactum etiam reducit Auicenna vnguam dispositionem ita vngues, quæ fuerint neque multam duræ, neque multum blande, & modè cuspidam temperamenti significabunt hontinem temperatum. Et licet aliqui dicant per vngues intelligere Auicennam totam autem: quia non vident quo pacto ex vnguibz digitorum possit deprehendi vniuersa hominis temperies, cum sint vngues quædam superfluitates, & ex superfluitatibus factæ.

Tamen dicendum ex vnguibz digitorum significari temperiem, quia, vt ait Hippocrates lib. de Natura satius (referente Gentile loco citato), vngues sunt extremitates corporis tenuitates corpus, & sunt densissimæ, quia sunt ex vniuersitatibus neruorum, venarum, & arteriarum, quæ sensantur per totum corpus. Vt ergo ex dispositione venarum coniecuramus dispositionem iecoris, à quo originantur, & ex neruis cerebrum, & ex artibus conita ex vnguibz cognoscimus totam corporis dispositionem: si enim duriores exhibent, siccitatem; si molliores, humiditatem; si mediocres, mediocritatem. Præterea ex humiditate & curuitate vnguam significat præternaturalis status cordis, & per eam optimam dispositionem, sanitatem cordis cognoscimus. Cum ergo cor ad totum corpus actiuandum, & denominandum tantam habeat potentiam, & energiam, merito Auicenna ex vnguibz totum corpus deprehendit, quando ex illis corpus dignoscitur.

Sed vterius procedamus, discurrentes per omnia signa decem prædicta, & cor-

pus tēperatum ponamus in omnium mediocritate: ita vt nec multum sit auidax, nec multum timidus, & nec dormiat, nec vigilet, sed medio modo habeat omnes has passionēs.

Dubitari hic solet nam potius incipere debebamus à cognitione corporis disenti perari, cum sit magis notum. Est verò notius, quia cognoscitur positiuè, modum verò in vniuersa substantia, sive iustitiale hominis cognoscitur priuatiuè. Positiuè autem est principium cognitionis priuarii. Contrarium verò docuit Galenus in Arte medicinali, temperatū statens principium cognitionis omnium aliorum. Vt enim status Polyeleti erat causa, vt cognoscerentur reliquæ status, quantum scilicet à vera norma discederent, ita & corpus temperatum respectu aliorum.

Hinc dubio responderetur, quod illa temperies possit considerari dupliciter. Primo modo, vt extrema & media, quæ sunt referibilia. Et hoc pacto media temperies est principium extremorum, quatenus includit extrema; & extrema non includit medium. Et hoc etiam pacto est principium cognitionis extremorum, vt status Polyeleti. Alio modo consideratur in ordine ad sensum nostrum, & cognitionem nostram: & hoc pacto dissepata sunt nobis notiora, quia citius, & manifestius occurrunt sensibus.

Et confirmatur, quia ad cognoscendum corpus intemperatum solus sensus sufficere potest, ab alijs impeditis: tamen ad cognoscendum temperatum, opus est discursu intellectus, qui sic discurret per negationes: hoc corpus neque est calidum, nec in eo sentitur frigiditas, neque sentitur aliquid extremum, ergo est mediū tēperatū.

CAPVT XV.

De modo quo tactus potest cognoscere corpus temperatum.

Hoc dubiū excitamus, quia sunt aliqua verba Auicennæ, quæ indigent explicatione. Et arguitur sic. Tactus percipit extremas tantum qualitates: ergo non percipiet temperiem æqualem. Antecedens est expressa sententia Aristotelis in capite de Tactu. Et ratione probatur, quia tactus esse debet denudatus à sensibilibus, vt ab eis patiatur, ergo siquid tactus est: modus inter extrema sensibilia tantum

Dubium.

simum sic
in sumpta
ab appetitu
vno, Galen.
Comm. art.
lib. 1. c. 44.

Hippocrat.

Vide pro hæ
quest. lib. 2.
Comen. fol. 8.
lib. 24.

Vide etiam in
2. 1. de signis
complex.

tantum erunt extrema: ergo non apparet quo pacto aequalis temperies possit a medico per tactum iudicari.

Secundo arguitur, quia tales conditiones ponit Avicenna ad cognoscendum temperamentum, quae non quant concurrere possint: dicit enim, quod res ergo debet esse temperata, & aere temperata, & tangens debet esse sanum. Si ergo tangens inueniatur corpus in simile, ut ab eo non patitur quicquam, tunc iudicandum est tale corpus esse temperamentum. Itaque & tangens debet esse maxime temperatum, & ambiens similiter, ut tactus non patiatur. Ille certe conditiones videntur impossibiles; nam quo pacto non erunt alterata ista corpora? Quod si dicas factibile est, concedam, sed propositiones medicae doctrinales sunt, & de his, quae multoties contriungunt. Non ergo debent cogitari corpora temperata per media ita difficilia: nam neque in terra diu temperatis cognosci poterant, nec a medico aliquantulum dis temperato.

Tertio, aequale est quoddam medium inter extrema: ergo se habet ut quoddam priuarium respectu extremorum. Sed priuarium cognosci non potest, cum non habeat propriam speciem per quam cognoscatur: ideo aequale non potest dignosci per actionem aliquam tactus.

Pro solutione est notandum, quod organum tactus in rigore loquendo, ut tactus est, debet esse demendum à tangibilibus, ut tactilia illa, quae sentit, non sint in ipso, nisi intentionaliter: implicat enim, quod in illo esset idem sensibile reale, quod debet percipere. Quare si ponamus tactum vere temperamentum, & applicemus illi vnum tangibile vere temperatum, proculdubio nil sentiet positivum. Et hoc voluit Avicenna, quando dicit: Si tangibile fuerit aequale tangenti sano, in terra, & aere temperatis, tunc erit tale corpus temperamentum; si vero patitur tactus ab eo, tunc erit dis temperatum.

Quae Avicennae doctrinae fundata est in sententia Aristotelis libro de Anima, ubi diffusè probatur, percipi ab eodem sensu dato opposita, ut ab oculis tenebras, & lacrimas ab aures sonum, & silentium, ut omnes enarratores Aristotelis docent loco citato. Ex quibus locis colligitur sentiri aequale in qualitatibus à tangente aequali priuariè ut tenebra à visu. Sed hoc intelligendum est, non quod tactus, aut vi-

sus percipiat priuationem per propriam speciem: cum non erit nulla sint species neque passionis, & sic priuari non poterit facere vnum cum potentia, neque producere vltimam sui imaginem. Cognoscitur ergo illa priuationem per speciem positivam, quod fit vnum cum potentia: Itaque per illud obiectum affirmativum, vel negatum cognoscitur priuari, quatenus potentia percipit se non mutari. Nam eadem species, quae est obiecti positivi, & affirmati, eadem est deductiva, & statim obiecti negativi: quia priuari per habitum est, & definitur, & in predicamento sui habitus collocatur. Quando igitur Avicenna dicit: Tactum aequale non pari à simili aequali: haec omnia supponit, cognosci scilicet non per propriam speciem, sed per habitum tangibilium, quatenus potentia percipit suam quietem, & quod ab obiecto non mouetur naturali quodam illatione. Ex quibus intelliges quomodo explicatur sit axioma Aristotelis: Potentia est oppositorum, lib. 2. de Anima, text. 64. & in hunc cap. 7. text. 69. & 101. & 120. continetur cum priuari sub obiecto sensus. Quod clare intelliges, si percipias, quod aliter surdus, & aliter non audiens sonum, iudicatur de priuatione; nam surdus negativè; alter verò tantum priuariè. Surdus enim non dicitur audire, aut percipere silentium: at verò non audiens propriè surdus percipit silentium concurrente auditoria potentia ad talem adum. Vnusquisque igitur sensus, omnia organa vnum est, percipit se delectari propria perfectione, quae est operatio vitalis circa positum suum obiectum, & sic per se sentit instale obiectum priuarium, non quia ab illo afficitur positivè, sed, ut diximus, illatione per absentiam speciei positivae. Et sic sensus referitur ad priuationem relatione realis sicut in 5. Metaph. text. 20. edocemur, quod inter seculum, & scibile est relatio realis non motiva propter relationem rei scibilis, sed ex parte aherius extremi realis; scilicet scientiae: ita priuari potest dici scibilis per se, quia per se opponitur scibili, quod per suam speciem inmutat sensum: & quia actio sui obiecti positivae, & comminatione illi agit, quatenus nostra sit actio positivae priuationis, sicut nec est vlla relatio motiva.

igitur tactus temperatus hoc modo percipit temperatum, non sentiendo aliquid

Et 4. Meth. text. 4. & 1. Paph. 1. 23.

3. de Anima, 1. 6.

positum, nec pariendo ab aliqua specie immutatum, sed per absentiam tangibilis ita ut per aliud, non tamen simpliciter per nec idem percipiat.

Conclusio. Hoc supposito, facile est elicere conclusionem. Corpus temperatum si nihil percipit in re tangibili, illa talis res proculdubio est temperata. Patet, quia simile non agit in simile.

Sed hic iterum aduertendum, quod loquimur de temperie hominis, quae cognoscitur per actuales qualitates temperies eorum medicamentorum, vel alimentorum non cognoscitur omnino, nec proprie per tactum, quia est temperies quaedam potentialis, quae indiget reductione ad actum, ut docuit Galen. de Temper. cap. 1.

Quicquid tamen dubij fuerit circa cognitionem huius equalitatis, dignoscetur ex argumentorum solutione. Ad primam concedimus, quod tactus debet indicare extremas qualitates, quia potentia debet esse in potentia, ut ita dicat ad suum sensibile. Atque cum tactus organum sit compositum ex qualitatibus, proculdubio non sentiet per propriam speciem illiusdem, quod in se habet. Et ob id concedimus, quod temperatum non percipitur a temperato positiue per propriam speciem, sed, ut diximus, illariue, & deductiue per speciem positiuam: quia sentit quietem, & sentit se non affici ab obiecto.

Dubium. Quod si interroges, quare sensus tactus habet compositionem ex qualitatibus, & visus non habet compositionem ex coloribus? Respondeo, quod animal non potest denudari a qualitatibus elementaribus, quia ex illis constituitur: oculus vero denudatur a coloribus, quia colores non intrant necessariam compositionem. Cum itaque natura non posset se liberare a qualitatibus concomitantibus animal, fecit quod posuit: illas scilicet temperatur, ita ut nulla reluceret in tactu: & sic medium nullum est extremorum, & per illud percipitur extrema.

Secundum argumentum petit quo pacto possit cognosci corpus temperatum, siquidem ille conditiones, mirabile esset, quod omnes concurrerent. Neque posset tale corpus dignosci in regionibus Septentrionalibus, neque in Australibus, & esset querendus medicus qui foret exacte temperatus. Quae omnia videntur non pertinere ad scientiam, quae agit de rebus certis, & quae maiori ex parte, aut ferè semper contrauagat.

Sed respondeo, Auicennam omnes conditiones constituisse, quibus exactam doctrinam temperati corporis exhibere sollicitos reddens medicos ad tam difficile iudicium exequendum. Penfatis ergo conditionibus praedictis, coniecturam faciemus, auferendo totum illud, quod potest immutare corpus temperatum, ex parte regionis, aeris, &c. ut maneat sola consideratio corporis immutatae: & iudicium fiat completum ex apprehensione tactiva, & discursiva.

Quo pacto dignosca tur temperatum a temperato, dictum est: quomodo verò cognoscatur a dis temperato, iam dicam. Accipe medicum qui cognoscat se esse dis temperatum versus unum gradum caloris solium, & cedat ad tangendum aliquod corpus dico, quod si sentiat se alterari tanquam a minus calido, tunc iudicabit illud corpus esse temperatum, quia caret solo illo gradu per quem tangens est dis temperatum. Idem docendum de regione, & aëris temperamento. Ergo quisque potest cognoscere per tactum corpus temperatum, & dis temperatum: nam tangens si est temperatum, cognoscat temperatum ut priuationem: si verò est dis temperatum in vno gradu, & nil sentit, intelliget tangibile esse eodem gradu dis temperatum. Si verò posuit ab exuperanti vno gradu, tunc intelliget, quod tangibile est dis temperatum in duobus: in vno enim aequabit, & in altero superabit. Si autem sentit se remitti in illo gradu caloris, tunc tangibile est temperatum, siquidem est infra illum vnicui gradum caloris qui exuperabat in tangente.

Ad tertium iam dictum est: quod potentia non percipit priuationem per aliquam sui speciem, cum nulla sit, sed deductiue per speciem positiuam, non sentiendo illam speciem quam solent sentire.

Sed interrogas rursus: Quando tactus calidus ut quatuor, sentit calidum ut dicto, illa sensatio etiam videtur priuatiua: ergo non solum sentit priuatiue quando sentit aequale & simile, verum etiam quando sentit dissimile.

Respondeo, quod tactus quando sentit minus calidum, non sentit minus calidum formaliter, sed frigidum. Nam cum tota laetudo in mixto debeat esse adimpleta, est necessarium, ut calidum ut duo sit frigidum in intensiori gradu: & ita afficietur tactus non a calore ut duo, sed a frigore. Et ob id illud tangibile erit cognitum ut frigidum formaliter, & non ut calidum.

Sup-

Supponimus enim immutari tactum ab obiecto, atque cum non possit immutari à minoris calido in quàm calidum, relinquatur ut immutetur ab aliqualitate ibi còsistèda.

At si dicitur: *Quomodo ergo dignoscetur ille gradus inferius et caloris, qui non immutatur tactum?* Respondetur, quod nec proutiue, nec positiuè, sed per diuersum intellectus inferendo hoc pacto: Tactus sensu sitiguitatem ut sex, & tunc latitudo debet esse adimpleta: ergo illud tangibile habebat duos gradus caloris.

Rursus si non acquiescis, & interrogas, *Quare æquale sentitur proutiue, id est de dicitur, & naturali sequela per ipsam potentiam sensitivam, & tamen in æquale, quod est inferius, non sentitur eodem pacto?*

Respondetur, quod cognitio proutiue per eandem potentiam exercetur, quando alia cognitio positiuè presentis non adest. Quia ergo tactus realiter, & intentionaliter immutatur à frigore illo ut sex, non est quo pacto immutetur proutiue à calido, ut dicitur quia immutatio quæ fit à positiuo, vincit reliqua omnia. Quod particulatim videmus posse philosophari in tactu, quia requirit mutationem realem, & ob id à solo excedenti mutatur, & illud sentit. In vltimo, quia omnia sunt magis eleuata, & non interuenit transmutatio sicut in tactu, possit aliquis dicere, nullum esse inconueniens, simul percipit tenebras, & lucem, ut dum in obscura nocte videmus è longinquo lumen aliquod, aut ignem: videmus certè tenebras circa nos ipsos, & lumen maxime distans. In tactu id non contingit, quia cum debeat immutari per receptiorem qualitatis alterius, semper debet sentire positiuè aliquod excedens sub ratione excedentis, & simile sentit proutiue, ut diximus. Illud verò, quod fuerit inferius, non sentiet ut inferius, sed ut in altera qualitate excedens. Remissum enim non remittit intensum per qualitatem remissam eiusdem speciei, sed per contrariam, quæ cum remissa est complicata. Si verò poteres illud minus calidum sine confortio contrariæ qualitatis (quod est impossibile in natura, supposita còpositione mixtorum), tunc dicam, quod non immutaret tactum; nam calidum ut duo, non possit agere in calidum tactum ut quatuor. Et sic nihil sentiet tactus, erraret tamen, iudicando illud ut temperatum, non defectu sui, sed defectu obiecti deficientis à vera graduum còpositione.

(7)

CAPUT XVI.

Num corpus temperatum habeat omnes actiones perfectiores?

Stud corpus temperatum ad iustitiam, de quo disputamus, còponitur ex variis mèbris diuersa temperie proutis. Tamè vniquodque membrum habet etià suam optima temperiem, licet versus aliquid extremè lapsam, congruam tamen suæ operationi partiali. Ex illis igitur tà diuersis temperatis còfurgit totalis dispositio temperatissima, & si luberrima. Nam quisuis posses imaginari corpus aliquod temperatum ex intemperiebus præternaturalibus membrorum, illud tamen non esset de quo hic loquimur, nam certè esset insalubre, & plures haberet actiones imperfectas.

De illo verò est còtronectia, utrùm habeat omnes actiones perfectiores. Et pro parte affirmatiua est auctoritas Galeni, qui corpus temperatum ex perfectione actionum dignoscit. Et nos etià inter signa corporis temperati diuisimus, omnes actiones fieri perfectè, & omnia in tali corpore reperiri cum medioeritate.

Secundò quia forma quod perfectius habuerit instrumentum, perfectiores habebit actiones, ergo anima rationalis perfectius operabitur in corpore temperato.

In hac re sunt multi modi dicendi: tamen his non obstantibus, explicanda prius est doctrina supra posita. Diximus enim corpus temperatum obtinere omnia illa signa còmediocritate, & actiones etià inculparas non tamen determinatum est, utrum qualibet actio in singulari debeat esse perfectior absolute loquendo, quam illam actio in alio corpore distemperato.

Còmunis modus respondendi huic questioni talis est, quòd quando loquimur de corpore temperato, illas præcipue actiones fatèdum est fieri perfectiores, quæ pertinent ad propria speciem. Operatio enim, quæ conuenit homini ut homo, est intelligere, & prædentialiter agere: canis debet esse venationi aptus, equus bello paratus, &c. Illæ ergo actiones, quæ pertinent ad speciem, perfectissimè fiunt in corpore temperato: reliquæ actiones non ita perfectè: nã prudentissimus homo non est fortis, ut Milo, vel Hercules: neque odorat ut canis: neque videt ut Aquila: itaque temperamentum in stitiale, licet actiones habeat optimas, quæ pertinent ad propria speciem, non tamen sit gulas: potest enim superari perfectioribus alijs animalibus, à hęc mèbris suis. Vnde, quod

purat fuisse de sententia Galeni, & sic facile respicit argumentis. Quae probari possit argumento sumpto à finali causa nam cum esse sit propter operari, confondu est, ut perfectius temperamentum sit propter perfectius operari atque cum inter omnes operationes foecies humana ordinaretur ad intelligendum ad sapientiam, itaque ad perfectius opus videtur, quod optima temperies prius, & magis per se illa operatione respicitur, huius magis fecundatio. Ergo nil mirum erit, si homo temperatus non videatur ut Aquila, quia temperies eius non fuit facta ad talem visionem, sed ad prudentialiter agendum.

Ex quibus colligitur, quod homo temperatus illas actiones habebit perfectiores, quae pertinent per prius ad speciem, quia est mediū quoddam speciei: & etiam actiones tactus, quae pertinent ad tactum, quia (ut supra probatum est) etiam temperatus homo est mediū generis, & in vniuersa subtilitatis, quia maxime accedit ad ponderale.

Ex his facile soluantur argumenta. Ad primum solet dici, quod Galenus non dignoscit corpora temperata ex eo quod videatur ut Aquila, & olfactat ut canis: sed ex eo quod actiones habeat inculpatas, & optima, ac absoluta sanitate fruatur, & efficiat actiones pertinentes ad suam speciem, & omni perfectione, idque potest dici ad Aueennam, quando requirit illam moderationem in omnibus actionibus (in quo sequitur est Galenus) requiritur enim mediocritas in actionibus, ex qua nullus conflagrat operatio speciei: omnes enim actiones conspiciunt ad illam perfectiendam, quatenus per temperamenta particularia partium elicitur bona temperies pro actione speciei.

Ad secundum respicitur, quod concludit de operatione, quae debetur speciei, ut sic illa enim fiet melior & perfectior in corpore temperato ad naturam. Nam homo temperatus bene philosophatur, & male currit respectu equi: & melius imagoiatur quā Aquila, licet minus perfecte videatur quā illa, & pauiores odora differētia percipit, quam canis. Igitur haec est communis huius questionis solutio iuxta sententiam doctissimi Valisii.

Tamen reuera negari non potest, quin Galenus & Aueenna non solum de actione per quam cognoscitur species, fuerint loquuti, sed etiam de omnibus. Et hoc id aliter solet huius questionis responderi, quod actiones, vel considerantur collectivae, vel diuisivae. Corpus ergo temperatum habet omnes actiones perfectiores collectivae, non tamen diuisivae, id est, corpus temperatum praestat actiones ha-

ber perfectiores, quā in temperato. Nam v.g. corpus sic ut solum retentivum, & memoria habebit cum perfectione: tamen reliquas actiones habebit imperfectas. Verum est contra continetur in corpore temperato, nam si non habet perfectam memoriam, & reliquas omnes actiones habebit meliores, quā in illud corpus sic ut. Itaque in aliqua actione potest vinci à temperato, non tamen in pluribus. Et ex consequenti, non solum actiones speciei, sed alias etiam habebit perfectiores, collectivae, scilicet, ut dictum est.

Sed dubitabis contra istam doctrinam nam forma inducit cum perfectioni dispositionem, ut videmus in igne, cuius forma inducit cum perfectioni caloris dispositionem. Ergo similiter anima rationalis, igitur in pueritia stat anima cum tota perfectione sine dispositione: ergo habebit actiones optimas: sed pueritia est calida & humida, ergo non omnes perfecte actiones oriuntur collectivae ab aequali temperie.

Secundo quia videtur quod non solum collectivae, sed diuisivae debeat corpus temperatum perfectas habere operationes. Nam omni assignatur ratio, quare anima rationalis cum tam perfecta temperie non efficiat singulas actiones melius, quā cum distemperata dispositione. Si quidem videtur aptari debere perfectionem dispositionis cum perfectione singularium operationum.

Ad primum potest respondere in pro communi opinione, quod est multo diversae ratio inter formas: quaedam enim sunt talis naturae, ut magnam latitudinem continent dispositionis conseruationem, ut anima rationalis: quae non solum conseruantur in materia per temperiem, sed praedominio caliditatis, sed etiam per temperiem frigiditatis. At forma ignis, & similia vni à tantam dispositionem seruantur, v.g. cum calore, ut ostenditur, atque hoc id aliud argumentum supponebat falsum, nihil enim induci animi cum meliori dispositione, nam potest induci cum calida temperie, & potest conseruari cum frigida, & cum alia diversae inter latitudinem illam conseruariam.

Secundo responderi potest (& non videtur secula responsio, sed excessio prima) quod animae cum debeant moueri proprii subiectum ad vitiorum perfectionem per nutritionem, & augmentum, sic ut adquirant potestatem, quod in instanti generationis non habuerunt nisi in vitium. Et sic potest dici, quod alia est dispositio ad esse simpliciter, alia ad esse simpliciter, illa in instanti generationis cum forma inchoata, tamen verò potest a se videtur fructus crudos generationis, & potest à materia.

*medi diuina
eade inferio
in disten in
tra Carales.*

Diuisio.

*Pro haec
tione stat di
uersus not
lib. de Diu
text. 10. circa
fin.*

*Alius modus
respondendi ad
questionem, qui
pari videtur
differe à sen
tentia Valisii.*

*Repliationis
vltimae huius*

ti. Ita similiter pueri habent dispositionē ad esse simpliciter, licet cum equali cruditate postea temperentur, coquantur, maturantur, & in meliores valeant actiones.

Secundum autem argumentum perit, quod iam dictū est, quare optima temperies non valeat ad singulas actiones diuisiue? Responsum, quod ad esse actiones aliquas singularis optima est temperies perfecta, ut ad esse coctionis sufficit bona temperies hominis temperatissima; verum ad esse actionis melius est temperamentū calidū, quia multū & citius coquet. Et sic dicitur est, quod homo temperatus vincitur in singulis actionibus ab animalibus dissēperatis, quibus habet plures actiones bonas, quā animal dissēperatū.

Quod vero dissēperata corpora habeant aliquas actiones perfectiores, quā temperata, potest demonstrari in perfedio odoratus consilii in cognitione multarū differtiarū odorū. Videmus autē canē olfactu excellere, quā vobisū extremos odores, veni & medios percipit, homo verō tantum extremos, & sic semper olfacit cum dolore, aut voluptate, ergo homo temperatus superatur in hac actione ab animalibus. Rursum pone obiectū similem temperem olfactus in homine calido & sicco, & videbis olfactu excedere temperatum.

Sed argumentum videntis, dissipando aliquas opinionēs in hac re, ut aliquid maius inest. Primo aliqui dicunt, quod homo temperatus ita habet omnes actiones, & singulas cum perfectione, ut visio hominis male videntis sit absolute perfectior, quā visio aquilę.

Verum hoc modus dicendi est falsus, quia illa visio, vel consideratur in genere qualitatis, ut qualitas est, vel ut notitia quadam; si primum dicatur, sunt equalēs speciei delectandum, apertum est, quod illa notitia visiva est perfectior, per quam potentia clarior apprehendit totum suum obiectum. Igitur cum experientia constat, Aquilam clarior apprehendere visibile, dicendam est, perfectiori visu esse præditam, quā sit homo temperatus.

Neque consideramus illas potentias, ut originatas ab anima, sic enim non sunt, quod potentie hominis originantur ab anima inextensa & immortalis; aliter vero ab anima mortali dependēt a materia. Et ob hanc rationē multo perfectiores sunt potentie deducte a rationali principio immortalis.

Secundo, fuerūt alij fundamenti noui fada

mentū ad probandū singulas actiones debere fieri perfectius a corpore temperato. Et dicunt, quod tam perfecta est hominis temperies, ut quāuis sit in agone mortis, excedat perfectione omnia bruta quācumque temperata, nam bruta quācumque sunt extra latitudinem humane dispositionis ob illorum imperfectionem.

Præterea dicitur, quod omnes operationes temperati ordinantur in perfectione sine, scilicet ad intelligendū, &c. & inde sumit seā perfectionē. Ex quibus duobus fundamentis colligitur singulas actiones hominis temperati esse absolute perfectiores. Et sic respondet ad argumenta contraria. Nā si fuerit aliqua actio, que appareat perfectior, ut memorari aut retinere hominis sic dicitur illa esse actio, magis inest, non tamē magis perfecta, nā perfectio sumitur ex coordinatioe est reliquis potentis in ordine ad meliorem operationē, qualis est intelligere, &c.

Prima tamē fundamentū nouū mihi satisfacere potest, nā non probat, quod forma bruta non possit stare sub dispositione graduāli aliquis hominis dissēperati, nō dico sub organizatione, sed sub dispositione qualitatis graduāli temperamenti, licet violenter, tandem non repugnat, quod forme specificē distinxit obiectū vna dispositionem gradualem, nō dico violenter, sed constantiter, quod exemplū demonstrat, nā videmus animam rationalem eam eadem specie temperie cōsistere sub qua fuit embrio, ut fœtus.

Neque secundū fundamentū aliquid valet; nā si illa perfectio fuisset in ordine ad finē, omnes operationes essent equaliter perfectę. Præterea illa ordinatio non facit singularē actionē simpliciter perfectā, cum perfectio actionis singularis est obiecto particulari, & ex ordine ad finē definitur da potius sit.

Quod autem singule actiones possint fieri meliores in corpore dissēperato, præter ea que dicta sunt, probatur. Primo, ex de coctione, quæ sit melior a calido, quā a temperato, supposito cibo crudo, qui non potest converti in sanguinem, & a calidiori conuertitur. Secundo, quia potest dissēperatus oculus clarior videre, & distinctius quā oculus temperatus. Suppositio est debilis de facto, nam quidā dissēperati vident motus longinquos, & male propinqua, & cōuerto. Tunc sic penitus visibile in vita maius distans ad quam peruenit oculus temperatus, proculdubio melius, & clarior videbitur ab oculo dissēperato.

Tertio, si luminosum, quod dispersi spiritus oculi temperati aperte apparet, quod non tam bene videbitur oculis illud luminosum, quia disgregantur spiritus, & tamen oculis distemperatis, quia illos magis compactos habet, melius visibit lumen, & minus disgregabuntur spiritus, & ex consequenti perfectius videbitur.

Sed pro complemento huius discursus subtilitas quedam notanda est, quod licet actio aliqua possit esse in se perfectior in corpore distemperato, vel in membro distemperato, tamen modi operandi sunt ipsi forme minus perfecti. Probat, quia appetitus operativus, id est ad operationem, habet certam mensuram in vnoquoque membro secundum latitudinem propriae dispositionis, quae si excedat, proculdubio talis temperis lapsa, & talis operatio non erit conformis inclinationi, & appetitui formae. Ergo quamvis operatio in se sit ita perfecta, tamen modus non cooperatur appetitui formae desiderantis operari cum determinata mensura, & meliori sine perfectione.

Trenis digressio contra Silmaticum.

Posset tamen hic disputare, nec esset inutilis digressio, cum qua pacto melancholici prudenter appellantur ab Aristotele, 1. 1. de Proble. 1. & Heraclito auctari: spiritus sicus, anima prudentissima, non ergo temperati adiones sapientiae melius, & perfectius exercent. Pro qua re videtur Aristotele loco citato. At Ioan. Baptista Sylvius. Contra. 1. nescio quare dicat antea bilem factam per aetatem in illa bile esse frigidam, reddiq; mediocriter calidam per sanguinis miscellam. Quae duo videntur falsa, ut potest probari ex causis, & ex effectibus atrae bilis. Atq; est totus discursus Silmatici hoc suo sudario immixto posse facile everti.

Concludat tandem hic Auctor, hominem temperatissimum non esse ita sapientem apud, ut est intemperatus, & atra bile perfectus, quia hic ad sapientiam, & animae operationes excellentissimae praestat.

Tamen reuera fallitur, quia atra illa bilis per alterationem facta adeo feruida est, & calidior, ut erodat visceres, & urentissimas excuset febres, & furiosas ventris commotiones, quo inane libens manas. Terram enim fermentat, & molcas vel occidit, vel fugat. Quae omnia, si cinis solum esset frigidus, & exolutus, facere neutiquam posset. Legitur ob aerem calorem primum sic citari coniunctum cum magno quodam modo iam miranda

efficere valet. Imò, & remedia contraria illi manifestantur: deinde iterum cinis frigidus, & humidus. Propterea quod haec atra bilis est benignas obtinet qualitates, ut patet Silmaticus, quare illius detractiones non tales ab Hippocrate indicuntur, cum dicitur. Atra bilis lursum, aut deorsum letalis? aut quo pacto tunc acerbos exurit dolores in tumoribus enim ceteros ab atra bile procedentibus, vel in distenteria, & dolore in partes dinelluntur, ut ingentes ex ceteris cruciatibus. Quod fieri non potest, nisi calore quodam modo, & pungenti ex ceteris humore ille perniciosus. Nam inter causas doloris calidissimum locum inter qualitates tribuit Avicenna. Hoc cum ita licet secura est, singularem moderatum si commanitas statim in program nauarum ce immutabit, vel saltem corrumpet, & dissipabit. Sed interrogatio Silmatici, quare ex altera melancholia facie sanguis non fiat fermentus, non ita qua melancholia est frigida, & cetera, ut dicit, & utraque potest commanitas sanguine meliorari. In ex melancholiam esse illi esse tenuiore. Quomodo ergo est cinis reliquus per assumptionem paruum tenuissimum?

Certe Modernus quidam, forsitan ex hac controversia Silvaei et aliorum sumpsit opinionem. Nam dicit ex igne & aqua generari non solum mixta, sed alia duo elementa. Hoc pacto agente igne in aqua, ex parte subtiliori fit aer, & ex parte crassiori fit terra. Optimum deliramentum: quasi aqua has partes obtineat, ut sit coctilis. Sed quasi illud, quod remanet in termino ad quem actionis ignis, necessario non debet remanere cum nubis vestigiis caloris: nisi velis remanere adustum. Ergo terra non potest fieri per adhesionem aquae, siquidem videmus terram esse frigidissimam sine illa mixtura caloris. Ergo aliter duae opiniones mihi videtur maxime similes, & eisdem argumentis & inconuenientibus consultandae.

CAPUT XVII.

Discursus contra Cardanum.

ESSE & alia opinio multis, & longis sermionibus euadenda, nisi aliam iam subtiliter in apertum protulisset Iulius. Contra Scaliger. Putauit enim Cardanus hominem esse calidissimum, & humidissimum, & cum hoc excessu consistere humanam sapientiam mille mali, & flagitij obnoxia. Pro quo ridendum est

Subtilitas.

Hippocrates.

Avicenna.

*Aristot.
Heraclit.*

Ioan. Baptista Sylvius.

Scaliger.

est ipse Iulius exercit. 274. fol. 448. & exercit. 253. fol. 128. Aut enim Cardanus, calidissimum esse hominem & aercumiatque tam esse graua clemēta subacta, vt ad paucas viciat, quinque, vel sex terrae rota sua moles reducat: quod eius consumptio manifestat. Atque, licet Scaliger recte illi delectat absurditatem, totum tamen est in reprehendenda ista quinque pauca terrae viuente homine: cum tamen Cardanus intinuet, post mortem & vitium dissolutionem in cineres, illud paucum residuum terrae remanere. Quare alia via esset notanda Cardanus. De quo non est hic disputandum.

Illud tamen fieri non potest, quod ad sapientiam optimum esse cerebrum frigidissimum, & humidissimum superlatiue dixerit Cardanus: vt refert idem Scaliger exercit. 248. fol. 117. vbi legendus est.

His ergo relictis dicamus, sapientes illos fuisse melancholicos, non quidem à predominio, aut ex sua natura arrabularios, sed temperatos fuisse, vigilis autem & studiis factos melancholicos. Tam enim potens est sciendi, & philosophandi desiderium, vt ad vigilias assiduas, ad solitudinem, & austeritatem homines impellat: vigiliam autem, & cogitationum proprium est exsiccare, & adurere. Quod ergo mirum si sapientes facerent facti melancholici? Non legitur erant melancholici, sed facti sunt tales, & melancholie morbo apti. Facti autem talibus, non dubito, quin ad spiritus promptitudinem, & memorie tenacitatem profecerit siccatas illa. Et ita dicit ille: Animas aridas prudentissimas: quasi habitum iam factum demonstraret, & exercitationem prudentie.

Facere verò cerebrum frigidissimum & humidissimum, adhuc respectu aliorum animalium, & ob istam temperiem esse sapientissimum hominem, si hoc certe est modus opinandi Cardani. Nam partes hominis non dicuntur frigide aut calide respectu aliorum animalium, sed respectu eius ipsius hominis. Præter quo pacto hominem ad sapientiam perfectum efficit, quem ita disemperatum proponit? Nonne alius adhibendus indiget, qui minus possunt fieri, si cerebrum frigidissimum est.

Sed quid inoramus, an pisces inter animalia prudentes fiat, quia frigidissimi, & humidissimi sunt cerebri. Pisces tamē inter animalia minus esse prudentes elegantissime dicebat Plutarchus lib. de in dultre animal. fol. 151. nam homines vt su-

pidos vocemus, pisces appellamus: ergo hominem piscem esse debent. Sed an non ad saporem potius aptum est tale cerebrum, quam ad discitum, & imaginationes?

Igitur, vt huic disputationi valodicamus, iterum ad supra dicta oratio deducatur: colligant, vel diuine considerando actiones. Cuius distinctionis subtilitatem nullus melius penetravit, quam Gentilis, tom. 1. fol. 130. Dimittat ergo aliquid aut mal meliorem habet operationem: tamen collectioe id est, vt illa operatio dicit proportionem & ordinem cum reliquis, sine dubio temperatum corpus omnes habet perfectiores, verbi gratia, ventriculus calidus magis & citius concoquit: tamen non facit istam actionem proportionatam eius retentione, expulsionē, & attractione. Quia non tendit ad mensuram reliquarum, sed suo instrumento vtens facultas. Cōdix actionem facit ad reliqua improporionatam. Et ratio desumitur ex Galeno 6. de Galeni.

Gentilis laudatur.

de Galeni.

accid. de morb. cap. 3. Tamen in ventriculo temperato omnes actiones sunt perfectæ: quia tantum appetit, quantum concoquit, & quantum potest retinere, & cuius excrementa potest expellere. Ita etiam calidior ventriculus coquit, sed non appetit. Idem dicendum de memoria, quæ si ita perfecte fiat, & intensè non proportionat intellectum spiritibus vtiot crassis & immobilibus, non recte recipientibus, vt sunt recipiende. Igitur cerebrum non debet esse frigidissimum & humidissimum, vt male putant Cardanus, sed potius temperatum, vt memoria & discitur maximè proportionatur: & ob id hominem temperatum sapientissimè esse diximus, qui cerebrum etiam obtinet eū prædictæ temperie, licet comparatum ad certam frigidam existat & humidam.

CAPUT XVIII.

An corpus temperatum melius resistat causis morbofis?

AD hanc questionem ferè similiter respondere solet: corpus temperatum resistere omnibus causis morbofis: tamen ad aliquam causam morbosam magis esse aptum, quam aliquod intemperatum, verbi gratia, corpus frigidum & humidum, aut humidum & siccum magis resistit causis febrium, quam corpus temperatum: magis distat extremum ab extremo. Et ob

Vide Galen lib. de optim corp. constit. cap. 2.

Hippocrates.

id Hippocrates libro de Aquis, & locis, describens conditionem regionis & gentis inter Europam, & Asiam, temperant esse dicit, sed minus ad labores & virilitatem sufficere, Vbi apertè homines temperatos, & in regione temperata, non bene ad labores, & ad virilem exercitationem proficere docet: ergo corpus temperatum minus resistit singulis causis, quàm corpus intemperatum. Enamem omnes morbos in intemperie, & videbis, quod ab omnibus magis distet temperatum corpus, quàm quodlibet intemperatum simile illi causam à morbis frigidis magis distat, quàm corpus frigidum, à calidis magis quàm corpus calidum; ergo magis resistit collectivè & conjunctis. Hæc sunt mens Vallesii quam communiter nunc sequuntur.

Vallesii.

Tamen magis explicanda res est. Nam cum quaeritur de resistentia contra morbos, memorari oportet, quod vel potest responderi de resistentia contra morbos in intemperie, vel contra morbos in compositione, vel de resistentia contra morbos in soluta unitate. **Quæ** omnia sibi breviter declarantur, nulla remanebit dubitatio. Igitur notandum est primo, quod resistentia, formalis scilicet loquendo, non est respondenda inter potentias, & sic non ponitur ab Auctoribus inter illas; nam resistere nõ est agere, formaliter loquendo, sed potius earentia actionis, & privatio, id est, impedimentum quoddam ex se repugnans impressioni agentis, vel retardans: & ob id formaliter non est agere. Quod patet, quia resistentia etiam invenitur in qualitatibus secundis, quæ nullius sunt activitatis respectu agentis imprimantis actionem.

Alia tamen est resistentia, quæ potius radicalis quedam est diminutio contrarij, & non meretur formaliter dici resistentia; quia potius consistit in actione; ut si quis resistit suo contrario, anticipando actionem, & corrumpendo vires illius, ut cum aliquis in bello anticipat vulnera inimici, aut manum, aut cras abscidendo: ut & calor ignis resistit aque per calidiorum illius corruptionem. Hæc ergo resistentia potius est activa sic dicta, quia proficit ab agente. Resistentia tamen dicitur, quatenus minus vires contrarij: res tamen idem proprius sunt.

Quod si quaeras, quare non consistat potentiam scorum, distinctam à potentia formaliter activa? Respondeo, quia potentia activa per se primò ordinata est ad agendum: ad resistendum verò hæc resi-

sistentia non per se ordinatur, sed consecutione & concomitanter consequitur. Exemplum id manifestat: potentia enim generativa similis non est aia ab ea, quæ corrumpt suam contrariam, sed eadem profus; nam potentia generativa per se generat, consequitur tamen, quod corrumpat: & ob id illa resistentia effectiva non est aliquid distinctum à potentia activa, sed nomine tantum.

Sed illa prima formalis resistentia, quæ consistit in earentia potius actionis, & repugnantia, & impossibilitate, aliquas habet difficultates. Nam præter qualitates secundas, quæ sine vlla actione resistunt, & repugnant actioni (ut densitas divisionum) inter qualitates primas est maximum dubium, in quo consistat, quod calor sit minus resistens, & frigiditas magis resistens. Non enim sufficit dicere, quod consistat in repugnantia illa, & impossibilitate formalitatem tan formaliter repugnat calor frigori, quàm frigus calori.

Ad hoc dici potest, consistere illam resistentiam; imò potius oriri illam resistentiam ex diverso modo informandi subiectum. Illa enim qualitas, quæ maiorem unionem habet cum suo subiecto, magis resistit. Nec loquimur de intentione, sed de qualibet gradu qualitatis potest hoc philosophari: propterea enim diversam habet unionem formalem ad subiectum, magis, aut minus resistit. Et exemplum poterit nos manducare ex secundis qualitatibus ad primas: dicitur resistit divisioni, quia maiore supponit partium unionem, & magis firmam coherentiam partium integralium. Quod & artificialia declarant; nam quod gluten magis unit partes, eò difficilius dividuntur: ita decedunt, frigus huius esse naturæ, ut similem unionem habeat cum subiecto, & hunc modum informandi.

Secundò, potest dici, oriri hanc resistentiam ex aliqua conditione consecuta, qualis, cum frigore complicari solet densitas, cuius ratione ununtur partes subiecti, & congregantur, & in illas minus potest agere extrinsecum, quàm si essent distinctæ.

Tertiò, potest contingi prior ille modus resistentiæ effectivæ, de qua dicebamus verbi gratia, resistit frigiditas suo contrario, quando est in aqua magis, quàm quando est extra aquam, quia propriè unioni & informationi accedit consortium formæ, à qua dimanant: ex qua per naturalem resultantiam increvit virtus activa ad resistendum. Et potest fieri, ut agant ad invicem duæ qua-

qualitates associantur formis, & tamen una cum maiori virtute emanet à forma, quæ alia & tunc illa resistit magis.

Resistere etiam aliquid potest per reactionem: & hoc pacto potest quis dicere, resistere duritiem & grauitatem aduæ, scilicet, reagendo in contrarium, habetando illius actionem. Hæc omnia supponere oportet ad disputandum de resistentia corporis temperati.

Nunc possumus discurrere circa vnamquamque morbi differentiam, non solum qualitates primas, *vt dixi*, sed secundas etiam considerando. Nam contra causas solutæ vnitatis magis resistit corpus densum & durum, quam corpus temperatum; imò contra causas contagiosas, quæ per poros vaporem solent immittere pestilentem. Ex perentia enim docet, facilius corripi à pestilenti halitu corpus temperatum inter duritiem, & mollescem, quam corpus densum, quod propter porosum compressionem magis resistit.

Rursum, actiuius corpus in altero extremo laxum & molle, proculdubio magis resistit causis internis, quam corpus temperatum, & magis quam corpus densum: quia cause internæ humorales facilius in corpore laxo expurgantur propter viatum apertionem.

Tertio notandum quòd duplex est resistere: nam aliud est resistere impressioni: aliud resistere læsioni, quæ debet fieri post impressionem: sunt enim diuersa. Prima namque resistentia est impedire, ne imprimatur qualitas contraria, vel non ita intensa recipiatur: vel si iam fuerit recepta, ne expellatur. Alia resistentia nihil est aliud, quam suppositio, quòd recepta est qualitas contraria & morbosa, facere, ne vicinias procedat nocumentum lædens operationem. Exemplum id declarabit: nam biliosus in aere calido degens, & illi alluefactus, proculdubio recipit impressionem resistit tamen nocumento magis, quam pituitosus non alluefactus. Hic enim licet resistat primo modo resistentiæ, non tamen secundo quia fratim sentit post impressionem actionum læsionem.

Quarto notandum ex supra dictis, quòd resistere fit dupliciter: primo formaliter, ob naturalem repugnantiam, quæ est inter duas qualitates, verbi gratia, calorem & frigus, &c. Secundo, propter auxilium formæ, cui qualitas est associata, quæ etiam resistit corruptioni, vel in fluendo in qualitatem actualem ex vi emanationis esse-

ditur: vel formaliter ipsam contumendo, impediens corruptionem per naturalem illam repugnantiam.

Relictis igitur aliis morbis, Auctores de morbis in intemperie deglantantur, quo pacto temperatum resistat. Inter quos extat noster Gentilis, qui asserit, omne corpus humanum naturaliter dispositum potius incidere in lapsum calidum & humidum, quam in frigidum & siccum. Cuius ratio est, quia homo istarum qualitatum magis habet prædominium, & sic facilius in similes incidit. Ex præterea quia forma minus resistit istis qualitatibus, tamquam magis conaturalibus vite.

Præterea dicit, corpus temperatum minus inclinare ad extrema, quam corpora lapsa. Ex istis duabus propositionibus fundamentalibus in alias progreditur propositiones & conclusiones, quibus clare tenet, corpus temperatum resistere singulis causis, melius quam dis temperatum.

Prima conclusio. Licet temperatum sit magis aptum alterari à calida causa, quam frigidum corpus, non tamen est magis agrotabile ab illa causa. Probatur prima pars conclusionis, quia ratione gradus minus distat à calore, quam frigidum, ergo magis cito alterabitur, quàm frigidum. Secunda pars probatur, scilicet, quòd non citius agrotet, quia experientia docet, colericos in æstate, pituitosos in hyeme, & melancholicos in autumno facile infirmari: temperata verò corpora resistere, & bene se habere.

Secunda propositio Gentilis est magis difficilis: nam dicit, quòd corpus temperatum magis resistit cuiuslibet causæ, quam dis temperatum. Licet enim ratione gradus non plus resistat, quam extremum, tamen propter virtutem, & propter infirmamentum proportionarium & convenientissimum quòd habet, resistit magis vnicuique causæ morbificæ.

Hæc tamen sententia non placet viris doctis. Ex primo, non facit coherentiam suarum suppositionum cum propositionibus, quas postea proponit: & ob id procedam contra ipsas propositiones.

Et primo sic: Sit nunc intemperatum calidum reductum ad temperatum, & præterea sit aliud temperatum corpus verius frigidum inclinans, non tamen extra latitudinem tunc sic arguo: Primo, illud corpus in isto nunc est potentius resistere easdem infrigidantibus, quæ per maiorem latitudinem caliditatis distat à frigido, adhuc

Opinis Gentilis.

Prima propositio Gentilis.

Secunda propositio Gentilis.

Reijctur Gentilis.

dico, postquam est temperatum) quā aliud corpus temperatum, quod iam est in fine latitudinis suae, transgressiois ad frigidum. Sunt siquidem diuisibiles istae qualitates, & earum acquisitiones: ergo si nunc est potentius, multo magis ante illud nunc suae temperationis.

Secundo, quia sequeretur ex opinione Gentilis, quod calidum in primo plus resistit refrigerantibus causis, quā calidam in secundo, quod videtur absurdum. Probatu sequela, quia sicut se habet temperatum ad calidum in primo, ita se habet calidum in primo ad calidum in secundo, sed temperatum plus resistit in frigiditibus, quā calidum in primo: ergo calidum in primo magis resistit frigori, quā calidum in secundo.

Porcius.

Præterea, quia licet Auicennis, vt Forlinus, &c. differant ab opinione Gentilis, conueniunt tamē, quod præter qualitates primas & secundas ponant virtutem, per quam resistentia maior est. Contra quam partem sic argumentamur: Resistentia for maliter loquendo, non pertinet ad aliquā potentiam actiuam, sed potius consistit in repugnando impressioni, quod sit extra actionem: ergo ad istam resistentiam non est superaddenda aliqua virtus actiua.

Si verò loquantur isti Auctores de resistentia secunda, quae nihil est aliud, quā anticipata coeruptio contrarij, hæc proculdubio non distinguitur ab ipsamet actione qualitatis, & ab ipsa qualitate actiua proficiscitur. Itaque corpus calidum resistit frigori, vires frigoris debilitando: ergo non est superaddenda alia virtus ad resistendum.

Si verò dicant, addendam esse quintam qualitatem, quae est complexio, per quam aggregatum resistit, redunt eodem difficultates, quae aduersus Senescem supra propositae sunt.

Si autem velint adicere potentias vitales, quae qualitibus videntur, sciendum est, potentias non dare calori, vt resistat, vel non: quia hoc ipse calor habet in propria sua natura, & aliquid etiam accidit ex conditione subiecti, rari, aut densi, &c. dant ergo potentiae vitales solam vitalem directionem, vt fiat nutritio talis, vel talis assimilatio, &c. Sunt verò potentiae & qualitates primae ita subordinatae, vt omnis immoderata discretiua deiciat actū proprii virtutis: vt hinc intelligant isti opinantes, robur omne, & omnem fortitudinem potius accedere in potentias ex qualitibus

primis, quā à potentijs in qualitates. Quam obrem ex hac parte non probat Gentilis, quod temperatum corpus resistat magis causis alterantibus morbosis.

Solū resistat cōtemplari, vtrum propter consortium formae resistat magis temperies, quā dissimulatio, vt frigus in aqua magis resistit, quā in ligno.

Neque hoc venit dicendum: quia licet optima temperies sit bona dispositio pro forma, ita etiam dissimulatio intra latitudinem debitam amplectitur a forma, ergo ob consortium formae non est ratio maior quare resistat magis temperatum, quā dissimulatum. Quamuis posset dici, quod forma vigorosius induit in magis temperatas qualitates; tamquam magis conaturales formae, quā in dissimulatas; vel quia temperies magis recipit influxum, quā dissimulatio: & ita ratione formae magis resistit. Sed ex precedentibus difficultatibus sequitur statim indagandum.

CAPUT XIX.

Num corpus temperatum sit longioris vitae?

Videtur, quod hæc quaestio implicite sit iam resoluta in superioribus. Nam si diximus, corpus temperatum perfectiores actiones obtinere, & causis contrarijs melius resistere; sequi videtur, longioris vitae curriculum posse transgredi. Nam cum duplex sit mors: naturalis, & violenta: naturalis verò accidit ob defectum naturalium actionum viuens: violenta ob incuriam causarum morbificarum; videtur ab utraque morte magis distare temperatum: cum enim omnes actiones faciat perfectas, distat à naturali: & cum omnibus causis resistat, distat à violenta.

Tamen, quia aliquae sunt difficultates, ideo formam & breuiter est quaerendum, quae tractanda. Nam licet respectu causarum extrinsecarum melius resistat temperatum: videndum est, an etiam respectu causarum intemarum contrariarum sit longioris vitae.

Pro parte negativa vnaquaque temperies habet suum argumentum. Primum probatur, quod complexio sanguinea sit longioris vitae: nam illud corpus est longioris vitae, quod magis distat à qualitatibus mortem inducentibus: sed corpus sanguineum est huiusmodi, ergo. Probatu minor, quia mors naturalis accidit ob fragilitatem &

Argumentum
pro sanguine

Aristoteles. siccitate, teste Aristotele lib. de longit. & breuitate. Ergo corpus sanguineum cum sit a predominio calidum & humidum, magis dilabitur a morte.

Quod si dicas, resoluatur citius humidum illius corporis. Contra, quia quatuor concedimus, esse multam resolutionem, est tamen multum quod resoluatur: ergo tardius adueniet mors naturalis.

Argumentum pro bilioso. Secundo argumentor pro colico: quia inter citius moris in senectute vita est, excrementorum frigidorum congregatio: sed corpus calidum & siccum maxime resistit tali congregationi excrementorum: ergo est longioris vite.

Confirmatur, nam senectus & naturalis mors est quodam via & tendentia in putredinem: imo ipsa senectus est quodam patula putredo. Sed caliditas & siccitas maxime impediunt putrefactionem: ergo retardabunt naturalem mortem: ergo contra biliosa magis sunt vitalia.

Argumentum pro pituitoso. Tertio pro corpore pituitoso sic argumentor: in tali corpore est multum humidum, & parum caloris: ergo tardius fiet resolutio humidum: ergo magis viuet quam temperatum.

Confirmatur primo, quia Galenus 6. de Sanitate, docet, dicebat, Humidi sunt longioris vite, quia magis habent quod desiccari possint. Et lib. Art. Med. & de Dieta privata, & eod. de Saur. tuend. senibus alimenta humida exhibet, dicens, quia sunt longioris vite: ergo pituitosi vite longioris sunt.

Secundo confirmatur, quia cum manus resoluatur, minus de impuro apponitur, & ex consequenti magis seruiatur illud, quod est principii generationis fuit contractum: ergo est longioris vite corpus pituitosum.

Arg. pro melancholico. Quarto pro melancholico argumentor, quia humidum resoluendum est densius & terrestrius, & calor qui debet resolueri, est paucus: ergo est longioris vite quam temperatum.

Confirmatur, quia videmus reliqua mixta, & visentia, que a predominio sunt terrestria, & similia melancholica complexionis, longioris esse durationis, & per diu durare: similiter homo melancholicus plus durat, quam temperatus.

Pro corpore pituitoso, & pro melancholico possunt adduci elegantes loci de animalibus, qui diu viuunt sine alimento: quia in re mirabilia refert Theophrastus, altero tomio comment. in Syntax libro 11. cap. 10.

folio 751. Num aliqui solo aere nutriantur?

Sed pro solutione illius difficultatis in memoriam reuocare oportet, quod licet vita accipiatur proprie pro predicato quodam substantiali, & pro eodem ipso viuentis, iuxta illud Aristoteles 2. de Anima, text. 37. Viuere viuentibus est esse: & etiam pro operatione vitali: vt & similiter ipse Aristoteles accepit 9. Ethic. cap. 11. dicere, Viuere principaliter est sentire, aut intelligere: tamen hic, quando querimus, quodnam corpus sit longioris vite: summus vitam pro permissione anime: cum calido in humido: nam & ita definit Aristoteles lib. de spiratione. Quirimus ergo, vitam corpus temperatum ex vi propria temperis longiorum habeat permutationem calidi in humido: & ex consequenti longiorem permutationem anime in corpore?

Secundo notandum est, mortem dupliciter insuperuenire: primo, ob causas internas necessarias agentes, & dissolutas nostram substantiam: & ob causas externas inuitabiles. Et hec mors dicitur naturalis, quia sequitur ad finem mensuram humidum radicalis, consumpti & praedictis causis decursu atatis. Que omnia quo pacto sit, in peculiari quaestione demonstrabimus.

Secundo, aduenit mors violenta, praesens naturalis periodum vite ob causas violentas, vt humorum putredinem, febres, vulnera, &c.

Notandum est tertio, causas breuitatis, aut longitudinis vite esse in duplici differentia. Quarum sunt vnicuersales, vt influxus & effluxus, ex quibus contrahitur aliqua qualitas, per quam acquiri potest maior virtus fortitudo: & secundum alios quos Philosophos, contrahi potest aliqua occulta proprietates ad id adiuuans. Alij sunt cause particularis, intrinsece, vt calidum & humidum extrinsece, vt aer, citius, potus, &c. inter quas maximum locum obtinet proportio debita calidi ad humidum.

Cum enim vita sit permansio calidi in humido, consonum erat, vt ex debita illorum proportione mensuraretur longitudo, aut breuitas vite. Et ob id Aristoteles lib. de longit. & breuit. vite, conditiones constituit illius proportionis, vt ex illis vitam longam, aut breuem pronuntietur. Primo, humidum debet esse digestum, & acrosum, vt in illo recte fenestret calor, & ne facile putrefiat. Secundo, quod sit in quantitate debita: nam paucum breuiter desiccaretur, & multum non potest regulari.

Aristoteles. De spatio huiusmodi videtur Theophrastus, tom. 2. fol. 702.

Hic

Hæc est doctrina Aristotelis, ex qua colligitur, præcipuam rationem longioris vite stare in hoc, quod adit bonæ proportionis actuum, qui saltem inter se, & ad naturam ipsius vitam cum debita mensura ad spiritus & humores, & partium configurationem. His enim sic statibus necessarium est, ut vita diutius permaneat.

Quartò notandum, quod cum humidum quantumvis proportionatum continuo exhaletur, indiget restituratione sui similibus, quoad fieri possit. Hæc autem restitutio ad duas potentias principaliter pertinet, ad naturalem, quæ humidum perditum ad naturalem, quæ spiritum generat, & mentis distribuit. Ex quibus elici potest una propositio, quod virtus diurnitas pendeat ex melioribus, & perfectioribus illarum potentiarum actionibus.

Nota.

Ex dictis notabilibus colligitur, nihil consistere vite durationem in perfectione restituti humidum, quæ in quantitate resolutionis: id est, magis videtur ille, qui bonum humidum reparat, quam ille, qui tardius resoluit: & minus videtur ille, qui humidum reparat, cum aliqua malitia, quam qui multum resoluit: quia videtur magis incompossibilem prauitiam dispositionis ad retinendam formam, quam paucitatem tardicæ resolutionis.

Colligitur præterea, quod in hac questione solum queritur de duratione ratione temperici, non ratione alicuius qualitatis occultæ, vel influxus celestis: de quo nunc non disputamus.

Conclusio.

Sit ergo conclusio: Corpus temperatum, absolute loquendo, est longioris vite, quam sunt reliqua corpora. Probatur primo, quia à morte naturali magis distat, ob perfectam humidum cum calido commentificationem, & propter perfectionem retractionis elementorum: contraria enim quantum sunt perfectioni mixtione vitæ, tanto tardius agant inter se: ergo durabit magis mixtio illa.

2.

Secundo probatur, quia corpus temperatum reparat humidum perfectum pro caloris conservatione: & aggregat quam pauca excrementa, à quibus patitur: ergo maxime erit longevum.

Tertio, quia cum omnes actiones habeat perfectas, non trahit plus quam conquiret possit, neque plus quam possit retinere: unde sequitur, sine morbo posse totam vitam transigere, & diutius durare.

Quartò, quia cum talis homo prudentissimus debeat esse (nisi impediatur) non plus ingeret, quam appetat.

Quinto, quia magis resistit causis externis, ut probatur est in superiori questione: ergo corpus temperatum ex sua natura longioris vite contentum est.

Quæ omnia, si argumentis contrariis satisfaciamus, magis elucebunt. Ad primum (quod mouere potuit plus quam Commentatorem) respondent aliqui, quod licet corpora calida & humidum ob qualitates tardius moriantur, tamen ex accidenti citius moriuntur: quia congregant plura excrementa, & minus resistunt causis morborum: temperatum verò è contrà, paucissima siquidem congerit excrementa, & melius resistit. Si enim enumeres corpora omnia dis temperata, insanes vel per se, vel ex accidenti esse breuissimas vite: corpora enim frigida & sicca, aut frigida tantum, aut sicca tantum: & calida tantum, & calida & sicca ex propria natura citissimè tendunt ad mortem: hæc, quia resoluunt multum, illa, quia frigiditati vitæ sunt propinquiora. At humida corpora, & frigida & humida, & calida & humida multa congerunt excrementa: atque ob id ex accidenti citius moriuntur.

Hæc responsio Vallesij non displicet, nisi quod nescio, quare non dixerit, contingit mortem citissimam ex accidenti propter excrementa in corporibus frigidis & siccis: sed tantum in frigidis. Si enim calida & humida congerunt excrementa, à fortiori plura debent conseruare frigida & sicca, ut per se videtur constare: nisi dicamus pro Vallesio, quod considerant ipsa temperamenta frigida in se, ut magis propinqua temperamento senectutis: ita ut quamuis non aggregant excrementa, essent breuiores vitæ. Non ergo negaret congeriem excrementorum, sed tantum adhoruit quæ responsioni eius sufficiebant.

Ad confirmationem respondetur, quod licet in sanguine sit multum humidum, quod possit resolui, tamen quod reponitur per nutritionem, citius accedit ad siccitatem terrestrem, cum qua non potest stare vita. Et quia congerit plura excrementa: & præterea quod reparat, non est ita optimum. Temperatum verò corpus restituit minus terrestre, & magis perfectum pro vite longitudine.

Quod si dicas, corpus sanguineum assimil-

similiter alimentorum, ergo reddat illud humidius, quam temperatum. Pares, quia vincit in humiditate: ergo illam qualitatem commutabit humido restaurato. Respondet quod, ut dictum est in notabilibus, non fiat longitudo vite in multitudine humiditatis in perfectione humiditatis. Quamvis ergo eam cedamus, quod restaurat illud corpus magis intensum humidum, non tamen magis optimum.

Sed dices vitæ: In quo consistit ista bonitas humidi? Respondet, quod ignis non potest seruari in aqua, aut alio simili liquore, nisi solum in passulo aëreo, ut est oleum, cera, &c. Et in his abiens rellè per regenerationem seruat, & melius scilicet contrariis. Ita similiter calor natus neque resillet causis, neque optimas efficit actiones, nisi humidum contineat aëreum rellè in passulo temperatum, quale reperitur in corpore temperato.

Tamen iterum insurgit, dicendo, quod si quis humidus aer, quia caliditate, & humiditate preceffit ergo optimum, & perfectum humidum aëreum reperitur in corpore sanguineo. Respondet non debere esse humidum aëreum ob excessum caloris, & humiditatis, qualiter reperitur in aëre sed dicunt Philosophi, humidum debere esse aëreum ob eius elevationem, & perfectionem: humidum enim aque est magis crassum, & materiale: aëris vero magis lubrile, & aëreum. Itaque humidum radicale magis dicitur aëreum, quia in eo licere debent modi humiditatis aëris: & non quod in illo debeant existeret qualitates primæ aëris.

Ad secundum argumentum respondetur, quod licet corpus biliosum paucis congregat excrementa in senectute, tamen alias causas habet potiores, & principales breuitatis vite, exolutionem scilicet celesorem. Itaque potentior est calor, & siccitas ad breuitatem, quam pauca excrementa ad longitudinem vite. In cuius confirmationem adduci potest Aristot. libr. 4. de partib. animal. capit. 2. ubi illa animalia docet esse longæva, quæ carent felle: ut ceruus, camelus, delphinus, &c. habent enim dulcissimum sanguinem, & paucissimum bilem: & ob id minus resolubilia sunt in operibus. Arist. loco cit. 2. tom fol. 267.

Ad confirmationem (licet non respondeat Angelus) dico, quod ad vitæ nam prædictam post mortem citius,

devenit corpora calida, & sicca, quia temperata: ob citam scilicet resolutionem, ut dictum est: quia illa putredo cadaverosa incipiens post instantis mortis, etiam adunatur (ut sic dicam) à resolutione: mareo vero, qui continuatur per senectutem, etiam carnis fit à calore, & siccitate: nam illa putredo naturalis nihil est aliud, quam calor constitutus in principio detestum humidum. Igitur corpora biliosa citius hoc pacto emolentur.

Ad tertium argumentum respondetur, quod in pituitoso est malum humidum aqueum, non tamen aëreum. Aqueum autem non est ad vitæ longitudinem eligibile, imò potius est suffocatum. Secundo responderetur, quod licet habeat multum humidum, habet nimis raram restauratorem: & ex consequenti citius vincitur à causis mortis.

Ad auctoritates Galeni respondetur, quod probant vitam prolongari per humidum restauratum, non tamen docent, illud melius restaurari in corporibus pituitosis imò deterius. Quando vero Galenus refecit docet senes per alimenta humida intendit prolongare vitam, temperando terribilem siccitatem senilem, quæ iam moti proxima est. Et quod dixit Humidi maxime longam loquutus est absolute inspicendo ipsa temperamenta, ut sic. Nam de supra diximus, calidum, & humidum longioris esse vite, quam temperatum, respectu ipsarum qualitatum, nisi ex accidenti citius moreretur.

Ad secundam confirmationem respondetur, quod licet moris resoluat, & pauca impurum reponat, tandem imperium est, quod reponit, & minus ad vitam laudabile ob suam aqueitatem.

Ad quartum dico, quod corpus melancholicum per nutritionem citius devenit ad remissitatem inconspicibilem cum formam, & tardius restaurat, & quod restaurat, est minus remotum à gradu siccitatis, cum quo non fiat vitæ id est, magis propior quam gradus siccitatis, cum quo non fiat illa forma.

Ad confirmationem respondetur concedendo, quod mixta sunt longioris perioditandæ lapides plus durant quàm homo. Tamen illa mixta durabunt amplius, quæ in sua specie habent perfectius temperamentum.

Et dictis colligitur, corpus temperatum absolute loquendo, esse longioris vite: & quod ratione ipsarum qualitatum

per se, longioris sit calidum & humidum, tamen ex accidenti brevioris sit vitæ. Si verò loquamur de causis extrinsecis violentis, vt de suspensione, gladio, &c. non est causa aliqua, quare magis resistat corpus temperatum, quam intemperatum; nec quare sit longioris periodi. Si autem de alijs causis morbofis: probatum est magis collectiue resistere temperatum, & ex consequenti, longioris esse vitæ. Et præterea in singulis poterit euenire ab alijs corporibus etiam in longitudine vitæ diuisiue loquendo: nam à morte ex frigiditate, & humiditate magis distabit calidum & siccum, & erit respectu illius magis longiuu, quam temperatum. Et ita de singulis dicendum, inspicendo qualitates, vt sapius dixi.

Noque mihi placere possunt, qui dicunt, quòd tantò humidum est viscosius & crassius, tantò est longioris vitæ. Nam, vt supra dictum est, ex mente Aristotelis, debet esse æreum. Si autem dicit resinosis plantas esse longioris vitæ, non est traducendum argumentum ad hominis vitam: nam, vt ego interpretor, humidum est optimum ad vitam prolongandam; quòd nec facile congeletur, nec facile esciceatur, vt ait Aristoteles: & quòd habeat pinguitudinem, vt ait Leonicius lib. de extensione vitæ. Plantæ igitur aliquid habent de illis conditionibus. Tamen propria, & peculiaris causa longitudinis vitæ plantarum non est, quòd viscosum, aut resinosum habeant humidum, sed quòd à seipsis renascantur: senescit vnus ramus, & exit alter nouus: arefcit vna radix, & pullulat altera: & sic per nouam regenerationem vitam protrahunt: vt docet Aristoteles in lib. de Vita. Igitur humidum non debet esse ita viscosum, sed æreum, cum aliqua consilientia, & tenacitate, quam aliqui vocant pinguedinem. Aristoteles ergo loco citato illa animalia dicit esse longæna, quæ magis humida sunt, & calida. Quare rectè diximus, inspectis ipsijs qualitibus, & merito illarum, facta comparatione ad mortè naturalem, longioris esse durationis calida corpora, & humida: ex accidenti tamen ob copiam inextinguibilem excrementorum, & ob minoram resistenciam, esse brevioris vitæ, quam temperata.

Quòd si adducas in contrarium, corpora calida, & humida febribus putridis esse aprissima: nam & consilutiones humida pestilentes appellat Hippocrates 1. Epi. sect. 2. vbi ait: Si zilas fuerit plumosa, erunt

morbi pestilentes: ergo etiam corpora ita humida erunt aprissima ad morbos; ergo brevioris durationis.

Resp. Quòd bene probat de morte violenta, quæ vi morbi potest accidere; non tamen de morte naturali, quæ per paulatimam consumptionem humidi radicalis contingit.

In hac re nostris conclusionibus consentit subtilissimus Hieronymus Parisien-sis: nam postquam probauit absolute esse durabilius corpus temperatum, & responsum dedit omnibus argumentis, tandè fol. 170. pa. 2. ait: Primò fieri posse à prima causa corpus calidum, & humidum rectè proportionatum, quòd decursu ætatis accedat ad temperatum; & tandem longiori vita fruatur, quam temperatum à principio vt per se patet.

Secundò probatur, quia non includit repugnantiam, quòd vna & eadem res per se optime vitam conseruet, & valeat ad perfectas actiones: & rursus sit alia, quæ bene conseruet, & protrahat vitam tantum alia quæ operationes perficit tantum. Sed illa prima esset temperata forma: alia verò distemperata.

Rectè tamen aduertit Auctor ille in secunda propositione, quòd illa complexio sanguinea, quæ est diuturnior quam temperata, non debeat esse quilibet, vel quolibet gradu disproportionata: nam talis profert esse excessus, vt vel calor non possit regulare humidum; vel si tantus esset calor, plus noceret, quam iuuaret ad vitam.

Intelligenda ergo est doctrina tradita, de complexione sanguinea, in qua cum proportione debita excedit humiditas, & caliditas: hæc enim complexio non includit aliquam repugnantiam; & de illa currit argumentum primum, in principio questionis propositum.

Et corroboratur: nam talis complexio reparabit melius pro extensione vitæ. Patet, nam dilat magis à substantia sicci-tate senescit, ergo reparabit melius quæ temperata, pro vitæ longitudine. Eritque tale corpus in senectute humidius subitan-riscè, quam corpus temperatum in eadem ætate: ergo durabilius.

Hæc argumenta demonstrant nostram secundam conclusionem. Quare de hac questione hæc sint

fatis.

*

DV.

Hieronymus
Parisien.

Landatur i-
perio sangu-
nea.

11111111

Leonici.

Hippocrat.

DUBIUM.

Solent aliqui dubitare, utrum possint reperiri duo individua eiusdem prorsus temperiei. Et ratio dubitandi est: quia tot fuit necessaria ad illam identitatem complexionis; ut sit impossibile in vnum coaptare: eadem materia, idem generans, idem status celi, idem tempus, eadem regio, simul illa alimenta, nulla in omnibus causis & conditionibus variatio, eadem omnino elementorum proportio. Quæ omnia, cum sint ita discreti, & dependentia à tam variis principiis, videtur impossibile in vnum posse coniungi. Et ob id Hippocrates nihil generari omnino alteri simile dicebat lib. 1. de Dieta. Tamen idè Hippocrates in illo loco, & nos in illius explanatione loquebamur de his, que ferè semper contingunt, & que difficilissimè aliter se habent.

Etenim, presertim loquendo, non repugnat esse duo individua speciei humanæ, eiusdem omnino temperamenti. Attendè dixi, speciei humanæ: quia in illius individuo est tota difficultas: in plantarum vero individuis non ita difficultè similitudo reperitur individualis: in brutis autè modo se res habet: in mineralibus scitis constat similitudo: et in elementis euidens est & omnimoda. Cuius discretitatis ratio loco citato à nobis adducitur.

Sed nunc probare oportet, quòd individua humana possint reperiri eisdem prorsus complexionis. Primum: quia non includit naturalem repugnantiam. Quòd ex eo constat, quia nihil includit contra principia nature. Secundo, quia dicere, nunquam talia individua fuerit, ergo includit naturalem repugnantiam. Nò est sufficienter argumentum: quia multi effectus sunt possibilès in natura, qui, nò est simpliciter necessarij, ut sunt: quoniam nunquam fiunt. Non tamen valet consequentia, ergo si non fiunt, includit repugnantiam quòd fiunt. Tertio, demonstratur: quia si adsit causa aut celestis, aut inferior varietatis individualis, poterit effectus impediri per aliam causam contrariam: ergo in isto casu poterunt produci individua omnino similia: ergo licet sit difficile non tamen impossibile.

Quòd si grauisimè authoribus fides adhibenda est, legimus aliquos homines tam fuisse similes in omnibus, ut nullam discriminè posuerit dignoscere. Ex similitudine vero in operibus, in actionibus, in moribus, in affectibus animi & corporis, facile deprehenditur temperamentis identitas. Cicero in Academicis narrat Serulios adco fuisse similes, ut eum magna difficultate dignoscerentur. Plautus alios refert, quos nec mater, nec nutritrix potuerit distinguere. Apud Solinum plura exempla. Sed mirum illud Alberti Magni in suo opere de animalibus, ubi narrat se in Germania vidisse duos fratres, quos nullo modo sciebat discretos: quorum vnus gelus, vnus inaccessus, vna loquela, eisdem animi affectionibus: nunquam separabantur, simul agrotabant, simul è lecto surgebant. D. Anselmus locum Cicerois adducens, idem refert, licet acriter contra Pofsidonium Afratorum philosophetur, & cum Hippocrate in lib. de Dieta omnem illam similitudinem ad causas inferiores reducens, non ad celestes.

Sed interrogas, Quare dixit Auicenna in hoc lib. 1. doct. 1. Omne individuum debet habere complexionem sibi solummodo propriam, in qua aliud individuum ei associari est impossibile? Respondet quòd quando Auicenna, & alij Auctores dicunt hoc esse impossibile, intelligendam est impossibile pro difficilissimo, & perarato.

DUBIUM II.

SED dubitabis, an sicut non includit repugnantiam, quòd duo individua eiusdem speciei sint eiusdem prorsus complexionis, ita similiter sit dicendum de duabus speciebus?

Et ratio dubitandi non est debilis: nara multa mixta discretæ speciei sunt similia in gradu temperamentis, ut in medicamentis apparer: duo enim medicamenta discretæ sunt calida in secundo, aut in tertio.

Dico, quòd qualitates conaturales, formis conconstituntur eorum naturas: atque cum nature sint speciei discretæ, necesse est, ut qualitates etiam discretam obtineant proportionem. Quòd non sit in individuis, que sunt eiusdem speciei. Et hoc inde potest constare, quia variæ formæ speciei, quando aliqua est interspecies sibi præter naturam, reducant se ad proximam qualitatem quam amittant, vnaqueque ad suam propriam peculiarem suæ speciei: ergo signum est quòd vnaqueque speciei sibi constans determinatam proportionem qualitatum, que non est alterius speciei. Hoc autem non debet sic intelligi, ut gradus vnus qualitatis non possit reperiri

in duabus speciebus. Aliquod enim brutum potest vivere cum tribus gradibus caloris, & aliquis homo etiam. Tamen dicimus, quod perfectio temperamenti variatur per se diversitates perfectionis specierum, ita ut ille gradus in homine sit perfectior proportione constitutus.

Et ad argumentum dico, quod medicamenta esse similia in gradu, non ita debet intelligi, ut sint similia secundum præcisam æqualitatem temperamenti illa enim habent certas mansiones, & rursus mansiones etiam sunt distinctiones. Tamen quantum hoc ita non est, attendendum est, medicamenta, verbi gratia, calida in primo aut in secundo, licet quantum ad hunc gradum habeant aliquam similitudinem, aliunde certe differunt quã maximè. Unde ad similitudinem cõservandam, & morbos pellendos, ponderare oportet, quibus utamur medicamentis. Contingit enim ut conveniat applicare medicamenta calida in primo, & prodest unum, & non aliud, quantumcumque sint similia. Et ratio est, quia licet contineant in gradu, differunt tamen in modo, in proportione, & in alijs multis, que pertinent ad propriam naturam.

Nota. Sed ne aliquis remaneat serupulus, notandum est, quod quando diximus, unamquamque speciem sibi determinare temperiem debitam, ita ut perfectior species, qualis est humana, perfectiorem exoptet temperiem, non in eo sensu accipiendum est, ut in quo occasione statu præcellat talis complexio: hoc enim esset falsum: nisi homo propinquus morti (sunt naturali, aut ex vi morbi) non habet ita perfectam temperiem, sicut aliquod brutum bene temperatum & sanum (sicut cõtrarium aliqui falso dixerint) & ita non valet consequentia. Ita temperies cõtratur nunc animam rationalem, que est perfectissima forma: ergo & ipsa temperies est perfectissima. Nam ut valeat illatio, non debet esse ita dis temperata proportio, sed intra limites con naturales illi forme: potest enim una forma stare violenter sub temperamento extraneo alterius forme diversæ speciei. Nec de hoc est nihil aliud qua difficultas: nam sicut forma factus in utero potest stare sub temperie graduatè, quam habuit embrio: aut sub illa simili reperibili in mixto inanimato, ita non apparet incontinentens, quod aliquod animal bene sanum & temperatum habere temperiem similem alicui homini meliorem temperato: sub qua autem temperie violenter potest dici, quod fiat

anima: quia ipsa, præcipue loquendo, appetit meliorem sibi temperiem: & intemperies ita lapsæ sunt contra proprium appetitum, & possunt dici violentæ.

Sed non est silentio transeundum, quod quidam dicunt, temperiem suam latitudinem habere, & diversos modos proportionis. Quædam enim attenditur in ordine ad esse forme in materia; alia verò in ordine ad operationem. Hoc cum ita sit, dicunt præterea, quod forma principalis appetit temperiem ad esse, quam ad operandum. Et rationem exhibent: quia esse est propter operari: ergo principalis appetit formam esse, quam operari; ergo & temperiem: quia media principalis desiderantur, quem satis, propter quem sint talia media. Ita philosophatur subtilissimus ille Parisiensis libro 2. proprietat. 12. Sed ego non intelligo huius viri subtilitatem. Nã appetitus sæpè tendit ad bonum: bonum autem perse, & primario recon dicitur in ipso fine, & ab eo spargitur per media: ergo finis principalis desideratur, ergo media solum propter finem. Et confirmatur: nam propter quod unumquodque tale, & illud magis: sed media sunt bona, & appetibilia propter finem: ergo satis multo magis. Forma ergo appetit esse propter operari; ergo magis & prius appetit operari. Sed advertendum, quod sine adeptio, præcedentia etiam quasi supposita comprehenduntur, & continentur, ut melius est videre, quam vivere: quia certe qui videt, vivit: non tamen qui vivit, videt. Ita melius est bene vivere, quam vivere. Ergo appetitus forme, si tendere debet in melius, tendit quidem ad bene vivere per se primo: quia includit vivere, & perfectionem vite. Ergo perfectiorem temperiem appetit ad operationem: quia hæc continet, & rationem finis & modis: supponit enim temperiem ad esse, & ad operari.

*Parisijs
notatur.*

CAPUT XX.

De aliquibus dubijs circa temperameta particularia membrorum, de quibus agit Avicenna in cap. de Complex. membrorum.

Num spiritus sit calidior corde?

Notandum primo, quod Avicenna sic disposuit calida, que reperiuntur in nostro corpore. Primo loco posuit spir

spiritum, secundo cor, tertio sanguinem, quarto hepatis, quinto carnem, sexto musculos, septimo lienem, octavo renes, nono tunicas arteriarum, decimo venas, & postea cutem. Hic est ordo calidorum, incipiens à summo calido usque ad temperatorem partem, quæ est in corpore.

Notandum secundo, quod licet maiori ex parte loquatur Aulcenna de temperate innata, aliquando etiam de innata formal cum influente solet loqui, ut in ipso patet.

Hoc supposito, arguitur contra doctrinam Aulcennæ, probando, quod spiritus non sit calidior corde: quia nulla causa potest facere effectum perfectionis superioris: ergo cor non potest facere spiritus se ipso calidiores.

In tractatu de Pulsibus hanc questionem tractant, & licet posuerint communem solutionem de partibus diversis spiritus cordis, non tamen illi acquiescunt, & ideo per tres propositiones satisfecit questioni: quas hic etiam proponam aliquid tamen nunc addendum: tota enim doctrina fuit Gentilis.

Galenn.

Secundo tamen arguitur, quia Galenus dixit, de Temperamentis, Calidissimum quod est in corpore, sanguis est: ergo non spiritus. Notandum, ne in æquiuoco laboretis, quod Aulcenna non agit nisi de solo spiritu vitali. Nam quamvis de spiritu animali & naturali possit dubitari, calidissimum tamen quod reperitur in corpore, dixit esse spiritum vitalem.

Respondeo ergo per easdem propositiones, quas posui in tractatu de Pulsibus. Prima propositio: Si consideremus cor per se, & spiritum per se, tunc intensiorem habebit calorem spiritus, quam cor. Probat, quia adhuc ipsum cor ab spiritu calefit, & acturatur. Secundo, quia cum spiritus sit quoddam mixtum ignis & visiforme, verisimile est esse calidius quam cor, in quo totæ sunt partes frigide, ut nervus, fibra, &c. Tertio, quia visus animalis, si manum applicemus ventriculo cordis sinistro, maxime calorem sentiemus in spiritu, qui ibi feruet, & ardet. Quarto, quia oportebat, ut spiritus, qui debebat remitti ab omnibus partibus, per quas debebat transire, maximum obtineret calorem, ut eum sufficienter decerneret ad partes totius corporis.

Secunda propositio: Si accipiamus cor cum suis spiritibus sibi dearticulatis per suam nutritionem, ut pars vegetatiua est,

& comparemus illud cum spiritibus existentibus in ventriculo, tum calidior erit spiritus ventriculorum, quam totum illud aggregatum. Probat, quia si cor posset dici calidus, erat propter illum spiritum sibi dearticulatum: sed propter illum non potest dici tale, ergo. Minor illa probatur, quia iam ille spiritus est remissus à partibus frigidis cordis, & tamen spiritus, qui est in ventriculo, remansit in suo vigore, quem primo acquisiuit.

Tertia propositio: Si consideremus cor ut membrum publicum cum sufficienti spiritu ad se dilatandum, & comparemus illud cum spiritu propinquiori, qui est circa cor, tunc æqualem habebunt calorem. Hac per se patet: quia totum illud aggregatum cordis ita constitutum feruatur in illa summa caloris ab spiritibus vitalibus vicinis, ergo concipitur in gradu caloris habent enim se quasi effectus, & causa consentans vniuersa. Quare ad argumenta accedimus.

Et ad primum dico, communem solutionem esse, quod in corde sunt diuersæ partes: & sic signanda erit quedam pars calidior, quæ possit generare spiritum cum æquali calore ac ipsa habet. Hoc est Modernorum ferè omnium suscepta ex Aulcennalis, de cuius veritate tunc non disputo: disputari tamen in tractatu de Pulsibus, & illam improbauit. Alij, ut Hieronymus Angelus, dicunt, quod spiritus suscipit maiorem calorem per motum cordis & arteriarum.

Ego à forma ipsa spiritus emanare illum intensiorem calorem existimo: quia deberet merito talis forme, & tandem emanabit. Et idem dicitur à de Generatio, quando tertium elementum generatur à duobus dissimilibus, quæ non habent alteram qualitatem ita intensam: ut Albertus dicit fol. 124. Ex igne enim & aqua potest fieri aer, sed illa humiditas summa acris à nullo potest dari, nisi à forma ipsius acris: præcedentem verò humiditatem disponentem ledit aqua; ita & cor. Quamvis Dominicus Bonafius, non à forma, sed à causa vniuersali produci velit, à de Generat. in quest. de Dissimilibus.

Ad secundum dico, ibi per sanguinem intelligere Galenum perfecti sanguinem, qui cum spiritu coniungitur est.

Sed dubitabis, vtrum fer calidior spiritus, quam bilis: nam videmus, intensiores febres fieri ab humore bilioso, quam ab spiritibus incensis: sunt enim febres ar-

Moderni.

Angelus.

Sententia propria.

Albertus.

Dominicus Bonafius.

Dubium.

denres ab humore bilioso, & à spiritibus
sunt diaria.

Ad hanc dubitationē respōderut conti-
nuanter, esse spiritus calidiores bile, calore
actuali, potentiali: tamen calore exsuperat
bilis potest enim ascendere ad intensiorem
gradum caloris, perscōdante forma bilis,
quod non sic contingit in spiritis. Ad argu-
mentum respōderut, quod ob prædictam
rationem febres biliosæ sunt ita inten-
sæ, quia scilicet bilis tolerat tantam in-
tensionem caloris: spiritus verò ante tan-
tam intensiōnem exoluitur. Alii dicunt, &
claris) quod spiritus est calidior bile: sed
tamen non manifestat suum calorem ob
sui tenuitatem, ut aer est humidior aqua,
quamvis aqua magis humefaciat propter
modò substantiæ crassiorē, quem habet.

Sed aliquis rationē efficiacē desiderabit,
ad probandū maiore intensiōne caloris spi-
ritus respectu cordis equidem si dicitur non
sufficiant potest à positione, à sensibus de-
duco argumento cōprobari: nā in gaudio
nimis taliter solet refrigerari cor, ut visum
sit, homines præ gaudio mori. Evidēter sal-
tē videmus, pulsus fieri raros & tardos: rari-
tas verò & tarditas differentiæ sunt cordis
frigescētis & depauperati, debito calore
desitenti: ergo evidēs signū est, quod spi-
ritus, qui calefaciēbat cor, ad externa spa-
ritur, & minus accēdit ad cor, amittitur ra-
ritas & tarditas, & apponuntur frequētia, &
celeritas, quæ sint differentiæ caloris adanci:
ergo necessariū fatendū est ad præsentiam
spiritus calefieri cor, & ad eius absentiam
frigescere.

Postquam autē enumeravit res calidas,
recenset res frigidas, quæ suo ordine repe-
riantur in nobis.

Sed dubitabis prius, quare hepar nō ha-
beat tantam caliditatem, quantā sanguis,
qui ab illo generatur? Respondeo, quod
sanguis æqualem habet calorem cum he-
pate: sanguis verò perfectus, & spiritu vita-
li perfusus est calidior hepate.

Secūdo dubitabis, quare Asiatica dicitur,
musculū esse minus calidū quā carnē.
Nā est sic instrumentū motus, & ad motū
aprior sit caliditas, videtur debere esse mē-
brum calidius, quā est caro simplex. Respo-
deo, quod musculi sunt prædomināti mul-
titudine fibrarū, quibus præditus est, & aliam
partem frigiditatem, est minus calidus,
quā caro simplex. Ad argumentū respon-
deo, quod musculi est frigidior carne ex
propria eōpositione, tamē musculi cum
sufficiēti spiritu ad motū est calidior carne,

ENarrans Avicenna res frigidās, quæ re-
periantur in nobis, docet, quod in pri-
mo loco frigidorum, tamquam in summo
debeat consisti pituita: secundo, pili: ter-
tio, ossa: quarto, carnago: quinto, ligamen-
tum: sexto, fibra: septimo, tunica: octavo,
nervium: nono, spinalis medulla: decimo, ce-
rebrum: undecimo, adeps. De adipe ve-
rò est magna contentio, non solum de effi-
ciete, & temperie illius, sed de loco ge-
nerationis.

Atque ut appareat vis huius difficulta-
tis, videmus varietatem Galeni, quando
de hac re loquitur. Nam 1. de Naturalibus
facult. pinguedinem dicit ex sanguine fieri,
& 2. etiā de Temper. cap. 4. ex parte illius
oleosa: ergo, ut carnem dicebamus cali-
diam, & secur calidū, quia non videtur ali-
quid, quā sanguis concretus: ita & pin-
guedinem calidam dicemus.

Confirmatur ex eodem Galeno lib. 11.
de simp. med. fac. agens de pinguedine, ad
phlegmonem aptam esse dicit, & scirosis
tumores pinguedinem tauri. Quo loco
omnes pinguedines virtutem dicit habere
excalfaciēdi, & humefaciēdi illas magis,
has minus, prout fuerit cōplexio animalis.
Nā pinguedo leonina tantā habet (ut di-
cit) vim calefaciēdi, ut si phlegmoni ap-
plicetur, multam inducat mordacitatem.
Idem docet 1. de simp. med. fac.

Alia tamen ex parte insinuat, pinguedi-
nem sequi ad naturam animalis, variari-
que temperiem pinguedinis, prout varia-
bitur temperies animalium, ut ait loco ci-
tato de simp. med. fac. 7. de comp. Med. Per ge-
nera, inquit, adeps sequitur temperiē ani-
malis, cuius est. Sed multa animalia sunt
frigida: ergo adeps illorum erit eiusdem
frigidi temperamenti.

Præterea circa locum generationis du-
bitabis: nam 2. de Temperam. cap. 4. & se-
pē alibi ait Galenus, generari pinguedi-
nem in locis frigidis, ut in tunicis & parti-
bus frigidis. At videmus generari circa
cor, & circa iecur.

Pro decisione huius quæstionis notan-
dū, aliquā versari differentiā inter adipē, &
pinguedinem: quamvis apud Auctores in-
differēter hæc vocabula inveniuntur: nō so-
lent cōfundi rāquam secundum magis &
minus significatiā. Pinguedo enim liquabi-
lior rotavideatur. Adeps verò aliquas partes
habet,

habet, quæ magis resistunt liquefactioni, & indurata manent: apparetque pinguedine durior. Similiter differentiam reperies apud Aristot. libr. 2. de Part. animal. c. 5. & lib. 3. de Histor. animal. c. 17. à quo mutuatus est Galenus 11. de Simp. mod. fac. cap. de pinguedine, & adipi: & Avicenna hoc cap.

Differunt præterea locis: nam adeps in extremitatibus musculorum, & in membranis adhaeretur: pinguedo vero inter carnem & cutem, teste Plinio lib. 11. cap. 57. Aliæ sunt differentie: quas reperies in eodem Plinio loco citato, quæ ad medicum non videntur spectare.

Secundo notandum, quòd de materia ex qua fit pinguedo, scire conuenit inter tres: dicunt enim fieri ex oleo, & pingui parte sanguinis. Sic Galenus docet 2. de Temperam. cap. 1. Aristot. lib. 1. de Histor. animal. cap. 16. & 17. & 1. de Generat. animal. cap. 18. & 19. Quibus locis tandem dicit esse materiam scimus, & adipis, quòd à Galeno etiam recipitur 2. Art. med.

De causâ vero efficiente maior est controversia: Nam Galen. 1. de Temperam. c. vit. coagulari frigido, & liquari calido, dicitur, & Arist. 1. de Part. animal. adipem dicit esse sanguinem coagulatum: sed sanguis fit calore: ergo pinguedo inter res calidas debet recentior. Præterea, quia generatur circa partes calidissimas, ut circa cor, circa hepate, ergo factum est, à calore fieri exuperant, & calidum obtinere temperamentum.

Neque valet dicere, quòd licet generetur circa cor, aut circa testes, & alias partes calidas, generatur à partibus frigidis ibi existentibus, nempe à tunicis, ut circa cor generetur à quadam tunica, quæ appellatur pericardium (à Barbaris capsula cordis). Non inquam, valet: quia in Philosophia certum est, quòd quando duo agentia concurrunt inoprobabile ad aliquem effectum producendum, effectus tribuitur vincenti: sed illæ partes frigide sunt in regione calidissima, & intra ipsarum actiuitatis calidi potentioris: ergo pinguedo, quæ in illis generatur, à calore potius proficiscitur.

Confirmatur: Nam actiones in vnaquaque parte perficiuntur per complexionem actiuitatem ex intracta, & influente. Ergo ubi fuerit multum de influente, credendum est, actiuitatem etiam calore excedere. Sed tum est influentia circa cor, portioque multum de influente calore: ergo fita comple-

xio actiuitate debet operari cū toto illo predominanti: ergo pinguedo, quæ in illis fit, non à frigore, sed à calore generatur exsuperanti. Hoc argumenti genus non tetigit Andreas Laurentius.

Sed probatur præterea, quòd sit calidus adeps: nam est pars nulli corporis: ergo frigidus non est actualiter. Antecedens patet ex Galen. 6. de Placit. Hippocr. & Plat. c. 3. Quibus argumentis addende sunt rationes supra tactæ, ex effectibus sumptæ: quas etiam Moderni negligunt, vel relinquunt tanquam difficiles.

His tamen non obstantibus sit prima conclusio: quando Avicenna posuit adipem inter res frigidas, insuper gradum quem acquirit per congelationem, per quem excedit eum. Probatur, quia per generationem acquirit illa materia languinis singularem positivam, & actualem: ergo formaliter facta est frigidior quam antea.

Sed dices cum Andrea Laurentio & aliis, quòd in nostro corpore nulla est pars actualiter frigida: ergo nullo modo poterit euenire aliquid effectus formaliter frigidus. Illi enim Antiores à minori calido dicunt fieri coagulationem, non tamen à frigido.

Sed certe nullum habent fundamentum in Philosophia ad taliter opinandum. Nam motus calidum formaliter non potest esse pro frigido formaliter: nunquam intellexit Andr. Laurentius. Vnus gradus caloris nunquam coagulabit duo gradus caloris nunquam alioquem effectum frigidus vniuerbatur: semper enim intraneam suam naturam conservat calor: sed vniuersique gradus caloris calefacit secundum suam mensuram. Tamen si calorem cum frigore conuenias, admittere oportet, plures actiones esse, quæ debentur frigori: quas tu fallaciter reducis in calorem. Exemplum hoc tibi manifestabit: sume aquam feruidam, & misce eam alia aqua tepida, probe si philosophice loqueris in hunc modum dices: illa aqua feruida refrigerata fuit à frigido, quæ erat in aqua tepida: non tamen dices fuisse refrigeratam à calore remanens aque tepide. Non est igitur mirandum, quòd in nostro corpore alique actiones tribuantur frigori, præcipue conseruationes illæ, quæ maxime abundauerunt coagulationibus metallorum: quæ etiam Philosophi reducunt in frigus, atque per hoc formam metallorum induci volunt. Quæ tamen conseruationes in frigore loquendo, non sunt vitales, sed necesse naturales, & in

1. Conclusio.

Andr. Laurit.

Andr. Laurit. refutatur.

efficitur, qui resultant ex partium adioni-
bus. Nos enim non credimus, adipem ef-
se partem viuam, vt postea ostende-
mus.

Quando ergo dicunt medici adipem fieri à minus calido, & non à frigido, hoc pacto intelligendum est, quo supra; nam remissum remittit intensum non per qualitates similes, sed per contrarias. Quia remissio est corruptio contrari per altera-
tionem facta; ergo si pars tenuis sanguinis calida congelatur, non quidem remittitur à calore in quocumque gradu sit, sed à frigore. Quod in tactu poteris euidentius probare: quando tangis temperatum, & tu es calidus, indicas illud esse frigidum, & rectè dicis. Pro qua re vide, obsecro, quæ docui de cognitione corporis temperati, & discutiam.

Exemplum autem, quod adducit Andreas Laurentius de plumbo liquefacto, quod coagulatur à minus calido, est ridiculum: nam clarum est, quod condensatur, vt dictum est, à frigore formali, quod cum minori calido coniunctum est. Rectè igitur noster Aucenna inter res frigidas vitrum locum tribuit adipi, inspiciendo modum generationis, quo à frigido per condensationem proficit. Et confirmatur. Nam agentia sunt à prædominio frigida; ergo & effectus assimilatus. Pars antecedens nam tunica frigida sunt à prædominio formali, respectu curis, si asserimus formaliter esse qualitates in mixtis, vt supra dictum est.

Secunda conclusio: Si inspiciamus materiam ex qua fit adeps, dicendum est, habere quandam potentialem caliditatem, quæ vt alia medicamenta, poterit reduci in actum, cum fuerit vt medicamentum applicata.

Hæc conclusio probatur omnibus argumentis supra positis, quibus probabatur esse adipem calidam. Non enim negandum est, adipem, sicut alia medicamenta calida, habere potentiam, vt possit ascendere ad actualem, & intensiorem calorem, loquendo iuxta communem modum dicendi Galeni. De cuius veritate nunc non disputo: scio enim multas in hac re esse opiniones. Itaque adeps duas habet complexiones: vnam actualem; aliam virtua-
lem: vt vinum actu est frigidum, & potentialiter calidum. Et cor intra corpus est complexionis calidissime, & extra corpus dicunt esse frigidum, & siccum. Ita adeps dum in corpore continetur, respe-

ctu curis est frigida; sed extra corpus, in quantum medicamentum, est virtualiter calida.

Sed diceas, quomodo est possibile vt intra corpus existens non adueniat illa virtualis caliditas nam & alia medicamenta intra corpus adueniunt? Respondeo, quod pinguedo dum est in corpore, quali pars corporis, aliquo modo consensuatur ab anima, in illo esse, quod recepit intra corpus. Et præterea consensuatur ab ipsis partibus frigidis, quibus adhaeret. Et ita quasi cancellis conuenitur, ne aliud manifestet sicut reliquam panem nostrum corporis, non enim adueniunt, vt medicamenta à nostro corpore, sed vt partes in ordine ad vium, & bonum totius: vt verò extra corpus relicto, consortio aliorum partium, & illarum influxu. Alia dicere ratio est, & credunt enim ad nos quasi aliena, & peregrina, & si possint aduari, vt medicamenta, aduolunt, & si transmutari vt alimenta, transmutantur etiam.

Quæ omnia magis patent, si respondeamus argumentis contrariis, quæ maiorem habebant difficultatem. Ad auctoritates Aristotelis, & Galeni respondendum iuxta doctrinam secundæ conclusionis, concedendo omnes effectus, quos dicunt habere pinguedinem, vt medicamentorum.

Ad argumentum respondeo, quod non fit adeps à partibus calidis, sed à frigidis, vt ibi respondeo. Et quædo replicatur, quod in præsentia potentior non agit minus potens: ergo tunica circa cor calentes non poterant refrigerare sanguinem. Ad hoc respondeo, quod ille tam intensus calor cordis non impedit adiuem frigiditatem circa totum, sed modificat, & limitat, & sic tunice remittunt per suam frigiditatem calorem sanguinis ad illas extendantis. Et cum suo calore calefaciunt proprium alimentum, & assimilabunt, non aliter, ac aqua tepida cum suo frigore remittit aquam feruidam, & cum suo calore calefacit manum frigidam: & vt aer calidissimus in diebus Cancularibus exurit sit calidus aer æstiuo, refrigeratur ab illo, vt habet aliam qualitatem admittentem enim multæ mutationibus subicitur: nam totum illud, quod deficit, vt non sit ignis, vel aer purus, totum, inquam, illud habet adimpletum ex qualitatibus, ad motum mixtorum: nisi enim est aer purus ille quo vivitur, sed habitantia aërea, vt & aqua etiam, & terra.

Obiectio.

Ad

Ad confirmationem respondeo, quod partes frigide ex sua natura, quae sunt circa eam, non accipiunt totum illam infusum ad suam complexionem aliamque: sed natura dispensat pro utriusque parte quod illi est necessarium. Itaque totum illud copiam caloris influentis cordis non consideres terminari in tunica generantem pinguedinem, sed per modum tendente. Ad hoc autem ut fiat complexio actura, debet advenire calidus spiritus à corde, & fieri unum cum spiritu complantario partium, vel saltem debet fieri unum calorem. Et ob id non est mirum si partes frigide, quae sunt circa calidas, generent pinguedinem, quia sua complexio frigida non adveniat per tantum calorem, neque indiget tanto calore: & sic transit ad alias partes, relinquens solem illud, quod non necessarium est.

Sed adhuc non acquiescimus non potest intelligi quo pacto effectus frigidus generetur in regione ita calida. Respondeo, nullum esse inconueniens: nam & pili, & lapides generantur in partibus internis, & piruita vitrea, quae frigidissima est, non aliter, ac leones, & formice in eadem regione calidissima. Est itaque illic calidus virtus modificabilis in hanc, & illa materia.

CAPUT XXII.

Anne cor sit inter partes siccas enumerandum?

UTrum cor sit membrum calidissimum, non dubitatur, licet Auerroes fatiisibus rationibus contemderit esse frigidum. Constat enim experientia, ratione, & auctoritate, esse membrum calidissimum: experientiam si digito ad eius carnem applicueris visu animale, intendens senties calorem, teste Galeno lib. de Semine, & lib. de Fetus formatione. Ratione etiam, nam eius effectus est calidissimus, spiritus scilicet vitalis, pro toto corpore calificando. Et extenditur ratio: quia per cordis calorem totum corpus calefit: ergo est calidius membrum. Probatur antecedens: nam ad eius sine opem totum refrigeratur animal, & ad eius incendium febricitat: ergo signum est ibi esse calorem fortem. Auctoritates multa sunt, Hippocratis libro de Carnibus, & Galeni, t. de Temper. cap. vi.

Sed de pulsibus est etiam dubium, utrum cor sit membrum siccum: nam Auscusius

sic enumeratque partes siccas non in corpore: in primo loco constituitur pili. Secundo ossa. Tertio cartilago. Quarto ligamentum. Quinto fibrae. Sexto nervi. Septimo artena. Octavo vena. Nono actus motus. Decimo cer.

Auerroes vero dicit esse inter membra humida enumerandum. Nam cum de sanguine arterialis, qui humidus est, videtur quod sit causa humiditatis particeps.

Neque placet Laurentium, qui dicit esse humidum contemplerent enim quoniam omnem Arteriam, & probat frigiditatem quoniam ratio: quia scilicet cer est magis blandum, quam cutis ergo est magis humidum. Quod arguitur, ut non satisfacet, & in eo casu dico experientiam esse fallacem: nam si tangas cutem internam & tangas eorum, videns manifestissime distare: cutis enim mollior, quoniam non habet eum modicum consistenciam vero duram apparet, & resistit, respicitur cutis, ut videtur quo pacto Laurentius dicit, esse mollior cor. Patet etiam ipsa patet natura id constabit: nam cor maxime quoddam organum est, nervosum, & carae nec secunda quilibet per se committit, quae in illo partem solentis: ergo à primo minimo est sicca cor.

Et quomodo in tractu de Pulidibus, esse humidus cor: ut in modis scriptis aliquo sit contradictio, vel manifeste inconueniens, licet vides modis dicendi notandum est, quod dupliciter potest cor considerari: uno modo ut pars quaedam est particeps sic: capis spiritus ad pulidum, alio modo, ut membrum pulidum est, pulidum pro toto animali, & generans spiritum pro toto animali. Et hoc significat quod debet habere magnam copiam spiritus, & spiritus in ventriculo suis, à quibus necessarium est, ut huiusmodi temperet incrementum. Ipse cor in primo statu est sicca cor, et in hoc à calidissimum in secundo statu est humidus cor. Cuius ergo in tractatu de Pulidibus necemus de corde, ut est principium animalis pulidum, & est fontis & origo omnium motuum animalium, diximus esse humidus cor, quia ad hoc motus adimpletionem debet esse spiritum, & sanguine capere cor.

Sed de pulsibus est etiam dubium, utrum cor sit membrum siccum: nam Auscusius

Auerroes notatur.

Galeni.

Auscusius.

Num cerebrum inter partes humidas sit numerandum?

Partes humidas enumerans Auicenna, sic ait: Humidus, quod est in corpore, purita est. Secundò sanguis. Tertio pinguedo. Quarto adeps illa, quæ magis resistit liquefactioni. Quintò cerebrũ. Sextò nucha. Septimò caro mamillarũ. Octauò caro testicularum. Nonò puluino. Decimò hepã. Vndecimò renes. Duodecimo, musculus; postea cutis.

Tamen aliqui contra istam doctrinam Auicennæ auti sunt asserere, cerebrum esse enumerandum inter partes siccas; ob id aliud, nisi quia ablati vaporibus, & extrinsecis humidis, quæ in illo reperiuntur, apparet moles quædam terrestris, si coquat, vel igni applicetur. Et confirmant iurã opinionem ex dicto Aristotelis 2. de Part. animal. quando dixit, cerebrum esse substantiæ terrestris.

Hæc tamen opinio est falsa; nam ex modo substantiæ colligitur cerebrum esse humidius curæ, esse enim molliissimum. Præterea, quia faciliè à rebus humidis humidifit. Tertio, quia sic decebat esse membrũ, quod omnium sensibilium species recipe

ret, quia humidum faciliè admittit extrinsecas impressiones. Neque contrariò opinio aliquid probat; nam illa experientia solum monstrat esse molem elementorum grauium, non tamen esse siccius. Idem enim argumentum potest fieri de alijs membris; nam caro etiam, postquam elisata est, manet siccius, quia expressa fuit ab illa humiditas; non tamen ex eo debet colligere esse carnem sicciorem cure.

Ad Aristotelis locum idem respondetur, habere scilicet cerebrum, vt & alias multas partes nostri corporis, prædominiũ granitaris, sine portionem grauium elementorum, non tamen habere prædominiũ siccitatis qualitatine. Imò ex istò, quòd cerebrum plus recedit à cure propter humiditatem, quàm propter frigiditatem, vt patet ex rationibus dictis. Et præterea, quia ferè omnia, quæ in ipso reperiuntur, & quæ ad ipsum accedunt, sunt potentiora ad humidandum, quàm ad infundandum, vt vapores, & sanguis; hæc enim omnia humidant ipsum, & remittunt illius frigiditatem. Quare magis humidum videtur, quàm frigidum.

Sententia verò Cardani ridicula est; opinatur enim cerebrum esse frigidissimum, & humidissimum, si ad sapientiam debet parari; quam supra refutauimus cum Scaligero.

Cardanus.

OPUSCULUM QUARTUM.

De Temperamento sexus, & ætatum.

Ad Cap. Auicenna 3.

CAPUT I.

Quid sit ætas.

Ricta inuenies de hac re in nostris vigilijs Hippocraticis text. 73. lib. 1. de Diæta: plura antiqua illustrata, & nouas quorundam Auctorum opiniones depulsa. Hic ad Tyrones notare oportet, iusti Astrologos, qui sexum istorum inferiorum animalium à sexu stellarum effectiue germinare contenti sunt, vt signa masculina masculos; femi-

nea verò feminas producant. Sic & plantæ, imò & horas diei obseruant.

Temperare tamen oportet hunc dicendi modum; aliter enim falsitas erit. Afferendam ergo altorum efficaciam putamus ad hanc, vel istam sexus naturam producendam; cum hoc tamen taliter concurrere inferiorum seminum, & viciyarrantem, vt multoties vincat calescenti si contraria sit. Vide Hippocratiẽ magni altorum contentu platorum aures magis tribuiffe causis istis inferioribus, quàm alijs; dicebat enim textu citato: Fæmelle ab aqua magis, & à frigidis & mollioribus, & humidis, tam cibis, tam potibus, itaque stidijs, & exercitijs masculi verò magis ab-

Hippocrat.

igne, à siccis videlicet, ac calidis cibis, & reliqua diæta, & c. Igitur masculus in quantum masculus, calidior & siccius, & à calida & sicca causis, femina frigida & humidior, & à frigidis & humidis causis. Dicitur in quantum talis sexus: quia si masculus frigidus, & feminas calidas aliquando videmus, id non contingit ratione sibi debita talis sexus, sed ob alias causas. Antiqui verò, & Anticenna in hoc cap. temperie commiserant, quæ merito sexus convenire debet. Oportebat ut masculus adiuor esset, qui debebat generare in alio; mulier, quæ in se, & obediencem materiam, & formabilem præstat, frigidior & humidior, ut dicebamus de aqua, materia viventium, ad textum cerebri. Constituantur omnia ex igne, & aqua.

Vnde si impicias alimenta quibus utrumque principium utitur, in ordine ad generationem sexus, bene ex textu Hippocratis constat, calida esse alimenta ad masculum, frigida ad feminam. Si regionem, inuenies plures feminas generari in partibus mundi frigidis. Vnde non mireris si aliquæ civitates multas feminas, alia plures viros procreent. Si consideres locum internum ambientem feminam, deatque partes sunt calidiores sinistris: masculi à dextro testiculo in cellula dextra utri generantur, feminae à sinistro, in sinistra. Si verò ot do iste inueneratur, solet vir effeminatus exire à testiculo dextro in cellula sinistra; femina verò masculina, à sinistro in dextra. Et anni tempora etiam coadiuuant: hyeme, roborato interno calore, masculi; ætate, dissipato, feminæ producuntur. Ita etiam utri dispositio summopere conducit, adeò ut aliqui dixerint, quod ad pensum mundificationis utri generatur sexus: nam à tempore mundificationis mens strualis vsque ad quintum diem, generatur masculus; à quinto vsque ad octauum, femella; ab octauo vsque ad vndecimum, hermaphroditus. Sed hoc nullam habet euidentem rationem, ut semper contingat. Si rament legas omnia, quæ in lib. de Diæta elaboramus, de sexus causis, & temperie viri, & feminæ, nil amplius pro isto capite deciderabis. Quare vterius procedamus.

Ætas communissimâ sua significacione mensuram temporis significat. Sed magis in particulari illa solet accipi pro toto spatio, quod percurrit hominum vitæ: quæ ab aliquibus mensurabatur spatio centum annorum, & sic vitam ætatem voca-

bant centum annos iuxta illud Ouidii loquentis de Nestore illo, quæra viaiße dicit trecentos annos: & addit:

Vixi his centum annis, tertia viuatur ætas.

Alio modo accipitur, non pro determinato spatio centum annorum, sed pro hominis vitæ spatio, quodcumque illud sit. Vt imò accipitur pro parte vitæ humanæ, ut cum dicimus ætatem pueritiæ, ætatem senectutis. Et in hoc vitæ significato philosophantur in hoc capite: agimus enim de partibus quibus mensuratur humana vitæ. Et quia partes non rectè innotescunt, nisi sciamus, quod sit totum cuius sunt partes, tantillum de toto spatio vitæ humanæ poterimus differere, ut statim ad ipsas ætates in particulari tractandas descendamus. Ergo nunc illud sit notum, ætatem in presententi esse mensuram partium humanæ vitæ.

De periodo verò vniuersali humanæ vitæ inter medicos vniuersus doctissimus Montanus in Aucen. tom. i. fol. 248. inter eruditos videndus Pet. Gregor. Tholosan. fol. 464. & seq. tom. 2. Ellet enim hoc loco agitanda questio, vtrum detur periodus hu mane vitæ, de quo puncto inferius erit sermo, postquam de causis mortis naturalis actum fuerit.

Cum itaque vitæ hominis sit permanens anima ætatis in calido, ut sæpius dictum est ex Aristor. tota vitæ hominis mensurabitur, ut fuerit calidi proportio. Sed calidum est quoddam cõpositum ex quantis qualitatibus in materia proportionata ex semine, & sanguine menstruali. Ergo de primo ad vitimum, vitæ hominis naturaliter habebit periodum, & terminum illum, ad quem potuerit peruenire ex natura permanentis operum calidi, quod est dispositio cõsensuaria forme. Et hinc oriuntur tot varietates vitæ, quod vnus scilicet citius, quàm alter anticipet senectutem, ex varia scilicet illius calidi proportione.

Norandum præterea, quod iuxta mutationes varias ipsius calidi accipiunt medici particularium ætatum rationes. Et ob id si volueris definire ætatem in particulari, poteris dicere esse certam mensuram mutationis humanæ vitæ procedentis ex diuersa dispositione calidi natui, orta ex naturalibus principijs.

(1)

Montan.
Tholosan.

Definitio ætatis.

CAPVT II.

De numero aetatum.

Multipliciter aetates numerantur. Nam Seruius Tullius Romanorum Rex in tres aetates diuisit humanam vitam, vt ait Tuberon libro 1. iuxta historiam, referente Aulo Gellio libro 11. Noct. Attic. cap. 28. Primam aetatem ab ortu, vsque in decimum septimum annum, pueritiam; secundam à decimo septimo anno, vsque ad quadragesimum sextum, iuuentutem; à quadragesimo sexto anno vsque in mortem, senectutem appellabat. Tamen in hac diuisione Seruius Tullius potius inspiciebat, qui homines ad bellum essent apti. Eligebat ergo iuuenes, & reliquos dimittebat: iuuenes appellans quos ex virum constantia, & maturitate ad debellandum idoneos prospiciebat.

Chaldaei autem caelestium motuum obseruatores, ex septem planetis, septem deprehendebant aetates: vt refert Crinit. libro 23. de Honestà disciplina, capit. 12. Certos ergo annos tribuebant unicuique planetae, iuxta suum motum, v. g. Luna ab ipso natali gubernat infantem per quinque annos. Mercurius gubernat per decem annos. Venus per annos octo. Sol per annos viginti & unum. Mars per annos quindecim. Iupiter per annos duodecim. Saturnus per reliquam vitam.

Ex quibus Astrologicis obseruationibus Latini nostri (inquit Crinitus) tribuunt, Infantiam Lunae. Pueritiam Mercurio, Adolescentiam Venere. Iuuentutem Soli. Virilitatem Marti. Senectutem Ioui. Senium Saturno.

Quae diuisio placuit aliquando nostro Hippocrati: Nam Julius Pollux libro 2. Onomast. capite 1. & Philo libro de Mundi opificio, Hippocratem adducunt his verbis: Hippocrates medicus libro de Carnibus, & libro de Septimestri partu, septem ait esse hominis aetates: Infantis, Pueri, Adolescentis, Iuuenis, Viri, Senotis, Senis, &c.

At vero ad minorem numerum aetates reducit libro 1. de Dixta, quem Gregorius Tholosanus orat vt septimum de vicijs ratione. Sed vt impressionis aliquis defectus, vel nimis diligens Tholosa-

nus extitit: nam tres aetates dicit Hippocratem numerasse, cum tamen numeret quatuor: Pueritiam, quae calida, & humida est. Adolescentiam, calidam & siccam. Virilitatem, frigidam & siccam. Senectutem, frigidam & humidam: prout variè se habet ignis ad aquam; siue calidum ad humidum.

Solon Philosophus decem posuit. Periparcticus Stases duodecim. Marcus Varro quinque. Aristoteles in lib. 2. Rhetor. ad Theod. capite 12. tres aetates distinxit, Iuuentutem, Virilitatem, & Senectutem: quasi in augmentum, statum, & declinationem totam vitam diuidens, vt fecit in libro de morte, & vita. Non tamen credendum est solum Aristotelem illas tres mutationes vitae considerasse, sed aliquando subdividisse: nam libro 7. Politicorum, cap. 17. differens de institutione puerorum, de aetate puerili agit, quam libro ad Theod. sub augmento, & iuuentute includit, & pueritiam diuisit in partes; nam ab ortu vsque ad annum quintum vnam docet institutionem & educationem conuenire: ab anno quinto vsque ad septimum iam vult ad disciplinas pueros aspirare: & ab anno septimo vsque ad pubertatem, illos addiscere: & magis à pubertate vsque ad vigesimum primum annum. Non enim bene faciunt qui aetates per septimanas metiuntur. Itaque sequenda est naturalis distinctio. Haec Aristoteles loco citato, vt patent duo ex hac pulcherrima sententia: Diuidendas iterum partes vitae, quas ipse tres tantum fecit libro Rhetor. Et secundò, quo pacto nos doceat, ad aetates humanas indagandas melius esse naturalem distinctionem conemplari, quam per septenarius numeros discurrere, vt faciebant Chaldaei.

Igitur inspicendo mutationes naturales, & relicta septimanis, doctiores qui dam septem mutationes potata dignas animaduertunt in vita humana.

Prima aetas ab ortu incipit vsque dum latentes sub gingiuis dentes exerit, & perficit, quod opus vsque in septimum annum perdurat.

Postea natura corpus proprium ex-polit atque perficit adeo, vt figura ipsa, quodammodo immutetur: & ad vteribrem perfectionem aspiret natura: illam scilicet quae ad speciem pertinet propagationem; in quam finem per illud tempus

Tuberon.
Aul. Gellius.

Aristot.

Inl. Pollux.
Philo.

Aetat 1.

Aetat 2.

Greg. Tholos.

pudenda elaborare aggreditur manifeste, & semen gignere, & appetitum coitus excitare: quae omnia circa decimum quantum annum contingere scimus natiori ex parte: variatur tamen tempus iuxta variationem temperamenti, ut saepius dictum est.

Aetas 3.

Postea quasi relinquens partes inferiores, ad superiores ascendit, & barbam pilosique producit, quae insignis mutatio quaedam est.

Aetas 4.

Adhaec conspicue cernimus in latum angeri hominem, & corpulentia quadam exornari.

Aetas 5.

Sequitur virilis, & consistens aetas, in qua medium vitae tenera natura, ad summam perfectionis euecta, nullam sensibilem mutationem perperci: omnium operum pulchritudine condecorata, usque dum incipit capillorum albedo, & canities, & virum diminutio. Quam insignem mutationem quis non fateatur, nisi sit stolidus? Incipit ergo sanguis minui, quia calor minuitur, incrementumque pituita: & ob id senes dicuntur, quasi femineae. Caneſcunt ergo pila in hac aetate ob redundantiam albi alimenti, siue pituitosi: atque quos primo natura in pubertate demonstravit, illos etiam primo in senectute dealbat: quam obrem videbis canitiam circa tempora primum, & circa pubescitiam docuit Aristoteles libro 3. de Histor. animal. capite 11. & 3. de Histor. animal. cap. 3.

Aristot.

Aetas 6.

Sexta aetas, septimam & vltimam adducit, quae similia omnia habet, ac infantia: nam eiuſdem homo deambulat, manibus ad crura demissis, ut natus est: non videt, non exercet malitiam, quia dentibus caret: in eundem tandem operibus defectuosus. Quae ab omnibus vltimam senium, siue aetate decrepita solet appellari. De qua proprie dicebat Psalmista: Amplius coram laebor, & doler.

Haec septem aetates pulchre deducunt aliqui eruditi ex aetate plantarum, & ex mutationibus solis in vno die, & ex operibus Dei in septem diebus creationis.

Aetates plant.

Planta enim habet Infantiam, cum primum a terra exorta conspicitur.

1. Infantia.

Secundo, Pueritiam cum furculam informem demonstrat.

2. Pueritia.

Tertio, luxuriam in furculo, & in fecundum semen, siue germen pullulat.

3. Pubertas.

Quarto, folijs se exornat, & floribus.

4. Adoleſcentia.

Quinto, fructus, & folia maturat, & perficit.

5. Pubertas.

Sexto, in Autumno canescit, folia pallescunt quaedam, quaedam dealbantur, decidunt in terram, & tota planta marcescit.

6. Senectus.

Septimo, totus truncus solus apparet, & quali confectus. Nec est praeter rationem, aetates hominis cum aetatibus plantarum conferre: siquidem homo planta quaedam est inserta, ut ait Plutarch. lib. de Exilio, planta tamen mobilis, & non terrena infixa.

7. Aetas decrepita.

Plutarch.

Dies etiam suas septem habet aetates in varia positione corporis solaris. Sol enim cum auctor sit generationis, & vitae, mento meriti potest humani calidi, & humidi mutationes.

Aetates illuminationis solis.

Sol in primis crepusculum facit.

1. Infantia.

Secundo, Aurora apparet iubar maiore solis illustrata, & rubicunda.

2. Pueritia.

Tertio, facies Orientem solis ascendit, quasi facies puberis splendidi.

3. Pubertas.

Quarto, celeritate ascendit supra verticem.

4. Adoleſcentia.

Quinto, directe radios iaculatur, duplicata fortitudine quasi consistens.

5. Virilis aetas.

Sexto, declinat iam, & Occidentem respicit.

6. Senectus.

Septimo, postremum crepusculum, & tenebras diffusis consentit.

7. Decrepitudo.

Imò, & creationi mundi maxime assimilantur aetates humanae.

Aetates creationis mundi.

In primo die creavit Deus Caelum, & terram, quasi materiam, & formam, tamen nullo cultu addidit. In prima aetate homo sic apparet indistinctus & rudis, quasi sola anima, & corpore fruens, distinctus à bellis per lucem rationis, quae à brutis hominem distinxit.

Secundo die facta est divisio aquarum ab aquis. In secunda aetate diuisa est humiditas spermatica ab vna: vel humiditas fetida, ex quibus generantur pili.

In tertia die appaet terra arida, congregatis in maria aquis, ut terra fructificaret. In tertia aetate adoleſcentiae adest copia seminis, & pili (qui sunt herbae corporis humani) crescunt.

In quarta die fecit Deus luminaria magna, & stellae. In quarta hominis aetate elucet perfectior hominis forma, veluti certo lumine, qualis quis futurus sit.

In quinta die ex aquis produxit Deus cete grandia, & reliqua aquatilia. Ita & in quinta hominis aetate, virilitate, scilicet, homo magnifica opera perficit.

In sexta die produxit terra iussu Dei animalia omnia quadrupedia, & reliqua omnia. Ita in sexta aetate assimilatur homo quadrupedibus; nam in terram pronus incipit quasi quatuor pedibus ambulare, curvus, & baculo innitens, hominem se esse cognoscens, ad est, corruptioni subditum.

In die septima quiescit Deus ab opere creationis. Sic homo, qui per participationem Deus solet nominari, iam in septima aetate requiescit ab omni opere, & sepulchro otiosis includitur.

Iuris prudentes etiam suo modo diducunt aetates, quas in praesenti non referam, ut ad medicum finem me proximè accingam.

Tandem ad Medicos magis accedat oratio. Videtur enim ex Galeni doctrina, & ex Hippocratis libris rectè posse ad quatuor aetates tantum varietatem reduci: Pueritiam numerantes vsque ad decimum quartum annum: Pubertatem vsque ad vigesimum quintum. Iuuentus incipit à vigesimo quinto, & terminatur circa annum trigessimum quintum, & appellatur aetas florida. Et illas tres aetates comprehendit aliquando Aristoteles sub aetate aegrenti; nam per illas corpus in omnem dimensionem perficitur. Quarta, aetas consentanea dicitur, quae est inter iuuentutem, & senectutem; terminatur circa quinquagesimum annum. Quinta, & vltima aetas vniuersè senectuti tribuenda.

Hac communis est aetatum enumeratio, quam complectitur Cicero in Lilio, siue in libro de Senectute, multalium varians; diuidens scilicet senectutem in viridem senectutem, siue subsistentiam, & in postremam senectutem; ait enim: Omnino mihi videretur, quòd omnium fatieras, vitae facit stultitiam. Sunt pueritiae certa studia: nam ea desiderant adolescenterum: Sunt & iuuentus adolescentiae: nam ea iam consilium requirit aetas, quae dicitur media: Sunt etiam huius aetatis, nec ea quidem in senectute quaeruntur.

Sunt autem extrema quaedam studia senectutis. Ergo, ut superiorum aetatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis. Quòd cum euenit, facietas viri tempus maturum mortis afferit.

Igitur quem numerum sequi debeamus, nondum constat. Nam noster Auicenna quatuor facit aetates: Adolescentia vsque ad triginta annos, Consistentia vsque ad quadraginta, Viridis senectutis alteram in qua minuatur vires, vsque ad sexagesimum annum. Quarta, in qua manifestissimè corruit animal; quam aetatem vocat senium, & finem vitae.

Tamen pro solutione istius dubij, notandum est non mensurari illas aetates apud medicos praeciso annorum numero, ita quòd puer, v. g. in decimo quarto anno necessarìo sit fecundus: potest enim esse puer piruitosus; & tardius barbam emittere, & tardius generabit. Sed quia maiori ex parte circa illud tempus in plurimis hominibus contingit illas mutationes experiri, ideo medici praescribunt numerum annorum. Igitur ratio inuestigandi aetatis saepe ex ipso temperamento desumenda est multò certius, quam ex annorum decursu.

Secundo est notandum, minimum esse discrimen, si cum Auicenna ponamus quatuor aetates, aut ponamus quinque: nam facile est unam partem subdividere, vt & ipse Auicenna facit; quia aetatem incrementi rursus diuidit in infantiam, & pueritiam: aut quam nos vocamus senectutem, ipse diuidit in senectutem primam, & secundam. Quia ergo vsque ad decimum quartum annum non sentimus mutationem aliquam magnam temperamenti, quatenus septimo appareant dentes omnes, ideo tota illa aetas pueritia nominatur. Et quia senectus vsque in mortem continua quaedam est vitium declinatio, ideo vitio temperamento circumscribitur. Tamen distimodò res ipsa constat, diuide, vt volueris. Incrementum ergo continet pueritiam, & pubertatem: Iuuentus consistentiam praecedit: hanc senectus sequitur. Quae omnia si in dispositionem fuerint adducta, facilius negotio clarescent, & patebunt.

(3)

Inter pubertatem, & iuuentutem consistunt adolescentia, quae incipit à 14. anno vsq; ad 25.

Cicero.

Dubium.

Auicenna.

CAPUT III.

Num detur aetas consistentia.

DEfiniamus primò, quid sit consistentia, ut intelligamus in quo sit constituta dubitatio.

Humana vita tribus mutationibus principalibus subiecta est: nata vel crevit homo, vel stat, vel diminuitur. Et istae partes sunt praecipuae aetatis hominis, sub quibus aliae conspiciuntur.

Aetas incrementi, & aliae etiam sumuntur ex diversâ habitudine caloris ad humidum: erit ergo aetas incrementi, in qua potens est calor humidum extendere, & restituisse plus, quam resoluatur: & humidum potest etiam suum calorem in prædicta conservare mensura.

Consistentia est aetas, in qua calor potest restituisse quantum deperditur, & nisi plus & humidum etiam potest illam aequalem calorem conservare.

Aetas vero decrementi est illa, in qua calor non sufficit tantum restituisse, quantum deperditur: & sic continue procedit per continuam diminutionem: imò nec humidum potest in illa mensura calorem conservare: & statim gradualiter minuitur, & utraque qualitas vires amittit. Quae omnia intelligenda sunt, considerata ipsâ habitudine radicali caloris nativi ad humidum nativum. Quamvis enim in quacunque aetate accideret morbus, aut aliud praeternaturale impedimentum, quod impediret prædictam formam resolutionis humidum, tamen adhuc maneret illa radicalis habitudine caloris talis ad tale humidum, in qua servatur vera ratio aetatis. Quam philosophandi rationem aliqui ita intelligunt, ut in omnibus istam habitudinem velint esse intelligendam. Nos vero orti dicimus istam habitudinem ex proportionem primâ è principis generationis contrada, in omnibus, sive in principalibus partibus nostri corporis, quae per tempus mutationes suscipit accidentales.

Ex quibus dissolvat quæstionem illam in qua solet quaeri, utrum complexio aetatis, & naturalis sint res diversae. Non enim debes intelligere complexioem

aetatis, quae circumscribit vnaquamque aetatem esse aliam à naturali, sed ipsammet naturalem positam in tempore, sive mensuratam tempore cum sua habitudine calidis ad humidum. Quod si claris id velis intelligere, considera complexioem aetatis non esse aliud, quam modum quendam complexioem naturalis, variatum penes variam humiditatem & calidi commensurationem, sive modificationem. Nam, v.g. si una complexio est biliosa ab orta generationis proculdubio erit biliosius poer, & biliosius iuvenis, & biliosius senex, cum diverso tamè modo, & diversa proportione.

Qua in parte poteris dubitare, utrum complexio naturalis possit permutari. De quo infra. His suppositis ad argumenta, quae accipiem nostram quæstionem posse efficere, deveniamus.

Probatur, quod nulla sit aetas consistentia. Primo, quia vivens est in continua mutatione qua tendit in momentum: ergo nunquam consistit. Antecedens est notum per se nam sumus in perpetua exsiccatione, visque ad consumptionem humidum nativi. Ergo nunquam est stabile tempus in quo consistat, & quiescat nostra natura, & cesset à passione.

Hoc tamen non obstante datur aetas consistentia. Pro cuius declaratione notandum est, quod potest esse dubium de consistentia, & quaere quoad augmentum sine quantitate, vel de consistentia quoad perfectionem caliditatis, vel de consistentia quoad siccitatem.

Hoc supposito, ut conclusio. Datur aetas consistentia viventi quoad quantitatem. Probatur à posteriori: quia videmus aliquo tempore viventi non augeri, neque diminui: ergo inter augmentum, & diminutionem cadit quies temporalis.

Secundo probatur, quia causa contractionis est intentio siccitatis. Hoc enim apparet in corporibus istis inanimatis, quae contrahuntur, & contrahuntur ad intentionem siccitatis, consumpta humiditate qua extenduntur partes. Ergo similiter in vivente contractio illius fiet per intentionem siccitatis. Tunc sic. Sed non per quamlibet siccitatem fit contractio, sed per intentam aequalitatem in tempore: ergo toto illo tempore quo durat illa inductio dispositio omnia contra dicitur, erit animal in consistentia istius sit

Notandum
contra aliquos.

Qua sit diversitas
inter istas
partes natura-
les, & aeta-
tiales.

fiolis quantitate, quam acquisiuit per augmentum.

Tertio probatur, quia quantitas viuentis, vel acquiritur in instanti, vel successiue. Sunt vero in hoc opinionones: sed quocumque dicas, debes assignare quietem inter acquiritam quantitatem, & perditionem illius: ergo datur consentientia quoad quantitatem viuentis.

Secunda conclusio. Si loquamur in communi opinione, que tenet aequalitatem caloris in iuuenis, & puero, dicendum erit, quod datur ares consentientis caloris in eodem gradu: quia idem gradus caloris est in puero, & in adulto: ergo idem gradus consistit in iuuentute, vsque dum remittatur a causis senectutis. Quod in sequentibus latius expendemus, videntes quantum habeat veritatis hęc aequalitas caloris.

Tertia propositio. Si loquamur de perfectione, siue de flatusciantis, nunquam datur consentientia vera. Probatur: quia sumus in continua repassione a causis exsiccantibus: ergo nunquam datur aliquod tempus, quo possimus dicere, corpora non deficere. Et in hunc sensum declaranda est sententia illa Galeni: dicebat enim 1. de Sanitate tuenda: Animal per omnes aetates fit siccius: non tamen calidius, aut frigidius. Quia minimum, scilicet impedimentis, a principio generationis vsque ad mortem, animal est in continuo motu exsiccationis: non tamen necessario est in continua amissione caloris.

Ex quibus patet quid sit dicendum ad argumentum: Concedimus enim non dari consentientiam temporalem, quoad siccitatem: non tamen probat contrarium his, que docuimus in prima, & secunda propositione.

CAPUT IIII.

An aqualis sit calor in puero, & in adulto?

Hęc questio est antiqua, & ab omnibus tractatur, quod magnum signum est difficultatis illius. In hac re sunt tres ferme opinionones. Prima dicit, quod calor pueri est intensior. Secunda, quod est remissior. Tertia, quod est aequalis.

Prima opinio nititur probare, quod calor pueri est intensior, quam calor adulti, supponendo, quod in hac questione agitur de calore nativo, siue radicali: non de illo qui inur, quique a cibis, & alijs causis potest remitti, & incendi facilius.

Et argu. primo: In puero est minus corruptum de calore: ergo essentialiter calor est magis intensior. Probatur antecedens. Est minus corruptum de subiecto: ergo est minus corruptum de accidenti. Ergo cum in puero sit minus de suo subiecto corruptum, habebit maiorem, & intensiorem calorem.

Secundo probatur, quia ex effectibus magis intensis solentis dignoscere causarum intensiorem: sed pueri habent effectus caloris magis intensos: ergo, & calorem: Patet minus: quia celeriter augentur, & nutriuntur, & celeriter expellunt excrementa, multo magis, quam adulti: ergo intensiorem habent calorem.

Tertio potest arg. quia a principio nostre generationis tendimus in mortem naturalem, & in senectutem, que frigida est, & sicca: ergo semper frigidat corpus nostrum: ergo calor in pueritia est intensior. Et confirmatur, quia calor noster est in continua repassione a rebus non naturalibus, v. g. reparatur quotidie ab alimento: ergo minoris est intensiōis in iuuentute, quam in pueritia.

Tamen hanc opinionem, vt falsam, rejiciunt communiter omnes medici: & sic ad primum dicunt, quod illud argumentum tantum probat, esse plus de calido quantitate in puero: non tamen probat de gradu caloris: nam iuuenis licet habeat minus de humido radicali, habet tamen in minori quantitate humidi aequalem intensiōnem caloris: vt scintilla ignis aequalis habet calorem, ac magnus ignis.

Ad secundum responderetur, quod illi effectus non contingunt ob intensiorem calorem, sed ob materię obedientiam.

Ad tertium potest dici, quod licet moueamur in senectutem, non est necessarium, quod per omnes aetates remittatur calor, sed satis est, quod maiorem siccitatem quotidie acquiramus. Quod agentibus nobis de senectute, melius patet.

Ad confirmat. responderetur, quod licet calor patitur per aetates incrementi, tamen

tamen est plus, quod reparat, quam id, quod per repansionem amisit. Et hic potest manere aequalis in gradu per aliquod tempus.

Secunda opinio tenet, intensiorem esse calorem iuuenis. Primum, quia in morbos calidiores incidit, ut in febres ardentes, ob maiorem copiam bilis, quam generat.

Secundo, quia actiones robustiores animales habet, ut ex se patet actiones vero naturales etiam robustiores: nam solidiora alimenta concoquit: ergo intensiorem habet calorem.

Galen.

Ad haec argumenta possunt reduci alia multa, quae Galenus refert libro 2. de Temperamentis in hac difficultate: dicam illa, quae ex mente eius communitur in scholis circumferuntur. Et postea quid ego sentiam declarabo.

Notant Auctores primum ex mente Galeni 1. Aphorismorum 14. & 2. de Temperamentis, capite 2. quod calidus dicitur aliquid, vel quia plus habet de substantia calida, vel quia intensiorem habet qualitatem, v. g. vna libra aquae calidae dicitur magis calida, quam vna scintilla ignis, ob copiam scilicet subiecti, in quo est ille calor: scintilla vero dicitur calidior intentione caloris: quod communiter inter Philosophos distinguitur extensio, vel intensio. Sed cum paucum, & multum extensum, aut non extensum proprie pertinet ad quantitatem, ut adnotauit Galenus 1. Aphorismorum 14. improprie vero ad qualitatem: tamen vsus iam loquendi inualuit, & vocamus multum calorem, & paucum calorem. Sed reuera iste denominationes accidunt calori ratione subiecti cui inest.

Secundo notandum, quod propria, & conaturalis materia caloris natui est humidum radicale, ex semine, & sanguine menstruo in vitro materno contemperatum. Quod cum dissipetur quotidie à causis non naturalibus, prouidit natura, ut per alimenta restauraretur materia: ergo restaurata etiam est subiectum caloris natui, sed nominatur a scititia, quasi extrinsecus adueniens, & calor qui in illa subieciatur, acquisitus, & a scititia à medicis nuncupatur. Igitur uterque calor est naturalis, & utraque materia est naturalis: tamen differunt rationem dictam, & penes alias multas, quas breuitatis causa dimitto: & inter Moder-

nos illas summarie collegit Sebastianus Paparella lib. de Calido, & Petrus Crispius 1. Aphor. tex. 14.

*Sebastianus
Paparella.*

Pet. Crispius.

Ex his duobus notabilibus elicitur tota mens Galeni. Pueri enim cum proximi sint principijs generationis, habent plurimum illius humidij radicalis contracti ex semine, & sanguine menstruo, multumque caloris ad mensuram humidij. Et in hoc sensu dicebat Hippocrates, Qui crescent plurimum habent calidi innati: puberes vero cum per siccitatem maxime à pueris differant, quia per continuam restaurationem reposituerunt ex alimentis, quod deperditum erat, habet plus de acquisito, & a scititia.

Et haec est mens Galeni, quantum ad quantitatem, & multitudinem calidi naturalis: quantum autem ad gradualement mensuram, sine quantum ad intentionem, existimat esse aequalem calorem, nulloque pacto differere, nisi penes modum, qui oritur ex ipso subiecto: ponitque exemplum in aqua, & aere, & lapide: Nam si aqua habeat quatuor gradus caloris, & aer alios quatuor, & lapis alios quatuor, videbis certe quomodo ex sola varietate materiae, & subiecti differant, quamuis calor idem sit profusus in intentione, & gradu. Ita similiter calor iuuenis aequalis est in gradu cum calore pueri: differant tamen ratione subiecti, & materiae: Nam calor iuuenis cum multum habeat de a scititia substantia terrea, & sicca, apparet morosus, & acris: calor vero pueri, tanquam in aerea substantia residens, apparet halituosus, suavis, & blandus: gradus tamen in utroque vnus est.

Ad haec reducuntur omnia, quae Galenus libro de Temperamentis 2. & 1. Aphorismorum edocuit. Si vero interroges quo pacto constabit illa aequalitas gradus? Respondet Galenus, nullo modo melius, quam per tactum: dicitque semel pueros, & iuuenes diligenter tetigisse, & eos iuuenilem cum aequali gradu caloris? cetera scilicet paribus, id est, puer pituitosus, & iuuenis pituitosus, nullis accidentibus animae, aut corporis mediantibus, aut regionis, aut aëris, &c.

Notet vero Auicenna probat in hoc capite istam aequalitatem, non confidens soli experientia: & ratio, quia istam probat, talis est: quia nulla est causa, quae diminuat, vel augeat calorem à pueritia

in inuacntem ergo equalis est calor. Probatior antecedens; quia calor per totum illud tempus causat dispositionem augmentacionem totius viuentis: ergo non diminuitur: siquidem eius virtus potius manifestatur fortior. Reflat vt probet Auicenna, quod non crescit in gradu: quod tanquam notum relinquit. Probatur tamen à Thoma Garbenſi in quaſtione propria, folio 18. part. 2. columna 2. quia vt augeatur gradus, debet eſſe ab inriſſeco, aut ab extrinſeco non ab inriſſeco, quia nil potest ſe mouere ad vltiorem gradum forme ab inriſſeco principio actiuo: neque ab extrinſeco; quia illa cauſa extrinſeca potius extrinſecit calorem naturalem, vel rediit præter naturam: ergo reſtat vt calor ſit equalis.

His ſic ſtatuis, reſpondent ad illa argumenta, que probant inuacntem eſſe calidiorē: Ad primum, quod licet inueniatur in morboſo bilioſo, illud contingit ob confortium ſiccitatis: quia ſcilicet ſicciores ſunt, non quia calidiores in gradu. Et hoc ſufficit ad generandam copiam maiorem bilis: & accedit, quod ſunt frequentiores motus, & maiores, quibus ionenes exercentur, & inflammantur: motus enim in materia ſicca maiorem cauſat inflammationem.

Et ex hoc patet ad ſecundum. Illud enim vobis actionum ſiccitati tribuendum eſt, que mēbra ipſa ſolidiora reddit. Quod autem conficiant ſolida alimenta, calori debetur, qui ob ſiccitatem celerius operatur, quam in pueris in quibus ob immā humiditatem hebetatur.

Hæc ſique, que communiter ex doctrina Galeni, & Auicennæ circumferuntur, tradita ſunt. R. eſtat, vt ſi amplius elaboratum habemus, non prætereamus ſilentio, ſed liberè altere propalemus.

Digeſſio contra Thomam de Garbo, aſſerentem intenſiorem calorem reperiri in iuuenē.

A Certe Thomam de Garbo in ſtam inuoluitur doctrinam, ſuam magiſtrum Gentium proſus deſerens. Videamus argumentationem eius efficaciam, & ponderemus pondus huius diſcultatis. Ad illos enim fundamentos, & argumentos entorſos, quod ſcilicet inueniatur copiam bilis generat vltimus procedens, ma-

iorē vim inferit ſuis diſtis; ad tactum, vt Galenus ſecit, illam meſuram caloris reducens. Nam niſi authoritas Galeni intercederet non dicit ſe hos calores aquales reperiſſe, ſolo ſubiecto, & modo quodam diuerſos; forſan nos multum diuerſo modo de hac re iudicaremus: nam magnam differenciam inueniemus inter iuuenem, & puerum illam ſcilicet, quam dixit Galenus 1. Aphoriſm. Calor enim iuuenis eſt, vt febricitans, mordax, & acer. Sed hæc omnia attellantur intenſiorem calorem: ergo calor iuuenis eſt intenſior. Quod ſi dicat Galenus, apparere mordacem, & acrem, non tamen eſſe intenſiorem; contra hoc arguit rectè Thomas: Quia hoc voluntarie eſt dictum; nam cum ille ſenſus mordacitatis poſſit oriri à calore etiam intenſiori, quorſum credam ego oriri à materia ſicca? Cum enim vnus effectus habeat poſſe produci à duobus cauſis, non rectè procedit argumentum de ſola vna.

Secundò fortiter arguit, replicam faciendo contra ſupradicta; nam iuuenis generat copiam bilis: ergo eſt intenſior illius calor. Antecedens eſt Galeni in lib. de ſanitate tuenda paſſim; quod & morbi, & deiectiones manifeſtant. Sed dices eſſe coleram amplioris quantitatis, non tamen eſſe calidiorē, quam in puero. Vel ſecundò, vt ſuprà reſpondebatur, quod ob ſiccitatem generatur bilis, ex diſpoſitione materie, non tamen ob maiorem calorem.

Contra hæc validiſſimè inſurgit Thomas: Nam idem poſſet dici de quolibet alio corpore intemperato, quod eſt contra communem modum ſentiendi omnium medicorum: nam corpus colericum diſſert à ſanguineo, vel phlegmatico per acrimoniam caloris; quia habet deiectiones bilioſas, quia habet pilos ruſos, quia habet pulſus celeres, &c. Ridiculum autem eſt dicere, quod illud corpus bilioſum diſſert per ſolum modum, & per ſolum ſiccitatem: ergo dicendum eſt, quod iuuenis debet diſſere à puero per intenſionem caloris, & non per ſolum modum: nam eadem ſigna habet iuuenis reſpectu puero, que habet bilioſus reſpectu pituituſo, aut ſan guineo.

Quarto arguit, quia experientia docet intendi calorem in malis per conſumptionem partium frigidarum, à quibus remittebatur. Quod Auicenna etiā dicebat Canon. 1. fol. 2. d. 2. Sum. 2. c. 17. de his que

Thom. Garb.

Galeni.

que procedunt ex retentione, & vacuatione cibi, vbi ait, quod euacuatio humoris frigidi, est causa augmentationis caloris in corpore: sed procedente corpore à pueritia in iuuentutem, consumantur multae humiditates, à quibus obtudebatur calor: & magna copia pituitae, quae abundabat in illa aetate: ergo intenditur calor, scilicet modo illo prohibente.

His quatuor argumentis mouetur Thomas Garbensis ad opinandum esse intentionem calorem iuuenis. Atque statim ponit modum quo calor ille augetur intentione, quasi fundamenta proponens suae sententiae.

Nos tamen, qui existimamus non posse aliquid in hac questione demonstrari, debemus istius viri argumenta dissoluere, & eius fundamenta euertere, vt liberè possit quis opinionem Galeni defendere.

Ad primum dico, quantum ad qualitates tangibiles esse credendum tactu, dummodo nulla deicit conditio in obiecto, nec in organo. Si itaque tactus indicat aequalitatem caloris, debilitas intellectus est, ad disputationem reuocare, vtrum sit aequalis, vel inaequalis: vel detrahenda est fides sensibus. Quam doctrinam nos ita intelligendam existimamus, scilicet quod sensus tactus cognoscat illam aequalitatem modo quo potest illam cognoscere: est aliquantula scilicet latitudo, vt postea declarabo, cum meam opinionem aperiam.

Et quando interrogat Auctor iste: Vnde potest cognosci quod illa mordacitas iuuenis non oritur ab intentione caloris? Respondemus, quod mordacitas est qualitas quaedam secunda, quae potest sentiri per se sine hoc: quod praecedat indutio caloris: quem punctum non potuit consequi opinatur iste. Dicimus ergo quod sensus tactus cognoscere potest mordacitatem per se: quia eius cognitio non dependet ex immutatione facta à calore. Galenus ergo aequalem cognouit calorem in gradū: quia eius tactus non immutabatur à calore, vt calor est, magis in puero, quam in iuuenē: immutabatur tamen à qualitate secunda à mordacitate in iuuenē, à laxitate, à mollitie in puero.

Fallitur verò Thomas quando dicit, quod mordacitas enim potest oriri à sola caloris intentione. Nam mordacitas est, vt dixi, qualitas quaedam secunda, quae oritur ex prius in tali materia, quoniam vniuersi deitas, nulla erit mordacitas. Calor enim aeris quantumuis intendatur, non fiet mor-

dax, nisi cum illo misceas aliquas siccas exhalationes. Et si separet siccitatem ab igne, nullam illius calor mordacitatem causabat, nisi ex accidenti, euaporatis partibus humidis, & compressis in se alijs partibus: quo pacto frigus mordacitatem facit, comprimendo scilicet velociter partes sentientes; in quibus sentiatibus simul sentitur mordacitas, vt qualitas secundae, & calor, & frigus, vt qualitates primae. Ergo Galenus non tenetur probare, quod illa mordacitas non oriebatur ab intentione aequali caloris, cum habeamus notissimam causam, siccitatem scilicet iuuenis, à qua oritur mordacitas cū calore aequali, quae talem modum imponit.

Ad secundum dicimus, iuuenem generare maiorem copiam bilis: quia licet habeat aequalem calorem cum puero; habet tamen maiorem siccitatem: & hoc sufficit, vt generet maiorem quantitatem bilis. Tamen ista bilis non erit intensior caloris, quam bilis pueri. Generat praeterea maiorem copiam bilis, & ob exercitia, & ob alimenta quibus vitatur. Non probatur itaque Thomas, quod bilis iuuenis est intensius calidior: hoc enim debebat probare ad probandam intensiorem calorem maiorem.

Aggreditur tamen huius probationem, fundans in illa veteri Philosophia, quae docebat, quod multitudine materia est causa intentionis gradualis. Atque cum iuuenis aggreget maiorem copiam bilis, erit intensius calidior redditis.

Sed fundamentum quod asserunt, est falsum. Nam enim ab scholis discessit illa opinio. Et asserimus, quod nullum agens agit vltra propriam perfectionem quam habet à sua forma. Atque ex consequenti, ferrum candens, quatenus sit ita spiritum, & tantam habeat materiam, non producit vltiorem gradum praeter illum quem habet. Et sic humor biliosus in maiori copia, non reddet iuuenem calidiorē intentione.

Scio quod Soto contrarium tenet secundo Phys. q. 2. & Marsilius 1. de ortu, q. 19. & Augustinus. Nemothus 1. de ortu test. 105. dub. 2. q. 2. & fundantur in Aristot. 8. Phys. tex. 80. vbi ait Philosophus: In maiori magnitudine maior adest virtus: ergo si tota illa virtus applicetur passo, producat intensiorem effectum: ergo multa bilis copia poterit efficere intensiorem calorem in iuuenē. Non tamen valet consequentia: quia arguit de virtute agendi, huc de modo agendi ad ipsam intentionem, & perfectionem

tionem formae inducēda. Aliud enim est, habere maiorem vim, & efficaciam in producendo suo effectu; aliud verò, quòd intendat effectum ultra propriam perfectionem. Igitur multitudine bilis poterit reddere iuvenem maximè dispositum ad morbos biliosos; poterit praeterca illius corpus velocius calefacere; non tamen poterit calefacere ultra proprium gradum.

Hanc doctrinam facit latè, & eruditè extendit eruditissimus Franciscus Suarez s. tom. Metaph. dispur. 13. sect. 11. ubi videndus est, ut ex toto destruamus Thomam Garbentem. Nò est itaque dicendum, humorem biliosum reddere iuvenes calidiores intensius, quia maior copia adest bilis, ut putant Garbo.

Quòd si dicas, bilem posse intendere calorem in partibus frigidis: ergo reddet totum iuvenem calidiorē. Respondeo, quòd si applicetur partibus frigidis, proculdubio intendet calorem; sed erit praeter naturam, & morbosus status: poterit enim nocere crispata, &c. At copia illa bilis naturaliter cum alijs humoribus gubernata non reddet totum corpus intensius calidius.

Ad tertium argumentum responderet, quòd iuvenis ratione aetatis non habet signa absolute corporis colerici, sed respectuè, id est respectu simplicitatis quando erat puer. Hoc enim nunquam potuit percipere Auctor ille. Signa enim corporis absolute biliosi sumuntur ab ipso temperamēto, respectu corporis temperati ad pòdus, vel ad iustitiam. Signa autem iuventutis, & humoris in illa praedominantis sumuntur per comparationem ad pueritiam, & ad temperiem pueritiae. Ex quo sequitur non differre iuvenem à seipso puero, ut biliosum à puerulo simpliciter loquendo dicimus enim hominem puerulum suam temperiem servare per omnes aetates cum discretio modo.

Quòd si aliquando Galenus (ut adducit Thomas) pueros pituitosos appellavit, & victum miltibus dicitur pueris, & miltibus ad fecit, non quo dicitur habent gradum caloris, sed quia differunt in patenti, ut dictum est.

Quartum argumentum difficillius est. Nam Hieronymus Angelus multoties te met. posse vitam fornicum producere vltiorem gradum à seipia, temoto impedimento. Sed respondeo verum esse in conationibus naturalibus, quae terminantur in aliquam formam ipsius perfectionem: ut

aqua licet non generetur cum tota virtutine sua actualis frigiditatis, reducitur postea ex actu virtuali ad omnem perfectionem sibi debitam, & conaturalem. Tunc quando talis qualitas non est conaturalis, non video, quomodo temoto impedimento possit intendi contra naturam ipsius mixti, aut ipsius entis. Sic enim solum esset calor mere naturalis, quod ut fallum reputamus in tractatu de febribus. Quare ad auctoritatem Anticenis dico, quòd emanato humore frigido, redditur corpus calidius ex tentione quia scilicet extenditur calor ad plures partes calefaciendas. Vel si crescit intensio, illud debet intelligi non quòd calor ut quantor, fiat ut quinque in eadem praecisa parte: sed quòd sanguis, & spiritus, ab alio humoribus frigidis, summa gradum producant in illis partibus, quae illo indigent; vel quae habeant capacitatem ad illam intensiorem: bene enim possunt vitæus calefieri ossa, aut nervorum illorum calor intercostalis est, & remissibilis. Tamen hoc parum refert ad intensiorem, quoniam Thomas intendit fieri ab intrinseco: quia hoc potius est quòdam calefactio ab extrinseco. Si vero virgo, dicens quòd intenditur calor in partibus solis, ab alio humoribus frigidis, dico quòd si in pueritia erat sufficientis humor frigidus ad remittendum calorem, hic status confendus est praeternaturalis, atque tale temoto impedire, emanabat interiore calor debitus aetati, quòd cum calore iuvenis: sed hae omnia intelligenda ceteris partibus in puero facta, & iusticie sano, non praeter naturam alteratis.

CAPUT V.

De temperamento adolescentia.

EX his, quae dicimus, colligitur quòd pueritia est calida, & humida; & iuvenis cum aequali calore est licca. Quo in re fecit posterioribus defendibilem doctrinam Anticenis, & Galeni, tamen opinatur nihil posse in praedicta quaestione demonstrari cogendi. Nam rationes Anticenis, quibus probatur aequalitas caloris, habere solutionem faciem: quia & calor potest remitti ab abundantia, & potest addi ad perfectiorem gradum debitis humoribus, quoniam non acquiritur in instanti generatione. Neque experientia Galeni faciem personam fieri, nam indivisibilis proportio caloris non

*Nostri festi-
ta, circa
pradilla.*

potest rectè sentiri. Sed potest variari hæc proportio à pueritia in iuuentutem; ergo quantum estet aliqua mutatio in calore, nõ potest sentiri per tactum ita indubitanter sicut est: ergo relinquatur, quod illa experientia Galeni debeat intelligi cum aliqua latitudine.

Inter pueritiam, & iuuentutem est illa ætas, quæ appellatur pubertas, siue adolescentiade qua est quæstio, vtrum sit temperata: poterat enim in hoc esse controversiã: nõ Galenus aliquando Adolescentiã temperatam appellat in omnibus qualitatibus. *Comment. libr. de Salubri Dieta, & colligitur etiam ex 1. Aphor. text. 18. & 6. de Sanit. tuen. cap. 2. Tamè secundo de Temperamentis sæpius citato, vbi videbatur hanc rem ex professo tractare, infirmat, æqualitatè esse caloris non solum in Pueritia, & iuuentute, sed etiam in Adolescentiã; verba enim id expresse videtur declarare; Nam in diuisione Fuxij libr. 2. de Temper. cap. 3. circa finem, in hunc modum ait Galenus: Quippe lapis pari aliquando calore cum aqua esse potest, nullum eo faciente discrimen, quod lapis ficcus sit, aqua humida. Ita igitur mihi, cum pueros, iuuenes, & adolescentes milles considerassem: præterea eundem infantem, puerum, adolescentemque factum, nihilo calidior visus est, nec in ætate florens, neque florens quam puer, &c. Quæ sententia si rectè consideretur, omnes illas tres ætates facit æquales in gradu caloris.*

Secundum illas sententias Galeni apparenter contrarias, duæ erant opiniones: vna Vallesii, qui ponit Adolescentiam temperatam, & in illa contrahere æquale illud ponderale, de quo supra. Dicit itaque quod remittitur calor vsque ad medium Adolescentiã, & postea iterum intenditur vsque ad iuuentutem, & fit æqualis cum calore pueri.

Alij hoc reputant falsum: sed dicunt, eundem sensari gradum caloris in Adolescentiã, vsque ad iuuentutem, variata humiditate. Nõ enim est ita humida sicut Pueritia, nec ita sicca sicut iuuentus.

Ego meam opinionem breuiter aperiu, quam existimo esse magis rationi confirmatam, & dictis Galeni, & Auicennæ conformem. Et primò certum est, Adolescentiam neque esse ita humidam, vt Pueritia, neque ita siccam, vt iuuentus est. Galenus enim id manifestè probauit, agens de febricitate, & acrimonia iuuentutis, & de humiditate puerorum: quia subintelligit esse

Adolescentiam in passis ita temperatam. Et ratio id docet, nam continuo exciccamus: ergo Adolescentia non est adeo humida vt est Pueritia, nec ita sicca vt iuuentus. Ergo sola dubitatio potest esse de gradu ipso caloris; vtrum idè proxius sentitur.

Pro quo sit conclusio: Puer ratione ætatis, vsque ad iuuentutem sentiat eundem gradum caloris, neque in Adolescentiã illam remissionem suscipit, quam putauit Vallesius. Hanc conclusionem amplectimur tanquam Auicennæ, in isto capite quam ipse probauit, licet non demonstratiuè, vt iam dictum est. Tamen inter rationes probabiles magis nobis placent, quas adduxit idem Auicenna, & eius sectatores.

Sed hæc conclusio etiam est de mente Galeni. *Galeni 2. de Temper. citato, & 1. Epidem. par. 1. tex. 11. vbi sic ait: Nec præterit nos, adolescentulos esse propter ætatem calidos, non ob vitæ sortem, vt etiam adultos. Verum clarius 1. Epidem. par. 2. tex. 75. ita ait: Videtur autem Hippocrates in sua oratione ætatem calidissimam memisisse: siquidem inquit, adolescentes, immetes, & adultos, &c. Neque illæ auctoritates apud me aliquid valent, nisi consentirentur maxime cum his, quæ Galenus ex professo probauit 2. de Temperam. Quæ autem in contrarium adducuntur, nullam habent efficaciam. Nam quomodo locis citatis dixerit, Adolescentiam esse temperatam, id dixit, non quod habeat æquilibrium caloris, & frigoris, sed quia bene in illa exerceantur omnes operationes, respectu ætatis atatum, quæ in passis habent magnam recessum.*

Id verò, quod dixit Vallesius, mihi videtur difficile ad intelligendum: nec nullam adferat rationem probabilem, quæ nobis declaret, quod calor remittatur in Adolescentiã, & postea intendatur. Nam si dicas, quod remittitur ab alimentis frigidis, & à partibus terrestribus reparatis nonnè vides, quod nostris pueris non vt eius ætas exposcit: sed potius, vt illius temperiem corrumpat.

Audiamus acutissimum Senensium, & videbis quam aptè nostram amplectatur rationem. Nã Fen. 1. fol. 7. pag. 2. col. 2. notat, 2. ita philosophatur: Nota secundò quod ad verificandũ Auicennæ Antecedens, oportet supponere, regimen pueri in transitu ad iuuentutem, fuisse confirmatum: nam per alterationis regimen potest ali-

Galeni.

Vallesius.

Propria sententia.

Senensius.

quid accidere, quod augmentaret, vel diminueret calorem. Hae Senensis, explicans argumentum Aemecinae, quo probatur, non remitti calorem Pueritiae, nec auferri, sed aequalem manere per Adolefcentiam. Supponit enim quod debeat per institutionem reponi qualem simillima substantia. Neque est imaginandum, quod pueri si quae ad Adolefcentiam reponat partes frigidae nutritionis suo (simili) hoc enim est falsum: sed reponit sibi simile in gradu, & quoad potest, simile in modo. Quia tamen non potest evitare siccitatem, contrahit exsiccatur.

Quod si obijcias, Adolefcentes non habere tam celerem respirationem, ut habet pueri, ergo non habere tantum calorem. Resp. negando Antecedens: conueniant enim probati Auctores, quod pueri, & adolefcentes aequalem habeat inspirationem, quia aequalem calorem: id est, quod inspiratio non sit magis celeris in una aetate quam in alia. Verò expiratio, quae est pectore compressio, solet esse in pueris ve locioe, ob multitudinem sanguinis, & est pituita, quae solet musculos irritare, aut grauari. Si enim Galenus lib. de Vitae respirationis, absolute contrarium pronuntiat, ex aliorum mente loquutus est, non ex propria sententia. Atque ut Vallesius non dicit à quo remittatur calor siquae ad adolefcentiam, inquit nunquam nobis demonstrabit, à quo intendatur iterum usque ad iuuentutem. Nam, ut supra euidenter probatum est, neque ob multitudinem materiae potest intendi calor, neque ob siccitatem de nouo contrahendam: quantumvis eam intendatur siccitas, impossibile tamen est intendi calorem.

Restat, aliud est praesens contra rationem, dicere, pro defendendo Vallesio, quod calor intendatur à motu, quia motus est causa caloris: licet enim motus sit causa caloris, poterit quidem quomodo libet calorem insistentem incendere, non tamen concedam, quod poterit motus animalis proprie ratione aetatis mutare, & calorem naturam permanentem intensius augete. Videmus enim, quod calor, qui per motum in nobis acquiritur, euanescat cessante motu: quia non est animae radicalis dispositio, & ita corpus reduciatur ad primum statum: calor enim ille non conservatur ab anima, ut dispositio sibi conueniens. Ergo praeter rationem est, dicere, quod calor in-

tendatur usque ad iuuentutem per motum, & per siccitatem.

CAPUT VI.

De Temperamento Consistentia.

Controversia etiam est de temperamento consistentium. Nam 1. Aphor. 13. ait Galenus, quod consistentes bene se habeat in hyeme, ergo est frigidus, & humidus. Secundò, 2. Aphor. 13. 20. morbos consistentium esse frigidus, & siccus affertur: quippe haemorrhoida, & melancholia morbi sunt frigidi, & sicci, ergo est reas incidat in morbos similes, dicendum est consistentiam esse etiam frigidam, & siccam.

Alia tamen ex parte si legamus Galenum 2. de Febribus cap. 1. & 2. Aphor. com. 2. inueniamus afferentem consistentiam esse biliosam, multoque humores biliosos aggregare. Ergo consistentia 2. praedominans est calida, & sicca.

Propter ista varia loca in doctrina Galeni excitata sunt variae opiniones. Quidam enim dicunt, quod consistentia est frigida, & sicca. Alii, quod sit calida, & sicca. Alii, quod sit temperata in aetate.

Nihilominus his non obstantibus sit conclusio: Consistentia temperata est in calore. Pro, quia à Iuuentute, quae est calida à praedominans sit transitus ad senectutem, quae est frigida à praedominans: ergo permittit citatem.

Et confirmatur ex Galeno 1. Aphor. 1. ubi docet, consistentes iam incipere frigescere: siquidem in morbos autem naturales incidunt.

Secundò prob. Nam consistentes habent mediocritatem in omnibus aduentibus: ergo habent etiam mediocritatem caloris. Ad argumenta in contrarium resp. Et ad primum dicitur, quod non valet consequentia: Consistentes bene se habent in hyeme: ergo sunt frigidi, & humidus, sicut hyems. Non valet, inquam: nam & biliosus insens bene se habet in hyeme, cum tamen supra probatum sit, insensum esse calidam, & siccam: & ymnosus bene se habet in aestate, cum tamen sit frigidus, & humidus. Nam temperata natura lapsa bene se habent, ubi alioquin in colicis, & in diarrhoeis incidant in diarrhoeas. Iste quoque dicit Galenus temperata bene se habere in temperatis similibus, in consistenti-

Obijcio.

Galenus.

Nisi illo iudicet ad esse.

dum erit quoad conseruationem absolute talis temperamenti, siue sit naturalis, siue non sit naturalis: quia commune est, similia seruari similibus. Talis vero conseruatio in particulari habet aliud aliquid, scilicet ne propter nimiam affluentione causis similibus facit tendat corpus ad similes morbos. Et haec est ratio, propter quam contrariis gaudemus, & senantur: non quidem, quia contraria sunt absolute, sed quia taliter contraria, vt solium compellant, & temperent lapsi temperamenti effluentione conditione: & in hoc sensu magis conseruantur quam similia.

Ad quartum argumentum respondetur, quod propter siccitatem iam incipiunt in consuetudine elucere morbi melancholici, qui debent confirmari. Scintendi in senectute, non tamen est necessarium, esse à prae domino frigidam: sed satis est, vt refrigerat calor cum prae domino siccitatis.

Ad loca Galeni secundo de diff. febr. & alibi, ubi dicit esse biliosam consuetudinem, responderi potest; quod sicut in aetate sunt morbi multi biliosi, orti ex bile, quae generata fuit in aetate: ita in aetate consistendi multa superat bilis, quae generata fuit per iuuentutem. Atque ob id non mirum est, si consuetudine soleat vocari biliosa, & ad morbos biliosos parata. Non enim nobis placet, quod aliqui dicant esse bilio san, quia propter siccitatem generat multam bilem. Nam quomodo habeat praedominium siccitatis, ad eam tamen iam remissio caloris, contra, quam in iuuentute: iuuentus enim maiores portiones poterat generare bilis, quam pueritia: quia eum eodem gradu intensio caloris habebat intensiorem siccitatem: consuetudine vero habet minorem calorem: atque ex consequenti magis inclinat ad generandos morbos melancholicos. Dicitur itaque esse consuetudinem esse à prae domino siccam, & temperatam in calore, & frigore.

CAPUT VII.

De temperamento senectutis.

PRO intelligenda temperie senectutis, notandum est ex Galeno 1. Aphorism. com. 13. Senes facillime seruant ieiunium, & c. quod omnibus partibus senectutis commune est, vt paucis cibis indigeant, parumque, & sepe reses exposcant, praeteritis decepti. Quae doctrina supponit communi-

tem opinionem esse veram, quod scilicet senectus sit à prae domino frigida, atque ob id virtutem coctricem esse admodum debilem, neque potentem multos cibos concoquere. Vt enim pueritia est à prae domino calida, ita senectus est à prae domino frigida. Probatur praeterea, quia senes morbi frigidis corripiuntur, paralyti, apoplexia, catharris, & c. Vltimo quia diminitio viuicentis in actionibus omnibus manifeste conspicitur: ergo est frigida à prae domino: nam robur actionum à calore debito procedit.

Est tamen difficultas, quid asserendum sit de qualitatibus passiuis: nam ante Galenum multi existimauerunt esse humidam à prae domino. Quod probantur ex tantis, & tam continuis excrementis humidis, quibus abundat senes. Atque vt valet consequentia, Senes habet multas euacuationes sanguinis, ergo est sanguineus, ita etiam, Senes habent multas euacuationes pituitae, ergo sunt pituitosi, ergo sunt humidus.

Respondet Galen. 2. de Temperamentis, quod senes sunt à prae domino sicci, quia habent omnes partes spermaticas sicciore: abundant verò tantis excrementis, quia cum debilis sit calor, est plus quod relinquit, quam quod assimilatur. Cum verò partes ipsae siccae sunt, quamuis tot, & tanta sint excrementa humidis, non humectantur, quia non penetrat ille humor crassus ad humidandum: & quia deficit facultas attrahens, & vniens: praeterea, quia ipsa pororū dispositio imposita, sunt enim indurate partes, & crescit quidem maxime humectatio. De qua re videndus est Tractatus noster de Helectis.

Sed dices, vt quid non dicitur senex humidus in sua subtilitate, si quidem generat per coctionem tantam copiam humoris frigidi, & humidus: quod enim illa generatio fiat à parte ipsa, est clarum, ergo per humidum temperamentum. A quo enim accente illa humiditas tributa est videretur, quod non nisi à parte ipsa coequente.

Respondetur communiter, quod istae excrementorum productiones potius sunt diminutae quaedam coctiones à calore diminuto procedentes, supposita dispositio materiae: vt cum iecur morbosum aliqua intemperie frigida generat aquam per diminutam coctionem, supposita dispositione materiae. Pro qua re magis subtilianda, videnda est questio de generatione humorum in hepate.

Obiectio.

Quod

Quod si dubites, quare heceticus possit substantiæ sic humectari, & non senex, cum videatur, quod sicut potest reduci heceticus, ita possit senex humectari, & ruduci ad iuuentutem. Resp. quod hoc multas habeat causas. Nunc tamen sufficiat, dicere, quod ratio, ob quam non humectetur substantiæ sic senex, possit esse, quia deficit virtus commutatoria in heceticoverò non deficit. *Que* si deficit in heceticis, impossibile erit, ut restitatur per artem: ut contingit in heceticis tenuis speciei. Hæc est ratio communis, sed in Tractatu de Febre heceticæ, alias magis efficaces adduxi, & inferius aliquas attingam.

Quod autem sicci sint senes à prædominatio, probat Auicenna ratio: quia ad tactu apparent rugosi, & aridi, & asperi: & quia multum tempus durat illosam exiccationem.

Quia verò dixit Galenus senectutem esse viam in mortem naturalem: & Auicenna in hoc cap. tradens causas senectutis, tradidit etiam causas diminutionis naturalis, ad quam sequitur mors: videmus breuiter que sint cause illius diminutionis, & interitus. Atque siquidem Auicennam interpretamur, illius ordinem seruamus, circa vniuersamque textum vnam dubiam, aut alteram apponentes.

QVINTVM, ET NOTATV DIGNVM Opusculum. De causis senectutis, & mortis naturalis.

CAPUT I.

Quo pacto senectus & mors, naturalia dicantur. Elegans locus Beati Thomæ quaestionem longam neotericorum eliminat.



Nequam ad causas senectutis contemplandas deueniamus, statim in ipso verbulo dubitat omnes, quomodo mors, & senectus appelletur naturalia, cum sint via, & terminus corruptionis: corruptio autem cubiletenti sit præter naturam?

Secundo, aliqui perunt, an sit aliqua causa interna, quæ per se primò talem causet corruptionem, reclusis omnibus extrinsecis enim talis datur, sine dubio mors ad sensum sequitur, et simpliciter naturalis.

Dimittamus istam secundam dubitationem, et liberè instaurare doctrinam D. Thomæ, quæ pertinet ad primam.

Certum est, quod nulla causa interna, aut ex parte formæ, aut dispositionis cõseruatur, nec ex vilo principio interno, potest per se primò abire morem causare, quia per se primò cõseruationem, & durationem sollicitat, ut bonum quoddam cõ propria essentia conseruabile: ergo est impossibile apperere contrarium, & illud causa-

re: nam ubi vnum est per se naturale, contrarium est violentum. Vnde si enumeres omnes causas inferius dilucidandas, nõ inuenies aliquod principium nobis intrinsecum, quod per se primò senectutem efficiat, sed dum perfectionem, dum stabilitatem totò nixu perquiris, concomitantur, aut consequuntur sequitur natura defectus. Talis est humane conditionis fragilitas.

Sed accedo ad primum punctum (circa quem tam morosi sunt aliqui scriptores.) In primis meis laboribus cum explicarem Aristot. 4. Methæo. asserentem esse interitum naturalem mixtorum, & senectutem corruptionem quandam naturalem, solebam dicere, sic appellari, vel modum quo eueniunt, hæ enim senectus, & alie artes, sensum, & paulatim, & mors decensu ætatis (ut ego existimo) sine dolore accidit, præterea quia licet cause inuitabiles interne, per se primò senectutem naturam causet, tamen ob naturalem conditionem quam habent, sequitur diminutio virtutis: que autem sit ista conditio, inferius declarabimus: tunc sufficit dicere, quod sunt eas sic finitæ virtutis ad cõseruandum, & sunt alligatæ quatuor primis elementoribus, quæ omnia cõducunt (saltem consequenter) ad corruptionem, idèb vocatam naturalem, quia oritur non à causa, sed à conditione causarum naturalium.

Sed postquam loci Diuini Thomæ lib. 2. de Cælo, lect. 9. miror quod neoterici tam longam exciderent quaestionem. Audiamus ergo

Dubium 1.

Dubium 2.

Resp. ad 2.

Resp. ad 1. & 2. dubium.

ergo grauem, & breuem diuini. Petipaterici sententiam. Senectus est perennitatem rei particulari, quia est corruptio, & defectio illius virtutis conseruatiua, & contra illius finem naturalem: illa enim semper intendit se conseruare, & suum indiuiduū. At verò senectus est secundum naturam vniuersalem, quia natura vniuersalis bonū vniuersi respiciens, etiam agit ad corruptionem, propter generacionem aliam. Hac Beatus Thomas. Si verò interroges, quare sit ista natura vniuersalis? Respondet, quod est virtus actiua corporis caelici.

Non deficiamus tam cito auream hanc sententiam. Agimus illam panemper, cōprimamus, vt imbitam doctrinam extrahamus. Interroga, quare nullam mentionem facit viuētis, sed solum virtutis conseruatiuae illius? Nonne vere senescit, & corrumpitur viuētis?

Secundò pulchrè dubitabis, quia virtus conseruatiua viuētis constat ex qualitatibus, & virtutibus elementorum tales autem qualitates in illo complexu virtutis derent, violentiam patiuntur, & semper aspirant ad propria principia: quomodo igitur illis est violētia mors, quae adiūm liberum praebet, carcerem aperit, & suo sine illas coniungit?

Tertiò, senectus est propria passio viuētis corruptibilis. At virtus conseruatiua nō est viuētis, quare ergo relicto subiecto, virtutem senescere docet?

Ad primum dicimus, rectè S. Thomam de virtute solum agere conseruatiua, quia ad eius defectum & dissolutionem viuēs marcescit: quod etiam proprium est omnium dispositionum, quae formam conseruant in materia: non enim aliter contingit corruptio.

Secundà dubitatio petit, vt declarem, quo pacto corruptio virtutis conseruatiuae sit praeter naturam: sequēdem qualitates, quae illam conseruant, appetunt suis elementis vni. Quod fieri nequit nisi corrumpatur complexio. Dico, quod aliud est loqui de qualitatibus, vt febiles sunt elementorum: aliud vt iam obiectum temperi seu virtutem conseruatiuam formae eleuatoris, mixti, aut viuētis: sic enim iam sit eleuata ad aliorum temperi: vt possis dicere eū propereare: Virtus ista non fuit elementorum, neque conatur tendere ad elementa, sed diligit vincula complexiois, vt se, & formam seruet in materia, & nihil potest illi accedere magis praeternaturam, quàm separatio, & dissolutio qualita-

tatis. De hac ergo virtute loquitur S. Thomas, nō de qualitatibus solum acceptis.

Nec te turbet, quod Arist. dixerit, manere virtutes elementorum in mixto (nam posset inferre aliquis: ergo virtus conseruatiua viuētis est elementorum: quod est cōtra nostram conceptum.) Attende obsecro, quae dixi qualitates primae vbi cumque sint appellantur virtutes elementorum. Sed virtus, & temperies resultans pro aliori forma, neutriquē est virtus elementorum, neque fuit: sed in viuente virtus quaedam anima gubernaculaparticipans. Calor fuit ignis, frigiditas fuit aquae: sed virtus resultans pro forma eleuatoris, nihil habet cum elementis, vt quare illorum sphaeras. Igitur senectus praeter naturam est virtuti conseruatiuae.

Ad tertiam dubitationem patet quid dictūm sit. Non mireris quod virtus conseruatiua viuētis (proprie loquendo) senescat: nam neque viuēs senesceret, nisi illa marcesceret. Si elementum ignis, quia alia tria praecedit, viuētibus communicat, saltem in idiomate (asserimus enim ignem viuere & mori) quanto melius & verius dicemus virtutem nostram conseruatiuam viuere, & atates subire viuētis, quae animae luxibus subdita verè talis est. Modo igitur explicato senectus & mors illam cōsentea, naturalia, aut praeter naturam dicuntur.

De virtute caelici, non est quid in hoc loco dubitemus, asserimus enim est, generaciones, & corruptiones (vt ait Arist.) contingere ob motum solis in circulo obliquo.

DE PRIMA CAUSA mortis.

Text. Auicenna.

Caliditas post tempus consistendi mensis incipit, quia aer circumdans materiam eius quae est humiditas, exsiccatur.

Avicenna hic enumerare incipit causas corruptionis naturalis, & senectutis, quae sit aut interna, aut externa, & omnes percurrit. Primam causam dicit esse aerem, qui continuo nos exsiccatur per consumptionem humiditae substantiae.

In qua te dubitabis, quo pacto nos exsiccet aer. In hac dubitatione pluradixerit Auicenna: quidā dicit esse perpetuas infortias ficas, à calo per aere demissas, à quibus nostrū humidū deuaxet: quidā

H aer

aer humidus sit, tamen ille influentia siccae semper exsiccat. Et huius opinio non videtur fuisse Auicenna, nam verba huius textus consonant cum his quae dixit sen. 2. l. d. 2. c. 3. ait enim, quod aer, in quacunque dispositione sit, resoluitur, propter virtutem quam habet a sole, & stellis.

Hæc tamen opinio nullam assert probationem: neque est cur credamus, in constitutione à prædominio humida operari illam benevolentiam fecitatem. Et ratio physica id suadet: nam ubi duo agentia concurrunt ad aliquod passum, sine dubio prædominanti tribuitur actio: ergo aer à prædominio humidus exsterns non exsiccat nos.

Et hoc argumentum videtur efficaciter probare quantum ad qualitates primarias: nam qualitates primaræ à caelestibus corporibus influxu eiusdem sunt speciei cù illis inferioribus, ergo ut siccitatem ignis videmus remitti ab humiditate aquæ, ita fatendum est siccitatem caelestem in aere remitti, & aliquando superari ab humiditate exasperante ipsius aeris. Quod verò aer multoties nos humectet, ad sensum patet. Et idem dixit Galen. 1. de Sanit. tuenda, cap. 4. 2. de Cris. ca. & in art. med. cap. 84. & libr. 1. de Mor. p. 322. 7. text. 8.

Certum itaque sit, non semper corpora nostra ab aere exsiccati, quando scilicet à prædominio est humidus; unde Ioannes Costus in suis disquisitionibus non prebat suam opinionem, ait enim quod aer semper exsiccat, quia comparatione nostrorum corporum semper est sicca. Hoc ego dico esse falsum, quia experimur humectari, & morbos humidos procreare, ergo non semper exsiccat. Si verò loquatur de aere puro, est à prædominio humidus, & in summo, quo pacto nos exsiccat? Igur neque de illa regione aeris, neque de supræima, verum tenet prædicta opinio. Secundò certum est, exsiccati corpora ab aere sicco. Hoc patet de se, quia per siccitatem consumitur humiditas. Tertio certum est, ab aere calido evaporari, & resolui humidum, & sicciora corpora remanere.

Quarto patet dici quod aer exsiccat nostra corpora, ascendendo per impetum vaporum humidorum, qui exhalat à nostris corporibus, adhærescent enim cuti, nisi per aerem separantur. Quod videmus in rebus exterioribus, quæ ab aere exsiccantur: quamvis enim vapor ex sua natura ascendat, tamen multoties indiget illa ventilatione, & separatione. Ergo quia maiori ex parte aer nos exsiccat, ab id Auicenna in-

ter causis mortis, & senectutis aerem entumerauit.

Tamen Petrus Garcia Còplatenfis Mercatorum redarguit in hac parte; quia dicit lib. de sanit. tuend. quod aer, quando est in statu naturali, refrigerat corpora. Et argumentatur sic: Aer in sua naturali constitutione est in summo gradu calidus, ergo impossibile est quod refrigeret. Respondeo pro Mercatore, quod non loquitur de aere in sua sphaera, hæc enim est calidissimus: sed loquitur de communi constitutione huius regionis in qua respiramus, de qua dicit Galen. 8. de vtu p. quod quantumvis calidior existat in aestate, sit minus calidus quam cerebrum. Quod etiam Mercator docuit in suo libro de Prin.

Hæc dicta sint de aere quantum attinet ad causas diminutionis naturalis.

De altera causa senectutis, & mortis naturalis.

Prosequitur Auicenna, & ponit secundam causam senectutis, dicens: *Calor quoque innatus, qui est intus, ad hoc adiuvat.* Hæc sunt verba Auicennæ, quæ vix in hunc diem tribuuntur occasione omnibus disputantibus, in angustias incidendi argumentorum: ut mox declarabo.

Et primò notandum, quod Auicenna facit calorem nativum causam corruptionis: quia dicit: *Calor etiam ad hoc adiuvat*, intelligens alias multas esse causas partiales corruptionis, quæ adiuvicem se adiuantes, componant unam totalem causam nostræ corruptionis.

Secundò notandum, quod Auicenna, & de calore radicali, & de influente ponit loqui: utique enim interior est, licet diverso modo. Atque adeo de utroque con-surgit disputatio.

CAPUT II.

An calor naturalis evaporando, & rarefaciendo humidam substantiam sit causa mortis naturalis, ut Auicenna docet.

LONGA questio, ab omnibus agitata & nulla, quem viderim, aperte, & he-

*Resoluitur
Cõstus.*

cidè soluta. Ego breuitati studens, iuxta meum ingenium, aliquid addam anti- quis.

Duplex questio: Alia de calore influente à corde (quem Conciliator curretem appellat) alia de nativo, & radicali, permanenter partibus inhaerente.

Ad primam questionem pertinet, vtrum spiritus vitalis ad partes accedens rarefaciat, & euaporet aliquid, quod pertinet ad durationem vite. Et redit ad eandem questionem pertinet, An etiam sanguis ab hepate distributus, eundem præstet effectum.

Ratio debitandi communis: ignis calidè influens à corde perficit, & actus partes in ordine ad esse, & ad operari, cõmunica- ta qualitate conuertatur: ergo non corrumpit. Quod certum est in Medicina: nam ab- sente isto calore, partes primò frigescent. Secundò, diminuitur illarum operatio. Tertio, priuatè omninò tali influxu, emor- tuuntur.

Idem suo modo potest dici de sanguine venali, quia cum sit alimentum, nõ debet aliquam qualitatem nutriti auferre, sed solùm habet pari, & conuertitur (quod Auicenna dicitur, operari à materia) ergo alimẽ- tum in quantum alimentum, nullo modo cõ- ducit ad mortem naturalem, sed potius illam retardat.

Ad rationem primam etiam communis circũfertur solutio, quã Tyrõnes nunquã deterruit. Calor in quantum calor, resoluit, & in quantum naturalis, perficit. *Quæ* solutio tam cõmunis est, vt ferè omnes illam recipiant, nec amplius disputet. Solus Vallesius in 4. Meteor. incantum, & ridiculũ modum dicendi istum appellat, iudicans impossibile quòd calor perficiat, & corrupat. Sed statim ad Vallesium. Tamen contra communem solutionem efficaciter dis- curro: Ista actio, per quã perficiuntur partes à calore communicato in corde, nulla est alia quã pura caliditas magis intensã: sed maior intensio caloris non procedit à calore vt naturali, sed præterit à calore magis intenso. Ergo non habet locum communis distinctio, in quantum calor, & in quantum naturalis. Et à posteriori est eui- dens: nam videmus ad absentiam calidi influentis, partes frigereri, & ad illius præsentiam calefieri. Ergo illa aduatio, & maior perfectio ad solam intensiõem radicaliter debet reduci: quia reuera intensio respicit naturalem perfectionem ipsius qualitaris vt sic, abstrahẽdo à naturali, aut præter na-

turam. Quod etiam constat: nam ars sup- plendo defectus nature solet supplere defectum caloris inflocuris applicacione calidiorum vt calida sunt. Ergo philosophicè loquendo calor influens perficit, & nõ cor- rumpit: neq; vulgata distinctio locum ob- tinet.

Soler ad istam rationem responderi, quòd calor influens tollit aliquam frigiditatem partis, ergo illam corrumpit. Sed hoc magis probat contrarium: quia si cor- rumpit frigiditatem, corrumpit causam mor- tis: mors enim naturalis à frigiditate procedit: ergo calor influens medela est contra mortem naturalem.

Præterea quomodo concedamus, quòd cor resoluit alias partes, oportet dicere quòd sit id, quòd ipsum cor resoluit, & ex- siccat. Est enim impossibilis naturalis inte- ritus animalium, nisi cor areat. Et non ap- paret à quo talem passioem alterationem, cum sit calidissimum, quòd est in corpore.

Et sicut ignis putredinem respuit, quia à nullo potest calefieri: ita etiam cor natu- ralem putredinem ab internis partibus nunquam patietur; vel ab humoribus, aut excrementis: quia nihil est illo cali- dius.

His non obstantibus, magis probabile mihi videtur, quòd calor influens euaporet partes humiditas membrorum. Hæc cõ- clusio probatur auctoritate, & ratione. Il- lud tamen tanquam nouum aduertendũ in hac questione, quòd auctoritates (quæ innumere sunt) quas Auctores circumue- niunt, commodè interpretantur de calore influente, & nequaquam de radicali, & per- manente. *Qui* me occidit, me viuificat. Ca- lor naturalis humidum depascitur, calor nativus nos excitat. Resolutio partium est causa sanus naturalis. Calor nos effor- mauit, & ad senectutem deducit. Et alia in- finita, quæ videri poterunt in Hippocra- te, vt 6. Epidem. in illa sententia, Anima ho- minis semper producitur, &c. & in lib. de Genitura, de Dieta, de Corde, & partium abibi. Et apud Galen. 1. Aphor. 13. 2. de san- nit. tuen. cap. 2. 7. Aphor. 59. 6. Epidem.

Aristot. part. 4. text. 20. *Aristot.* lib. de Morte, & 3. *Seneca.* Problem. quest. 25. & apud Senecam in quest. natural. Imò, & Galenus (qui rã ex professo lib. de Marafio contra resolutionem naturalem inuehitur) non potest am- bigè explicari, nisi de calore radicali, vt statim dicam: nam contra calorem influentem, nõ verbum quidem, Iraque vniuersã an- tiquitas, quam veneratur Auicenna, tenet,

Aristot. lib. de Morte.

Conclusio.

Aristot.
Seneca.
Galenus.

quod noster calor naturalem humiditatem calidam: non tamen declarat quis sit ille calor. Existimamus tamen esse calorem qui ignitus in corde (vt dicebat Aristoteles) ad reliquas partes in spiritu, & sanguine attenuat & defertur.

Sed ratione probatur, quia sensus demonstrat, quod partes calefunt à corde & recipiunt quod non habebant: ergo ad perfectam receptionem caloris attenuatur aliqua subtilitas attenuabilis, & continuo in motu eua potabitur. Verum ad hominem sic posset formari ratio: Omnes scilicet Medici dicunt, quod calor innatus resoluatur, ergo à fortiore, calor influens, qui est magis intensus.

Præterea agens, quod est potens ad effectum in eum sim, est potens in eum, sed calor influens attenuat biliosum humorem, & excrementa alia, quæ solent per eorum evaporationem, ergo multa facilius evaporabit teneram, & humidam partem substantiam.

Neque iste modus dicendi contradicit nostre opinioni in materia de coctione, vbi probauimus, quod calor naturalis incrascat: quia ibi loquuti sumus de coctione, per quam alimentum simile redditur vitæ: crassescit enim vitæ ad caliditatem membrorum. Alia vero coctio frigiditas, quæ est maturatio, etiam est incrascatio. Sed totum hoc fit attenuatio, dum evaporantur tenes & inutiliter partes, & viuuntur magis mediocres & crassiores: non tamen (vt putant Mercatorum) quod prius tempore fiat liquidatio, & postea incrascatio. Sed de hoc paulo ibi multa. Nulla itaque est contradictio in nostris dictis, sed contentus.

Sed de censura Vallesii quid dicam? Certè siquidem in toto illo discursu 4. Methor. nullam facit mentionem caloris influentis, existimare oportet quod loquatur de radicali: hic enim nullo modo commisit propriam partem præcisam, sed conseruat, vt statim declarabo contra communem modum Medicorum. De calore influente non negat Vallesius S. Thom. quæ non enim sibi est quod sit naturalis, & docetur quod quod habeat rationem instrumenti: nam quomodo calor cum his omnibus potest agere in aliam partem, ad quam accedit vt efficiens. Sic illi anima tua enim interpretor S. Thomam, qui Vallesii obiectio non videtur diuere 2. part. quest. 97. art. 2. in Corp. dixerat enim Angelicus Doctor in Art. anteced. ad prim. quod primus homo indigebat cibo ut

statu innocentie, quia calor naturalis consumebat humidum. In Art. vero seq. citato declarat, quis sit ille calor, & inquit: Duo remedia habebat homo in primo statu, aduersus diuos defectus. Prior defectus est deperditio humiditatis per alioquem caloris naturalis, qui est anime instrumentum: & contra hunc defectum subsuevit homini per cibum aliorum signorum paradisi, sicut & nunc subsuevit nobis per cibos quos sumimus. Alter defectus erat deperditio nature per admissionem extranei humiditatis, & huic subsuevit per cibum virtutis, &c. Sed statim ad istum locum redibit sermo, vbi Vallesium dimiserimus.

Tota igitur difficultas Vallesii est, quo pacto calor directus ab anima tanquam instrumentum ad actiones naturales, & conseruatus, possit consumere. D. Thomas nullum reparat inconueniens, quod instrumentum anime consumat humidum. Non enim consumit vt instrumentum, quia vt sic, tota actio derivatur ab anima. Cum tamen non auerter naturam caloris, necessarium est, vt si accedat ad partes calefactibiles, aliquid evaporat.

Attente dixit Angelicus Doctor Calor naturalis, qui est instrumentum anime. Certè per excellentiam, calor cordis est instrumentum anime: in illo manifestantur omnes animi affectus, & ille manifestat actiones omnium partium: quippe sine illo nulla actio exercetur animalis. Ita vt licet calor compleretur cuiuscunque partis sit instrumentum partis, est tamen magis virtuale: efficitur verò actuale per aduentum influentis, vt possit dicere: Calor influens est commune instrumentum anime, & efficit vt particulares calores sint apta instrumenta anime. Ille ergo calor influens, de quo loquitur S. Thomas, causa est nostre senectutis modo prædictæ: & ex consequenti, mortis naturalis.

Sed non percipio ad quid Vallesius dicat non esse causam causas senectutis, & mortis. Dicit enim: Causa senectutis est consumptio humiditatis caloris excrementorum, & rerum non naturalium: Causa vero mortis, quod non restaretur æqualiter perfectum. Dico: quod ista secunda causa inferatur ex prima, vel vt melius dicam: conseruatur in illa: & ex consequenti, causa senectutis etiam est causa mortis: Næ partes exiccantur à calore excrementorum,

*Lotus elegant
S. Thom. quæ non enim sibi est quod sit naturalis, & docetur quod quod habeat rationem instrumenti: nam quomodo calor cum his omnibus potest agere in aliam partem, ad quam accedit vt efficiens. Sic illi anima tua enim interpretor S. Thomam, qui Vallesii obiectio non videtur diuere 2. part. quest. 97. art. 2. in Corp. dixerat enim Angelicus Doctor in Art. anteced. ad prim. quod primus homo indigebat cibo ut*

vt ipse contendit: aut simul à calore influenti, vt ego opinor) necessarium est, vt reporent siccas magis quam humiditas ergo necessarium deueniendum est ad vitium siccitatem, cum qua non possit vita consistere. Ergo, philosophicè loquendo, causa senectutis est causa mortis. Sicut motus est causarius termini, & ignis est causa calefactionis, & caloris. Neque in hoc inuenio apud antiquos aliquod, quod potuerit Vallesii monere: Alii omnes Stoici cõsentemur in hoc, diminutionem scilicet caloris naturalis esse causam senectutis: vt refert Phitararchus libr. 5. de Placitis cap. 30. Mortem autem naturalem ad eundem defectum natui caloris referendam omnes existimant, vt & Empedocles dicebat eodem libro cap. 27. hunc verò defectum ad positum, & realem frigiditatem, & siccitatem sequi, est manifestum. Sed dubiola, quæ hæc excitantur, in solutionibus argumentorum explicata reperies.

Ad primum dico, verum esse quod adducitur in argumento, eum hoc tamen quædo calor influens accedit ad partes, illas al tenet vt agens quoddam extrinsecum, & euaporat aliquid: postquam autem factus est proprius partis, perficit omnia illa munia, quæ pertinent ad confirmationem.

Ad illud de sanguine alimentario, dico, quod quantumvis perfectum sit alimentum, remittit aliquid de nostro calore; & ita alimenta aliquid conducunt ad mortem. Quando verò Auicenna dicitur dicunt, quod alimentum non operatur à qualitate, sed à materia declarandum est Auicenna de qualitate sensibile. Non enim alteratur ab alimentis sensibilibus in quantum alimenta, sed tantum insensibilibus, nisi talia alimenta habeant aliquid medicamentosi: sed tunc non vt alimenta, sed vt medicamenta, alterant sensibilibus.

Ad communem solutionem ibi adductam, dicimus, esse satis debilem, nisi modo nostro explicetur. Et ita argumentum contra illam concludit. Nō sufficit dicere, quod calor influens non resoluit propter modum quandam quæra participat. Hoc etiam est ridiculum: quia quomodolibet explicetur ille modus, si tamen calor accedit ad partes vt efficiens, & partes carvunt são, necessarium est vt adimpleat suum effectum, nisi à prima causa impediatur, aut ab alia secunda efficietiori: anima enim quanquam influat, quamuis concurret, & dirigat, non tollit vires agendi in partem dispositum.

Ad vitium, quod perit quæ sit causa à qua cor arefat in senectute, cum non sufficiat alias calefacere partes, nisi tabescat: respondeo, quod à frigiditate (inferius enim probabo, frigiditas esse ad hoc sufficienter calidas) & præterea ab alijs excrementis calidis, & à motibus animi, & corporis. Non enim sufficit aer respiratus ad attemperacionem illius caloris, qui continue corpus cordis depascitur: nam & partes respiracionis inferiores per frigiditatem lenis non possunt sufficienter moueri. Quod rectè considerauit Aristoteles in libr. de Senectute. Partes enim frigide agunt, remittendo aliquem calorem cordis: quod sufficit vt contraoperantia partium sit causa partialis mortis. Quod statim contra Perron Garciaum Complutensem magis declarabo.

CAPUT III.

Altera pars questionis de calore innato.

IN hac difficultate magis laborant ingenia, est enim non solum Physica, sed Metaphysica: quia ad Metaphysicam deuoluitur illius vitium explicatio. Communis modus dicendi medicorum est similis superiori: quod bene potest calor eandem partem, in qua est, resoluit, in quantum calor, sed non in quantum naturalis; & ita perit se ex accidenti.

Aliqui putant se demonstrare contra prædictam opinionem hoc argumento, quo intendunt probare, quod calor non consentit per se, & resoluit ex accidenti: Calor illius partis est forma, ergo non potest agere in illam partem actione transiente. Sed istud argumentum non tangit pendum difficultatis, & habet faciem solutionem; nam si illud supponatur, quod calefactio, aut infrigidatio semper sint actiones transientes: bene enim possunt esse actiones immanentes, v. g. infrigidatio aquæ ab interafrico, cum se reducat ad primum statum, est actio immanens secundum communem modum philosophandi. Ergo ad prædictum argumentum responderentur alij, quod licet calor sit in parte tanquam forma, potest tamen mouere illamque partem ad viciationem gradum, quæ per resistentiam

quandam. In quem errorem incidunt illi, qui ponunt motum medicum fieri ab intrinseco: aut qui ponant formas elementorum in mixto.

Præterea arguitur, & suppono, quod iste calor ut tria sit connaturalis dispositio conservativa partis, ab anima regulata, & conservata. Tunc fieri: Nihil potest moveri ad id quod habet: ergo illud humidum non potest recipere aliquam ab isto calore virge vere causæ efficientis. Antecedens est principium nobilissimum in Philosophia: nam postum debet esse denudatum à forma recipienda. Ergo, cum calor sit forma illius humidi, impossibile est, quod calor agat in illud: nam si est forma illius, implicat quod sit efficax respectu illius.

Certe forsitan viderent ista efficacæ ratione Aegidius Romanus, & Gensilius, alii subtili modò dicendi adinvenerunt, adherentes, quod calor exsiccat humidum, non quia illud calefaciat, sed quia habet virtutem exsiccandi. Et hanc virtutem exerebit calor, quasi exiens de actu virtuali in actum formalem, & movens humidum ad siccitatem quam non habet: ut aqua, & reliqua gravia moventur ad formam, vel ad locum.

Sed ista opinio est difficilior. Et relinquo commune illud argumentum, quod posset fieri contra illam: nam experientia constat, quod calor non producat siccitatem nisi per consumptionem humiditatis: & non potest consumere humidum nisi attenuans illud: & non potest attenuare, nisi calefaciendo. Ergo de primo ad vitium calor non potest exsiccare suum humidum: quia est impossibile, ut ipsum calefaciat, siquid est eius forma, ut probatur iam est. Ergo calor non potest siccitatem istam producere. Sed relinquo, ut dixi, illud commune argumentum, & demonstro impossibilitatem huius sententiæ. Quia illud quod debet dimanare ab actu virtuali in actum formalem (ut docet Metaphysica scientiarum moderatrix, & quæ aliam solum nodos) debet esse aliquid connaturale tali subiecto, vel tali forme. Verum quamvis concederemus, quod illa siccitas potest dimanare à calore, est tamen simpliciter violenta forme, & subiecto: ergo calor non potest suum humidum exsiccare eo modo, quo illi Authores dicunt. Nam ut estet ridiculum, quod à forma aque resisteret calorita à forma huius partis: & à dispositione connaturali illius non potest dimanare dispositio violenta, & contraria. Sit ergo

certain, mortem naturalem, & senectutem non evenire ex eo quod calor illudmet humidum, in quo est, calefaciat, & resoluat.

Memini me circa primos labores cathedra veripertinax opinionem istam Aegidij alio modo extendisse: aut aliquid novum excogitare: calorem scilicet in propria parte exhalare suum humidum, non eo modo quo illi dicebant Authores: sed quia emanat ab illo calore quedam raritas, quæ non potuit emanare in primo instanti generationis, nec antecedenter potuit induci, ob multa impedimenta, quæ se tenent ex parte materia: decursu vero ætatis emanat illa raritas, & ex consequenti levitas, & ex consequenti motus localis ad loca naturalia, & remanet pars cum minore portione partium humidarum, & sic est siccior.

Erat acutus modus dicendi: sed (ut veniam fatari) cum Metaphysica licentiam istam philosophandi combebat, idem respondeo, totum hoc esse impossibile, quia omnes emanationes, & resolutiones (quæ in sententiis Aristotelis, & S. Thomæ, tribuuntur generanti ut principio quod) necessario ordinantur ad perfectionem ipsius rei: nullo modo ad corruptionem, ut dictum est. Atque adeo cum calor immatur sit facta dispositio connaturalis membri, sicut calor ut odor est dispositio connaturalis ignis, impossibile est, quod neque à generante, neque à forma, neque ab ipso calore possit resultare talis qualitas omnino contraria propriæ conservationi.

Sed Petrus Garcia Vallésium notat: quia cum in controversiis iam acerrimè defendit calorem non posse agere in suum humidum (tameo 4. Methæo. dicit, collisionem fieri à calore ipsius rei, quæ coquitur). In eia opinione necessario tenetur fieri, humidum rei, quæ coquitur, dari à suo proprio calore.

Possit tamen amicè intelligi, dicendo, quod calor vnius partis in alio: quæ coquat aliam: & est descendens ad vnam partem quæ coquat, & ipse perfecta sit. Habet tamen ampliam difficultatem in toto existenti sit æqualiter crudum secundum omnes suas partes. Sed potest dici quod in parte magis disposita emanat à forma debitas calor ad perfectionem illam partem: & rursus ista conducit ad nutritionem aliam. Dic o, quod à cœdencia, quæ etiam in alijs partibus tandem emanat.

Alia. Romana, & Gensilius resistunt.

Posteriori generationis sententiæ motus opinio.

Nota.

Defensio & explicatio Vallésii.

CAPUT IIII.

Quid senectus, qua via est ad mortem naturalem, sit vera putredo naturalis, contra Argenterium, & plures alios Latinos.

Sed antequam ad alias causas senectutis transeamus, non potest silentio praeteriri, quod multi opinantur (ex mente, ut dicunt, Aristotelis, maxime esse discrimen inter senectutem, & putredinem naturalem. Momenta vero rationum Argenterii breuiter collegit Comment. 3. in art. med.

Primo, animalia & planta (ut Arist. ait lib. de Brevit. vitæ) arefcunt a proprio calore, quoniam autem putredo est ab alieno ambiente, ut illi putant, ex 4. Meteor. Secundo, senium sit a causis secundam naturam, putredo a causis præter naturam. Tertio, corruptio animalium dicitur mortificatio, autem dicitur mortem esse putredinem.

Quarto, quia senectus sit continuo exsiccatione; ita ut semper corpus reddatur siccius, at putredo reddat corpus humidius, licet postea siccius: ergo senectutem non est putrefactio. Quinto, quia quæ putrefcunt, intus sicca, exterius humida apparent: contrarium autem videre est in senio, externe liquidum partes rugose, & aride conspiciuntur, interne vero humore plena.

Sexto, quia vermes, & alia animalcula gignuntur in corporibus putrefcuntibus, quæ licet in puera videntur; in senibus nunquam, nisi rarissime, quod signum est, senectutem non esse putredinem, aut putredine fieri.

Septimo, cum factum sit, ut coines putredinis, quære plantæ, & animalia, si continuo putrefcunt, non sunt in perpetuo foetore, cum sint in perpetua putredine. Octavo, quia quando timores a nostro calore exsiccantur, putrefcunt dicitur, quo nihil est absurdius; nam ad certam putredinem modis exsiccantibus continetur. Nono, quia si talis exsiccatio esset putredo naturalis, tantum in postrema aetate consingeret, siquidem in hac sola desit humiditas.

Decimo, corruptio vitæ, etiam si semper dominante calore, & dominante humiditate, putredo autem dominantibus passivis super actibus; licet senectus non est putredo naturalis vitæ.

Et forsitan hæc Metaphysicam offecit Vallesius, quando dixit, coctionem fieri ab ipso rei calore; quia ad coctionem in quantum est perfectio intrinseca, bene potest emanare calor actualis, qui virtute manebat in forma: totum enim pertinet ad mixti perfectionem. Tamen ad mortem naturalem non potest emanare calor, quia repugnat naturæ. Et ita existimo Vallesium excusandum. Pro quo videndus est nosser discussus in materia de coctione, ubi declaro, quo modo hæc doctrina possit adaptari, loquendo de coactione, quæ sit ab extrinseco, de qua agebat Vallesius, quando dicebat cibum in ventriculo coqui à suo proprio calore.

Quare ut nostrum Auscennæ textum verum in multis esse explicemus, satis est, quod calor influens, ut dicebam, partes viuentes paulatim resoluit: hoc enim nullam includit repugnantiam. Et est contraperantia partium inter se sufficiens causa partialis mortis naturalis; licet alia ex parte perficiat subiectum, agit ergo cor in alias partes, & partes alia agunt in illud.

Quam sententiam sequitur fuit Aristot. 2. de Part. animal. cap. 2. Durand. in 2. Sent. dist. 30. quest. 1. & Scot. in 2. dist. 16. quest. vi. Præterea calor naturæ eiusdem partis exsiccatur, & resoluit vicinam; tunc enim habet se quasi calor cordis influens respectu illius partis.

Neque Petrus Garcia rectè procedit, quando dicit in hoc capite, quod vna pars non potest agere in aliam ad mortem: quia ista actio non conuertit vnam partem in aliam, sed est paulatina quadam actio, non victoriosa, sed insufficiens, quia est exigua. Qui modus dicendi est falsus, ut per se patet: nam hoc ipsum est necessarium ad mortem naturalem, scilicet exigua actio, & paulatina: & hæc non perit, ut vna pars conuertat aliam, sed quod auferat aliquid de dispositione naturali.

Vltimo, nosser calor est causa nosser corruptionis, quia necessario generat excrementa, à quibus ipse patitur, & dissoluitur: de quo puncto singularia capita inuenies inferius: ergo rectè dixit Auscenna, quod calor qui intus est adiuuat ad nostram corruptionem.

(9)

Aristot.

Durand.

Scot.

Refutatur Petrus Garcia Carverus.

His rationibus Argenterius conuictus, absurdam vocat contrariam sententiam: & quam Aristot. putat, aggreditur caplice re, senectutem scilicet nil aliud esse, quam marcorem, & extrahionem humidi à calore proprio, naturalem interitum plantarum, & animalium. Et ita putredinem sequi post senectutem, post mortem viuentis cadaveris dissoluto in elementa, sic vt potius via sit ad putredinē, quā post mortem accidere debet.

Et sic explicat verba Aristot. Putredo simplici generationi contrariatur, non enim potest intelligi de generatione viuentis, quā maxime composita est, nam plura concurrunt, anima & corpus organicum multis, & varijs dispositionibus constitutum. Igitur generatio viuentis non potest dici simplex, sed maxime composita: percutit ergo viuentia diuerso modo, non tamē per putredinem; sola enim mixta, quæ simplici quadam generatione ex elementis constituantur, per solam putredinem faciuntur naturaliter, tanquam per motum contrarium.

Iste fuit discursus Argenterii, quem si in meo Opusculo de Putredine distinxerim non adduxi, hic tamen habet debitum locum: quia ostendendam senectutem vera putredine peragi, idque ex mente antiquitatis.

Primo accuratè considerare oportet, quæ sit differentia inter putredinem naturalem, & violentam. Secundò, quid sit mixtio aut mixtum sub anime, aut vitalitate infuso. Huius enim Philosophiæ defectu Argenterius, & alij multi varijs difficultatibus fuerunt implicati.

Ad primum scire oportet, naturalem, & præter naturam, siue violentam putredinem non differre quoad hyparsim & essentiam, differre tamen penes modum qui præcedit à diuersa operatione causarum. Sub modo autem intelligo non solum disconsentientiam actionis, & contrarietatem, sed celeritatem, aut intentionem, & alia multa, quæ possunt causis & rationibus conueniētijs quibus addi debet diuersitas ex parte materię, vt latius suo loco dictum est. Omnis ergo putredo vnam habet essentiam, vt probant in Opusculo proprio. Quæ autem sit illa, variè fuerunt opinioniones satis contrariæ. Sed quantum attinet ad præcens institutum, ab omnibus concedi debet, tam per naturalem putredinem, quam per violentam dissolui aliquam mixtionem: hoc enim nunquam potuit assequi Argenterius, quia putauit

per marcorem solum dissolui vitam, non tamen mixtionem unam hanc, vt ipse docet: dissoluitur quando putreficit cadaver; viuens enim morte perire, non putrescere.

Putredo igitur est corruptio naturæ caloris ab extraneoque: cum sensim, & paulatim fiat solis causis nonarbitrè agentibus, & inuincibilibus, sine vilo modo sensibili, merito dicitur naturalis. Cuius vero causæ violenter agere dantur, sensibiles ad sectiones, & putredines efficiendo, violenta surgit putredo. Omnia mixta viuencia, aut non viuencia vtriq; mutationi subdita sunt, sed naturali putredini ipsius naturæ necessitate subiacentur; violente tamen nō ita. Effugere enim possunt magnas mutationes præseruationis industria; naturalis putredo ad naturalem interitum deditur præfixum cuique ætatem; violenta vero naturalem periodum præscindit. Illa in viuētib; vocatur marcor, & senectus, in alijs mixtis putrefactio in sensibilib; Violenta, nomina varia solet ferri, iuxta ea quæ putreficiunt, quam putredo ossis dicitur caries, & ita de alijs multis. Hæc taliter se habere apud antiquos Græcos Aristotelis Enarratores reperies.

Sed efficaci ratione ostenditur contra Argenterium, senectutem esse putredinem naturalem, quia omnia quæ ad formam putredinis desideratæ parati Aristotele esse, reperiuntur in marcore illa enim quæ pot sunt adesse, & abesse, vt factus &c non debet tam acutus vic asserre ad hyparsim constituendam, in hoc enim est maxima fallacia, quia dummodo extraxerit calor infernus, & ad illud extrahionem sequatur aliqua separatio humiditatis à sicco, non video quid possit amplius quæri ad veram putredinem. Sed ista duo continent veram senectutem passionem, & sensim, & quasi modo naturali, vt per artem contingit, ergo sensibilib; putredo quædam est naturalis. Conuictio dixi extraneum calorem, magis enim subdicitur exponere se loco his verbis definitionem. Aristotelis, vt latius declarauit in prædicto Opusculo de Putredine. Nam non corrumpitur calor, vt calor, quia multoties intenditur, sed necessitas extraneitatis. Fit autem illa corruptio, aut extraneatio caloris à causis inueni tabilibus passione, vt supra dictum est in questione de actione caloris in humidis, & ob id appellatur putredo naturalis. In sine corrumpitur naturalitas caloris, sed uolunt humidum à sicco, cum ergo non est putredo! Sed elegit appellari senectus,

Quæ si non
ratiōnata,
quæ viuentis

tionem quandam esse, quæ seruat corpus in esse mixti; & animam, quæ materialiter seruat corpus in esse viuens. Est autem magna differentia, non solum in miscibilitibus, sed etiam in modo, & perfectione: ut in vno viuente eadem est. Non enim consistere debemus in viuente duas mixtiones ita distinctas, ut vna dissolutionem ipse det post mortem; altera vero laboret ante mortem: hoc enim in Philosophia putamus ridiculum: sed eadem mixtio magis perfecta, & cum modo perfectioni eleuata, seruat animam, & dicitur vitalis nam Aristoteles hoc considerans dicebat, Generatio viuens est prima participatio calidi in humido, vita autem eius permanens. Videas, obsecro, o Argentari, mixtionem, quam ego cum Aristotelis soleo appellare vitalem, largo modo, quia conferatur animam) hanc ipsam manifestè pati in senectute tu ipse concedes: ad contrarias siquidem qualitates fit mutatio per diminutionem caloris, & humiditatis. Hæc autem mixtio vitalis includit clarioris doctrinæ gratia sic loquor) illam, quam iste Author intellexit esse diuersam, & asseruatam post mortem: quod cerè perdifficile iudicamus. Nam mixtio vitalis si includeret aliâ quasi mentis perfectam, id feret cum tali dependentia, ut corrupta vitalis illa pereat: nam sicut solet dici, corruptis nobis corrumpuntur omnia, quæ sunt in nobis, ita corrupta illa dispositione tituli mixta, corrumpitur viuens mixtum. Generatur autem aliud: non enim mixtio caduæris sunt sibi anima, sed alia noua generatur ad formam caduæris, siquidem fuit facta resolutio vsque ad materiam primam. Hoc igitur est, quod secundo loco proposuit aliter scilicet esse mixtionem viuens gubernatam, & directam ab anima, ut pereunte dispositione vitali, per quam illam continet, mixtio pereat, ita verum est, ut contrarium nullus Philosophus possit intelligere. Si attendas ad ea, quæ dicta sunt, faciliè argumenta Argentari dissolues.

Ad primam dico quod omnis putredo, aut naturalis, aut violenta, fit ab extraneo calore: sed non intelligit Argentari quid sit extraneus calor, diximus enim superius, quod calor non potest putrefacere eandem partem in qua est, vicinam tamen potest: fit igitur extraneus non siue parit, sed alienæ, & est vehi ambiens, ut dicitur Aristoteli. Et ita restitit omnibus causis senectutis, loquendo de solo calore

interno corporis, prædicto modo debet causare putredinem senilem; alio modo non potest. Vnde salutar Argentari dicens, quod marasmus fiat à causa interna, si per incrementum intelligit calorem qui est forma partis viuens. Fit tamen à calore vnius partis, quæ alias arefacit, ut supra visum est in questione propria.

Ad secundum dicendum, quod senectus, & putredo naturalis sunt ex causis non secundum naturam absolutè, sed modo quodam naturali sensim, & paulatinè, vel; ut supra dicebat S. Thomas, secundum naturam vniuersalem: sola verò putredo violenta requirit causas manifestè præternaturales conferent agentes, quia deducit mixtum ad intentum contra omnem mensuram causarum interarum, & durationis illarum.

Ad tertium dico, quod quando animal deficit, aut viuens aliud, concurrent aliqua, secundum quæ sunt illis vniuersi appellatur nominibus nam est putredo vniuersa mixtionis viuens, & est defectio animæ, quia deficit animatio, vocatur mors, quia est vltima dissolutio caloris ab humido: dicitur postremum instans senectutis, vnde valde ferens dicitur deficere defectu humiditatis radicalis, sicut locum defectu olei. Sed si vni argumenti inspicias, nullam proflans inuenies. Viuens moritur, ergo non per putredinem naturalem, obsecrata est illa illatio.

Ad quartum respondeo, quod reddi corpora humidiora per putredinem, contingit, quia multa humiditas simul existit, quæ siccari non potest evaporari à calore, & ita ibi remanet per aliquod tempus vsque dum exhalatur: ut vero in partibus senescentibus hoc non potest contingere, quia paulatinè extrahitur humiditas partem quantitas, & simul attenuatur, sic evaporatur. Et est id dicimus, quod fit modo naturali. Itaque omnia, quæ putrefcunt propriam humiditatem amittunt, tamen in aliquibus remanet ibidem non sibi forma mixti, sed exsiccata, & hoc contingit maiori ex parte in putredine violenta. At verò in naturali extoluitur paulatinè, & simul evaporatur: sufficit autem ad evaporandum sic tenuitas, & interior calor, quia talis est qualitas, & quæritas, & resistentia humiditatis, ut possit pati talem evaporationem. Et ita vni est, quod senes putrefcunt, & exsiccantur.

Ad quintum dico (consequenter ad ea, quæ in antea de solutione dixerunt) quod

quod apparet corpora, que putrescunt, sicca, aut humida, non solit verum effectum putredinis: siquidem omnia necessario exsiccantur, quia amittunt propriam humiditatem, tamen accidentaliter aliquando sunt madida ab illa superflua humiditate, que nondum est resoluta. Et ita fallitur Argenterius, quando in eternis partibus corporis senum dicit esse humiditas. Equidem sic ciores sunt multo magis, quam antea; abundant tamen excrementis. Unde solet dici, quod senes sunt humidi accidentaliter: sed non est credibile, neque probari potest, quod illa humiditas sit illa, que fuit partium viventium, quia, ut dicitur est, simul, & paulatim separatur. Sed est quedam humiditas, que ex coctionibus superfluit tanquam excrementum à diminuto calore, & ob id dicitur humida corpora senum, & abundant piruita, & diutillarionibus.

In argumento sexto non video aliquod difficile; nam propter ingluviem puerorum generantur plura excrementa, & propter viam angustiam, & debilem expultricem remanet diu in corpore, unde exciratur putredo, & animalcula generantur. Si verò illa contingant in senes, iidem effectus conspiciuntur; tamen puerile certe est arguere, nam agimus in ista disputatione de humidi radicalis consumptione, que elicit in senibus, & adducit Argenterius humidum excrementum, ex quo generantur vermes. Praterè si in senibus raro reperuntur ista animalcula, ad contingit, quia dissipatur materia ad partes varias, iam ad pedes iam ad articulos, ad renes, &c. morbos seniles producentis.

Ad septimum dico esse falsum, fetorem esse proprium cuiuscumque putredinis: imò aliqua sunt, que in optimo statu naturali habent fetorem; sed neque corpora cum putrescunt à prorsum sicca, usquam fatent: quod etiam videmus in paulatina putredine: caret enim fetore, cuius causam iam supra diximus. Nam putrescunt, que fit cum ebullitione humidi in exitu non ventrali à causa violenta, scilicet fetorem inducere, sed non in omnibus, quia neque vinum cum putrescit (vini appellavit Plinius) fetorem habet, & alia multa. Quando igitur Aristoteles dixit fetorem sequi putredinem, intellexit de violenta putredine cum modo prædicto.

Octauum argumentum maiorem habet vim, sed distinguere oportet: nã aliud

est sola exsiccatio, aliud putrescuntia. Exsiccatio est passio communis omnibus escicabilibus à sola causa exsiccante producienda, nullum terminum respiciens nisi solam siccitatem produciendam. Putrescuntia verò respicit vitamque qualitatem passivam quatenus separari debet à præternaturali, & extraneo calore. Ex quo sequitur, quod senectutem primario est extraneo caloris natum, per quam redditur impotens ad continentiam nutritionem. Secundario est dissolutio ipsa humiditatis à sicco. Tertiò, & vitimò est exsiccatio. Prædicta tria contingunt in senili putredine, sed in solitaria exsiccatione nequaquam; quia est motus quidam ad eam simplicem qualitatem, nec aliud respicit primario, nec secundario. Unde cum Argenterius hæc omnia confundat, mirum si quando humores exsiccantur, inferat putrescentiam: non enim valet illatio. Exsiccantur quando putrescunt; sed valet. Putrescunt ergo tandem exsiccantur. Pueritiam autem, de qua loquuntur Medici, que ex parte materie solet duci à nimia humiditate in febribus, & morbis ex putredine, solemus impedire exsiccationibus sicut putredinem naturalem senectutem solemus retardare, aut quomodo debet imponere humectantibus.

Ad novum argumentum citis constat, quod exsiccatio illa à primis eordis puritatis incipit, quia etiam dissipatio, & ita iuvenes sicciores sunt pueris: tamen siccitas senilis non licet nisi in postrema ætate. Itaque in primis ætatibus sua siccitas fuit dispositio ad etatem senilem. An fortis Argenterium non eadem calliditate tenuissimis in ista disputatione dicimus? Quia propria loquendo, corruptio vitæ habet contrarias causas generationi illius. Generationis fuit vitæ, ut dicitur proportione à quadam participatio calidi in humido: materialiter loquendo directè ad vitam dissolvatur igitur extraneo calore non potente conservare sibi humidum in ordine ad senium. Et ita falsum est, quod Argenterius dicit calorem esse prædominantem in corruptione naturaliter viventis; non enim prædominat, sed fatiscit, & impotens redditur. Quid verò communiter dicunt prædominum fieri exuperantibus passivis, nascitur ex primo intellectu verborum Aristotelis, & ex nimis sollicita contemplatione. Philosophi non enim exsuperant passiva, quia augentur, aut intenduntur, nec sed quia

calor

calor naturae impotens redditur ad continendum, sequitur ut quae ligata erant, tendant ad fiberas proprias, quod continget, post celebratam scilicet putredinem. Quae philosophandi ratio satis aperta est in senectute, & in qualibet putredine naturali. Fieri tamen potest in aliquibus aliis violentis, ut propter additionem humiditatis calor impotens reddatur, quia triplicium suarum virtutum aucta fuit proportio, & consequenter fiat putrefactio. Sed quid hoc habet cum putredine, & interitu naturali?

Maneat igitur stabilitas Aristotelis, & Antiquitatis dogma, senescere scilicet viuentia putredine quadam naturali, quae à posteriori effectu ariditas, & marcor nominatur. Quod disertis verbis docuit Aristoteles 4. Meteor. aut 3. de Generatione & Corruptione in hunc modum: Simpliciter ortu contrarium maxime commune est putredine; nam omnis naturalis corruptio ad ipsam viam est, cuiusmodi senectus, & ariditas sunt. Putredo enim finis est omnium, quae natura constant, nisi quidpiam vi contempnatur: siquidem licet carnem, & os deure, & quodcumque eorum quorum naturalis interitus est putredo.

Satis aperte docet senectutem esse putredinem naturalem, & potiusque viuere interire violentere per aduersionem, aut alio modo; naturaliter tamen solius per putredinem naturalem; quae licet per totam vitam occulte fiat, quia tamen manifestius in vltima aetate conspicitur, adeo Aristotelis senectus naturalis corruptio appellatur. Sed praescripta verba claram doctrinam continent, ut possit Argentarius istas illationes excipere: Via in calorem calefactio est, via in frigiditatem refrigeratio; quotum ergo via in vitium putredinem non erit putrefactio? Ista fuit certa mens Aristotelis explicare opus est, quum sensim intellegat Argentarius verba Aristotelis, quando dicit: Putredo simpliciter ortu contrariatur. Credit enim Argentarius, quod viuientia generantur composita quadam generatione & ita debent perire, non per putredinem, sed alio modo. Sed fallitur, quia adiuuare oportet, simplicem ortum non dici ob simplicitatem dispositionis requiritur: sic enim sola elementa simplicia tali generatione orientur, quia inter ista sublimaria requirunt simpliciores dispositiones. Appellatur ergo Aristoteles simplicem ortum in 4. Meteor. mixtionem, quae terminatur vi licet, & immediate in vitionem, & consequen-

ter in generationem. Et appellatur mixtionem nomine termini illius posteriori: & demonstratur efficaciter, nam Aristoteles opposuit putredinem ortui. Ergo per ortum (in 4. Meteor.) non intellexit simplicem generationem. Constat, nam putredo non est corruptio simplicis, sed passio mixta, ut mixtum. Ergo per simplicem ortum intellexit necessarios productionem mixtorum: ergo mixtionem.

Rursus intelligere oportet, quod generatio viuentis non sit necessarius compositio multorum organorum in omnibus viuentibus, sed in aliquibus; variat enim compositio pro varietate formae. Semper tamen est necessaria aliqua, quae nascitur ex mixtione varia. Itaque semper supponitur mixtio, sed magis elucata, & perfecta, & varia ad constitutandas diuersas partes organorum. Argue adeo necessarius sequitur, quod poterit moti viuens per solam dissolutionem illius mixtionis, & ita merito talis dissolutio dicitur mors. Quia licet ipsa mixtio, in rigore loquendo, non sit vita; tamen quia partes supposita tali mixtione recipiunt influxum vitalem ab anima, & sine ista tali, & perfecta mixtione non susciperetur talis influxus, hinc est, ut philosophice sans afferamus contra Argentarium putredinem naturalem viuens esse motem naturalem illius. Non enim habemus rationem absolute organorum, sed illius mixtionis, quae organa disponit, aut diuersas partes efficit. Acquiratur hoc longam digressionem metaphysicam, sed dicta tamen sufficiunt. Illud autem, quod dixi de contrarietate inter mixtionem, & putredinem, demonstremus iam contra recentiores in Opusculo proprio.

CAPUT V.

De alijs causis senectutis, quas Aristoteli recenset.

MOTUS animi, & corporis inter causas coemptionis enumerat. Et recte quidem nam sunt duae passionis, sine quibus vita non transigitur: motus enim corporis calorem auget, & substantiam humidam reuoluit. Quod non ita recte intellegendum est, ut male intel-

xix Cardanus in suis libris de Sanitate tuenda, qui opinatur, quodlibet exercitium mortem accelerare. Ergo, quia morus corporeus ferè semper sit sine debitis legibus, hinc est, ut vitam breviorē faciat.

Idem dicendum de affectibus animi: de quibus quoque passio corpus moueant, debet leges postum tractatum de Febribus Epist. & lib. de Pulsibus, ubi agitur de pulsibus gaudii, & morosus, & de alijs differentijs procedentibus ad affectibus animi.

Præterea aliam causam proponit nobis Avicenna corruptionis, scilicet multitudinem excrementi pituitosi, quæ aggregatur in senectute: pituita enim multa refrigerat calorem naturam. Namine verò pituita intelligimus humorem crudum, & frigidum, qui potest ex qualibet resurgere coctione.

DIGRESSIUNCULA.

Rursus evellitur error illorum, qui negant diversitatem partium in alimento. Celebratur locus Sancti Thomæ.

Quidam autem cum tollant partes diversas in alimento, non dicunt esse necessariam istam causam, corruptionem, quia excrementa non necessario confluunt ex concoctionibus alimentorum. Contra quos opinantes existimo me demonstrasse veritatem in superiori questione de partibus mixti.

Sed nunc perit hic locus, ut in particulari probemus, necessario redundare excrementa, & toto illo tempore quo detinentur, ætere in nostra corpora, & corrumpere dispositionem conservativam.

Primo, suppono alimentum esse dissimile in termino à quo concoctionis. Hanc propositionem sensus demonstrat, sed membra assimilantia non possent, naturaliter loquendo, totum assimilare: ergo aliquid relinquatur ad excrementi formam. Ostendo istam Minorem (& simul respondeo dubitationi opinantium: dicunt enim, quod

neque propter agens, neque propter passum, est aliqua ratio, quæ propter excrementorum necessariam productionem). Probo, inquam, efficaciter ex utroque principio. Ponamus exemplum in nutritione ossium: idem enim de alijs partibus proportionaliter poterit probari. Accedat alimentum ad nutrienda ossa, attrahitur quidem à natura, quia habet partes terreas similes ossibus. Tunc sic: illud alimentum habet etiam multas partes igneas, & aëreas, plures, inquam, quam habeant ossa: ergo in termino nutritionis plures remanebunt, quæ non fuerunt necessaria: & ita ex necessitate diversitatis in passio sequitur, debere pullulare excrementa: quia omnes illæ partes non sunt necessariae, sed superabundant.

Aliqui dicunt ad hanc rationem, quod ossa non reparant partes terrestres, sed aëreas, & igneas: quia hæc sunt, quæ fluunt, & evaporantur per ætates. Sed non audiunt quæ dico. Non est neganda evaporatio partium tenuium: sed adhero, quod proportionaliter etiam dissoluntur terrestres, licet tardius: existimo enim, quod materia meorum ossium in hac postrema senectute iam per nutritionem alia est, licet forma sit eadem. Hoc enim negari non potest: ergo ex necessitate nature alimenti, & nutritionis debet remanere aliqua pars inutilis: Si enim tibi concedam, quod partes tenues reparantur: concede vicissim mihi, quod partes terrestres abeant in excrementa. Illud autem certo certius est, non omnes partes æqualiter dissipari: ergo est necessarium, ut aliqua alimenti pars redundet. Et forsitan Galenus hoc fundamentum Philosophicum inspiciebat, quando dicebat, in qualibet coctione separari duo excrementa, alterum crassum, alterum tenue. Imò, in fallor, probavi in tractatu de Urinis, quatuor excrementa debere separari, correspondentia quatuor elementis. Sed de hoc puncto alibi.

Est igitur impossibile totum alimentum converteri ad naturam viventis propter inobedientiam, & repugnantiam aliquarum partium. Quod ex his, quæ in hac digressiuncula commentor, & in questione de partibus mixti non solum probare, sed demonstrare poteris. Sed audiamus Ange-

Galeni.

D. Thomæ
I. licum

D. Thom.

licum Doctorem 1.1. quæst. 97. art. 1. ad 4. Sed irrationabile videtur, quod in cibo assumpto non esset aliqua facultas, quæ non esset apta, ut conuerteretur in hominis nutrimentum, unde oportebat superfluitates emitti. Tamen fuisse dimittis prouidum, ut nulla ex hoc indecentia esset. Hæc D. Thomas. Unde existimo miraculum esse, quod alimentum non habeat excrementa. Si enim hæc in illo statu felices aderant, ubi omnia erant perfecta, quid nunc dices?

Ex parte agentis etiam ostenditur: quia calor licet instrumentum sit vitalis potentie, & eleuari quantum volueris, non tamen eleuari potest ad maiorem, aut tantam intensiorem, ut omnia illa excrementa redundantia consumat. Nam non est assignabile aliquod principium, à quo accipiat calor talem efficaciam. Ergo necessarii excrementa redundabunt, à natura expellenda tanquam vitæ inimica, ne agant ad accelerandam mortem.

Obiter notandum, quod loquimur de corpore humano, in hoc statu viatoris: corpora enim gloriosa, quæ non indigent cibo, si alimenta sumerent, omnia resoluerent in aërem: tanta est illa virtus supernaturalis. Sic etiam dicendum est de cibis, quos assumpsit Dominus noster post Resurrectionem: inter alia siquidem signa, quæ, ad manifestandam suam gloriosam victoriam & Resurrectionem, Discipulis præbuit, vnum illud fuit, ut eum illis manducaret; totus verò ille cibus resolutus, & versus fuit in aërem: aut in nihil omnino; quia nutritio nulla erat futura, neque coctio, neque assimilatio. Quod non accidit, quia corpus gloriosum habeat efficaciam ab intensiori calore, sed ob vim supernaturalem: et nos vocamus resolutionem alimentii, quia non habemus quomodo illam actionem corporis beatificati explicemus.

Viterius, cum illud quod relinquitur, sit omnino dissimile, necessarium est, ut secundum suas qualitates agat in nostra corpora: si frigidum, infrigidando, ut pituita excrementitia: si calidum præter naturam, ut fomi, fuligines, biliosa excrementa, distemperando naturam, & aciendo illud, & exhalando etiam humidum radicale: ita ut excrementa calida resoluant nostrum

humidum, & petterea, aut intendant, & augeant calorem naturam, aut male modificent: omnia verò excrementa quantitate sua obstruant, obstruant, grauent, suffocent. Vide quantam diligentiam sit adhibenda in illorum expulsionione.

At licet pituita præternaturalis, & excrementitia, aut excrementum illi respondens, per omnes ætates causa sit partialis nostræ corruptionis, infrigidando, & remittendo calorem naturam; tamen in ætate declinante semper maior portio congeritur illius excrementitæ: ita ut Galenus libro de Marcore, inter signa incipientis senectutis enumeret humiditatem redundantiam. Reprehendit tamen illos qui senectutem humiditatem dixerant. Et ob id Auicenna humores crudos, humidos, & frigidos, excrementitios, aut pituitosos inter causas addit senectutis.

Galenus.

Auicenna.

CAPVT VI.

Quod fuligines sint causa partialis mortis naturalis.

Quod fuligines generatæ actione caloris in alimenta, aut etiam in partes viucentes, conducant ad corruptionem animalis, nemo huc vsque dubitauit. Nam cum sint res præter naturam, & omnino alienæ qualitatis, necessarium est, ut agant, & producant aliquid præter naturam, cum enim non possint expelli in instanti post suam generationem, oportet, ut toto illo tempore quo detinentur, aliquid agant contra nostra principia vitalia.

Ad quartam causam pertinet.

Dubitant tamen de qualitate, quæ agant in nostra corpora: Aliqui enim existimant, fuligines esse frigidæ, atque adeo nunquam calefacere cor: ideo nil esse in corpore, aut per sanitatem, aut per morbum, quod possit calefacere cor: sed ipsum à se ipso excandescere. De hoc puncto ego ex professo in tractatu de Febris. Nunc verò solum declarabo, quomodo ful-

fuligines causant senectutem, & mortem naturalem.

Est autem supponendum ex Galeno libro de Marasmo, marcorem animalis sequi ad cordis substantiam ariditatem, & ab illa incipere veram senectutem, & sequi naturalem interitum. Rationem huius declarat Philosophia: nam cum cor sit principium caloris influentis, viralem quandam dispositionem producens in omnibus partibus; non poterit viscerum animal tabescere, si cor sufficiens distribuit calidum vitale. Accedit etiam tenetur, quod si tempericem seruet, & commodum sanguinem transfundat, simul cum corde facit conspitemus principium longitudois vite. Adeo ut dicat Galenus, nunquam senium evenire posse, si tenetur, & cor debitam obtineant humiditatem.

Et quamquam omnes partes possint attingere fuligines, tamen semper in corde, tanquam membro calidiori, bona pars illarum congregatur: ad quam expulsionem tam sollicita natura exitit, ut & pulvis, & respiratio altera finis pars in illarum separatione versetur.

Atque cum senectus à corde incipiat, declarandum, vtrum fuligines cor attingentes, ipsum aliquo modo tabescant.

Partem negatiam probant aliqui auctoritate Galeni libro 1. de Difficul. respir. ante finem, vbi Galenus loquitur de strangulari, & suffocari à multitudine humorum, dicensque ideam contingere, ac in flamma; sicut enim flamma suffocatur à lignis viridibus, & humidis: ita etiam nocet calor à multis humoribus. Certè ego ignoro, quo pacto ex istis verbis possit colligi, fuligines esse frigidas, nisi maxime ex accidenti, quatenus sua multitudine impediendo transpirationem, & excitationem, relinquunt partes delitatas calore proprio. Tamen advertere oportet, quod ibi Galenus non loquitur de qualitate humorum, aut excrementorum, sed de multitudine, & quantitate. Suffocatio enim in rigore loquendo, de qua agit Galenus, est aliud, quam prohibitio ventilationis ob compressionem factam à corpore ambiente. Quod verò illud corpus ambiens sit calidum, aut frigidum, nil interest, quia ibi non per qualitates causat suffocationem, sed per presentiam calorem occupando poros, vel vias, vel spatium, per quod debebat fieri ventilatio.

Hæc autem sit, ingrediente aere ad refrigerium, & excrementis excrementis; que cum sint duo corpora, non possunt calere, nec intrare, si impediuntur ab alio corpore: quia natura non admittit corporum penetrationem. Vide quantum ab ista, quod Galenus loquitur de qualitate, quando loquitur de corpore quanto hoc dixerim rigorosè ad textum Galeni: præterquam, quod nec verbum de fuliginibus proficit.

Præter dictam auctoritatem adducunt quædam rationes, que mihi semper visa est ridicula: fuligines (dicunt) & similia excrementa generantur à calore resoluente partes calidas: ergo in termino ad quem remanent frigida, & sicca. Sed contra istam opinionem longum feci discussum, probando, quod attributa per adhesionem, est calida calore præter naturam, imò calidissima, quamquam partes humidæ, & subtiles evaporant, contra Mercurium in cap. de Phrenitide, in meo 3. lib. Avicennæ & supra cetera Baptistam Silvaticum. Tenet enim isti Auctores, quod bilis adusta, & melancholia adusta sint humores maxime frigidi. Est igitur asserendum iuxta principia Physica esse calidos tales humores, & posse calefacere cor; similiter & fuligines. Eadem siquidem est ratio: sunt enim quædam mixta, que maxime accedunt ad naturam ignis, ex efficacia generantis calidi, & ex dispositione materis. Sicut carbonem sine dubio sunt calidi, & sicci, quia fuerit producti actione ignis, & in tali termino constituti; & à posteriori, quia facillimè incenduntur: ita etiam fuligines. Quod respiciens Galenus, agens de generatione febrium putride dicebat, de Febribus, nisi putrida fuligo cor calefaciat, non accendit febrem putridam. Vt ergo putrida fuligo in statu morboso incendat cor febrem sensibilem, ita in statu sanitate accendit calorem præter naturam insensibilem, sed qui partibus sensum inducit.

Hæc ergo fuligines tanquam calidas præter naturam, insensibilem naturam per pulsum, & respirationem, ne cor perpetua sensibile febre corripatur, & tabescat, celeritate. Atque adeo existimo esse numerandas inter causas senectutis, que inevitabiles sunt.

Sed eleganter dubitabitis, si per pulsum & respirationem insensibilem, quomodo possunt tantum malum causare? Dico, non. Putredine, quod tollitur in corpore, & quæ fit ab illis impressa, etiam insensibilem in totum

Resistantur
Mercurio, &
Silvaticis.

Galenus.

Dubium.

porc, & iterum generantur nouæ fuliginæ; & in hoc circulo tota vita transigitur, & morbo physico laborat cor. Accedit tamen tempus, in quo membra respirationis propter siccitatem non obediunt potentia motiue, ut oportet; & sic non fit perfecta ablatio fuliginum, neque debita attemperatio: præcipue eo tempore, quo maior quantitas excrementorum cumularunt. Et ex consequenti fuliginis magis agunt in cor, & ad senilem marcorē coad iuuant.

Aliud verò puerile argumentum Nil est in corpore corde calidius; ergo fuligo non calefacit cor) habet facilem solutionem; nam inter membra calidius est cor, sed excrementa plura inueniuntur calidiora. Imò, & spiritus vitales ab ipso corde generatus est calidior. Sed de hoc interius.

CAPUT VII.

Ad quid Auicenna dixerit, pituitam esse causam senectutis:

Ad quartam causam.

SVpè diximus cum nostro Auicenna, pituitam esse causam morris naturalis: habet tamen aliquam difficultatem; nam mors naturalis accidit ob siccitatem, & frigiditatem; & quia principia generationis fuerunt calida, & humida, necessario per contrarias causas debebat accidere. Sed pituita potius humectat partes: ergo non disponit ad mortem. Sic enim Galenus libro de Marcote, & de Senilitate tuenda, humectare corpora præcipit, ut senectus retardetur, & interitus naturalis dilateretur. Neque sufficit dicere, quòd pituita non humectat substantiæ, quia hoc erit necessarium pro reparatione senectutis. Non, inquam, sufficit: quia Galenus balnea laudat, que qualitate solum humectant, disponunt enim partes ad substantiæ reparationem. Ergo similiter pituita frigida, & humida partes humectabit. Præterea, quia pituita magis apta est ad humectandum substantiæ, quia est humor alimentitius. Ergo si balneum prodest, & retardat mortem, multò melius pituita. Sed

audiamus textum

ipsum.

(1)

TEXTVS.

ET postquam sic est, oportet necessario, ut materia destruat, & calor extinguatur. Et præcipue cum ad eius extinctionem adiunetur propter materiei defectum alia causa. Et illud est humor extraneus, qui accidit assidue: propterea quòd cibus priuatur digestionem, & adiuuat ad extinguendum ipsum duobus modis, primo, suffocando & tependo; alio, qualitate obnuando: hic enim humor est phlegmaticus frigidus.

PARaphrasis huius Textus talis est, quòd dicitur cause concurrunt ad senectutem, & materia caloris naturi destruitur, & ipse calor extinguatur. Quòd apparet in pituita: hæc enim assidue aggregatur, quia ex alimentis semper aliquid refluxit conditionem, & præcipue in arate declinante. Dupliciter igitur corruptis calorem pituitæ & qualitate frigida, tanquam contrario positio, & per se; & sua quantitate tependo, & obtundendo vias expunctionis. Est enim hæc pituita frigida, crassa, & adhaerens partibus.

Quam doctrinam expressè desumpsit Auicenna ex Aristotele in libro de Inuenture, & Senectute, Morte, & Vita, & in Problem. solutione 1. Problem. 5. Sed isti textus Aristotelis illius sunt, & indigent peculiari consideratione. Soluamus argutias propositas, & statim ad Aristotелеm accedemus.

Dico, pituitam esse causam senectutis duobus modis propositis ab Auicenna, & quomodo aliquo modo humectat, est manus damnatum, quòd facit infrigidandum, & remittendo calorem naturum, & suffocando, & impediendo ipsius ventilationem. Balneum verò non ita: nam humectat sine damno refrigerationis sensibili, & non obturat poros omnino illas aperit, ut exeat excrementa; & laxat partes, ut penetrant alimenta. Balnea vero, que frigiditatem sensibilem possunt causare in senibus, eruditè satis damnantur à Galenolois citatis, libro de Sanitate tuenda, & lib. de Tabæ.

Aristotel.

Galenus.

Neque

Neque pituita illa potest nutrire senes: quia calor, qui ob suam imperentiam, illi ita relinquere crudus, & viscosus, nimis poterit illam euincere, in sanguinem conuertere, & ad naturam viuentem transformare: ergo rectè Aui. inter causas senii, & mortis, pituitam annumerauit.

CAPVT VIII.

Contra explanationem Leonis Thomæ illustratur locus Aristotelis. Galenus amice exponitur, sicut morosè posses redargui.

Aristoteles paucis verbis duas causas senectutis edocuit, & mortis naturalis, in lib. proprio de Senectute: ad quas bene possunt reliquæ reduci. Cum enim vita permansio sit calida in humido, tot erit caude interitus & senectutis, quot fuerint modi corruptionis caloris. Calor autem, sicut videmus in illo igne quo utimur, duos habet interitus aut enim à contrario extinguitur, & appellatur corruptio per se, à frigido scilicet: aut deficit defectu pabuli, quod ab ipso igne consumitur, & appellatur quædam extinctio, & senectus, translatiue tamen. Accidit autem, ut eadem causa eandem faciat corruptiones, v. g. frigidus, quod per se corrumpit calidum, impedit coctionem alimenti, & deficit pabuli, ut combustibilia etiam impedit, ne ardeant. Secundo, etiam potest contingere, quia calidum ita potest contrahi, & cogi, ut coctio fiat in siccioribus partibus, spiritamentis claris, ne sua ventilatio. In quo casu tanta est calidi ignis, ut consumat sicut pabulum, antequam accedat ventilationis medela. Sicut magna flamma consumit materiam vicinam, & non solum illam consumit, quia arripit alimentum illius, sed etiam, quia ipsam iam ardere quasi exurit. Tanta est vis ignis, copiosæ, & vni ad vnam effectum. Hæc sunt verba Aristotelis, quasi paraphrasi extensa. *Quæ videt Auerroes, & ad suam sententiam transiit.* Duo tamen facturi ad eius illustrationem. Primo, Leonium Thomæum testem, qui non intellexit eandem mentem Aristotelis. Secundo, Galenum à caliditate vindicare conabor, qui in libro de Marasmo ex professo discedit à doctrina Aristotelis: ad bonum tamen sensum illi traducere intendam.

Aristoteles alibi docuit, nil posse consumi nisi à contrario, i. Physicæ. com. 47. & 1. de Cælo, sec. 20. Quæ famosa propositio est vera, sed cum quadam limitatione. Non enim omnia, quæ corrumpuntur, à contrario id patiuntur, sed solum illa quæ habent contrarium: & illa non semper, sed quando corrumpuntur per se: possunt enim corrumpi ex accidenti, ad corruptionem subiecti, ut color, aut aliud accidens. Alia verò sunt, quæ corrumpuntur, neque à contrario, neque ex accidenti defectu subiecti, sed defectu cause conferuantis, ut lumen, quando Sol discedit, aut aliud luminosum. Ex his omnibus Aristoteles in igne duos inuenit modos corruptionis, vnum per se à contrario, & appellauit extinctionem: habet enim ignis aquam pro contrario sibi opposito, aut aliud, quod conueniat cum aqua. Secundo, corrumpitur ex accidenti, defectu pabuli, & combustibilis. Est autem satis cognita differentia inter causam per se, & per accidens.

Leonius Thomæus in suo Commentario credit, Aristotelem vnam solum causam recitasse: quia, inquit, semper frigidum extinguens calorem, etiam impedit coctionem, & ex consequenti aufert alimentum. Ergo Aristoteles vnam solum causam adducit, quæ vtriusque faciat.

Sed reuera Aristoteles duas causas satis diuersas enumerauit, nec confundi vobis, nisi ex accidenti. Prima est extinctio à contrario per se: quod præcise nil aliud habet, quam contrarietatem suam contrarium, sit, vel non sit pabulum, ut aqua extinguit ignem, contrahendo calorem, & siccitatem, sine vlla altera rei cause ratione: ita immitit nosse calor corrumpitur à frigore. Alio modo deficit calor tanquam accidens, quia colligit illius subiectum. Et quia in viuentibus humidum est præcipua materia cui inest calor, ergo quanto humidum etiam deficit calor: & hæc diminutio dicitur marcor, & senectus. Hæc autem due cause sunt condillectæ, quod patet ex illarum definitione. Et præterea probatur, quia marcor est calor proprio deficitus à contrario existente proprio humidum. Id enim significatur Aristoteles, quando dicit: Ignis marcescens ad consumptionem proprii combustibilis: & in viuentibus calor ad consumptionem proprii humidum. Præterea, quia extinctio reperitur sine marcore, ut quando ignis elementaris corrumpitur ab aere frigido, aut ab

Aristot.

Leonis Thomæus in part. natural.

Aristot.

aqua i ubi enim nullum est pabulum, nulla consumptio alimenti, sed pura contrarietas qualitatam. Ergo similiter in nostris corporibus poterit aliqua causa remittere calorem sine hoc, quod simul impediatur coctio: poterit enim offerri alimentum facilius obediens, & concoctionis respectu illius calorem diminui. Et ita in termino ad quem, bene erit facta coctio, & nihilominus calor patietur suam gradum extinctionis. Ergo fatendum est esse diversas, & distinctas causas, ut Aristoteles posuit.

Præterea constat ex ipso modo loquendi Aristotelis: postquam enim posuit duas causas distinctas, inquit: Accidit autem propter eandem causam fieri corruptiones Satis aperte declarans, esse distinctas causas, sed posse coniungi in viam, ut suis exemplis probat. Mercedo ignis elementati est eius senectus, ob paulatimam sui combustibilis consumptionem: extinctio est violenta illius mors à contrario frigido. Eadem tamen frigiditas potest extinguere calidum, desumendo alimentum ipsius, & dicitur violenta mors secundario, sine ex accidenti. Itaque, quæ incipit ab extinctione caloris, est simpliciter corruptio à contrario; quæ incipit à diminutione humiditatis, est senectus. Et utraque potest oriri à frigido, modo explicato.

Cum vero Galenus Metaphysicam non colent, ut rectè aduertit Scaliger, non mirum, quòd nec illius causas mortis rectè penderit in libro de Tabe. Non enim memorat differentias caloris, & animæ directiones, & instrumentorum eleuationes: non erant hæc ad curationes necessaria, & forsitan omisit. Flammam adduxit Aristoteles, ut per similitudinem declararet nostrum defectum ad mortem propertantes: non verò ut idem, quod contingit in flamma, contingat eodem profus modo in nobis. Quòd verò ita excolit Galenus, calorem nostrum semper censente, neutquam corrumpere; explicandum est de calore nativo, & radice cuiuscumque partis, ut ego probavi: de calore verò nativo influenti in partem vicinam, & de calore cordis in alias partes neutquam probat, sed contra sensum loquitur, ut supra probatum est.

CAPUT IX.

Brevis discursus contra Montanum afferentem materiam primam cordis esse causam mortis naturalis.

Satis diffusus poterat esse iste discursus.

Sed quia multa suppono ex 7. Metaph. aperiam mentem Montani, & fundamentum eius, & sine illo labore contract antiquus iste error. Quidam Philosophi, ut Albertus Magnus, posuerunt in materia prima quasdam inchoationes formati, quas appellant rationes seminales, ita ut in utraque materia sit inchoatio quædam alterius formæ: non enim poterant aliter explicare illud dictum Aristotelis: Materia machinatur ad maleficium, ut meretrix alterum, & alterum virum inquirens. Atque ut materia posset ad aliam, & aliam formam consequendam ex se ipsa quomodolibet moueri, posuerunt in ea quædam initia, & sensibilia exordia formæ venturæ: & ex consequenti latitantes in illa omnes formas secundam esse formabile, & actuabile à generante. Montanus noster in isto libro lect. 16. istam veterem opinionem amplectitur cum Michaeli Ephesio, assentente in materia esse aliquod contradictionis adiutur, per quam accedit ad nouam formam. Ista verò imaginatio est omnino falsa, & satis reposita à S. Thoma 7. Metaph. & 12.

Quodcumque enim considerent in materia prima isti Auctores, tenet se passiuæ, & neutquam potest alime conducere ad corruptionem; solam enim est ille appetitus indifferens ad formas. Si verò est aliqua limitatio ordinata ad aliquas formas contrarias id totum dependet, & causatur ab extrinseco. Igitur materia prima cordis non habet aliquid peculiare, sed sicut potentia quædam respicit actum: finalitates vero illius sunt à generante. Si verò considerat Montanus materiam cordis, ut materiam mixtam, tunc iam confundit alia causâ satis diuersâ, quæ sumitur ex natura mixtionis, & qualitatam actiuarum. Secundum vero istam considerationem satis philosophati sumus de causa mortis: nullo tamen modo est in terio scienda de materia prima, ut malè putauit Montanus, quia agimus de principio animæ corruptionis, non de passiuo. Et in tota ratio

Montanus.

Albert. Mg.

Michael. Ephesius.

S. Thom.

Galenus.
Scaliger.

Aristoteli.

disputandi desoluitur ad naturam, & modum mixtionis contrariorum. Si autem formas edicendas ponit Montanus existere in materia confesse, & secundum esse formabile, ut posuit Albertus dicit impossibile, & excusat antiquam illam Anaxagorae opinionem de Epiphania formarum, expulsum ab Aristotele. Sed in particulari contra Albertistas S. Thomas 7. Metaph. & alii in locis. Tamē ad punctum de quo disputantur, est prioris impossibile modus dicendum nam si est aliqua forma in materia, impossibile est ut suam materiam moveat, & alteret, ut se manifestet, & obducet aliam coexistentem. Quo enim modo poterit effectivē enipere, cum nihil agit in se, & à se per se primo? Si vero Albertistas se habuerint, & dicant non esse formas, sed inchoationes formarum, etiam hoc est impossibile, nam inchoatio ista nihil aliud potest esse, quam aspiratio quaedam, ergo non poterit effectivē aliquid producere, aut corrumpere nam nihil agit nisi in quantum est in actu. Ergo cōsēta illa inchoatio non potest esse causa activa alicuius effectus, aut generationis, aut corruptionis.

Unica ratio fundamentalis Montani (præter dicta) fuit: nam cum ignis sit corruptibilis, à quo nam corrumpitur sub cōcauso lux, si ab extrinseco non accedat causa contraria? Ergo cum sit corruptibilis, dicendum est à sua potentia corrumpti. Et ob id dixit Aristoteles, quod omnis potentia habet in se contradictionem. Si igitur materia ignis habet potentiam ad contradictionem, ab illa corrumpitur ab intrinseco. Et hinc colligitur, quod illa potentia non est primario, sed activa est, licet remissivē tantum agit ad educationem forme contrarie. Iste est discursus Montani de verbo ad verbum: sed totus est falsus, quia non intellexit auctor iste quomodo potentia habeat contradictionem, cum non legerit 7. Metaphysicæ tex. 22. & 51. loquitur enim Aristoteles de potentia passiva contrariorum receptiva hoc enim significat potentia contradictionis. His tamen verbis fasitrellē intelligitur potentiam talem inchoare activē, aut habere à se effectivam inchoationem forme. Igitur ignis purus est corruptibilis ab extrinseco actu, & à passivo proprio, ita ut si nihil accedat extrinsecum, non corrumpatur. Aliter verò dicendum de igne non puro, de isto scilicet quo vrimur nam corrumpitur ab alio, ut à se ex accidenti consumpto combustibilis. De puro enim dicebat Averroes,

quod non consumit propriam materiam. Argue adeo non solum impertinens, sed falsum est adducere materiam primam eodis, ut causam activam corruptionis naturalis.

CAPUT X.

Dubitatio noniter exulta, quo pacto motus localis elementorum ad senectutem conducat. Locus Aristot. illustratur: contradictio in Ametris advertitur. Quidam Neutrici recyriantur.

UT peripatetice dicaturam: dubitationem auget contemplari, non sinitur esse philosophandum de qualitatibus alterariis, ac de motibus. Quia mixtum ab elementis prædominante motum vivum locum respicit naturaliter, & non plus, à quo nisi violenter, aut supernaturaliter duceri non potest. Quibus ergo concedamus reliqua elementa manere cum suis qualitatibus motu, tamen cum remaneant potentiori virtuti subiecta, non agent ad interitum.

Et à posteriori roboratur, nam grave per totam suam durationem tendit ad centrum; ergo elementum prædominans ita movetur, ut reliqua nihil remittant; si eam remittit, quomodo lapis, aut aliud grave similes gravitas nonc sicut ante nullē, ut nos quando genitum fuit? Ergo qualitates motuæ non agunt inter se ad interitum mixti.

Secundo, quia superius probatum est qualitates activas in eadem parte in qua sine nobis agere efficienter, quia implicat, ut ibi probatur, quod aliquid moveatur ad id quod habet egegnem idem dicendum de qualitatibus motuæ: sunt siquidem in suo ordine ad motum aut declarandum, quod sit discrimen inter alterarietas, & motuæ, ut illa moveant suam partem, illæ verò non.

Tertio, quia alterarietas qualitates conducunt ad plures actiones mixti, & mixti viventis, ad traditionem, coactionem, & cetera, tamen gravitas, & levis ad nihil aliud ferunt à natura nisi ad locum designandum. Cum igitur dictum sit omnia mixta sua se ea habere sibi debita ab elemento prædominante, otiosum est ponere controuersitatem motuæ. Quo nulla alia actio expectatur

Fundamentis Montani.

Aristoteles.

Discursus Montani fundamentum.

expetitur nisi motio ad locum, hac autem à prædominio, & mole elemēti vnius semper fit.

Conclusio.

Contrarium tamen probabilis cenſeo, & ad ſenectutem inducendam concurrere contraoperantiam grauitantiam, & leuitantiam partium correspondentium elemētorum. Itaque pars terra sine dubio ducit ad ortum ſepulchri, pars ærea, & ignea ducit ſimiles portiones ad ſphæras proprias, vt tandem diſſoluantur vtra, & concors diſcordia, & tribuatur vnicuique elemēto quod ſuum eſt, iuxta noſtram explicationem ad textū Hippocratis: Vnquodque ad omnia, & omnia ad vnumquodque.

Ariſtot. 2. de Cælo, cap. 6. noſtram amplectitur ſententiã, probare in eodē vniformitatem motus primi mobilis. Remiſſio aut inſerio motus accidit propter nouitatem aliquam in motore, aut mobili: de motore non eſt dubium quin ſit inſarigabilis, & æternus, & æqualis efficaciã: & ideo de illo non loquitur Ariſtot. de mobili verò, quod eſt ipſam cælum, aſſerendum eſt, quod cum ſit ſimplex carens omnino diuerſitate partium, non eſt vnde accidat præternaturalitas, & imbecillitas, in animalibus enim cum partes ſint in ſtatu præternaturali, ſiquidem forſale nulla illarum eſt in loco proprio, ideo imbecillitas accidit, & ſenectus. Iſte eſt diſcurſus Ariſtotel. quem Petrus Complutenſis ſi vidiffet, non ita laboreret, vt ſtatim dicam.

Coniunbricentes verò moderatè notandi ſunt: dicunt enim circa hunc textum, grauitantiam elemēta debilitare temperiẽ, debilitata temperie virtutem remitti, & ſenectutem ſequi. Sed reuera hæc dicta ſunt ſaris præter Ariſtot. mentem, vt iam explicẽ: quia remitti temperiem eſt vna via ad ſenectutem, qua tam multis modis fit, vt ſi præ vñum eſt, de qua egit Ariſt. 4. Meteororum, docens cauſas corruptionis naturalis mixtorum, at in lib. de Mort. docens eadē cauſas in viuente, quibus locis vniuerſa diſparatio eſt de qualitatibus alteratis, nec vñum verbum de mortuis. Locus verò iſte de cælo aliam cauſam ſaris diuerſam commemorat, conarum ſcilicet partium elemētarium ad propria loca, ita vt in hoc textu niſil de temperie, eſt ergo dicendum debilitari virtutem animalem, quantum integra ſit temperies: nã aliud eſt, mortuam animalem ſi accieſcere, aliud temperiem remitti, credendum eſt: quod videmus in deſectu influxus cerebri,

amittunt enim membra ſenſum & motũ, non mutata iſtorum temperie naruratiſſima, quantum infirmatur inſtrumētum animale, quidquid illud ſit (aut ſpiritus, aut qualitas, aut flux, aut directio, &c.) non neceſſariò debilitatur temperies, quia hæc nõ dependet ab illo, neque eſt contra: hoc dico de propria dependentia quoad eſſe, & quoad aliquam durationem: certum enim eſt ſpiritus animale eſſe rem permanentem aliquo tempore, licet, vt magis duret & conſeruetur indigeat alijs. Idem dicendum eſt de temperie, eſt enim permanens per aliquod tempus, indiget tamen conſeruatione ab alio, vt diu perſeueret, ergo quantum à grauitate animalis virtus deficere videatur, quia ſpiritus animalis deperditur, non inde ſequitur temperiem ſimil labefactari, aut immediatè poſſimiliter dicendum in quacumque ſententia de natura influxus cerebrum, quidquid ſit, non dependet vera dependentiã à temperie partis.

Præterea, quia grauitas, & leuitas non valent debilitare temperiem, quia non ſunt contraria, niſi forſan multum accidẽtaliſſe, quatenus applicant mobilia circa ſua contraria: ergo falſum eſt temperiem debilitari à grauitate, cum ſolum debilitetur per inſerionem, aut remiſſionem qualitatum primarum, proprie loquendo, aut primario.

Dubitabit: Vnde conſtat à poſteriori nõ prius debilitari temperiem? Dico conſtare ex breuitate reditus ad naturale ſtatum: quia animalis facultas deſecta ab onere grauantis, ablato onere beneuit maiorem trahit quantitatem aeris, ad miſtrandam maiorem ſpiritum, qui quomodolibet prius reſicitur, quam debita partium temperies.

Poſſumus tamen amicè interpretari Coniunbricentes. Quia philoſophamur loqui de temperie dupliciter, eſt enim temperies ad actiones, & temperies ad vitam. Qui ab onere deſatigari deficere videntur, amittunt aliquid neceſſarium ad temperiem pro actionibus, & ita coguntur ceſſare ab actione. At verò non neceſſariò debilitatur tunc temperies pro vita partium ſolidarum. Quia, vt dictum eſt, non habent connexionem neceſſariam, ſed ſecundario, & in neſſura certa: quia tantum poteſt abſumi de diſpoſitione neceſſaria ad actiones, vt tandem deficiat aliqua diſpoſitio ad vitam, quia in aliquo genere diſpoſitio vitalis conſeruat aliam. Et elarioris deo:

Deſectio Coniunbricentium opinionis.

Græc.

trine gratia: magis medicè loquendo, spiritus implantatus fouetur spiritu vitali, & spiritus vitalis materiam præstat animali: ergo si mensuram excedat dissipatio spiritus animalis, consentiet dissipatio spiritus vitalis, deinde dissipatio spiritus implantati, & tandem dissipatio mixtionis. Ergo bene dictum est ab Aristotele, quod grauitatis & leuitatis elementa conducunt ad senium, quia consumpto spiritu, reliqua debilitantur consequenter. Vnde nulla reprehensione digni videntur Combricenses.

Maiores habet difficultatem, quod aliqui nostri temporis contendunt, asserentes, virtutes motiuis non manere in mixto, vt expresse dicit acutissimus vir Petrus Garcia Complutensis venerabilis focus noster, in sua parte naturali, cap. 8. fol. 170. Argumentum illius tale est: Elementa non manent formaliter in mixto: ergo neque virtutes motiue. Quia ex diuersis primis qualitatibus non manet nisi vna sola sub determinato gradu.

Et confirmatur ex Aristotele 2. de Anima, cap. 4. vbi reprehendit Empedoclem, qui dixit augmentum plantarum fieri, quia terra exilens in radicibus tendit deorsum, & ignis exilens in ramis tendit sursum: ergo ex mente Aristotelis istæ virtutes motiue non remaneant in mixtis mouendo ad suas sphaeras.

Sed ista opinio difficilis mihi visa est, quia non est aliqua ratio, quæ possit probare, quod sicut manent primæ qualitates in aliqua mensura, non manent etiam grauitas & leuitas. Nam quod generetur vna certa qualitas ex extremis, hoc non tollit quod vna pars sit grauior, & altera leuior: sicut vna est frigida à predominio, & altera calida.

Aristoteles autem meritiò reprehendit Empedoclem, quia opus augmèri vitale, & procedens à principio vitali tribuebat ille philosophus grauitanti elemento, & leuitanti. Quasi vnumquodque elementum positum in extremo plantæ, alterum in radice, alterum in folijs excederet, & dilaretur plantam versus contraria loca. Putabat enim Empedocles partes inferiores esse terreas, & superiores esse igneas & aereas. Aristot. è contra in vnaquaque particula aliquid, quod leuiter, & aliquid quod grauius, consistebat. Augmentum verò, quia viride opus, nõ solum sursum, & deorsum, sed ad omnem loci positionem fieri: quod differt à naturali,

Igitur sine dubio conclusio nostra supra posita vera est, iuxta ea, quæ hic & in questione de partibus demonstrauimus.

Oportet tamen explicare aliqua difficulta, & circa locum Aristotelis adductum, & circa ea quæ dicta sunt. Quæ vt clariora euadant, quædam dubia proponemus.

Primo dubitabis: Quo pacto elementa mouent mixtum ad sphaeras proprias? Respondetur, quod partes, quæ correspondet elementis per virtutes ibi derelictas habent mixtum ad loca naturalia, grauitando, & leuitando. Quamuis contingatur alio modo ab anima, hanc tamen propulsionem non potuerunt omnino amittere, quia nec ab anima potuit coerceri, & impediri, cum sit pure naturalis, & propria essentia conueniat. Neque est aliquis potentia animalis vitalis, vegetalis, aut si quæ est alia, quæ valeat effectum talem impedire. Quod ex eo orti intelligo, quia iste talis conatus non dicit repugnantiam cum forma mixti.

Est tamen maximum dubium, vt quid grauitas suauiter partem, in qua est, moueat, calor verò non suam partem calefaciat? Responderi potest in doctrina Aristotelica, quod motus ille localis naturalis procedit à generante mouente vt quod à grauitate verò vt quo; recipiturque in ipso mobili tendente ad perfectionem quam non habet: calefactio verò est impossibilis in parte propria: quia calor à quo, poterat procedere, & terminus ipsius, quod idem est, sine dubio est vt forma quietata: poterit siletem mouere ad alias perfectiones distinctas à se in quantum instrumentum animæ, ad accretionem, nutritionem, &c. Tamen ad id quod iam est in parte, actualiter est impossibile vt moueat. Et ita necessarium est, quod partes in nostris corporibus grauiuer, & scilicet mensurat virtute elementis ad loca naturalia, non tamen vt se calefaciant, nam quantum ad calorem id dedit illis generans debitam sibi perfectionem, non tamen quantum ad locum: & ita oportuit, vt per qualitates motiuis illum quærerent. Quod respiciens Aristot. dicebat in textu citato: Partes animales sicut se non sunt in proprio loco: quod venit intelligendum de partibus animalis in quantum predictas qualitates motiuis participant ab elementis, non tamen in quantum animæ imperio gubernantur.

Sed dubitabit aliquis, quia quando generans vitale sibi simile prodirit, sicut dat qualitates primas ad conseruationem generati, ita & secundas: ergo sicut dat calorem

Primum dubium.

Dubium 2.

Dubium 3.

Law Petri Garcia Complutensis.

Explicatio lo. Aristot.

qui non corrumpit partem in qua est, dabit gravitatem, quæ contra imperium animæ non ager ad intentum.

Respondetur, quod generans vitale maximum interualis differt à generate, quod solum producit gravia & leuia. Nam illud circumferibit generata ad loca propria tãquam ad propriam perfectionem, & ob id tribuit virtutem motiuam, vt finem suum consequantur. Ad verò generans vitale, attende quid dicam) vt tale generans est, solum habet pro fine, vt procedat à se uiuens in similitudinem nature, & solum intendit perfectione uiuentis, quas potest dare in instanti generationis, aut postea. Grauitate autem, aut leuitate non prouenit ab illo generate vt tale est, sed in quantum participat virtutes elementares motiuas sibi subordinatas. Iste enim ubi cumque reperiantur, semper agunt ad suas sphaeras quantum est ex se, licet transiant ab vno in aliud corpus uiuens. Vnde generans vitale præcise loquendo non imprimi generatio impulsam, aut motum grauium & leuium, quia eorum hoc supponit imbitum in ipsis partibus mixti, quod vitalitati unitum est. Ita vt possimus dicere, quod moueri ad loca elementorum per proprias virtutes motiuas grauium & leuium, habeant animalia non vt animalia, sed vt elementata. Ita vt perueniret à primo animali in posteriorem, vna, & altera grauitas, quæ moueat in virtute primi elementari ad perfectionem localem. In calore vero id non contingit, quia (vt dictum est) non habet terminum ad quem moueat præcisam illam partem cuius est forma.

Sed obijcies (& acutè satis) iste calor originem habet ab elemento ignis, sicut grauitas ab elemento terræ. Ergo non est maior ratio quare grauitas moueat ad centrum, & calor non moueat ad vltiorem intentionem: ergo sicut fatigatur virtus à grauitate proprie partis, ita potest resolui ipsa pars à proprio calore, & moueri ad naturam ignis. Et ita senectus, & mors naturalis eueniant ab omnibus qualitatibus elementaribus.

Dico, maximum esse discrimen inter primas qualitates, & grauitatē, & leuitatem, licet omnes ab vno principio elementari procedant, quia motiuæ localiter semper, & in quacumque mensura sint tendunt ad suas sphaeras. Alteratiuæ verò complent suam perfectionē intra proprium maximum, licet remota ab illo principio à quo efficiantur, neque ad illud dicunt ordinem im-

mediatum, & nec efficiunt, sed tantum complent dispositionis munus ad formam cōseruandam, iuxta leges proprias ipsius forme: & ita quarum omnes reguntur ab anima animalis, diuerso tamen modo, quia voluntas aut appetitus mouet brachium localiter cum sensu grauitatis, aut ad iniquet grauitatis ad centrum nam aliter moueret sine labore, & absque vilo dispendio: ergo signum est semper grauitatem aspirare ad suum locum in quocumque gradu, aut mensura sit talis grauitas.

At de calore inquam sic possumus philosophari. Quod patet, quia calor numquam potest per intentionem coniungi cū suo principio elementari à se ipso, non enim duo gradus possunt fieri vt tres, neque tertius potest accedere ad quartum, nisi accedat intentio recepta ab aliquo agenti extrinseco. Ergo calor, vt calor non aspirat ad formam ignis ex propria natura: nam illud quod naturale & intrinsecū est, cuiuscumque gradus forme qualitatiuæ debet competere) solus verò extremus calor dicit connexionem cum forma elementari, & illam inducit, aut sequitur. Quod non contingit in qualitate motiuæ, quia quicumque gradus grauitatis dicit connexionem, & propensionem, vt cōiungatur summo graui, aut vt tendat ad centrum: atque adeo hanc exillimo esse rationem, propter quã grauitas membrorum moueat ad centrū, & calor non moueat ad ignem nam calor non potest ad ignem moueri, nisi se ipsum intendat: grauitas verò sine noua intentione suam partem mouet, licet si intendere-tur ab aliquo, cōduceret ad velocitatem in descendendo, & ita anima assumit illas qualitates modo, quo melius possunt assumi, & dirigi licet a quibus debilitetur virtus, aliquibus verò non.

Itaque explicui quantum intelligo differentiam inter calorem, & grauitatem. Quamuis igitur certa grauitas & leuitas sint necessariæ in nostro corpore ad nostram cōseruationem, cum hoc tamen fiat, vt cōducant ad nostram senectutem nam (vt dicebam in principio) huius tractationis cum D. Thoma) agunt illæ qualitates contra propensionem virtutis cōseruatiuæ nostri corporis, licet agant cōiormiter ad naturam vniuersalem.

Vnde licet multis modis explicetur locus illi Job 7. *Quare me posuisti contrariis locis tibi, & fallax sum mihi metipsum grauis* 1. physiol. sic tamen, & suas literaliter explicatur, & ad nostrum textum dissociandum quod dicitur

diceret diuinus vis Deus meus simplicissimus, & purissimus, actus omnis compositionis imaginabilis, aut intelligibilis omnino expers: me miserum hominem omni compositione, & contrariatione multiplicitate formatum composuisti. Vt tu Domine sis vitium extremum simplicitatis, & puritatis, & ego alterum extremum compositionis impuritatis, & miscellae contrariationis: vnde non possum ferre pondus istud affectuum in anima, & elementorum in corpore. Factus igitur sum multis modis mihi metipsum grauis.

In statu primi hominis felicissimo non poterat talis excitari querela; manentibus enim supernaturalis illa virtus grauitatis elementa, & discordes animi passiones, ne debilitarent neque erat homo sibi metipsum grauis, quia neque contrarius Dei voluntati; tamen postquam summi creatoris neglexit gubernacula, ut perturbauit ordinem rationis, & animi, & corporis inordinauit affectus, omnes partes componentes, omnes animi passiones, omnes causas extense, & interne pro creatoris ad vindictam conuenient, ut intelligeret hominem quam miser sit sine auxilio diuino, quibus contrarius ageretur iam grauitans ad sepulchrum ut terra, leuitans ad aera ut fumus. Tandem ad tam varia loca metastabilis creatura percellitur, quot sunt, & componentia corripibilia, & obiecta impari iactatione versantia.

Tamen argumenta in principio huius disputationis fuerunt proposita, quae pro tyronibus solum iohannem desiderant: nam alij satis aperte colligunt ex dictis quid respondendum sit.

Ad primum dico, quod quamuis verum sit, mixtum moueri à porcionibus virtutis elementi predominantis in quantum mixtum, tamen totum hoc est contraoperari aduersus naturam, & propensionem animae, quae tale mixtum gubernat. (Loquitur enim in illo discursu de senectute viuentis, non de mixto, vt mixtum est: cum igitur anima appetat tanquam sibi & toti conueniens, continere partes sui corporis in loco debito: clarum est, quod tendere ad centrum, & leuitare vique ad conuulsu habet sit contra conseruationem propriam: licet partes vt elementata appetant discretum locum, tamen animae semper illas continere ad viuentis perfectionem participandam adhuc in ordine ad locum.

Neque dicimus, quod leuitas, & grauitas ita agant inter se, vt caliditas, & frigiditas.

Non tale somniamus, sed asserimus, quod partes leues, & graues propriis ponderibus figuntur anime continentis, quod maxime facit ad senectutem: nam leuis sua exhalatione, & motu sursum figuntur motuque virtutis compulsionem. Graues verò riuor, & depressam videntur trahere facultatem. Vnde partes, quae continuo evaporant grauiiores & tenuiores, reliquas deserunt. Itaque motus in mixto non certant inter se, vt se remittant, sed certant pro loco proprio.

Ad secundum argumentum satis explicatum est discrimen inter motiua & alteratiua: nam motiua mouent ad locum quem non habent, alteratiua, cum sine forma quiescat suauum partium, non possunt illas mouere ad id quod iam habent.

Ad tertium iam dictum est, quod non possumus contraoperariam sensitiuam imitantium & grauitantium inter se, sed respectu motiua animalis, aut respectu formae viuentis, vt declaratum est in responsione ad primum.

Ista verò causa senectutis, de qua tam longum habuimus sermone, ita placuit aliquibus Peripateticis, viderent hanc solam causam esse verioris: & Auerroës dixerit esse manifestam, quasi reliqua, de quibus actum est, sint obscure.

Sed antequam discedamus ab istocapite, animaduertere oportet quosdam in Auerroës contradictione, à mislo, quam legitimus, anhoratam.

Nam in explicacione huius textus Arist. 2. de Caelo, quem illustramus, inquit Auerroës, rationem Arist. esse per se manifestam. Tamen in paruis naturalibus agens de morte, & senio inquit Arist. causam senectutis, & mortis naturalis ad quatuor partes referre, calorem scilicet & frigus, scilicet & nequitiam ad quatuor partes motiua grauitatis, & leuitatis. Legere oportet Auerroës, vt luce clarior consuet contradictionis. Neque scio quomodo istum amicum explicem, cum platum sit Arist. in libro de Caelo equate de elementis, vt localiter motiua. In libro de Orru & Inerita, vt de principis alteratiua. In libro de Senectute de viuentibus elementorum ad huiusmodi dispositionibus ad mortem viuicis. In 2. Meteororum de eorumdem qualitibus in ordine ad passiones mixti, vt mixtum est: atque adeo ratio Arist. in libro de Caelo sicut habet similitudinem ad motum localem, & rationes libri de Senectute suo nobis suspicant à motu alteratiua in viuentis, scilicet.

Iam Avicenna vterius progreditur ad alias causas senectutis, & mortis naturalis indagandas.

CAPUT XI.

Avicenna efficaciter probare intendit, hominem esse mortalem; contra Galenum & alios, qui putarunt sola experientia constare. Obiter Symphorianus reijcitur.

TEXTVS.

ET defectus natura, ad resistendum illi toti super. Omnes virtutes corporis sunt finita. Amplius si hac virtus infinita foret, & semper per mutationem in corpore faceret eius, quod dissolvitur aequaliter, & uno modo dissolutio tamen uno modo non esset, uno semper quotidie aueretur, & corpus dissolutionem tollerare non posset, & dissolutio humiditatem finiret. Quanto magis cum duae res se iuuent ad minorationem faciendam, & retrocedendum. Et postquam sic est, oportet necessario ut materia destruat, & calor extinguatur.

Galenus lib. de Maraf. adducit historiam illius Philosophi, qui iam quadragenarius dicebat, hominem posse mortem & se nequam curare & composuit librum de Admiranda infenscibilitate: iridebatur autem ab omnibus, quia licet octogesima annu trigesimae, iam quasi morti proximus cadenterosus apparebat, et signa faciei moribunda illi compererent; naus acutus, oculi concavi, aures frigidae, tempora collapsa, &c. Cum itaque experientia conclusivideret se sempiternae eternitatis de immortalitate, dicebat non omnes homines hoc beneficio potuisse illos solum, qui statim ab incubabulis optinam nutrimentum, & lectulam modum viuendi contingerentur; neque hoc solum sufficere, sed oportere naturam ad id optime constitutam esse.

Colligitur autem ex Galeno, non posse seiri demonstrationem ad probandum hominem mortuum esse, sed experientia id constare. Avicenna vero, qui (ut ego sentio) in Philosophia & Metaphysica inter omnes medicos excellit, aliter sententiam putat, ut in his textibus apparet, ubi probat hominis mortalitatem.

Sed antequam ad illius mentem explicandam accessum non possum silenter praeterire, quae Symphorianus Capiegus lib. 3. Historiar. scripsit in hunc modum: *Experientia non docet, senectutem, quae admodum & mortem esse necessarium. Est enim moriendi necessitas, quod videlicet ex contrariis consistens elementis, quae assidue agendo, & patiendo corroduntur. Verum hac ratio breuitatem quidem vitae, mortalitatem vero non sentit. Constat enim durare non posse, quod assidue deficit. At si non ex contrariis elementis, sed ex una tantum plasma retur corpus, elementorum contrarietas ablata esset, non tamen mortalitas. Corruptibile enim est corpus, sicut ex duo elementis consistit, sicut ex pluribus: ipsa namque elementa supra natura morti, & corruptioni subiecta sunt. Non enim puto, aquam si sola esset in mundo, & ab aliorum elementorum contrarietate libera fore incorruptibilem.*

In ista Symphoriani Capiegii sententia vnum reperio falsum quod dicat ostendi breuitatem vitae, non tamen mortem.

In hoc enim est manifesta contradictio, procedens ex ignorantia principiorum huius traditionis: nam ille Author non percipit, quod principia breuitatis vitae eadem sint, & mortis. Et argumentum non solum concludit absolute, sed ad hominem nam dicit, quod ratio illa sumpta à contrarietate elementorum, probat vitae breuitatem; ergo tenetur necessarium dicere, quod probet necessitatem mortis, nam ex eisdem causis utramque procedit, & motus, & terminus. Tu Symphoriane probas breuitatem vitae? Vale quid probas; nam concludis necessitatem mortis: quia aëris vitam esse finitum, sed finitum per ablationem finiti tandem absumitur, ergo vita finita per eius ablationem eadem finitur; nam, ut ais, quotidie breuior fit, quia corroduntur elementa, ergo deficit. Omnia praeterea, quae in tam longo discursu supra dicta sunt, nihil aliud probant, quam mortis necessitatem, dependentem ex incurabilibus causis senectutis, quae vitæ est ad mortem naturalem, quasi motus ad terminum.

Sententia Symphoriani Capiegii omnino falsa.

Quid causa breuitatis vitae, sicut etiam causa mortis, contra Symphorianum.

Valcat ergo Symphorianus, & ad nostrum institutum accedamus.

TEXTVS.

Et defectus natura, &c.

CAPUT XII.

Ista ratio, quam adducit Auicenna, est concludens ad probandam necessitatem mortis: Omnes virtutes corporee sunt finitæ; sed omnes virtutes conservantes nostrum corpus sunt corporee, ergo sunt finitæ. Virtutes corporeas appellamus omnes illas, quæ insequuntur necessitatio corpus, quales sunt omnes qualitates elementares primæ & secundæ, & omnes potentie, quæ illis medijs necessitatio operantur, ut proprijs instrumentis, quales sunt virtutes nutritivæ, augmentativæ, generativæ, & his ministrantur: quin & aliz virtutes animales cognoscentes, & motivæ. Cùm enim intelligentur organo corporeo, & magnitudinis finitæ, & qualitatibus finitis, & sint in corpore organico dependentes ab illo in esse & conservari, merito sunt corporee. De his igitur dicit Auicenna: Omnes virtutes corporee sunt finitæ efficacitæ. Hoc principio supposito, textus includit istam rationem: Omnes virtutes conservativæ sunt corporee, ergo finitæ, ergo dummodo sit contrarium per quod simantur, finientur: Sed necessitatio datur tale contrarium, ergo concluditur mortalitas corporis.

Querens autem Auicenna, quod sit istud contrarium, in superioribus plura recensuit, à quibus patiuntur virtutes corporee. Sed mihi aliam inducit in isto textu, dicens: Et defectus virtutis ad resistendum; & (ut addit Gentilis) ad resistendum.

Sed dubitabis: Quia defectus virtutis est causa privativa, debemus assignare causam positivam huius defectus? Rectè peris. Dico ergo, quod licet omnes causæ de quibus disputavimus, eundem defectum causent, quia omnes conueniunt in hoc, ut calorem nativum minuant, & debilitent, qui est commune actionum vivorum instrumentum: tamen in isto textu aliam novam adducit; quia posset quis dicere, Quamvis calor debilitetur, potest alia ex causâ corroborari, & restitui ad pristinum gradum per bona, &

quæ simillima alimenta: & ita conferuari poterit vita in eodem statu.

Ad hanc dubitationem respondet Auicenna, quod defectus nature ad resistendum illi tori, sit causæ potest servari ille status bonitatis. Quia natura non potest taliter resistere alimentis dissimilibus, ut in repassione non aliquid perdat. Ergo in termino ad quem nutritionis non est possibile, quod nutritum habeat eundem punctum caloris, quem habuit in termino à quo, aliis non repeteretur. Agit enim nostra natura ad suam restauracionem medijs qualitatibus remissibilibus. Ergo non poterit resistere taliter, ut non amittat aliquid in qualibet nutritione, & actione præcisi ad ipsam. Et quantum potest esse aliqua particula alimenti, cui resisteret calor taliter, ut non pareretur sensibiliter, tamen tori alimento non est possibile, ut resistat sine manifesta iactura, quæ paulatim ducat ad mortem. Et hoc insinuat Auicenna quando dicit: Et defectus nature ad resistendum illi tori, id est, ad resistendum omnibus partibus alimenti dissimilibus.

Et quantum vera est communis interpretatio Auicennistarum dicentium, quod deficit natura in resistentia respectu plurimum causarum quæ secessimus (Nam non potest tot causis, quæ vicissim, aut simul distemperant, occurrere, laboribus affectibus animi, actioni ambientis, contrarietate partium, &c.) tamen nostra explicatio suum locum tenet; quia si poneretur homo in summa quiete affectuum, & omnium causarum periculorum, ita ut non alteraretur, debet autem assignare causam aliam inevitabilem defectus: quæ certe à repassione alimentorum potest sumi. Nam licet consideres alimentum illud primum Perannie les celebratum (nisi ex alia superiori causâ suppleretur defectus), ipsum tamen erat dissimile, & debebat agere in calorem naturalem, & aliquid remittere. Itaque nulla est actio inter contraria, quæ non habeat eò: iunctam aliquam repassione: quæ tandem potest continuari, ut defectum canter. Atque cùm alimentum habeat partes diversas, per quas nobis est dissimile, sic videtur in termino nutritionis aliquid esse ablatum.

(2)

K

TEX-

TEXTVS.

Amplius si hac virtus infinita foret, &c.

CAPUT XIII.

IN illo text. vitium manum imponit ad cochledendum contra Galenum necessitatem mortis. Ratio Auicennae non potest diffuse declarari: quia in tractatu de Hæsticis, & de Restauratione humiditatis disputatum est quomodo semper corpus excrescat, quamuis augeatur. Et summariam quamdam doctrinam inuenies in hoc tomo in Hippocrat. text. 69. sed hic necessarium est aliquid dicere ad intelligentiam efficaciarum rationis Auicennae.

Sed primo notare oportet, quod ille textus habeat confessionem cum precedenti iuxta nostram explanationem; nam diximus, quod causa mortis sit impotentia virtutis, quæ finita est, ad restaurandum (sive sui remissione) quod perditum est. Nunc à fortiori efficaciter concludit. Nam si virtus esset infinita, & æqualiter, & eodem modo restauraret; cum hoc tamen homo necessario moreretur. Ergo à fortiori cum virtus finita sit, & in robore, & in duratione, & in modo, necessario interitus specari debet. Ratio huius fiat in hoc, quia nisi tota natura motu suo inuoluatur, non est possibile, quod virtus nutritiua, quamquam infinita foret, restauraret ad perpetuandam vitam. Quia siccitas ætatis non clauditur intra terminos huius infinitatis. Exemplum, declarat Auicennae intentum, nam parum refert agens esse infinitum, si alia ex parte deficiat aliqua dispositio necessaria, quam ipsum agens non supplet, aut non attingit, V. g. virtus infinita ad nutriendum non potest facere quod calor, & siccitas non sint celeriores in agendo, quam humiditas: quia quamuis sit infinita in nutrendo, non attingit alia quæ sunt diuersi generis. Igitur cum excrescat, & resolutio semper anticipant suos terminos, quia principia resolutiua, & calefactiua sunt actiua, hinc est, ut quamquam infinite restauraret, concluderetur necessitas mortis. Quod unico verbo dixit Hippocrat. in illo text. 69. r. de Diæta à nobis explicat, qui videndus est. Sed quia hæc sententia, & nosse discitur aliquas admittit obiectiones, clarioris doctrinæ gratia excitemus

XXX controuersiam mox soluto.

CAPUT XIII.

Num mors necessario eueniret, quamuis virtus nutritiua infinita esset, & æqualiter, & uno modo perditam repararet substantiam.

Negatiua pars videtur aperta: nam quomodo est possibilis mors naturalis, si nutritio sit semper æqualiter sicut antea? Tam diu enim viuimus quam diu nutrimur, ergo si semper nutriamur, semper viuimus. Antecedens illud probatur, si probatione indiget. Nunc uero necessarium, quia anima fiat cum tali humidi, & calidi dispositione, ut impossibile sit me non viuere. Ergo si altero die habuero illud idem humidum cum eadem dispositione, necessario uiuam (hoc dico naturaliter loquendo, supposita voluntate diuina) ergo similiter altero, & altero die, & sic in perpetuum: hoc autem est falsum; ergo textus Auicennae non est verus, nec eius explicatio. Exemplum est satis notum: nam si dolum plenum sit uino optimo, & hauriamus inde, semperque reponamus tantum, & tale quale extraximus, non est dubitandum quin illud dolum semper maneat in eodem statu, continens eandem qualitatem, & qualitatem vini. Ergo à simili si nutritio semper reparatur æqualiter, & eodem modo, immortales erimus.

Pro solutione illius difficultatis aliqua annotanda sunt, ut melius intelligatur subtilitas Auicennae, deseruique illa vitima meditatio ad claritatem maiorē eorum, quæ in tractatu de Hæsticis, & in r. de Diæta exarata sunt.

Primo notandum est (quod sæpius dixi) ex professo Auicennam voluisse probare necessitatem mortis contra Galenum sententiam philosophantem. Atque cum animæ intellectus immortalitatem defendere suo lib. de Anima, & 6. natural. par. 1. & iterum à parte post; neque diuinas animas admiserit; sed quod intellectus sit principium etiam nutriendi: quasi respondens tacite obiectioni, conficit argumentum, dicens, quod quamuis virtus nutritiua oriatur à principio æterno à parte post, & quæritur in illa causalitate, semper nutritio debeat procedere eodem modo, nihilominus tamē mors naturalis necessario adueniet. Sed relinquere nobis huius rationis explanationem.

Secundo

Secundò observandum est, quid intelligat Avicenna, quando dicit, Si virtus infinita foret: quò infinita est illa? Gentilis enim sequacibus dicit, quòd intelligit de extensione, & duratione, nõ de intentione; quasi dicat Avicenna: Quiaquam illa virtus sit aeterna à parte post, & semper operaretur, homo tamen moreretur, sed non intelligi debet de intentione, quia virtus si intensivè fuisset infinita, homo perpetuò viveret. Ita est mens Gentilis nobis tamen placet magis Avicennam asserere de omni acceptione infiniti, excepta rigorosa acceptione infiniti, quæ solum convenit Deo Optimo Maximo; de qua infinitate nentiquam loquitur Avicenna in ista argumentatione, quia infinitas divina omnè includit perfectionis infinitatè per essentia, quæ non potest pertinere ad rem creatã. Igitur infinitas intensivè in rebus creatis si daretur, propriè respiceret qualitates, quæ ex propria natura sunt intensibiles: vt sensus Avicennæ sit, Si per possibile virtus nutritiva esset infinita durationis, aut esset infinitè extensa per corpus infinitum, aut haberet temperamentum infinitè intensum ad operandum, nihilominus tamen non esset possibile taliter nutrire corpus, vt naturalis mors non adveniret.

His suppositis textus verus est, & probat efficaciter à fortiori immortalitatem. Nam si virtus hoc modo daretur infinita, necessariò mors deberet sequi; ergo multò certius erit mortem esse necessariam, quando virtus nutritiva prout in corpore, est finita durationis extensivè, & intensivè, & finitè, & corruptibilibus virtutibus instrumentis. Veritas autem huius textus, & conclusio probatur: quia certa humiditas est necessaria, vt anima corpori applicetur; non enim cum siccitate lapidea potest stare, nec in corpore terreo; ergo si per nutritionem quomodocumque fiat naturaliter, nunquam pro vita restauratur tantum, & tale humidum, quale erat in termino à quo nutritionis: deveniendum est ad tantam siccitatem, cum qua non possit anima corpus informare. Quòd autem terra, & finita humiditas sit necessaria, est evidens, nec eget probatione nam (vt dixi) nõ videmus animam informare terram, aut lapidem; imò repugnat tanta siccitas ad actiones vt tales; & ob id vita dicitur permanens calidi in humido. Demum ergo in principio generationis esse necessariò humidum vt scriptò v. g. clarè enim est, quòd nutritio fuerit legitimita ad reparandum humidum depet-

ditum, aliàs si non esset dissolutio humidum, non esset necessaria nutritio; corpus iam istud humidum vt sepe amittit vñò gradum humiditatis, & indiget illius reparatione, cum iam nõ habeat nisi sex gradus; nam cause omnes dissipantes, de quibus disputatum est, illum gradum septimum destruxerunt. Tunc sic Omne agens assumit sibi passum, quòd maxime contingit in nutritione; nam fit assimilatione; ergo membrum humidum vt sex, non est possibile, vt assimilet nisi quòd sex; nõ septimus gradus nõ est quò pacto producatur, cū ali mentu, vt alimentu est, à materia tantu operetur, & non à qualitate, vt medicamentu. Ergo si continuè exsiccamur, necessarium est, vt non possimus reparare partes omnes humiditas; sed membrum quanto terrefcius sit, tanto per nutritionem magis, ac magis confirmat terrefcitatem, quia assimilatur vt est, quòd sic terrefcius ob causas dissipantes; ergo reponet terrefcitatem, & ita per ipsam nutritionem propereat ad mortem. Hoc autem est necessarium, quamquam potentia nutritiva dictis modis esset infinita; nam ratione infinitatis non potest impedire dissipationem prædictam, neque potest facere, quòd agens non agat in quantum est in actu: quæ omnia prælabantur primo homini à virtute supernaturali, non à virtute nutritiva. Ergo esse virtutem nutriendi infinitam, non tollit necessitatem mortis, quia ista agit semper secundum membri dispositionem in quo est. Quòd enim prælatæ agens esse infinitum, si ad operandum assumeret medium quoddam limitatum, quò necessariò debebat actio limitari? Debent siquidem media proportionari sibi. Quid interest ponere nutritivam infinitam, si medium, quò operatur, sit terrem? Reparabit terrem, tendet ad sui inseritiam. Si Deus infinitus, Optimus, Maximus, ad terram generationis, vt prima causa, viret solo igne, non suppleto vices aliohum, proculdubio semper siccatio fieret, omnia ignita fierent. Ergo quantum nutritiva esset infinita, nõ est possibile, vt repararet humidum; si membrò quòd agit, siccitate pollet, reparabit semper, & eodè modo; nõ tamè dabit nisi gradum similem membro, vñò dum tanta siccitas repugnet cum anima.

Venam non declarant Authores, quæ sit ratio efficax ob quam semper crescat siccitas, ita vt nõ possit humectatio per nutritionem superare tantu dimum. Si enim hoc non explicatur, observans semper remanet

terris; nam dicit Anicenna, quod dissolutio, hoc est, exsiccatio humiditatis semper augetur. Sed quæ est ratio, propter quæ neque istura, neque ars possint tantum humectare, quantum exsiccat? Huic dubio satisfecit ex professo in tract. de Hæclicis. Inter philosophos tamen nullus adeo subtiliter philosophatur ac nosse Vallesius Cōtarranius, dicens, causas exsiccantes esse *operari in actu*, neque expectare aliquid ad agendum, & consumendum humidum nostrum; & præterea esse celeriores in agendo (scilicet calor enim, qui cum causis exsiccantibus coniungitur, est celeris actionis.) At verò cause reparantes sunt tardæ, quia prius debent alimentum, quod est in potentia nutritiæ, convertere, & facere, ut actu nutriat, & cōcētratur in nostrâ subtiliâ. Dum igitur fit, iam introducti sunt plures gradus siccitatis; itaque præcurrunt cause exsiccantes, & anticipant nostrâ corruptionem, ut cū devenit alimentum ad vitam infantis, non valeat totum perditum restaurare. Atque si volens istud alimentum taliter humidum exhibere, ut exorbitet, & superet gradus ætatis siccitatis, morbum generabis. Quæ Vallesij subtilitas non de corporibus lapsis, & reducibilibus, sed de alijs respectu longitudinis vite intelligenda venit. Quid verò contra illam aliqui moderati proponant, statim dicemus. Nunc videtur, quod textus satis explicatus maneat ad mentem Auicennæ.

Ad argumentum in principio propositum constat ex dictis non nutriri hodie sicut heri, quantum ad hoc, quod licet omnia eodem modo sint, non tamen tolli potest gradus ille siccitatis qui est in termino à quo, quia exsiccatio est celerior, & anticipata, & membrum sic dispositum non reponere valet nisi ad p̄sum fixæ dispositionis. Quare negandum est, quod per nutritionem naturaliter factam, semper acquiramus totum omnino quod perditum est; quia inuoluit contradictionem, quod assimilans non assimilat sibi. Si ergo membrum siccat, & est magis siccum hodie quam heri, etiam reponet hodie magis siccum quam heri. Si autem non assimilatur actu, sed patitur, & assimilatur alteri, de hoc non disputamus, quia hæc non est nutritio, neque procedit à potentia nutritiua, sed actio alia transmutatiua non vitalis, procedens ab alimento medicamentoso (ut veantur) latius enim alibi explicanti, quod in ista mutatione, sunt duo, nutriti corpus, & alterari sensibilibet ad contraria: quod est nutritio, ostendit

à potentia vitali, & non dicit nisi viuens solam restaurationem; quod verò est purum alterari, ab alimento procedit, tanquam ab agente naturaliter impingente qualitatem excedentem.

Rectè verò dictum est in argumento, quod tam diu viuimus quodiu nutriamur; nutriemur autem vsq; dum siccitas sit cōpossibilis cum anima; vitæius autem nutriri, neque viuimus.

CAPUT XV.

Rationes Francisci Vallesij Cotarrani, quæ probant efficaciter necessitatem mortis, stabilientur.

Franciscus Vallesius antesignanus nosse supra dicta ratione demonstrauit mortis necessitatem, acutissimè (ut solet) rem attingens; tamen sine fundamento ab aliquibus notatur. Ego veritatis desiderio mortis, breuiter pro Vallesio respondeo.

Summa itaque demonstrationis Vallesij hæc est: cause exsiccantes sunt celeriores, & actiuiores in exsicando, quam nutritiæ ad humectandum. Ergo necessario semper anticipata siccitas ad mortem deducet. Probat, antecedens, quia tales cause semper sunt in actu, neque expectant aliunde dispositionem ad agendum. Et præterea sunt cause calidæ, quæ actiuiores sunt alijs qualitatibus, ergo & celeriores, & actiuiores in exsicando. Probat altera pars, quia alimentum, quod debet humectare, de sua potentia reducitur ad actum per conuersionem à viuente in propriam substantiam. Ergo ista causa humectans necessariò est tardior, tum quoad tempus motus, tum quoad principia agendi.

Dicunt contra hoc. Quod quamuis totum argumentum concedatur, non tamen probatur corpus remanere siccatum, quia alimentum potest maiorè humiditatè præbere nutritio. Secundò, quia exsiccatio non solum fit solitaria qualitate inducta, sed corruptione substantiæ humidæ. Debebat autem Vallesius probare, istam corruptionem esse celerioremodò licet probaret, non conduceret ad probandam suam conclusionem. Tertio, quia sicut exsiccatio viuens fit corruptione humidæ substantiæ præcedente alteratione, ita humectatio substantiæ fit generatione substantiæ humi-

da, quæ est nutritio, præcedente motatione alteratiua. Quæ duo possunt eodem tempore mensurari, & fieri, præterquam, quod ex ista ratione non colligitur maior exsiccatio, quia potest plus rehumectari. Hæc, & alia contra Vallesium nosstrum inuoluit nosster etiam Petrus Garcia Complutensis. Sed minus attentè percepit subtilitatē Vallesij, cuius doctrina sine dubio nullam patitur correctionem.

Ad primum dico, vt supra terigi, quod ficitas ætatiua non potest impedi, licet possit remorari, quia quibuscūq; positis, semper exsiccatio anticipat, ob rationes Vallesij. Si verò exhibeas alimentum maxime humidum, vt tamē desideratam humectationem consequaris, & ita à prædominio humidum, vt vincat omnes causas exsiccantes (talē enim debet esse) necessario sequetur vnum è duobus. Si corpus morbosum est à prædominio ficitatis, quale est hecticus, reduces illud ad pristinum sanitatem seruato semper ætatis progressu: nam puer hecticus si dum curatur, ad pubertatem trāsit, manifestum est, quod attinget illam ætatem sine ficitate morboſa, sed cum maiori ficitate ætatiua. Si autem corpus non sit morbosum, aut lapsus versus ficitatem, sed temperatum, proculdubio morbum humidum causabis, & non reſtaturam deperditam substantiam pro vita extendenda, sed pro morte acceleranda: debet siquidem maxime exuperare humiditas, vt tot talesq; causas exsiccantes vincat, & quantitate, & qualitate, & celeritate agendis. Omnibus tamen his omnibus, vellem probaret Complutensis suam consequentiam, quod neutiquam fecit, nec alius pro isto præſtabit. Causis equidem exsiccantibus celeriter agentibus, & anticipato termino, & causis humectantibus subtilantibus, tardè reparantibus, potest humidus corpus reddi, non morboſo, sed ætatiua. Hoc probare nitatur quisquis contradicit Vallesio; nec quidè poterit probare. Si igitur à priori demonstrat Vallesius, & à posteriori ad sensum id apparet, & alij qui contradicunt, non probant quicquam; vt quid prolongamus discussionem?

Secunda obiectio contra Vallesium est certè ridicula. Nam Vallesius etiam supponit corruptionem substantialem partiu humidæ, sed non memoratur qui contradicit, quod corruptio ista fiat in infantibus, nostra verò dispuratio, & discursus Vallesij est de alteratione præuæ exsiccatiuæ,

quæ fit in senectute. Et contrariò Vallesius alterationem causam exsiccantem esse reſtaturat iuste alimentis. & licet vtraque tendat in terminum suum, tamen probatur efficaciter, quod anticipet corruptio substantiæ, quia anticipat alteratione præuæ vt mirè admodum quomodo Petrus Garcia hoc non videtur.

Tertia obiectio nullam habet locum; quia totum id concedit Vallesius. Sed dicimus, quod licet vtraque mutatio habeat suum terminum, tamen eandem consequitur ficitas à d. corruptionem humidæ, quia illa mutatio procedit à principijs adinodibus, & positis in adu exercitio; repositio verò nequaquam. Itaq; exillustimus Vallesium demonstratē mortis naturalis necessitatem, quicquid alij opinentur.

Quibus attende perſpectis, satis constat, ficitatem in agente quotidie intendi à causis prædictis. Neque parum adiuuat reſultatio maioris ficitatis ætatiuæ ablatæ parte humidæ: est enim necessarium iuxta naturam partium agentium inter se, vt ablatæ cõtrario elucet aliud, quod antea erat remissum. Et quomuis possit aliquis dicere, quod etiam reſoluitur pars terreæ; (imò sunt alij, qui dicunt terream substantiam magis evaporari). Rẽspondeo esse impossibile secundum leges naturæ, vt magis evaporetur terreum quàm humidum; quia talis est dispositio partientium, vt minus resistens plus patiarur; ergo humidæ partes magis, terrestres verò minus exhālantur. Itq; causas ficitatis producat ficitatem, & ficitas præuæ magis elucet, vt ex vtraque ficitate fiat vnus excessus pro ficitate senectutis. Non disputo tamen, vtrum illa ficitas quæ dicitur fit intensior quoad gradū quàm antea, inter limites ætatis: nani tunc fit ficitas, quod appareat plures partes sic ut ad corruptionem humidatū. Sed quæ sit causa quare appareat ad intrinſeco ficitatis ætatiuæ, & non possit apparere, aut reſultare morbus ab intrinſeco, non est huius loci. De hac enim subtilitate alibi frõde egimus opusculo de morbo, & Symp. & in opus. de febrili.

At tempus est, vt perpendamus usodum mortis naturalis; vtrum fiat cum dolore, & morbo aliquo: didiam enim est, quod indulta ficitate repugnante cum anima, necessitatio loquatur mors. Videtur,

quæ accidentia habeat talis
interitum.

*

K 1 CA

CAPUT XVI.

An dolor, aut morbus mortem naturalem antecedant. Sanctus Thomas defenditur: nebulae quaedam Nestororum discutuntur.

DE his, quae antecedunt instans mortis, posset disputari: permet enim ad medicam cōtemplationē, nisi dolor aliquis, aut sentia perceptibilis moribus necessario praecedat. Et consilio ritibus huius discutitur est de his, quae praecedunt mortem: si ipsa motus nō cōtingit in tempore: dicebat enim Theophilus lib. 6. de Physic. tex. 45. *Mortitur necesse in tempore, sed in termino, & consensio tēporis.* Et licet iudicio nostro res sit nō difficultis ad explicandū, quia tamē S. Thomas (Peripateticae doctrinae lumen) a quodam Autore sine vilo fundamento notatur, libet hunc punctum planum, & apertum relinquere.

Pariteraria Quod mores debeat esse cū dolore, potest probari: quia dolor, aut est motio appetitus fugiens, & reuertens malum consuetudum, sub tali ratione cognitur, aut est status ipsius appetitus sub illa forma cognita sibi contraria, & disconueniens: haec autē omnia contingunt in mortis propinquitate: igitur necessario dolor adest.

Nec sufficit dicere, quod quomais obiectum ita sit disconueniens, non est tamen sufficiens cognitio: sunt enim tunc sensus torpentes, & hebetari. Ita philosophatur Vallesius, sed non satisfacit, quia nequaquam probabit ante omnem mortē naturalem sensus hebetari: imō videmus multoties acui, & animā superexcellere, ac quasi aligeram, ad maiora aspirantē, omnia prospicere. Non erit ergo defectus ex parte principii spiritalis, neque etiā ex parte corporalis, quia in hoc genere mortis nulla insistant excrementa, nulla obest plenitudo.

Præterea potest dicere, deficere calorē. Sed dico non demonstrari defectum sensus ex defectu caloris praecise (vt supra probauit contra Comibricenses) sed ex defectu alterius perfectioris dispositionis, quae aliquo tempore poterit cum aliquo defectu caloris permanere. Non igitur poterit citē acriter probari non esse dolorem, quia non adest calor in talitate tali mensura.

Secundo probatur contra Platonem, mortem cum magna tristitia aduenire, & nequaquam cum voluptate, quia ratio quae

continetur in primo argumēto, patet mutatis, id demonstrat nam seclusa omni sensibilibus externi coniunctione, per solam disconuenientiam perceptam necessario sit tristitia: sed nullum manus disconueniens potest cogitari, quāvis interitus, & primario vite: omnium enim terribilium maximū est, vt producantur Aristor. 3. Ethic. ergo dummodō illa percipiatur disconuenientia, necessario summa tristitia excitanda erit: ergo nequaquam voluptas.

His tamen nō obstantibus, existimo certum esse, non fieri cum dolore, neque accedere dolorem, prout dolor est passio appetitus orta ab obiecto corumpente tactum, vt sunt omnes dolores corporales, de quibus Medici disputant. Illa assertio est euident, quia supposito, quod mors nō sit violenta ea violentia, quae est necessaria ad dolorem, non erit dolor: hic enim nō potest causari, nisi a causa subito, & atarum ingente, quae a Diuo Anapulsino appellatur maior potestas (vt in nostro 2. tome probatur inueniendū) atque cum causae mortis naturalis non habeant istum modum in operando, sed contrarium, non est possibile dolor corporalis: non enim sufficit alterari, aut corrumpi naturam, sed assertum hoc fieri. Et ita sicut non sentiebatur dolor per totam senectutem, aut consensientia, merito atatis, ita neque prope mortem naturalem.

Primum argumentum ex dictis solui potest: nam licet omnia quae adducit, sint necessaria ad dolorem, tamen debet addi ista conditio, scilicet, quod modus afficiēdi causae sit cum illa nouitate, vt simul, & celeriter destruens naturam corporum sensitivam: nam aliter non consurget dolor de quo agimus. Quae enim sensum, & paulatim, & modo naturali sunt, dolore carent. Quomais ergo mors sit malum, & cognitum, non poterit causare istum dolorem: quia talem cognitionem debebat antecedere corruptio corporalis sensata, aut solutio continua, aut vehemens intentio, quorum tamen nullum intencio in isto genere mortis: vnde nec ob defectum sensus torpenti, vt dicebat Vallesius, sed ob defectum sensibilibus & ob defectum causae quo ad modum accendi.

Maisoe diffinitur habet secunda obiectio contra Platonem. Nam certe non recte intelligitur quomodo animal possit letari sua propria morte & corruptione, physicē loquendo: quoniam aliter, si consideremus animam per totam viā & arcere obiecto

obscuro conclusam, & toto nian ad claritatem illam, & aeternam beatitudinem aspirantem, nil illi accidere potest alacris, nec magis festiuium, quam discedere à mortali onere, & conpedibus relicti, liberè celestia perlustrare quod quotidie videmus in sanctis Philosophis; hos enim ego vocare solco veros Philosophos. Et nos in hac re, in quotidianis visitationibus Religiosorum admiranda vidimus.) Non igitur loquimur de ista lætitia, quæ magis pertinet ad spiritum, seu portionem animæ eminentem; sed agimus de passione animæ, quæ incipiens à corpore terminatur in animam.

Probare itaque hoc supposito intendit argumentum, quod mors naturalis accidat cum tristitia, quia est quoddam malum cognitum; hoc enim non requirit corruptionem in sensu tactus, aut in alio sensu, sed per solam apprehensionem boni, aut mali. Iamur, aut tristamur. Ergo cum mors sit tantum malum sine dubio tristabimur. Hoc est fundamentum Argumenti. Et certe si talis cognitio fieret, non posset excitari alia passio, quia naturale est omni triti appetere suam durationem: ergo cognita morte tristaretur.

Vnde dicendum est, non esse aliquod fundamentum naturale, quo possit aliquis cognoscere sibi adesse propinquam mortem: imò nullus est qui non putet plures superesse dies. De quo puncto Seneca plura, & eleganter. Quod propriè intelligendum est de morte naturali, quæ in senio contingit. Cognoscit quidem homo defectum actionum, sed totum illud putat (sallacit quidem viuendi desiderio) esse pro prium ætatis senilis, non mortis. Si tamen persuaderet sibi, iam iam mori, sine dubio tristaretur mentaliter, nisi præualeret alia ratio superior, aut moralis. Nihilominus, & ista tristitia potest accidere in alia ætate, & in melancholia affectis.

Hic tamen oportet Aristotelem, & S. Thomam eius maximum erratorem explicare, & à quibusdam oburgationibus huius temporis liberare.

Dicit Aristoteles in libro de Morte, & vita, & respiratione: *Qua propter & sine tristitia est, quæ in senectute mori nulla inuicem lenta illi passione contingente moriantur, sed insensibilis anima abscindit, aut discessit sit omnino.*

Iste textus explicat magis nostrum modum dicendi, quia asserimus, naturaliter loquendo, non esse vnde talis homo trisle-

tur, quia videt omnia uniformiter fieri ad sensum, & putat hodie sicut heri futurum, quia ei nil est nouum, necque violentum respectu præteriti dici: & ista mors preoccupabit sine tristitia præcedente. Vnde Aristot. 2. Rhetor. dicebat: *Nullus timet mortem, quoniam cuiusquisque existimat mortem esse præced.*

Est tamen in isto textu aliquid dignum consideratione; quem si attentius legisset Petrus Garcia socius noster, non tam inimicè carperet Sancti Thomæ. (Sed antiquiora nouitate defensionis pulchriora sibi per mih) S. Thomas itaque quem expressis verbis sequitur Augustin. Nymphus, & alij Peripatetice Scholæ discipuli, assignat causam, ob quam homo, & aliqua animala latentur prope mortem naturalem. Inquit Angelicus Doctor: *Quia calidum est port acuitur.* Ista verba non intelligant omnes, sed illi qui venerabili attentione antiquos legunt. Audias, cum frigescit sanguis, tristamur, cum calescit, lætamur, hoc non eget probatione; quod si tu petis probationem, non es dignus doctrina Sancti Thomæ, & Aristotelis.) contingit ergo, vt apponens conatum auida viuendi natura ad mouendum cor, & arterias, & ad viuendum calidum, quod exhalat, exciter maior calor, quàm ætas, qui calor spiritus vitales, & animales, & sanguinem (sicut per modicum tempus) exagitat: vnde spes vite concitatur, cum se videat homo calore nouo perfundi. Ipse ergo spiritus, & sanguis nouiter alteratus ad meliores cogitationes disponit, vt miser errent puerilem Petri Garcia, quomodo dixit, quod acuitas caloris non conducit ad letitiam. Sed permittit Deus, vt sic errent, qui primos illos Philosophiæ parentes carere futiliter conantur. Hæc, quæ dixi pro explanatione D. Thomæ, non indigent probatione apud eruditos. Vix, vt probem motum esse causam caloris. Queris nunc quo pacto natura apponat conatum? Interrogas quomodo se viue natura ad viuendum calidum ne exhalet? Principia petis, non sunt omnia in omnibus locis adducenda. Acuitur igitur calidum prope mortem quoddam simili, ac candela cum extinguitur, quæ iam iam mortura conuscat flammulis clarioribus currens ad sui conseruationem. Sufficit hoc simile Scholasticis, & Tyronibus: quod paucis mutari habet veritatem in animalibus. Que quo pacto sunt, declarare, esset longius digreda.

Augustinus Nymphus in Commentario huius loci de morte cygni loquens ad mortem S. Thomae, causam tribuit cur cygnus cantet, & lateat prope mortem (sic enim Naturales testantur) & respondet: Cygnus propter hanc causam cum moritur morte naturali dulciter cantat, quoniam sentit se vigorosius aëre calido, &c. Quæ si animadverteret Nicolaus Leonicius in suis Questionibus naturalibus, quæst. 74. non solum sine tristitia, sed aliquando cum voluptate mori hominem diceret, nam totus est in declarando defectu caloris. At Sanctus Thomas novum calorem nobis proponit, reliquit tamen posteritati expliationem: quia gravissimi viri, iusticia, quod insipient. Atque sic Plato, Aristoteles, & D. Thomas consentiunt de lætitia, quæ solet mortem præcedere.

CAPUT XVII.

Maiorem habet difficultatem decernere, an necessarius debeat aliquis morbus sensibilis antecedere mortem istam naturalem. Vbi etiam aliqua pro antiquitatis ornamento perpulchra.

Status huius difficultatis.

Errum est non esse disputationem de morbo phytico, ita appellant Medici morbum insensibilem quo semper laboramus, nam ob causas incuitabiles internas, & externas, relicto hominis primis naturalibus, non valet effugere continuum mutationem, per quam à perfecta & punctuali sanitate declinat, sed contentio est de morbo sensibili, & cognito, quoniam vocant mortem medicam, aut quia Medicus agit de sensu perceptis, aut quia ad tales morbos operari Medici imploramus. Est ergo questio, an mortem naturalem præcedere debeat morbus sensibilis. Nam huc vsque ad quæ est de dolore, & voluptate. Nunc de morbo, qui potest esse satis distincta res, non tamen dico, potest esse.)

Status huius disputationis propter varias opiniones nonnullas habet firmam conclusionem, quia Authores veteris quædam argumenta nobis proponunt, quæ si à nobis solvantur, stabilis deinceps erit, quid iuxta Veritatem antiquam sentiendum sit.

Patet Suarez venerandus, certè vir estimar non esse necessarium, rigorosè loquendo, antecedere aliquem morbum, &c. ita Redemptorem nostrum, (sicut pes tota suam vitam nunquam morbo laboravit) sine vilo morbo moriturum fuisse si ad senium vitium pervenisset. Et hoc quidè sine miraculo. Quod probat adeo efficaciter, ut eius rationes non possint ab opinantibus contrarium, dissolvi. Sanctum Thomam sequitur Suarez 3. p.

In contrarium adducunt Franciscum Vallesium 4. Methor. & Veg. in art. medici. & P. Vazquez. 3. p. q. 14. artic. 4. disp. 6. q. quos sequitur Petrus Garcis socius nostrus, qui vltimo nunc scripsit, proponit quædam rationes, ad probandum esse necessarium morbum ante mortem naturalem, quas vocat demonstrationes, atque ita omnes homines quamvis temperatissimos, & Christum Redemptorem nostrum, morbo sensibili debere corripi ante inseritum ex senio.

Mihi verò aliter sentiendum esse videtur, scilicet Christum Dominum, si senio confectus esset, nullo profus morbo sensibili deesse afflicti. Neque hoc esse miræ, sed ex propriis principis nature ita contingere cuilibet homini, qui æbus naturalibus, & non naturalibus rectè perpenis, & debita vitæ norma ad senectutem vitiosè pervenerit. Et hanc conclusionem exillimo esse magis conformem S. Thomæ, & viris antiquis, ac rationi Philosophicæ, quæ optata quæque ingenia manuducit, nisi protrudere velint. Quod ut clarius appareat, libuit rationes contrarias statueri, deinde ad petram metaphysicæ allidere, & examinare verum ista Authores leuibus argumentis à D. Thoma discesserint.

CAPUT XVIII.

Sanctus Thomas defenditur. Veritas clarescit. Contrarium opinantes ab scholis rejiciuntur.

Dicunt aliqui se demonstrare. Clarius enim Dicitur morbo deesse corripit, si mortuus fuisset naturaliter. Cui enim etate ostentus sint secundà naturam, ut probant, esse, non potest ab aliquo disponi materia ad corruptiōnem formæ debet ergo esse alia: hæc autem est cõtra naturam operans. Nã dispositio per quam auferitur forma à materia, debet esse contra naturam ipsius: quia si esset secundum naturam, conueniret. Est ergo à

principio extrinseco passio non conferente vim ergo effectus productus est violentus. Quo rectè intellecto illi convenit definitio integra morbi: Est effectus præternaturalis terrens naturæ sensibiliter, &c. Hæc est demonstratio Petri Complutensis. Et statim contra S. Thomam dicit, maxime se mirari, quo passio Sauschii dixerit lib. de Morie, & Vita, Mortè naturalem esse sine dolore, quia dolor fit contrario inferente violentiam, & contra inclinationem naturæ: at in morte naturali nihil est violentum, neque contra inclinationem. Omnia ista reparat falsa Petrus noster. Sed doleo, quæ maxime, quod ita ruat in præcipitium. Solam igitur eius rationem, & subtilissimam S. Thomæ sententiam declarabo.

In primis in sua (quam vocat) demonstratione sunt falsa plurima, quæ sui in membris proposuit. Primò, ætates sunt secundum naturam. Ista propositio includit multa ex plicanda, ne possit falsitate ex illa inferri: nam non omnes ætates ita sunt secundum naturam, ut tanquam quid optimum appetantur, & querantur ab ipsa natura. Solum enim illa ætas, quæ maiorem inclinat perfectionem tæperiei in ordine ad appetitum formæ, & illius operationes, solum ista potest, & debet dici secundum naturam: quia, & est secundum naturam particularem, quæ appetit id, quod sibi melius & perfectius, & etiam secundum naturam universalem, quæ respicit bonum absolute. Itaque anima rationalis (aut alia) semper appetit ætatem temperatissimam in ordine ad se, & ad suas operationes, & conatur intrinsecè si possit, reducere corpus ad talem statum, & ista ætas est simpliciter secundum naturam: alie ætates deficiunt ab ista conformitate nature, & ita non debent dici hoc pacto secundum naturam, sed largo modo: atque ex consequenti tales ætates procedere secundum naturam in tota rigorosa proprietate nature, non potest probari efficaciter, & rigorosè.

Secundò, magis ad Tyrone accedamus, ut pateat debilitas argumenti huius Auctoris. Quid enim dicit: Ætates sunt secundum naturam, distinguenda est ista propositio. Secundum naturam, ad eam principio intrinseco proprie loquendo in hoc sensu est falsa propositio: nam demonstrari in superioribus, quod hæc mutatio, quæ fit in partibus visceribus, quæ est exsiccatio, non proveniat ab illo met calore, qui est iam forma partium, sed ab alio, quævis sit eiusdem viventis, aut alterius

agentis: illa tamen enim cause, quæ movent viventem ad intentum naturalem à primo ortu, illa ipse causant temperamenta stativa. Inter quas causas quædam sunt magis naturales, quædam minus, sed omnes conveniunt in hoc, ut deducant vivens certa humidi consumptione, & modificatione per gradus quosdam ad senium usque: ut mirer quo pacto iste Auctor non videat, quod ipse sapienti alibi fatetur. Itaque eadem dispositio senilis sitiva procedat, mortem adducit, nec magis secundum naturam est una, quàm alia, & ideo, & senium, & mors dicitur in hoc sensu secundum naturam: tamen semper servatur metaphysica veritas, quod una pars aliam destruat in ordine ad durationem vite, non una seipsam: & sic corruit tota illa demonstratio.

Sed tertio, quævis concederemus quod Auctor desiderat, scilicet, ætates esse secundum naturam, expulsiorem formæ fieri à contrario vivente: transiit omnia ista. Unde ergo sequitur, debere reperiri morbum sensibilem in una tota illa contracta, quæ requiritur ad expulsiorem formæ, potest induci senium & paularim, sicut sunt inducta antecedens: imò impossibile est probari contrarium, nam sicut penultimus gradus siccitatis inductus fuit sine morbo sensibili, ita ultimus gradus repugnans cum formâ potest induci sine morbo sensibili. Nec est maior ratio de uno, quàm de alio, nam utroque dicit repugnans cum forma in suo ordine, alter primò, alter ultimò. Quod cuius habet eorum rationis morbus sensibilis cum dispositione contrèpugnante formæ, ut mors naturalis sine illo non valeat reperiri? Nil profectò sicut calidum cum cereo: Est cereum enim, ergo calidum in dicitur illatio. Est dispositio ad mortem naturalem, ergo ad morbum sensibilem, eadem forma illationis. Itaque morbus sensibilis cum sanitate dicit contrèpugnans in præcise, non cum vita, quæ eam quæ omnino repugnant, non reperitur sensu. Dixi præcise, quia certa mensura morbi sensibilis potest dicere repugnantiam cum vita, non tamen morbus absohitè: tunc verò erit mors violenta, neutiquam naturalis.

Præterea non consideravit Auctor iste, quod idem argumentum fieri possit in qualibet parte senectutis, & in qualibet parte vite: nam per totam vitam inducitur aliqua siccitas, quæ ex propria natura dicit repugnantiam in ordine ad esse formæ

in materia, quia est medium ad terminum. Ergo motus sensibilis debet associari cuiuslibet actui, quod est contra sensum.

Ultimò, quia omnis morbus sensibilis necessarìo requiritur excessum alicuius cause sensibiliter excedentis intra corpus, aut extra. Quia est ergo ratio, propter quam ante vitium inflans mortis naturalis excedit aliqua causa, & non antea? Si omnes humores, & partium temperamenta, si aëris constitutio, si cibus & potus, & animi affectus, & Caeli influxus, & reliqua omnia habent nunc tantum statum (aut insensibiliter variantur) atque antea habebant, unde est possibilis morbus sensibilis? Si his omnibus addis prudentiã illam divinam omnibus numeris absolutam, in nullo minimo deficientem, qualis fuit in Christo Domino, ut omnes causas morborum moderetur, unde quomodo morbus exoritur sensibilis? Nescio certè. Quod quidem non mihi racolo tribuendum, sed nature bene gubernatæ: multos enim senes, observatam esse vitam sine morbo decessisse, non aliter, ac lumen defectu pabuli, sine strepitu. Igitur Redemptor noster nullo morbo per totam vitam fuit oppressus, nec si ad senium peruenisset, & mortem purè naturalem, aliquo morbo correptus fuisset.

Ad Sanctum Thomam deuenio, qui satis, ut solet, philosophicè discurtit: motus naturalis est sine dolore, quia que paulatim fiunt, dolore carent. Præterea mors illa non est contra inclinationem naturæ (hoc enim pauci intelligunt) quia si loquamur de natura vniuersali, iam ipse Angelicus Doctor dixit in principio huius disputationis, esse mortem naturalem respectu talis principij, nam natura vniuersalis auida speciei, horum corruptionem ordinat in aliud bonum, scilicet in aliorum generationem. Præterea respectu nature particularis non est contra inclinationem, quoad modum scilicet (intellige quid dicam). Aliud enim est loqui de ipso interitu naturali, aliud de modo quo fit. Non igitur est mors naturalis contra inclinationem nature particularis quoad modum, quia fit modo naturaliori quo fieri potest, scilicet sensim, paulatim, sine dolore, sine morbo manifesto, ut supra explicui. Hæc est mera ratio Physica, quam admirabatur Sanctus Thomas, nos vero humiliter suspicimus, & explicamus. In qua re non video contrariam rationem efficacem, quia prædicta doctrina est consonis principijs Philosophiæ.

Aliis rationes possem adducere sumptas ex propensione anime rationalis, & ex determinatione periodi naturalis, ad defensionem Sancti Thomæ, quas forsitan inferius artingam. Sed nunc ista ad præsentem punctum sufficiant.

CAPVT XIX.

*Aliqua animaduertuntur in Alberto
Magno consuleratione
digna.*

Albertus Magnus in suo libro de Senectute, aliquas causas proponit, que indigent temperie Philosophica: cap. enim 2. quintam causam senij dicit esse, quia animal necessarìo quiescit, aut mouetur, si quiescit, frigeat, si mouetur, calore incenso extrancatur, ergo quomodocumque se necet à quiete, & à motu.

Non ita intelligenda hæc sunt ut iacentes nam certè ad moderam senectutem non partem faciunt motus, & quies; motus enim excrementa consumit, peruios exitus mouet, calorem natium viuificat, ut late Galenus multis in locis, quies defectam naturam recreat, fouet, alimenta coquit, & ad labores sequentes vires colligit: que omnia, tantum abest, ut sint aduersus vitam primordia, quin potius illa proficit custodiant. Quamobrem Alberti magni sententia falsa est, nisi intellegatur de immodico motu, aut quiete.

Maiorem habet difficultatem, quod idem Albertus Magnus dicit in tertia causa senectutis, quod licet alimentum sit, vltimo simile (dixerat primam causam senectutis esse dissimile alimentum, quod agit in membra) tamen, ut viuatur membro, est necessarium, ut calor aperiat, & diuidat substantiam membri, & per partes diuisas distribuat, & diuidat etiam alimentum. Omne autem, quod sæpe sic calore diuiditur, rigescit, sic catur, & ineptum redditur ad nouum alimentum intus suscipiendum, & tandem deficit.

Ista dicendi ratio plura includit inconuenientia. Primo, quia ut calor diuidat, & aperiat suam partem motu locali, debet esse maxime intentus, ut ille qui soluit continuum (non enim soluit continuitatem, nisi immodicus) perpetua igitur, & magna, intempte membra laborarent. Secundo, quia licet concedamus Alio, quod

quod membrum in partes diuiditur, vnde, obsecro, sequitur quod ob diuisionem ficatur / nam vt diuiditur, ingreditur humidum alimentum; sicut quando pluit, terra pre ariditate perforata melius suscipit humidum, & humescit citius, & volocius. Itaque Albertus supponit vnum falsum, & tamen ex illo non sequitur quod intendit, imò sequitur contrarium.

¶ Dicendum ergo, quod totum hoc, quod Albertus Magnus philosophatur de diuisione membri, non est necessarium, siquidem virtus attractrix (& retentrix) omnia necessaria operatur, vt alimentum suscipiat a membris conuersionis beneficium. Sunt enim istae virtutes non in superficie membri solum, sed in penetris partibus, alliciturque alimentum per poros, & spargitur ab eadem virtute, ibidemque retinetur, vsque dum mutatum sit à calore membri. Itaque illa diuisio, & motus localis, quae fingit Albertus in membro, neutiquam finit nisi in alimento, quod diuiditur non à descendente, sed à virtute trahente, quae est in vnoquoque minimo membri, & trahit suam portiuisculam alimenti. Quomodo verò augetur viuens, non est huius loci. Sed solum coarctemus nunc dicta Magni Alberti, aut ad bonum sensum traducimus, & explicamus. Quamobrem ista diuisio, & apertio membri non potest inter causas senectutis vilo modo adduci.

TEXTVS.

Et haec est mors naturalis cuique individuo destinata secundum suam primam complexionem, vsque ad terminum quem in sua potentia habet ad suam humiditatem conservandam. Vnumquodque enim eorum terminum proximum habet, qui in individuis diuisificatur propter complexionum diuersitatem. Et hi quidem sunt termini naturales. Sunt et alij termini abbreviati: totum tamen diuino praecepto.

¶ Concludit Auicenna in hoc textu, postquam omnes descripsit causas mortis naturalis, dicens: Et haec est mors naturalis cuique individuo destinata. Quamam

moestilla scilicet, quae post mareonem, & scitatem aeternam, operantibus causis incurabilibus, accidit. Sunt verò aliqua explicanda (vt testis eluceat) quae interpretes, & enarratores Auicennae omiserunt.

CAPUT XX.

Quid sit vita periodus, & quomplex.

De solis viuentibus corruptibilibus agimus in hoc capite Auicennae, & praecipue de homine; non igitur de homogeneis puris, vt de puro elemento, aut de aliquo homogeneo mixto; si verè tale daretur, nam ista entia taliter simplicia, aut homogenea nullum habent praefixum durationis terminum, quia semper durabunt, si inferantur causae externae comminutivae. At verò homo intra propriam compositionem, & vsum causarum externarum habet necessarium causam mortis, & termini vitam, vt latè probatum est.

Claritatis verò gratia distinguo inter praefixum terminum vitae, & periodum, vt inter motum, & terminum. Est ergo periodus humanae vitae duratio Caeli circumsolutione deducta, & terminata; praefixus verò terminus est finis terminans istam mensuram vitae corruptibilis.

Sed dubitabis, cum humana vita pendeat materialiter à corporis complexione, per quam redditur aptum corpus ad suscipiendum influxum vitalem ab anima quae istam complexio est ista, quae non solum vitam corpori adducit, sed vsque ad praefixum tempus deducit? Respondet Auicenna, quod sic prima complexio. Per primam complexionem intelligo non acquirantem, sed primordiale; non innatam tantum, sed aeternam. Nam licet complexio illa, quae tempore acquiritur, anima etiam sit instrumentum ad actiones, & dispositio ad esse; tamen illa prima ab ortu generationis inducta, Caeli influxibus firmata, illa (inquit) praecipue est, quae habet dispositionem ad vitam, & ad humidum seruandum. Altera verò complexio est quasi modus illius. Vnde Auicenna periodum vitae somit ex proportione naturae, & prime temperiei ad sumum humidum radicale; considerans, quod est prius, & per se, non quod sequitur, & accidit: hoc enim est iudicare periodum ex his, quae propria sunt, & non ex adiunctis, quamuis haec etiam ad vitam sint conue-

nientia, quatenus conservantia, aut immutabilia primam, & congenitam complexio- nem.

Hoc supposito multiplex est periodus. Alia est specifica, alia individualis. Specifica dicitur magis uniuersalem rationem potentie, scilicet alicuius speciei in ordine ad sua conservantia, & ad contraria. Secundum quam rationem videmus in diuersis speciebus verò esse diuersas durationes, & periodos. Periodus individualis cõfurgit ex certa cõplexione individui, prout dicitur potentiam ad diuersas causas corrupti- pentis, & contrarias magis, aut minus illis resistentem. Sed notandum est, quæcumque periodum non ita uniformiter esse accipiendam, vt nõ possit habere aliquam inæqualitatem. Et ratio physica stat in hoc, quia cum totum fundamentum durationis rei corruptibilis innitatur potentie resistentiæ contrariis, clarum est, quòd cum possint tam varia, & inæqualia causarum genera accidere (non dico violenta, sed necessaria) poterunt etiam variari periodus, specifica, & individualis: nam causæ tam celestis, quam elementares, & aliæ omnes non possunt habere uniformitatem in agendo, vt per se patet: modo enim magis, modò minus sunt dissonantes. Ergo omnis duratio corruptibilium erit necessario inæqualis ex parte causarum, quamuis sit vna respectu potentie complexionis, aut potestatis, tam specificæ, quam individualis.

Sed vterius notandum (vt dicta, & dicenda melius innotescant) quòd tam periodus specifica, quam individualis, duplex est: absoluta, scilicet, & respectiua. Respectiua iterum duplex, adiuta, & impugnata. Definitiones vniuersales cuiusque proponamus. Periodus absoluta specifica ille cõfensus, quæ radicaliter fundatur in cõplexione initiali talis speciei, & in reliquis que pertinent ad totalem perfectionem absolute, similiter dicendum de individuali, hincitur enim proportioni particulari, quæ intercedit inter agentia, & patientia proprii corporis, tam quoad caliditatem, & humiditatem, quam quoad partes heterogeneas inter se. Respectiua respectu cõtrariis causas, secundum resistentiam maiorem, aut minorem pro duratione. Adiuta periodus illa dicitur, quæ nõ relinquitor propriis principis, & solitariis, sed ab arte, & optimo rerum regimine adiutatur, & stabilitur. Impugnata, quæ a causis variis impetita, quæli præfixum terminum cognon immutatur. His terminis declaratis, dubitatur.

CAPUT XXI.

Vtrum anima ex se determinet periodum existendi in corpore.

Dico, quòd non solum anima, verum nulla forma substantialis determinat sibi durationem in materia, sed semper uniuersalem cum materia sollicitat, & intendit. Illa conclusio probatur efficaciter, quia omne ens desiderat, & appetit perpetuitatem, & ob illam rationem contrariis resistit: ergo anima quatenus forma, & qualibet forma substantialis appetit, & conatur semper se uare se in materia: ergo ex se nullam determinat periodum, nec præfixam mortem naturalem.

Secundò ostenditur (& loquimur absolute sine consideratione contrarij corrupti- tis, sed solum inspecta natura entis) quia determinata duratio, aut potestatis provenit ex ipsa natura entis, aut ratione temporis: nõ primum, vt probatum est, quia sccluso contrario, non est principium talis periodi, sed perpetuitatis. Neque ratione temporis, quia tempus cum non sit nisi quædam mensura mensura verò, aut coexistencia rei nõ opponatur ipsi rei: relinquitor, quòd nulla forma substantialis ex se determinet determinatam existentiam in materia. Vnde ex isto principio non dependet aliquis præfixus terminus vite.

Secunda conclusio. Periodus, & finis termini vltimi proueniunt à causis regulariter alterantibus.

Ista propositio ex altera probatur satis aperte: nam si nulla datur periodario ratione entis: ergo prouenit ratione contrarij debilitantis dispositiones cõseruatiuas talis entis, scilicet ratione causarum, quæ regulariter alterare debent nostra corpora. Quia tamen ista regularis alteratio nõd sufficit completè ad præfixendum terminum, ideo cõsistunt.

Tertia conclusio. Determinatio: ista periodica completur per potentiam formatam ad resistendum causis regulariter operantibus, v. g. respectu termini debiti speciei fiet resistentia per temperiem iustitalem illius respectu individui per cõplexionem signatam, & singularitatem illius.

Ista conclusio demonstratur, quia videtur, quantumuis causæ alterantes regula-

riter noſtra corpora afficiant, varias eſſe pe-
riodos vitæ, in indiuiduis, quæ ſummo reſpectu
ſpeciei. Ergo non poteſt contingere illa va-
rietas, niſi penes variæ reſiſtentiæ, quæ pro-
uenit ex variis principiis reſiſtentiæ, quibus
vſitur forma, nempe, temperie, & aliis ſibi
annexis. Patet, nam cauſæ alterantes poſ-
ſunt eſſe æqualiter applicatæ, ergo nõ pro-
uenit ex illis cauſis, ſed ex prædicta diuerſi-
tate paſſi.

Si quæ dicta ſunt attendamus, bene con-
ſtat textus Auicennæ, quæ, ſcilicet, vocet
mortem deſtinatam in diuiduo, illam nem-
pe, quæ accidit in termino actionis cauſam
regulariter alterantium, & reſiſtentiæ
temperamenti, & aliorum, quæ temperiem
conſequi debent. Cùm autem talis terminus
debeat illo modo accidere, neceſſarium eſt,
vt in omnibus exadta ſeruetur vitæ ra-
tio. Si enim in quacumque reſiat exceſſus,
neceſſum eſt ab illo puncto deſecti. Ab illa
verò varietate, quin & à natura periodi li-
bera exant plura: Deus Opt. Max. ſupra
omnem naturam ſuſpiciendus: Angelus,
anima rationalis, & forma Cæli, & Cælum,
quod exiſtimamus incorruptibile, & mul-
ta accidentia earent periodo, vt acciden-
tia corporis cæleſtis, habitus anime, & for-
ſan ſpecies intelligibiles, & lux producta à
corpore inuariato, & incorruptibili, ſi re-
cipiatur in corpore etiam incorruptibili,
vt lux Solis, quæ producit in corpus ſuper-
ius cæleſte, nam neque defectu ſubiecti,
nec defectu conſeruantis, nec à contratio
poteſt periodo limitari.

De terminis quos Auicenna vocat ab-
breuiatos, non eſt nunc aliquid agendum,
quia illi ſunt termini à cauſa violenta in-
ducti, vt ferro, gladio, ſuffocatione, morbo,
&c. Hæc vero agimus de ſolo termino na-
turali.

Dubitant tamen aliqui de morte, quæ
accidit ex fame, & putant eſſe natura-
lem, quia fit conſumptione humidi, & pau-
latim. Falluntur tamen manifeſte, quia
potius violenta eſt, & inter terminos ab-
breuiatos conſtituenda. Mors enim na-
turalis illa eſt, quæ aduenit in fine maximæ
temporis, per quod homo merito ſuz
complexionis modo explicato vivere po-
teſt. At qui moritur fame, moritur pro-
pter cauſam quandam, quæ reparanda eſt
ab extrinſeco, & violenta, nempe defectu
eibi ſibi proportionati & debiti. Ergo ra-
lis mors non eſt dicenda naturalis, ſed
violenta. Secundò, quia illa conſumptio
per famem non eſt paulatina, ſed celeris,

& conferta, vt dicitur Hippocrates: Vi-
tam hominis eſſe ſeptem dierum. Natura-
liter enim loquendo, ſi corpus non fit ma-
ximè piruitofum, & in regione & tempo-
re frigidis, humidum ad vitam neceſſa-
rium ſeptem diebus deſtruitur ſine cibo
extrinſeco. Ergo mors ſequuta ad famem,
& quoad cauſam & quoad modum eſt ab-
breuiata, & violenta.

Circa noſtrum textum dubitat Genti-
lis, & alij, vtrum vita poſſit prolongari vi-
tra periodum determinatam. Ego hæc
quæſtionem (quia multa dixi in tractatu
de Hectico) qua potero breuitate per-
ſtringam: licet in ea proluxa quæſtio in-
cludatur de humidæ reſtoratione, quam
Thomas Garbus, & alij late & ſubtiliter
diſputarunt, vbi poteris videre.

CAPUT XIX.

*Vtrum vita poſſit prolongari ultra
ſignatam periodum.*

CVM perſodus fit multè plex, vt ſuprà di-
ximus, quædam propoſitiones propo-
nam claritatis, & breuitatis gratia.

Prima propoſitio. Ultra periodum reſ-
pectiuam, indiuidualem, impugnatam, vi-
ta prolongari poteſt. Hæc eſt clara conclu-
ſio. Nam Petrus, qui debet vivere ſexagin-
ta annis, nunc impugnat febre acuta,
quam febrem ſi negligeret, & curationem
reſpiceret, ſine dubio moreretur. Ergo adiu-
tus ab optimo medico vitam prolongat.

Secunda propoſitio. Periodus indi-
uidualis absoluta etiam poteſt prolongari.
Patet, quia illa niſi eſt aliud, quàm duratio
merito propria temperiei. Sed poteſt im-
pediri tanta reſolutione humidæ, aut mutatio-
ne regionis, aut alimentis, aut alijs rebus
non naturalibus. Quis etiam poteſt mu-
tari ipſa complexio in meliorem ſtatum:
ergo vita poteſt prolongari ultra peri-
odum abſolutam.

Tertia propoſitio. Prolongari poteſt vita
vtra periodum adiutam. Probatur: Mens
decurſus naturalis adiuuatur nunc certo
quodam regimine, vt perniciam ad debi-
tum niſi terminum. Sed poteſt reperiri
multò ſelectius, & melius adiutorium, er-
go illo tali mihi propoſito meam vitam
prolongarem, & vitam illud inuenirem,
ſine dubio ſenectutem meam extenderem.

Sum enim iam hæc ſcribens multis, &
maximis Regijs curis inuolutus, aërè libe-

rum desiderans ad respirandum. Nil certe est, quod ita vitalem humiditatem confirmat, ac sollicitudo erga salutem Regiam, sed omnia (vt dicit Auicenna) proueniunt precepto Creatoris: gratias illi agamus pro omnibus, quae operatur in nobis.

Quarta propositio. Vitali prolongari potest vitra periodum specifice impugnat. Pateet ista Assertio simili ratione, ac in individuali propositio: nam casusarum impugnatium latro potest impediri.

Dubium.

Est tamen commune Dubium, quomodo possit permutari natura, & prima complexio: Si enim est mutanda, hoc fiet ad mutationem proportionis elementorum: mutare vero proportionem illorum videtur impossibile. Resp. esse in hoc latitudine: quando enim posset ars edu-

cere hominem à tota latitudine proportionis debita homini, nisi ipsum omnino corrigendo. Sed mutare potest in melius, ad quod opus adintrinsicum habet formam substantialem, appetentem quod melius. Id vero multoties videmus in corporibus lapsis, quae per artem ad perfectionem statum reducuntur, non solum qualitatiuè, sed substantificè.

Omnia tamè, & terminos praefixi, & prolongari, aut abbreviari, aut permutari, proueniunt precepto Creatoris, dicit nosse Auicenna. Quae sententia non de fide tantò, vt dicit Gentilis, sed à superioribus antiquis ex Gentilismo multies dicta, & proclamata fuit, qui prouidentiam diuinam adhuc in minimis proficere fecer, & omnem rerum gubernationè à Deo cognoscebant. Plura de hac re apud Philosophos Gentiles & Christianos, & apud Prophetas.

OPVSCVLVM SEXTVM.

De Humoribus.

CAPVT I.

Doctrina quarta.



Humano in corpore tres copositiones considerat Medicus: ex elementis, ex quibus reperies resultat ex humoribus: ex mèbris. Postquàm ergo egit Auicenna de prima compositione,

agit nunc de secunda, incipiens à definitione, mox Platonicè, dicens: humor est corpus humidum liquidum, in quod in primis nutrens conuertitur.

Pro cuius descriptionis claritate, norandum Primo, quod alimentum est multiplex, secunda maiore, vel minore propinquitate quàm habet ad instanti nutritionis. Aliud enim est futurum alimentum, aliud quasi alimentum, aliud à alimentum: dicit Hippocrates, lib. de Alimento. Istam autè extendit definitionem Galen. 1. de Facult. natur. c. 11. illà explicans. Illud ergo proprie est alimentum, quod iam assimilatur: illud quasi alimentum, quod apponitur et assimilatur: illud futurum alimentum, quod in venis continetur: & adhuc magis futurum, quod in ventriculo: largo vero modo cibaria extrinseca, quibus utimur.

Secundo norandum, quod bene potest esse aliquod corpus fluidum & humidum vt aqua, & tamen esse facultate sicca. Hinc veniat videmus aperte in vino, & in aqua marina, aut mris, & in aqua sulphurea: sunt enim sicca & fluida, non humidà. Et sic quòdo dicit Auicenna, humor est corpus humidum & liquidum: per humidum non intelligo humidum à predominio sine siccitate: sed humidum actum, quò in siccitate potest esse siccum. Quod melius interpretatus est Plutarchus: appellauit enim aquam vèd, & non humidam, id est, quae madefacit.

Cum istis duobus notabilibus respòdebis ad omnia argumenta, quae possunt fieri còtra definitionem traditam. Nam si dicas, melles, holla est sicca: ergo non est humida, vel humor: similiter & bitis. Respòdebis negando cò sequentiam: nã bene stat, quòd sit humor, id est, substantiam madefactam, & cum hoc profert deic casu. In hoc còtingit in bile & melicholiz: sicut in aqua salis, siue mris, quae desiccatur: & tamen sunt humidà, & fluida. Quod Galen. satis aperte de aqua marina docuit lib. 3. de Simp. med. sicul. esp. 3. vbi declarat, quo pacto aqua marina sit sicca, & desiccet, quàm sit humida. Quòque eius videndus est pro isto puncto. Quod vero aliqui humores sint sicci à predominio docuit Gale. 1. de Nat. Hum. Com. 19. vbi dicit,

Auicenna

Plutarch

Galenus

Hippocrat.

Galen.

dicat, Humores quosdam esse à predominio siccos, alios à predominio frigidos, &c. Et ita quando Auenenna in præsentia dicit, Est corpus humidum, debet intelligi iuxta sententiam Plurarchi, vt dixi.

Quod si interuenies, quare humores debeant esse humidi, & liquidi. Resp. quod esse deberent nutrire, & ad nutritionem penetrare & discurrere per angusta loca, oportuit vt essent fluidi, & illa actualè haberent liquiditatem, & illam actualens humiditatem, vel madefactionem, vt melius dicam.

Quod si debites, nam chylus etià habet omnes conditiones humorum, siquidem est corpus humidum, liquidum, in quod in primis alimentum cõuertitur in vetriculo. Resp. quod Auenenna nõ appellauit illa alimenta exteriora, nutrimenta, sed solù chylù appellauit nutrimentum, quia est factus nutritus à nostro calore. Et sic rectè dicitur, quod humor est corpus in quod transformatur chylus.

Colligatur ergo ex illa definitione, quæ sit materia humoris; dicimus enim, quod est chylus, qui generatur in vetriculo: ex chylò enim tanquam ex materia generantur humores.

Colligatur secundo, quod omnibus humoribus debeant illæ conditiones conuenire, quod, scilicet sint liquidi, & fluidi. Nam si alij humores inueniantur, qui per incassationem iam nõ sunt liquidi, sed vel in lapillos, vel topfos conuerti sunt, vel in substantiã quãdam durã & viscosã, vt pituita gipica, iam isti à natura humoris degenerauerunt, & improprie sic dicuntur humores.

De numero humorum.

Quod humores sint quatuor, probatur Hippocrate lib. de Natura humana. Opponebat enim vt animal perfectum sanguineum humoribus consisteret quatuor elementis respondentibus. Per autem etiã partes vnusquisque humor increfcit, tantummodo melancholia, hyeme pituita, vere sanguis, æstate bilis.

Probat etiam præterea ex deflectionibus, & vomitibus. Vitimò ex effectibus medicamentorum trahentium nõ dato tabarbaro extrahitur bilis, dato agaricò extrahitur pituita, dato helleboro, aut fena, aut epythi nõ extrahitur melancholia: sanguis verò quartus humor licet ab aliquo medicamẽto possit trahi nobis ignoto, cognouit tamẽ ille, qui in supplicatõ ductus est, vt refert Galenus, ramentis satis est, vt cognoscamus sanguinem distinctum humorem ab alijs,

quod illius euacuationem molliatur natura, cum exasperatur per nares, aut per vtrum aut si ipsa id non faciat, per artem tantum secta vena.

Turifanus.

Turifanus verò in Arte medicinali, solù tres esse humores contendit. Primo, quia nõ datur sanguis sanguinis, sicut sanguis biliosus, &c. Ergo nõ est possibulus sanguis 2. Secundo, quia sanguine extracto deficit in tres humores, ergo illi tantum sunt. Tertio, quia lac fit ex sanguine: & tamen in lacte non sunt, nisi tres substantiæ, ergo neq; in sanguine. Probat, quia in lacte est butyrus, calens, & ferus ex Gal. 4. Simplic. c. 17. ergo & in sanguine nõ est quædam substantia. Quare quia si datur sanguis quartus humor, daretur medicamentum trahens sanguine m sicut alios humores. Quinto, quia si datur quartus humor sanguis, datur quantum genus febrium. Sed contrariet tenet Galen. lib. 2. de differ. febr. c. 9. vbi docet tres tantum esse febres intermitentes.

Galenus.

Resp. ad primũ, quia erat barbaricus, quod sanguis dicitur sanguineus, quia non est distinctio. Ad 2. satis apparet quatuor partes distincte in sanguine extracto. Ad 3. resp. quod in lacte sunt quatuor substantiæ, butyrus, caseus, & serum, & in sero pars aqua, & alia acris, quæ calore præstat. Illas autẽ duas partes sero docuit Galenus multis in locis, & de Al. sic. c. 14. & Simplic. c. 17. & 3. Aph. Com. 24. & 2. Simplic. 12. Ad alia patet responsio, nõ medicamentum trahens sanguinem, non deficit in natura, vt diximus. Genus vt febris ex sanguine est manifestum de quo in prima quartus agemus.

CAPVT II.

Num humores in hepate ab vno, & eodem calore generentur.

Hæc questio licet mita videatur, est tamen difficilis, vt ex argumentis constat. Nam quod quatuor humores non generentur ab hepate, probatur. Primo, quia idem ut quantum idem semper est nature facere idem: ergo hepatis solam potest esse similem sibi partem: ergo solam trahit formam inducere; ergo non quatuor. Secundo, vnus agens naturale vnico instrumẽto vtẽs, videretur determinari ad vnũ. Tertio, materia nõ potest recipere similes duas formas eõcracias. Neq; forma potest simul informare duas diuersas materias. Neque suis potest percipere similes duas contrarios. Ergo neque causa efficiens

L. 2. p. 103

potest efficere simul effectus contrarios. Sed quatuor humores includunt in se rationes omnino contrarias: ergo non possunt fieri ab vno agente.

Quartus, iccur est agens vniuersum: ergo debet generare effectum vniuersum eiusdem rationis. Sed respondere solet ad hoc aliquid mentum, quod iccur est agens aquinum: & sicut Sol generat molliorem in terra, & duriciorem in luto, ita iccur generat diuersos effectus. Verum contra hanc responsionem est replica difficilis: nam Metaphysica docet, quod agens aquinum, cum habeat illam eminentiam, non assimilatur sibi effectum: generans vero vniuersum sibi illam assimilatur. Sed iccur assimilatur sibi chylo: & per nutritionem propriam formam inducit: ergo stridendo loquendo debet iccur dari agens vniuersum: ergo non tenet solutio communis: quae eum parat iccur corporibus celestibus.

Quinto, non in alijs locis extra iccur generatur humores: sanguis enim tempore necessitatis in venis ex pituita generatur, in ventriculo pituita: & in quacunque parte ex particulari coctione solet humor generari, qui est particularium morborum causa.

Sexto, actio hepatis est actio transitiva: na, procedens à facultate vitæ, siue à facultate viuente: ergo debet terminari in re viuentem. Sed humores non viuunt, ergo non sunt ab aliqua hepatis facultate transmutati. Hoc argumentum aliquibus Modernis ita difficile videri esse: coacti in quadam solutione deueniunt fati ridiculam. Dicunt enim, quod generatio humorum est actio merè naturalis, vt attractio magnetis non est attractio vitalis, sed purè naturalis. Ita similiter generatio humorum non terminatur in formam viuentem, quia est mera mutatio naturalis.

Sed hæc solutio est proferis aliena à bona Philosophia: nam tota illa actio generatiua humorum dicitur à potentia vitali, merè calore vitali, eoque ex se terminabilis in formam viuentem: ergo proprie loquendo non est purè naturalis, vt attractio magnetis: attractio enim magnetis nullam respicit terminum à quo, vitalem. Sed generatio hæc non tam respicit per se terminum à quo, vitalem. Quare cum prædicta solutio nullam habeat fundamentum, argumentum propositum solui querit, quæ ut ratio quare generatio illa humorum terminatur de facto in formas quatuor humorum, & non in substantiam viuentem. Non enim sufficit, quod sit terminabilis, si non terminatur de facto. Et sic argumentum aliquam vim habet.

Pro huius maiori notitia, nota. Primum, quod in hac questione tantum loquimur de humoribus, qui pertinent ad naturalem hominis naturam, non de humoribus præternaturalibus: his enim inferimus agemus. Secundum nota, quod tres sūt conditiones in nostro corpore. Prima est, quæ fit in ore & ventriculo. Secunda, quæ agitur in iccore & venis. Tertia, quæ in vnaquaque corporis parte celebratur. Hæc enim diuisio magis consona Hippocrati existimamus, lib. 1. de Dieta, & lib. de Alime, quem sequitur Auerz. 7. col. c. 24. & Galen. 1. de Tempore. c. 3. quibus aliter diuidat Auicenna in præsentia quem rectè reprehendit Moranus, de quo egius in tract. de Venis. In prima ergo coctione es alimentis fit chylus in iccore, & venis fit & perficitur sanguis: & vltimò in vnaquaque parte sicut humiditates illæ, ex quibus debet fieri nutritio. Quoniam ergo humiditates quatuor sunt à calore partium coquearum sibi alimentum, tota illa elaboratio dicitur vna coctio.

His suppositis conclusio est Galen. lib. 4. de Vsa partu c. 1. circa initium, vbi eleganter declarat quo pacto omnes humores ab hepate generentur, ex ipso appositisimò: nam chylus est vt mustum, deferiturq; ad hepar, vt cooquantur. Atq; vt mustum, cum ebullitionem patitur in dolio, pars terrestris quasi fex descendit, tenuissima verò, quasi flos vini superat: mediocris autè in vini naturam conuertitur: ita chylus coctione hepatis effluens, & eius tenuis venitur in bile, crassum in melancholia: mediocre in sanguine: pituita autè non adduxit in hoc exemplo, quia nil est aliud quàm sanguis diminutè coctus, & inter partes illas mediocres fertur à natura, vt couertatur in sanguinem. Hanc sententiam sequitur Galen. vbi quoque de hac re agit, lib. 4. citato de Vsa part. multis in locis idè probat, vbi facit hepar communem massam sanguinariæ officinam.

Quod etiam ex anatomica obseruatione collate potest: nam videmus in venis mefaraicis iuxta hepar, materiam albam aliquantum raboris connere, & in ipsa quadam formam sanguinis: ergo signum est, ipse hæc hepatis esse pertingere, & quasi factum opus iam eleuete.

Tertio, quia nulla pars tantam habet similitudinem cum massa sanguinariæ, quam tam hepar, quod ad sensum nil aliud videtur, quam sanguis coagulatus. Ergo cum similis effectus debeat oriri à simili causa, consonum est, vt ad hepar pertineat massa sanguinariæ generatio. Præterea, quia ad

De numeris
Humorum, vna
lib. de Dieta,
112. 41. & in
lib. de Venis
de Primis.

Galenus.

mensuram temperamenti iecoris variatur significatio. Si iecur est nimis calidum, fit massa sanguinaria biliosa: si nimis frigidum, fit pituitosa: ergo signum est iecur esse officinam sanguinis.

Aristotel.

Sed obijcies auctoritatem Aristoteli, qui putat sanguinem in corde generari, 1. de hist. anim. c. 19. Verum resp. non esse audiendum in hac materia Aristotelem, quia putavit eum primum generari, & esse principium venarum. Quae sententia non probatur apud Medicos: de qua re inferius agemus.

At inhabetur: nam Aristoteles cor dicit esse principium illius sanguinis, qui quotidie ad nutritionem generatur: ita enim apparet 2. de Partib. animal. c. 1. Et confirmatur, quia sanguis fit ab actuali calore vitali: hic autem residet in corde tandem in fonte & in foveo, teste Gal. 1. de Element. c. vlr. Ergo ad cor pertinebit sanguinis generatio. Quod etiam Hippocrates docuit in lib. 4. de Morbis, au. 2.

Præterea similitudo etiam intercedit: cor enim caro quaedam est rubra, & dura: ergo in hac parte non deficit cōditio, ut assimilaret sibi maricam, & conuertat in sanguinem.

Hæc tamen nil faciunt contra nostram doctrinam: dicimus enim cor esse principium caloris vitalis influentis. Atque ob id præstat concussum instrumentale omnibus partibus, ut operentur: ut Sol præstat nobis virtutem ad aliquas operationes, quas non possumus facere sine illius auxilio: nihilominus tamē dicuntur causæ principales respectu talium effectuum: ita similiter hepar est causa immediata & præcipua massæ sanguinariae: cor autem est ræquam causa vniuersalis præstans virtutem aliquam ipsi hepatis: enim calorem vitalem, sine quo sanguis non efficeretur.

Secundo, potest dici cor principium sanguinis, id est principium perfectionis sanguinis, postquam in venis sanguis factus est à iecore, perficitur, & elaboratur amplius calore cor dis. hinc ex his patet ad obiectiones. Quod enim possit probare, est, quod cor sit principium vniuersale caloris influentis: non enim probant, quod sit immediatum agens sanguinem efficiens: nam licet præstet virtutem caloricam ipsi hepatis, tamen hæc virtus, ut modificata ab hepate, est proximum sanguinis conficiendi instrumentum: ut calor Solis modificatus à virtute humanæ, fit temperamentum generandi fetus: cum tamē patres, à quibus semen deluxit, sunt causa principalis ipsius fetus, quia assimilant in natura & forma: ita similiter hepar est

causa principalis humorum, quoniam recipit calorem aliquem à corde. Idem enim philosophari possumus de hoc puncto, quod de causa particulari, & vniuersali, res pectus eiusdem effectus philosophatur Metaphysici, 7 & 3. Metaph.

Sed dubitabis: nam Galenus lib. de Humoribus, bilem ait generari in vesica fellic: quod & color vesicæ arguit. & quod bilis in illa cōfuerat. Resp. quod bilis naturalis in hepate generatur, vt docuit Galenus, 4. de Vitiis partium citato, astrahiturque: à vesica fellic, & expellitur etiam ab alijs partibus. Quia ergo bilis in vesica illa est succera, & in suo amatorio, & colore perfecta, hinc est, vt dicit Galenus in vesica illa generari, id est, generari quantum ad hoc, quod ibi recipit perfectiora accidentia naturalitatem in hepate absque dubio recipit esse. Neque inde colligas perfectiones illas recipere à vesica, vt falso insinuat quidam: sed intelligas in illo loco ipsam bilem deputari à contrariis, & elocessere amplius.

Dabimus.

Idem respondendum, si interroges de mellē ebulla, quam dicit idem Galenus generari in splene: non enim generatur nisi in hepate, & postea per suos meatus transfinitur in lienē, vbi nigrioris coloris recipit. Quod si licet intelligas, nā conclusa via inter hepar, & lienē, totus corpus inficitur colore nigro per aspersionē mellē holiæ: & interclusa via inter hepar, & cistellā fellic, totū corpus redditur pallidū, aspersione bilis: ergo cuiusdā signū est generari illos humores in hepate, licet colligantur in illis locis.

Quare argumenta in principio proposita breuiter dissoluimus. Ad primū communitate resp. quod licet sit vniuersale, & vnus calor, tamen est diuersus cōparatus respectu diuersæ materiae in qua agit: nā in chilo nō sunt negande partes diuersæ temperatæ: & sic idem calor agens in frigidis partibus, facit phlegma, vel pituitam: agens in partē mōdera, facit sanguinē: agens in tenues, & insillima bilem, facit bilem: agens in terrestres, facit melancolicā. Nō enim est nisi, quod idē numero calor diuersos effectus faciat secūdam diuersitatē materiae. Et hoc modo explicatur sententia Avicennæ in hac Doctrina quarta, quādo dicit: Sanguis fit à calore rēperato: colera à calore excedenti: pituita à diminuto, &c. Nā cum vnus sit calor hepatis, dicitur illas denominationes accidere propter diuersas materias, in quas agit. Ille enim dicitur calor excedens, qui ex partibus subtilioribus facit coleram, & sic de aliis.

Aliiter respondent alij Auctores ad præ-

dictum argumentum: nam dicunt quod calor hepatis differt secundum intentionem, & remissum, & ita poterit facere diversos effectus: nam pars gibba est calidior, pars concava est minus calida, sicut in ventriculo contingit, pars enim inferior est calidior, quam superior.

Ventili.
Alii dixerunt, prater calorem hepatis, esse ponendas quatuor virtutes humorum generatiuas, quam opinionem aliquando sustulit Gentilis, ut ipse dicit, & dat modum illam defendendi p. 1. fol. 50. pag. 1. dub. 14. Vallesius respondet, quod iecur facit quatuor humores, quia ex illis consistit, & sic per assimilationem contingunt quatuor substantiæ. Tamen ista responsio patitur difficultatem, quia caro iecoris non habet illas diversas partes in actu, sed virtute, & sic una forma reperitur in hepate cum dispositione mixta, non tamen cum actualibus partibus, quæ humoribus correspondere. Ergo iecur non facit quatuor humores per assimilationem, siquidem non est similis omnibus quatuor, ut distinctis.

Potest responderi pro Vallesio, quod iecur intendit assimilare sibi passum, assimilat quoad potest secundum illas quatuor partes, quas habet (sæ) forma iecoris: quas ut requirit, et de mutationibus exposcit, ut prius dixit chylâ in illos quatuor humores, ad quod etiâ adiuvat dispositio materie, quantumvis tamen esset visiformis materia, conuertetur in illos quatuor humores ad nutriendum hepar.

Quod si dicas, ieram ventriculæ est eorum virtus ex quatuor humoribus: ergo poterit illos facere. Resp. quod deficit ventriculo virtus peculiaris ad animam in substantiâ iecoris derivata, est enim organum dederunt ad virtutem sanguificam: & sic elincet magis in eius compositione: est enim veluti in illa sanguinis coagulati. Ergo secundum hanc Vallesii solutionem, idem iecur facit idem sibi simile.

Similiter respondent ad secundum, vel secundum primam solutionem, dicendo: Quod licet sit visum agens, & visum infirmum determinatum ad unum, tamen diversitas materie est sufficiens causa diversitatis effectus. Vel secundum responsum Vallesii, dicendo quod iecur determinatur ad unum effectum: nam omnes illi quatuor humores complecti adestque intentio iecoris intendens omnes illos inquam visum in suam substantiam conuertere.

Ad tertium communiter dicitur quod causa efficiens poterit efficere duos effectus

contrarios in diversis subiectis: hoc enim quotidie conspicitur ignis enim est agens in vinocum, conglutat lacrem, & liquefacit ceram. Et hoc contingit in hepate, quod generat humores. Quod et insiditur, quod una causa efficiens non potest facere duos effectus contrarios, solet explicari, quod non possit facere contrarios effectus primarios. Et sic iecori dantur unum effectum quem producat, nempe sanguificationem. Si vero consideres humores illos tres, considera obsecro, inquam inadaquatos, & partiales huius effectus totales.

Ad quartum responsum est, iuxta quod iecur est agens vinocum: nam assimilare sibi passum in specie, quod tenet Conchiliator, qui supponit esse actionem vinocum, diff. 29. annex. 1. Ex hoc autem non sequitur quod debeat generare unum tantum humorem, sed sufficiens, quod generet plures per modum unius, hoc est: illos movendo, & coquendo, ut induant unam formam iecoris. Et sic secundum hanc doctrinam iecur est agens vinocum inducens suas dispositiones similes usque ad viciniam assimilationem in partibus chyli.

Ad quintum argumentum resp. quod pituita naturalis non generatur nisi in hepate, si quis vero crudus similis pituitæ solet aliquando generari in ventriculo. Dixi, aliquando, quia generatur ex alimentis primitivis non enim semper procreant illa pituita in ventriculo, tamè in hepate semper generatur, & ex quocumque alimento. De sanguinis generatione extra iecur communiter dicitur generari quidem in illa vena, ad quam pertingit calor hepatis, de qua re peculiariter infra agemus. Alii vero humores, dummodo praternaturales sunt, in quacumque parte possunt generari, ut postea videbimus.

Ad sextum potest dici, quod ab hepate duæ adiones proficiunt. Prima est alteratio in tempore, qua conficit humores, & de hac est questio. Altera est in instanti, quæ est aggeratio, & hæc est terminus extrinsecus illius primæ alterationis. Quando ergo alimentarius, Actio hepatis est transmutativa: ergo debet terminari in rem viventem: Distinguendum est consequens. Si enim est actio vitima, quæ est aggeratio, debet terminari in rem viventem. Prima vero actio alterativa non terminatur nisi primario in qualitate necessarias intrinsecè, & in massam sanguinariam extrinsecè. Abbi autem agens de sanguificatione, visum sit actio vitalis.

Quod si interroges, quare ista generatio

Conchiliator.

ſanguinis terminetur in formam ſanguinis, & non in formam viuentem? Reſpondeo, quod ſanguis eſt quoddam mixtum medium, quod fit à natura propter alium finem, nempe vt reparet naturam viuentem: & ſic ſtatim ac generatur, rapitur à partibus ad ſuum finem adimplendum, manente aliqua portione illius in iecore, vt conuertatur in iecur. Et ſic illa coctio, & tota illa alteratio, & illa ſanguinis generatio de facto terminabitur in prædictum finem nutritionis, tanquam in vitimum naturæ finem, qui in qualibet corporis parte perficitur: quia iecur non poterat totum ſanguinem in ſe conſeruare: & ſic tranſmittit, vt ſuo fine fruatur in reliquis partibus viuentis.

Et hæc eſt huius quaſtionis ſolutio, iuxta ea quæ cõmuniter Auctores Medici tradiderunt. Sed oportet vterius elaborare.

Circa alterum punctum, de actione hepatis, vtrum ſit propriè actio agentis vniuoci, notandum ex Metaphyſica, ſecundum doctrinam S. Thomæ 7. Metaph. quod quæ ſunt, vel per ſe ſunt, vel per accidens. Inter effectum per accidens, & cauſam nullam intercedit ſimilitudo: quam enim ſimilitudinem habet inuenio theſauri cum illo, qui fodit ad plantandum? Nullam eſſe, ſciendum eſt. At verò in generatione per ſe, debet eſſe ſimilitudo generati: quia generans per ſe, generat vt tale intendens ſibi ſimile. Hæc generatio eſt ingit tribus modis ſecundum tres modos ſimilitudinis. Nam quædam eſt ſimilitudo materię vniuocationis; alia ſimilitudo analogiæ ſue proportionis. Tertia eſt ſimilitudo partim vniuoca, partim analogica. Generatio vniuoca eſt, quando forma geniti præcedit in generante ſecundum eundem modum eſſendi, & in ſimili materia, quæ vocatur ſecundum ſpeciem: vt ignis generat ab alio igne non ſolum habet ſimilem formam, ſed ſimilem materiam. Quando verò forma generati præcedit in generante non ſecundum eundem modum eſſendi, neque in ſubjecto eiusdem rationis, talis generatio partim dicitur vniuoca, partim æquiuoca: vt domesticatio domus enim præcedit ſit in monte aſſiciens ſecundum eſſe immateriale: At verò in effectum ſue eſt domus materialis ex lapidibus, &c. Et ſic quæſtum ad formam, vocatur vniuoca, & quantum ad materiam, æquiuoca: vel quantum ad eſſe formæ in materia. Vnde in tali generante eſt ſimilitudo vniuoca, quæ attenditur ſecundum genus.

Generatio verò æquiuoca appellatur, quando tota forma generati non præcedit in genere, ſed aliqua pars eius, aut aliqua pars partem: vt medicamentum v. g. calidi dicitur cauſa ſanitatis, quia habet calorem, qui calor vel eſt pars ſanitatis, vel mouens ad ſanitatem. Talis ergo productio eſt æquiuoca, & nullo modo vniuoca. Et ſic omnia illa agentia æquiuoca ſimilitudinem analogam habent cum ſuis generantibus.

Colligitur verò ex D. Thomæ loco citato, quod ad cauſam agendi per ſe eſt pars generati præexiſtens in genere: hæc autem, vel eſt ipſa forma, vel pars formæ. Per partem verò formæ nos intelligimus virtutem: quod elicitur ex ipſo exemplo, quod adducit D. Thomæ. nam dicit: Motus producit calorem non per calorem formalem, qui ſit in motu, ſed per virtutem caloris productiuam: & hæc aliqua eſt perſonens ad calorem, & appellatur pars caloris. Idem enim philoſophamur in cõſo.

Ex his colligitur, malè philoſophari illos Medicos, qui dicunt viciu fieri ex ſola diſpoſitione materię, & reſultare illa excrementa in iecore coctiſe per accidens, vt effectus quidam per accidens: & quod ſolus ſanguis reſulter tanquam effectus per ſe ſimilis iecori. Fallitur (inquirit) quia effectus per accidens nullum præſertim habet ſimilitudinem cum illa cauſa à qua procedit: inſia verò ſanguinaria habet aliquam ſimilitudinem: quod omnes ſunt partes, cum ſuo generante: & ob id non debet reſandi in ſolam diſpoſitionem materię. Habemus ergo vnam concluſionem, quod hepar eſt cauſa per ſe quatuor humorum; non ob aliam rationem, niſi quia aliqua eſt intercedit ſimilitudo cum quolibet illorum. Hæc enim eſt lex generati per ſe, vt eius ſimilitudo præexiſtat in generante.

Nunc perſcrutandum, quæ ſimilitudo ſit illa: vtrum vniuoca, vtrum partim æquiuoca, partim vniuoca; vtrum verò ſimpliciter æquiuoca. Et certè, ſi conſideremus effectum ipſum, vt ſic, quatuor ſubſect humorum (imò vt ſic debet conſiderari, nam licet vitiam eſt ordinatur humores ad formam viuentem, tamen dicti illam non habent, nondum terminant generationem vniuocam viuens vt ſic) nõ præcedit illiſtã formam ſecundum eundem modum eſſendi, neque ſecundum materiam in iecore; ergo non eſt dicenda illorum generatio vniuoca ſimpliciter ſecundum ſpeciem. Nam neque ſanguis habet eandem formam

Perpenſatur doctrina Valey, qui dicit eſt inſinuauit, eſſe generationem humorum eſſentiam vniuocam.

S. Thom.

nam specificam, quam habet iecur, neque siualem materiam. Idemque dicendum de quolibet alio humore. Neque est generatio partim vniuoca, partim aequiuoca, ut dominatio: quia forma sanguinis non præcessit in hepate secundum aliquam superiorem rationem, aut immaterialem aliquam ideam, ut donus in mente opificis.

Relinquitur ergo, quòd si consideremus quatuor humores tamquam entia quaedam genita in esse permanenti, & terminato, cum in illis sit pars formæ hepatis (id est, virtus hepatis, qualitates primæ & secundæ hepatis, quæ mouent materiam ad formam hepatis) dicendum profectò est, similitudinem, quæ intercedit inter humores & hepar, esse analogam & proportionis, & sic totam illam generationem esse æquiuocam, & nullo modo vniuocam.

Sed interrogabis, quare dixerim, si consideremus humores in esse permanenti, an forsitan sunt successiuus? Respondendo, intelligas (obsecro) humores istos semper moueri ad esse partu viuicntis, ita vt multi Philosophi crediderint istas coctiones non esse generationes substantiales, sed alterationes, quibus alimentum perficitur, & disponitur ad ultimam nutritionem. Id ergo volui insinuaré, quando dixi, si considerentur in esse permanenti, & terminato, id est, quòd per generationem acquiserint vnã formam permanentem, & vique dum illam per aliam generationem nouam substantiale amittant, magis enim placet esse mutationes substantiales istas coctiones, & Theologorum sententiis magis consona loquimur. Illi enim putant, vinum differre specie à musto. Galenus verò mustam sanguinariã comparauit vino, & chylam musto.

Neque ex hoc intelligas, Vallesium errasse in supradictis: ipse enim nec verbum de his protulit, sed solum dixit, iecur assimilare, non tamen docuit, quæ esset ista similitudo. Id nos explicuimus, concludentes, esse aduocem hepatis æquiuocam appetit per se, & non per accidens. Ultima vero transmutatio, quæ est instantanea nutritio, vniuoca tota est. Sed de hac non loquimur.

Brenis hepatis descriptio.

Non est autem præter intantum, scire quid sit iecur. Si quidem causa est hiesis est omnium humorum. Hinc ergo defini-

tio est hæc: Hepar est membrum concretum substantiæ, tamquam sanguinis coagulati, lunaris figuræ, in dextero latere animalis collocatum, stomacho suppositum, venarum origo, & quatuor humorum principium effectuum.

Notandum verò, quòd in hepate duo trunci venarum implantantur, à quibus multiplices rami per vniuersum corpus sparguntur. Primus truncus implentur in gibbo hepatis, esseque vena caua, quæ defert sanguinem: à qua vena differuntur alie deferentes etiam sanguinem. Secundus truncus implantatur in concava hepatis parte, & appellatur vena portæ, quia in se, & in suis ramis portat chylum ad hepar. Hanc venam noluit Rasis appellare venam, quia non portat consecutum iam sanguinem, sed chylum.

Rasis.

Ab ista vena portæ, nascuntur quinque venæ versus hepar, & ab his alie minutissime capillares. Egre diens verò vena portæ versus ventriculum emittit octo ramos, siue octo venas metastaricas, quæ tendunt ad stomachum & intestina, vt trahant chylum.

Tale verò est artificium opificis, vt istarum venarum principalium ramuli taliter coeant in substantia hepatis, vt chylus coquatur, diuisus ferè ad minima, in venulis capillaribus venæ portæ, & ab his transmittatur in venulas venæ cauæ: coeunt enim venulæ inter se per orificia, ita vt dicere possis sanguinem fieri tangente hepate quantilibet partem chyli. Sic enim diuiditur per istas venulas: tangit verò medijs venulis istis capillaribus per suam virtutem. Vnde scies sanguinis generationem fieri in Venis virtute sanguifica hepatis: & doctam naturam tales anfractus venarum parauerunt fabricasse, vt magis detineretur chylus ad suscipiendam actionem, & in minutiores particulas diuideretur, vt melius virtutem hepatis participaret. Sed redeamus ad euoluendas alias dubitationes circa ea, quæ dicta sunt.

Dubitabis, quo pacto bilis possit generari ab hepate minus calido: de aijs enim humoribus non est dubitatio: nam materia pituita resistit, vt non recipiat nisi illum calorem, & sic nullus humor fit à frigore, sed à calore per coctionem: ita vt materia omnium humorum fit calidior in termino ad quem, quam fuit in termino à quo. Sed de bile est difficultas, quia habet intensiorem calorem quam hepar. Hæc difficultas videtur similis illi, quæ circumfertur de

Dubium.

spiritibus vitalibus, qui sunt calidiores corde.

Dicunt quidam, quod materia, ex qua bilis generatur, propter suam dispositionem, remisso calore recepto, ascendit ad interfectionem, quo producto inducitur forma. Si verò interrogas: A quo agente ille gradus intensior producitur? Respondent, quod à corpore caelesti. Haec est vulgaris solutio, quam sequitur Basiliensis, & alii multi.

Sed nondum rectè evasit difficultatem, quia necessarium est, ut dicant formam generari à caelo, quod sine necessitate non est dicendum. Nam si caelum dat dispositionem vitamam, & dat formam, principale generans est appellandum. Ergo iecur non generat bilem; non enim dat dispositiones necessarias, neque formam.

Quare dicendum arbitror, quod dispositio praecedens formam, habet latitudinem (habere enim debebat propter latitudinem, & varietatem materiae) ita ut forma aeris v. g. possit introduci cum minori dispositione, quam sit illa, qua conservatur, ob dispositionem scilicet materiae. Idem videtur in forma ignis: nam cum minori calore inducitur in stuppa quam in ferro. Tamen ad conservationem indiget aqua: illi calore in vtraque materia.

Hoc supposito dico, quod iecur generat bilem, quia in materia disposita inducit vitamam dispositionem ad formam bilis. Virescent vero ille gradus, qui est intensior, & excedit totam latitudinem hepatis, emanat ab ipsa forma bilis, ad eius conservationem: & sic non est necessarium iecur rete ad caelum. Exemplum patet in aere, qui generatur ex igne & aqua: nec enim potuit acquirere octo gradus humiditatis ab aqua, quia haec in doctrina communis Aristotelis non habet summam humiditatem: neque potuit illos octo gradus recipere ab igne, qui est siccus. Inducta ergo fuit forma aeris cum remissiori humiditate, & postea pullulavit intensior ab ipsa forma aeris. Idem in humoris biliosi generatione contingit. Quare iecur est formae generans.

Præterea dubitabis, vitamam, ut fiat haec forma in hepate, debeat precedere semper forma pituitae: nam pituita est sanguis diminutè decoctus: sed prius est imperfecta coctio quam perfecta: ergo cibus antiquam conseratur in massam sanguinariam, debet totus conuerti in pituitam. Quam sententiam videtur amplècti Auerroes 2. cole. de virtutibus pituitae.

Resp. quod licet soleat esse ordo inter aliquas formas medias, antequam deueniatur ad vitamam; hic tamen ordo seruetur à natura, quando talis rei perfectio non potest esse sine omni illa dispositione praecedenti. Sic enim videmus, ut generetur homo, debere precedere formam sanguinis; deinde formam feminis; tandem formam embryoniam. Et hic ordo in multis aliis rebus perfectis apparet. Alias tamen sunt res non ita perfectae, quae, ut generentur, non indigent tali ordine, sed aliquando sola dispositione materiae cum sufficienti agentis adione: aliquando verò est necessum ob ineptitudinem materiae, ut praedat aliqua forma media. Hocque contingit in presenti: nam iecur potest facere ex optima, & obediens materia sanguinem. Si verò ita sit resistens aliqua pars chyli, ut remaneat semicocta cum forma pituitae, ex illa rursus poterit efficere sanguinem.

Et ex hoc patet ad argumentum, concedimus enim quod semper praecedit imperfecta, & semiplena coctio: tamen per hanc non sequitur, quod semper inducatur forma pituitae, sed possunt induci dispositiones ad sanguinem in materia aerea, & optima: & in illo medio vocabitur chylus semicoctus ad sanguinem, non tamen pituita.

Ad alias dubitationes, quae solent circumferri de humoribus in generali, transeamus, ut postea de humoribus in particulari differamus.

CAPUT IIII.

Nam solus sanguis nutrit.

HAEC quaestio iam pertinet ad finalem causam humorum. Postquam enim materiam declarauimus esse chylum: & efficiens esse iecur, finalis causa naturae declaranda est. Forma enim vniuersalisque humoris in proprio terminone de vnoquoque explicabitur. Videtur ergo, quod solus sanguis nutrit: nam alimentum debet esse dulce, teste Aristot. lib. de Sent. & Sensib. li. cap. 1. & Galen. lib. 4. de Simplimed. fa. cul. & Aue. can. 2. tract. 1. cap. 1. Sed solus sanguis inter humores est dulcis: ergo solus ille nutrit.

Secundo, quia si colera nutrit aliquid membrum, debet includari: hoc autem non patitur natura, nam coctum non potest includari. Quod includetur, patet nam nullum

Aristot.

lum membrum est, quod non habeat remissio- rem calorem quam bilis sincera. Tertio, quia aliqua sunt animalia, quae ca- rent felle, ut ceruus, camelus, delphinus: in quibus non est credendum, nutrimentum praestari ab humore bilioso, siquidem iste non apparet in corpore.

Quarto, quia si sanguis non nutrit, id maxime est, quod cum sint partes tam di- uersae in corpore, non videtur sanguis sufficiens nutrimentum, qui est viscosus, & vnius temperamenti. Sed contra est; quia sanguis habet partes diuersas, ut ca- tera mixta, ergo ipse solus poterit nutrire omnia membra.

Quinto, quia sicut ex semine omnia membra efformantur, quantumuis diuersa sint, & ipsum semen homogeneum: ita simi- liter ex sanguine omnia nutriuntur.

Sexto, quia melancholia, & bilis sunt excruciantia separata à natura in propria receptacula, ut sanguis purus remaneat ad nutritionem. Quod exemplo vini declara- bat Galenus 4. de Visu part. cap. 3. Quando enim effluuiscit vinum, flos natat, & subsi- det fixitas quando fit sanguis, bilis, & mel- ancholia separantur. Ergo inutiles profus sunt ad nutritionem.

Septimo, quia viuens debet nutririi tali alimento, quo possit reparare principia vi- talia. Sed vita consistit in calido, & humi- do, ergo nutrietur sanguine, qui est calidus, & humidus: ergo non alijs humoribus. Præterea alia multa possunt colligi argu- menta ex sententia Aristotelis, quem in hac opinione sequitur Auetro. 2. coli. c. 1. Et potest confirmari ex Galen. in fine libr. de Element.

In hac questione nihil videtur demon- strari posse; quod etiam sensit Galenus, ut refert de ipso Gentilis in questione pro- pria. Mihi tamen probabilius apparet, om- nes humores nutrire posse, & in gratiam nutritionis esse factos à natura. In qua as- sertione duo possunt contineri, quorum vnum quodque euoluam.

Primum est, quod totum aggregatum massae sanguinae nutriat non bilis per se, nec melancholia per se, sed mixta cum sanguine. Hæc est opinio vulgata omnia- fere Medicorum. Et probant: quia quod debet nutrire, debet habere conditiones quas in supraddictis argumentis potes colligere: illas autem non potest habere bilis sola. Ergo ut mixta cum sanguine acquirat illas, ita etiam poterit mixta nutrire. Quod Galenus confirmat 4. Simplic. vbi agens

de saporibus, dicit sapores alijs non nutri- re, nisi misceantur dulci. Sed ista omnia, va- dixi, nullam habent demonstrationem, sed apparentem, aut probabilem rationem.

Alterum quod continetur in prædicta asserione, est, quod humor quilibet nutriat; neque fit necessarium, ut sanguini misceatur ad hoc vt nutriat. Vt hanc con- clusionem possim probare, debeo suppo- nere, vtrum verum sit, quod omne alimen- tum debeat esse dulce.

Galenus 4. Simplic. vt probet omne nu- trimentum debere esse dulce, sic procedit. Nutritio est euacuatio repletio, sed id quod dependitur est, & euacuatum, erat nature familiare, & iucundum. Ergo quod de no- uo ex alimento accedit, debet esse tale: sed quod iucundum, & familiare est, illud est dulce; ergo omne quod nutrit, est dul- ce.

Hoc videtur totum esse fundamentum Galeni. Ex quo ego elicio, quod illud pote- rit esse alimentum alicui viuenti, quod illi fuerit familiare, & quamuis non habeat sa- porem alicquem, poterit vocari largo mo- do dulce; quia scilicet tali viuenti est gra- tum, & familiare. Certe aliud non probat Galenus: nam appellare id quod familiare est, nomine dulcedinis, larga loquutio est, nec strictè sumit saporem dulcem.

Et probatur apertè: nam plantæ nu- triuntur aqua, & terra mixta, quæ nullum habent saporem: tamen tale alimentum est plantis iucundum, & familiare, & tanquam tale attrahitur.

Dicitis ad hoc, Galenum egisse de alimen- to animalium habentium gustum: plantæ verò carent gustu, vt docuit Galen. 8. de placit. cap. 6. Tamen hoc nihil obstat: nam partes animalium carent gustu, sicut & ip- sæ plantæ.

Considerare ergo oportet in alimento dulci duas res. Primo qualitatè ipsi gusta- bilem. Secundo ipsam substantiam alimen- titiam. Ergo notandum, quod id quod nutri- rit, substantia ipsa est alimenti, (salem vt materialis causi nutritionis. Alimentum enim est, quod conuertitur in substantiam aliti. Qualitas verò gustabilis non potest subire hæc rationem nutriendi. Ergo tan- tum deseruit vt signum, & indicium quo cognoscamus alimentum esse optimum, & familiare. Hæc autem cognitio non est necessaria in nutritio: nam partes nostri corporis sine cognitione dulcis nutriuntur dulci; & plantæ nutriuntur elementis, quæ neutiquam dulcia sunt; quia scilicet fami-

Galen.

Obiis.

familiaris sunt ipsis plantis. Videñe quomodo dulcedo non sit simpliciter necessaria ad nutririens, nisi ut indicet quoad nostram cognitionem, ad cognoscendam naturam alimenti?

Quod etiam videbis in plantis amaris, quæ cum debeant nutrirî alimento simillimo, sumpto ex elementis mixtis, erit tale alimentum amarum; nihilominus appellabis illud dulce, & familiare: quia respectu illarum tale potest appellari, siquidem est, quod appetant, & quod atrahant.

Ergo ratio Galeni non convincit, omne alimentum debere esse ad gustum dulce, sed convincit, debere esse familiare.

Hoc supposito, probari potest, bilem solam posse nutrire, quia poterit esse familiaris alicui parti viventis, & trahi ut talis; & coctionem, & assimilationem suscipiens, tandem convertetur in substantiam viventem. Secundo, quia cum sit quoddam mixtum perfectum, quis verat posse mutari in mixtum vivens adione caloris nativi!

Tertio, argumentor contra communem modum opinandi Medicorum, qui dicunt nutrire illos humores, verum mixtos. Contra hoc sic procedo: Quia si isti humores non nutriunt soli per se, nec etiam mixti. Patet hæc consequentia, quia ex sola mixtione cum sanguine, non possunt fieri iucundi, & familiares nostræ naturæ: ergo nõ possunt nutrire (hoc enim erat fundamentum Galeni, qui putabat ob hoc esse necessariam dulcedinem): probatur istud vitium antecedens; quia ex sola juxtapositione sanguinis non potest bilis amittere suum radicale temperamentum, & etiam amara manebit: non ergo per sanguinis confortium acquirit, posse nutrire.

Quod si tantum dulcis saporis alimentis vis ut nutriant; & non benevolenter his argumentis coninceas; dicam tibi, melancholiam & bilem, licet tam exuperantes habeant suos sapes, & excedentes, & prædominantes; habere tamen aliquam, licet remissam dulcedinem: & sic nulla nobis relinquatur cum Galeno controversia, siquidem illi concedimus, saporis dulcis esse participes illos humores, licet id sit remissum, per illud tamen erant familiares ad nutriendum.

Hanc autem conclusionem si volueris extendere, & amplius probare, videbis, (si placet) questionem propriam, utrum elementa nutriant; ubi probatur, aquam solam per se nutrire, quæ omnia ad præsen-

tem questionem maxime conducunt, argumento ducto à fortiori. †

Argumenta verò in contrarium nullã habent efficaciam. Ad primum iam declaratum est, quo pacto alimentum debeat esse dulce, id est, familiare. Ad secundum dicunt aliqui, quod colera potest incrudari mixta cum sanguine; per se sola non potest. Hæc tamen solutio est falsa: Quia si per se sola non potest incrudari, quo pacto per solam juxtapositionem cum sanguine, potest incrudari? Non enim amitti esse colera. Quod si dicas, in illa mixtione cum sanguine, amittere propriam formã, sicut elementa in mixto: iam non remanet completa, sed quoddam tertium, præterquam, quod salium est, humores esse vere mixtos ad unã formam; non enim sunt nisi juxtapositi. Secundo, falsa est solutio, quia supponit coctum posse incrudari: hoc enim, si strictè loquamur, esset regressus ad formam, vel ad priuationem antecedentem, cum tamen nullus sit regressus.

Dicendum est ergo, quod, licet colera nutriat non ob id retrocedit ad terminũ, à quo fuit producta immediate; hoc enim est impossibile: sed movetur per motum coctionis ad formam membri viventis. Et hoc non est vere incrudatio, sed coctio transmutativa.

Ad tertium dico, quod in illis animalibus tota bilis deservit ad nutririens membrorum, & ob id nihil superfluit, ut posuit colligi in cæcællis felleis. Ad quartum dico, quod quantumvis concedamus partium diversitatem in sanguine puro quanto humore, illa tamen diversitas magis attenditur penes aliquam tenuitatem, & crassitatem. Non est autem sufficiens illa diversitas pro tam diversis membris nutriendis; & sic fuit necessarium, ut omnes quatuor humores nutriant.

Ad quintum respondetur, quod sensum, quantumvis ad sensum appareat unifornie, compactum est ex multis diversis partibus, quæ ob istam diversitatem diverso modo suscipiunt actionem caloris generatiui: quedam enim in cæcæ migrabant; alia in nervos, ex materie dispositione. De qua re in cap. de membris agemus.

Ad sextum responderetur, separari ex bile, & melancholia, quod est excrementum est; portiones tamen sufficientes transmitti in omnes partes viventis cum reliquo sanguine, ut nutriant.

Ad septimum dicendum est, quod non omnes partes viventis vivunt à prædomi-

† Tamen advertendum est, quod ascendimus in lib. de Diata Alim. in nostra de re esse talia, ut exierint aliquando. Ergo in nostra opinione non poterimus defendere, elementa nutrire.

nio calidi & humidus: cum multa sit frigida & sicca & predominantio, ut ossa, quae nutriuntur ex portione bilis melancholica. Atque cum melancholia sit mixtum quoddam, calorem etiam habet, & humiditatem, poteritque reparare principia illa, licet remissile.

Facti ergo sunt humores nutritionis gratia; sanguis propter omnes partes, sed magis propter calidas, & humidas, & acreas: bilis propter omnes partes, sed magis propter igneas; melancholia propter omnes partes, sed magis propter terrestres; pituita propter omnes, sed magis propter aquas.

Sed dubitabis, utrum humores sint acti in sanguinaria massa, an vero potentia, ut elementa in mixto. Hanc quaestionem tangit breuiter Hieronymus Parisiensis lib. 2. fol. 114. pag. 2. col. 1. & ante illum Thomae Garbenis, quae. 23. fol. 23. & diffusè facis nosse Cetrus c. de humoribus, quae. 95. fol. 46. & 47. & sequent.

Nobis tamen (brennitatis gratia) magis placet esse iuxtapositos humores, & non redactos ad unam formam veram. Probat in vino, in quo faeces separantur, & resistens, hos narat, & pars viscidis perferuntur mixta cum mediocri optima. Idem in sanguine. Secundo, quia videmus sanguinem extractum per venam fissam diuidi in partes diuersas humorales. Tertio, & medicamentum trahere similes humores, adhuc in corpore sano: quod non faceret si essent redacti ad unam formam. Quomodo vero sit intelligenda illa sententia communis Galeni dicentis: Medicamentum cum non insensat humorem similem, carnes coaeruat, &c. explicemus agentes de Purgatione in quarta primi.

Vocatur vero massa sanguinaria, quia omnes humores in illa contenti sanguine tincti sunt; & à digniori, & principaliori desumpta sunt denominatio. Hanc sententiam exstantissimam esse Hippocraticam in lib. de Natura humana, ubi agit de vnione & separatione humorum, quam suspensantiam appellauit Galenus eo loci.

Quod si interroges de quo humore sit plus in nostro corpore. Respondent communiter, quod de sanguine, quia est magis familiaris, & vitalis. Secundo de pituita. Dubitatur verò de bile, & melancholia, quatenus magis abundet. Placet abundare magis melancholiam, quia plures sunt partes frigidae & siccae, quam biliosae: quod & in omnibus succis seruetur apparet, solum

in vino maiorem esse faecis quantitatem, quam in floribus.

Secundo, quia inter sapores magis aptus est ponitico alimentum ad nutriendum, quam amarum: ergo magis aggregabit natura melancholiam, quam bilem, quae amara est. Tertio, quia licet in nobis minus sit de virtute terrae, quae sicut ut forma, est tamen multum de mole terrae: & sic multa fuit melancholia generanda.

Neque obstat, quod Galenus s. de Vsu part. cap. 6. dixerit, paucam esse superfluitatem melancholiam, multam verò bilis; quia ibi loquutus est de accepta talis istorum humorum; dicens, quod ad licentiam paucam recolligitur melancholia; ad verficam verò fecis, plus: cuius causas ibi videbis.

Tamen ex hoc quarto probatur maiorem esse portionem melancholiam pro nutritione paratam in venis, siquidem tantam parum colligitur in receptaculo proprio.

CAPUT V.

Num secur generet humores propter suam nutritionem tantum.

AD causam finalem pertinet etiam haec dubitatio, quam breuiter volui excutire, ut Galenum notare parum rimantem aliquid arcanum Philosophiae. Putat particulas nostri corporis propter se solas operari, & non propter alias, nisi ex accidenti nam, inquit, sequeretur, ventriculum uti ratione, si generaret chylum propter totum: & secur esset pars ratione vrens, si generaret sanguinem pro toto. Non ergo generat nisi pro se solo.

Sed Galenus ignorauit multa, quae pertinent ad ordinem naturae, defectu Philosophiae, illius scilicet, quae docet veras, & proprias rerum causas: adhaesitque fuit Philosophiae quae de sensibilibus magis pertractat, ut aduertit Scaliger.

Notandum ergo omnia agere propter finem: finis autem, & bonum idem sunt: agit ergo propter bonum. Quia ergo multiplex est bonum, multiplex erit finis. Est enim bonum proprium individui, est bonum speciei, est bonum generis, est bonum quod est extragens. De qua diuisione egimus in libro de Morbo sacro. Agere autem propter bonum est commune creaturis intellectibus, & ratione carentibus, cum hac differentia, quod intellectuales

Dubium.

Hieron. Parisien.
Thom. Garb.
Gentilis.

Galeni.

Hippocrati.

Galeni.

Galeni.

Scaliger.

les cognoscunt finem, aliter erò dirigitur à cognoscite finem.

Notandum prætere à quòd sicut in mundo maiori creaturæ operantur propter bonum speciei, generatio sibi similia generat, operatur propter bonum generis videri, influendo in hæc inferiora, ita similiter sunt aliqua entia in nobis corporibus, quæ operantur propter alias partes, non cognoscendo finem. Est item alia pulchra differentia, quòd ista entia simul operantia propter se, & propter sibi eòmodum, operantur propter alias quòd rationalibus non solent contingere, quia nostri homines, relicta proprio eòmodo, pro vniuersiori re diliguntur. Ad rem ergo.

Dico igitur, quòd sicut sagitta impulsâ idè signû habet pro fine, quòd sibi propòtius impellens quòdò impellitur, quòd sicut sagitta illi non cognoscatur proprie possimam dicere, quòd sagitta mouetur ad istud signum, tanquam ad terminû sibi præfixû: ita vter ab anima, & virtute sanguifica gubernatur, & ab Authore nature di rectam sanguificat pro se, & pro toto, non ex accidenti, sed per se. Quòd autem simul pro se, & pro toto id faciat, consistere potest: quia sicut habet virtutè conseruatorem ad generandi maiore qualitate sanguinis, quâ sibi conueniat. Ergo habet virtutè pro toto per se. Patet, quia illa virtus per se producit totam suam terminû: sed totus eius terminus est maior copia quâ profert, ergo operatur, & efficit totam illam copiam pro se, & pro toto. Secundo à posteriori colligitur, quia quòd sicut laborer defectu alimenti, nõ sibi seruat generatum sanguinè, sed partem reliquis partibus, partem sibi, quòd maximum signum est operationis directæ per se ad totum istum finem. Si enim sicut indiget (e cõpli causâ) quatuor vniuersi sanguinis, in eò dubio tempore necessitatis dicit, aut tres remittit pro totius conseruatione, quòd sicut laborer penuria. Hoc quidem existimo consistere in conalescentibus, in hydropticis, in heclicis, & in famelicis.

Dicendum est ergo, non solum partem bonâ intendi à iecore, sed bonam totius. Non enim omnes partes equaliter similitudinè diuinam participant: quia sunt quedam, quæ dissimilè sunt suæ bonitatis in alias, quæ sibi vniunt, quæ idcirco appellantur à Grecis. Vnde Galeni ratio nullius est mouenti. Operatur pro toto, ergo virtus ratione. Idem enim potest dicere de aliis multis operationibus, quæ ipse miratur in lib. de Facult. & in lib. de Vsu Part.

Reies trahunt ferum pro totius expurgatione, ergo vniuersi ratione. Nullam habet formam illa argumentatio, sed procedit ex obliuione ordinis nature. Alias plures instamias potest adducere, sed dicta sufficiunt: curia enim mira dirigitur ab intelligentia non errante, quamuis ipsa intelligentia careat.

CAPUT VI.

Quomodo conuertantur humores inter se.

Viribus, vniuersè, elementa sunt ad inuicem conuertibilia inter se, ita & humores. Cuius dubie philosophica ratio respondet; nullam includere repugnantiâ, quòd ad inuicem potissimum transmutari, in se ipsis hæc humoribus in se. Si verò inspicis ordinè nature, quæ medio calore naturæ agit, dicendum est puritatem fieri sanguinè per vteriozem conseruationem; & ex sanguine fieri bilem per vteriozem etiam calefactionem. Pituita etiam potest mutari in melancholicam, vt opinatur Auicenna. Ar (vt dixi) nullâ includit repugnantiâ, immò contingere maioris potest, vt sanguis agens in bilem, illam conuertat in sanguinè: sic de alijs, nisi impediatur (vt suppono) ab ipso calore naturali membrorum. Hoc enim voluit dicere Auicenna, quando dixit: Colera rubea, & melancholica non possunt conuerti in sanguinè, quòd sicut enim supposita actione caloris membrorum, quia semper agit natura coquendo; & illos humores quos iam supra sanguinem dedidit, non facit retrocedere: semper enim agit eodem modo conseruando qualitatè quâ induxit. Ar verò ponamus eam imparit, hoc pacto: partem colere remissè caloris, & tres vniuersi sanguinis miscantur, & agunt, quare tunc sanguis non corrumpit coleram, sicut vna amphora vni corrumpit vni gertam aquar. Sunt ergo ex sua natura tres mutabiles humores, sicut elementa quibus respondent.

Quòd si obijcias cõmune argumentum: Cõcti nõ potest iterari. Rcip. non potest redire ad illâ dispositionè eandem numero in qua erat in termino à quo. Nõ enim redibit sanguis ad puritatem illam ex qua factus fuit; neque colera iterum redibit ad illam portionem sanguinis, ex qua per adustionem fuit generata. Vnde non video ad quid tam late disputent de hac re aliqui Neoterici, omnia insolentes: deberent enim distinguere, & separare eam ab incertis; quia in hac questione non dubitatur de actione nature vniuersi,

Galeni expressis verbis istam transmutationem conprobat lib. de Humoribus.

Transmutationes ergo quas videmus in elementis, in humoribus etiam debemus inspicere.

Obiectio.

Non est possibile redire ad puritatem ad habitum.

sed de actione ipsorum humorum inter se non impedita. Et hoc pacto nullam inuenio efficacem rationem, quæ probet, non posse transmutari inter se.

CAPUT VII.

An necessarium sit ponere istas formas medias inter sanguinem, & membra.

De humiditatibus secundis.

De necessitate istarum humiditatum prius videndum. Ponimus autem istas humidas, quia cum tanta se distantia inter morsa (præ ipse spectantia) & sanguine, probabile est per conditionem membrorum mitti sanguinem in aliquam formam mediam, ut traſcat in naturam membri-nam inter illa extrema media suat attingenda.

De numero humiditatum.

Quæritur de humiditatibus alimētis istis, non de excrementis. Auicenna ponit quatuor. Primam in venis. Secundam in partibus ad formam rois. Tertiam iam aliquid de membro participantem, quæ dicitur cambium. Quartam continuatiuam, & constitutiua in istis membri.

Sufficiens istius diuisionis patet ex locis ipsius generationis, & ex modo procedendi a natura. Nam licet venæ maiores conseruent sanguinem in eisdem sanguinis tamen venis capillares, quæ sparguntur per substantiam membri, iam non conseruent sanguinem in esse sanguinis, sed potius conseruatur cum membro, ut transmutetur sanguis. Itaque sanguis ille si recipit aliquid à membro, & sic determinatus est pro hoc membro magis, quam pro alio: sanguis vero in venis maioribus pro nullo membro est determinatus, sed pro omnibus. Et ob id sanguis capillaris, quodam sanguis sit, meretur nomen primæ humiditatis, quia iam significationem aliquam habet à parte: cum hoc tamen febrium humoralem potest esse causa ex incalſione enim illius solet generari febris ardens, cuius meminit primus Hippocrates) quam Auicenna vocat febrem ebullitionis.

Secundus locus est, membrorum sparia, in quæ dilabitur iste sanguis, per poros ingrediens ipsius partis, vbi alteratur vltius, & in cambium conuerſitur. Cambium autem appositum est ipsi partem ex eam generatione aliqua portio substantiæ

appositionem, & agglutinacionem, & manet ut ros, non aliter ac eruda quoddam pars, ut supra dicebam de pituita. Manet autem ad multos vias ad humectandam, & recardandam visibem caloris, ad nutriendas partes tempore indigenis, &c.

Quartus locus est ipsa pars vltima, quæ humore ligatur, & conseruatur. Ista ergo vitalis humiditas conseruans mixtionem, appellatur ab Auicenna quartam non tamè vniuocam rationem habet cum aliis istam hæc nihil est aliud quam substantia ipsa viuens cum dispositione humiditatis radicalis, vel, ut claris dicam, substantia viuæ humida. Alia vero humiditates sunt mixta quædam non viuencia, reducibiles ad humores.

Neque intelligitur aliud esse corpusculum membri, aliud istam quartam humiditatem, ita vt alimentum conseruatur in illa quartam humiditatem, & non in corpusculum membri, vt falso putauit Bernardus Paternus, explicans hoc caput Auicennæ. Etenim faceret oportet, istam humiditatem quam declarat Auicenna, ipsam membri corpusculum componere, tamquam quid petens ad aliam mixtionem. Et sic illud non fuit cambium, quod conseruitur in istam humiditatem, proculdubio totam membri corpusculum nutrit. Nam hæc humiditas si sanatur vt qualitas, mixtam istam corpusculum reddidit vt verò sumatur vt substantia, nihil est aliud quam ipsa corpusculum membri cum qualitate illa conaturali viæ.

Sed dubitabis: Quia potest ex Galeo conſtare esse quinque humiditates. Primo liquidem de natural. facul. cap. 11. eleganter docet, anasarcam, scilicet speciem quiddam hydrops generari, quia laditur actio agglutinandi, quamuis sit integra actio apponendi. Et præterea læsa assimilatione, quamuis integre maneat appositio & agglutinatio, generatur morbus alius, qui dicitur vitiligo. Ex quibus aliorum læsionibus colligit Galenus, quid suat natura circa alimentum. Nam dicitur primò, air) vasis excidit succus spargitur in partem nutritionem. Secundò admissio. Tertio agglutinatio. Quarto assimilatio. Quæ si adhiæras, quinque reperies humiditates, primam in venis. Secundam sparsam per partes ad modum rois. Tertiam, quæ apposita est. Quartam, quæ agglutinata. Quintam, quæ assimilatur.

Tamen nulla est diuersitas inter Galenum & Auicennam: nam Galenus inquit

Tertia humiditas non viuentis.

Quarta humiditas viuens.

Bernardus Paternus salutem.

Dubium.

explēcaur distinctionem actionum natura circa predictas humiditates. Auicenna vero nomine cambij comprehendit, & quod apponitur, & quod agglutinat: id enim significauit, dicens, quod est humiditas mutata in membri temperiem non tamen in essentiam membri. Vt hinc etiam colligas, Auicennam non confidisse in vnam rem essentiam membri, & eius temperiem, vt in Aristoteles facit Galenus contra principia Philosophia. Itaque circa cambium duas actiones exercet natura. Primo apponit. Secundo agglutinari: non tamen ad hoc sunt duae humiditates, sed vna cum diuerso modo essendi, qui magis videtur pertinere ad motum localem, & ad vbiocationem, quam ad alterationem. Et ob id non sunt ponende plures humiditates quam quatuor, quas posuit Auicenna: sanguis tenuis, ros, cambium, & gluten ipsum patium. Quam doctrinam à Galeno desumpserit loco citato, 1. de Facult. sed particulariter 7. Metho. capit. 6. fumpserit enim doctrinam à Galeno, & imposuit nomina noua; & ob id communiter dicitur, Auicennam has humiditates primum inuenisse.

CAPUT VIII.

Nam vt humores nutriant, debeant transire per rorem, & cambium.

Prima opinio PRIMA opinio dicit, quod debent transire. Primo, per illam humiditatem in exilibus venis. Secundo, per rorem. Tertio, per cambium. Nam per istos gradus disponitur alimentum, vt conuertatur in membrum calida, & sanguinem velociter; in ossa, & partes terrestres tardè; in membra vero, quae medio modo se habent, medio modo fieri ille per humiditates transiit.

Quod si dicatur, conuertitur in se, nullis medianibus humiditatibus; est enim vt sanguis coagulatus, & caro similiter. Cum enim sint partes terreae, videtur aprior sanguis, vt conuertatur, quam humiditates, quae sunt albae. Tertio, quia pinguedo nutritur, & non humiditatibus istis. Quarto, venae nutriuntur, & non nutriuntur cambio, cum cambium fiat in porofitatibus membrorum.

Respondet haec opinio ad ista argumenta. Ad primum, quod secur conuertit sanguinem in humiditatem quandam, & illi apponit, & facit cambium, & tandem indu-

cit formam. Ad secundum dicit, quod omnes humiditates non sunt necessariae albae. Ad tertium dicit, quod si pinguedo non videtur, non verè nutritur; videtur, nutritur vt caro, quantum coaguletur à frigore. Ad quartum, quod venae etiam sunt cambium faciunt ex portuiculis humiditatis ibi contentis.

Alij è contra sentiunt, & melius, quod scilicet non sit necessarium, vt prima humiditas vertatur in secundam, & haec in tertiam: sed fieri posse vt sanguis vertatur in tertiam, sine hoc quod transeat per secundam, vt chylus vertitur in sanguinem, sine hoc quod transeat per pituitam. Idem enim videtur vsus roris, & pituitae, & ros indigentiae tempore vertitur in cambium, sicut pituita in sanguinem. Ergo ex sanguine in illis venis contento in tertia coctione resultat cambium, & descendit ros tanquam quid crudum.

Nobis tamen videtur, nullum esse essentialē ordinem in illis gradibus; sed posse sanguinem transire per istas humiditates, & non transire, iuxta dispositionem partium, & aegritudinis. Quis enim nobis probabit, quod partes non immediate transiunt sanguinem illum remens in suam substantiam? Si talis dispositio est in sanguine, vt facile obediatur, & suscipiatur, & talis auiditas, & velocitas in membris ad immutandum. Si enim non est essentialis ordo inter humiditates, vt rectè creditur secunda opinio, videretur mihi neque esse essentialē ordinem sanguinis ad illas, non enim est maior ratio.

De Sanguine.

TEMPERIE sanguinis supra proposuit Auicennam in caliditate enim tertium locum obtinet post cor & spiritus in humiditate post pituitam. Est ergo sanguis calidus & humidus à praedominio: quod obrem si solus existeret in corpore, contrarius malis afficeretur à putredine ortis; facillimè enim putrescunt corpora calida & humida, teste Galeno 1. de Temper. cap. 4. Prouidit ergo natura, vt aliorum humorum mixtione contemperaretur, ita vt possit poni intra latitudinem corporum temperatorum, teste Galeno 1. de Natur. hum. com. 10. Vnde conciliari rectè possunt diuersa loca antiquorum de sanguinis temperamento. Nam sanguis solus calidus & humidus exiit, tamè cū alijs mixtus, temperatus. Nō desunt tamen nobis responsiones, qui à diu exulant è errore iterū exire a se conantur, afferentes sanguinè esse frigidū, ex accedenti

verò calidum, vt aqua calida. Breuiter tamen istam euerteremus opinionem, quam alij ante nos scilicet forsan destruxerunt.

CAPUT IX.

Quòd sanguis non sit temperie frigida præditus. Locus D. Lucae explicatur.

Quòd frigidus sit, probat aliqui ex Hippocrate lib. de Cordis, vbi ait sanguis ea propria natura non esse calidum, quantum viscatore calidus, sicut aqua calida non est natura propria, sed ab extrinseco. Quà sententiam Arist. sequutus fuit a. de Part. animal. c. 3. exhibens liquari sanguinem in corpore animalis à calore spirituum, & membrorum calidorum, quo calore absente, coherescit ex propria natura, tamquam res à predominantio frigida.

Ex his locis conficiunt argumenta: Sanguis extra corpus statim coagulatur; ergo non est calidus à predominantio enim poterat et breuiter calore proprio amittere, ergo à proprio frigore densatur, sicur à calore corporis viuens, & spiritus fundebatur.

Est tamen improbabilis ista opinio; asserendumque cum antiquitate, sanguinem esse calidum à predominantio, vt supra diximus; quod etiam probat Vallesius in eorum verba propria. Nam sanguis calefacit nostrum corpus; quod euidenter apparet, quia extrahit sanguine frigidius. Ergo sanguis calorem proprium, & naturam continet, quo partes foueat, non enim solum extrahit, sed calefacit etiam, vt dicebat Galen. lib. de Sang. mist. cap. 5.

Hæc tamen Vallesij ratio non concludit efficaciter; quia possent aduersarij respondere non frigidum corpus defectu sanguinis, sed defectu spiritus, qui in euacuatione consumitur, aut euacuatur. Est probatur viterias, quia in quacumque superflua euacuatione alterius humoris à sanguine, videntur corpus calore densari, & aliquando animi debilitari pari. Ergo illa frigiditas membrorum, que reperitur post sanguinis euacuationem, non rursus est ad sanguinis defectum, quam ad spiritus inopiam consecuta. Spiritus enim qui calidissimus est in euacuationibus probus conseruatur, & partes que ab illo calefactas, frigidescunt. Ergo ratio Vallesij à posteriori non probat efficaciter.

Melius igitur probatur ex ordine vniuersi, quem in animalibus perfectis quoad potuit natura collegit. Quatuor humores quatuor elementis correspondere, vt partium mixtionem conseruarent; eleganter probauit Hippocrat. lib. de Natur. humana. & Galen. lib. de Humoribus, sanguinemque quartum humorem proportionem respondere aeri; vt mirer quam maxime, quod hi qui nostro tempore opinionem contrariam excitarunt, non legerint attentè que Galenus locis citatis tam dilucidè probauit. Præterea ex causis probatur, nam si sanguis ex parte magis calida alimenti, quam pituita, & à calore intensiori. Quo igitur pacto effectus poterit esse ex propria natura frigidus?

Que verò in contrarium adducta sunt, habent facilem explicationem ad locum lib. de Cordis (quantum alij dicant librum esse spurium.) Nos nunquam inquirimus quid antiqui sentiant de aliqua re in libris in quibus ex professo non agitur de tali materia; vt si velint scire, quid Aristoteles senserit de anima, aut vitalitate, non id in libro de Generatione, aut de animalibus inquirat, sed in libro vbi ex professo agit de anima. Ita similiter Hippocrates præcipua loca habet vbi agit de Humoribus, vt in lib. de Natura humana, & alibi; in lib. autem de Cordis non ita. Galenus autem proprium opus de humoribus confecit, vbi ex mente Hippocratis, probat, sanguinem aeris naturam calidam & humidam obtinere.

Ad Aristot. locum de partib. animal. respondeo, esse interpretandum sumpta doctrina ex 4. Metheor. vbi agit Aristoteles de coagulabilibus ex professo, docens quæ naturam debeant habere que coagulatur. Cuius mentem iam explico in solutione sequentis argumenti.

Ad argumentum verò dico ex Aristot. quod consequentia illa nullam habet præcipua vim: Sanguis coagulatur carens calore corporis nostri; ergo frigidus est ex propria natura. R. idicula illatio. Melius habet Aristot. 4. Metheor. c. 1. non coagulatur, ergo siccat, & terreas habet partes: vt ex lib. exta, vbi micrologice disputat, debet corrigere aliam locum, vbi laxa oratione procedit.

Hippocrat. in lib. de Camb. sive de principis, sanguinem coagulatum dicit propter partes terreas quæ continentur, que funde sunt, & quomodocumque verba etiam suscepit Aristoteles: non tamen putamus

lib. 4.

Conclusio.

Vallesius non probat efficaciter sanguinem esse calidum.

fibras illas esse totalem causam condensati sanguinis, sed terreas partes ipsius coadunare, taliter ut sanguis sine illis fibris tardius coaguletur, quia exoptat maiorem à causa externa siccitatem: cum fibris verò citius coalescit. Et hoc pacto interpretandus est Hippocrates loco citato, quando dicit: Coagulatus autem sanguis, quia fibræ etiam dissoluantur, non coagulantur, id est, non ita sicut cum fibrosus erat. Et similiter intelligendus erit, quando certum sanguinem ait non coagulari: inquit enim, maximè aquosus est, & ob id caret fibris. Vbi attendit legendus est, nam dno dicit: quia multum aquosus, & ob id caret fibris; unde redditur ineptus ad concretionem. Quod etiam intelligere oportet ut supra dixi; nam concretione ab externa potenti causa, aut tardè coagulari, non video rationem efficacem ob quam fieri non possit.

Sed quando de sanguinis coagulatione aliquid diximus, non erit preter rationem reuertentur ad factas literas accedere, & aliud adnotare.

Redemptorem nostrum sanguineo fuisse perfusum sudore, certum est. Imò quantum non id referret S. Lucas, transiitarem ego, quòd in illa oratione, factus in agonia Dominus IESVS mirandum sudorè debebat effundere; si penitus contemplermur quid in reuera agonia, & quibus effectibus contrarius esset; & quam obedienter fuerit sanguis ille temperatissimus animæ motionibus; & alia multa, quæ in discursu de hac re dixi, in tract. de affectibus animi. Nunc verò illud ponderandum, vtrum sanguis ille sacratissimus exiret coagulatus, an reuera liquidus. (Iste enim punctus pertinet ad istud caput.) B. Lucas trombos sanguinis dixit existit. Trombi vero sunt grani densati, & coagulati, ut ex Græca proprietate deducitur: qui grani si derineantur in aliqua parte, generatur motus, qui Trombotis dicitur Græcis. Existit autem sanguinem coagularum à corpore Domini nostri, non est consonum rationi philosophicæ: nam Hippocrates inquit, coagulatum, & subactum sanguinem nò ita coagulari, quia partes illæ craiores attenuantur, & seinduntur fibræ, quæ erant cause condensationis. In tãta igitur angustia, & affectum animi mira, & efficaci commotione, in tanto amore, & incendio charitatis, & feruenti desiderio parienti oportebat sanguinem non solum calcescere, sed coagulati, & attenuari taliter, ut partes crai-

iores deturbaretur adeo, ut per poros percolatus sanguis neutiquam in trombos, sed liquidus decurreret.

Dicendum ergo videtur in illa agonia nequaquam coagulari sanguinè Domini intra corpus, sed potius effluere, & maximè liquari. Nam qualis timor inter effectus refrigerantes à medicis collocatur (refrigerat enim partes externas, & calcescit internas, si moderatus est, si vero nimius, interna viscera suffocat, & mortem inducit) tamè in Domino nostro affectus cõtrarius timori victoriæ reportauit, amor scilicet charitas enim peluit timorem; cum quo intenso affectu simul coniunctus fuit alter efficacissimus, appetitus scilicet profecutionis, qui insigniter mouet, incendit, & inflammat sanguinem contra vires timoris. (Probat enim forsitan demonstratiuè in Opusculo dicto de affectibus animi, quòd potèrit cognoscitur per suos actus solitarios non possent mouere sanguinem; tamen quando coniungitur efficax appetitio, sequitur necessarius sanguinis motus: nã appetitus est potentia ex sua intrinseca ratione motus; quod non conuenit cognoscitur nisi motu, quatenus proponit obiecta, & terminos motus.) Restat igitur, ut sanguis coagulatus exiret, & maximè attenuatus: sed certè statim per cutem decurrens densabatur, veluti in grumos, & frusta; existimo ab ære frigido nò dissipationem amoris admirandam, sudorè sanguinem in ambiente frigido admittendum mille modis. Sed si ær frigidus densabat in grumos, multò magis frigiditas peccatorum, & inquirando; quæ & frigiditas ille solum discipulorù. Vbi notanda litera B. Lucæ, quæ non dicit, trombi, sed sicut trombi; quia nondum ad eam duritiam peruenerant, quæ impediret cursum in terram; sed densabantur, & grumescabant, & simul descendebant. Maiori frigiditate maior sudor offerebatur, natura suspente. Vbi etiã noto, quòd illa particula, *sicut* non conuenitur particule sanguinis, ne aliquis dicat nò fuisse sanguinem, sed sicut sanguinè: nò enim hoc dicit B. Lucas, sed sicut trombi. Quæ sententia meo iudicio est satis literalis, Medica, & Philosophica, ut videas sanctum Euangelistam, non solum in isto textu, sed alibi ipsam, Medicinæ, & Philosophicæ arcem; ubi necessarium est) insinuare.

(1)

Contra aliquos minus attitas Auctores, qui dicunt sudorem à timore concitatum fuisse.

Elegans antimacressa litteralis.

Elegans locus Dni Lucas, minus philosophice luminis illustratur

CAPUT I.

CAPUT XI.

De conditionibus optimi sanguinis.

Dilectum est iam, quæ sit sanguinis naturalis temperica: conditiones vero illius tres sunt: nam debet esse ruber, & sine fetore, & dulcissimus. Ruber, quia à colore rubro generatur sine fetore, quia per solam naturæ conditionem fit, omni cruditate deposita: causa autem fetoris in animalibus, & in his, quæ reperiuntur in animalibus, est cruditas, ut rectè notant Aristot. sect. 11. Probl. 4. Per cruditatem verò poterit intelligere putredinè violentam: nam in cõmuni modo loquendi Medicorum humores putridi crudi appellantur. Et sic Galenus putredinè causam fetoris esse dicitur libr. 5. de Simpl. med. fac. cap. 15. & 8. Merth. c. 7. Tertio debet esse dulcissimus, quia hæc sapor est talibus qualitibus debet omni, vel quia familiaris est, ut dicit Galen. lib. 4. Simpl. cap. 10.

Alias conditiones non addit Auicenna, quia forsitan putauit esse cõmunes sanguini præternaturali: nam esse prædicoctem, etiã potest contingere sanguini vitioso, si illi permisceas bilem, aut aquosam pituitam, quæ reddat sanguinem neq; tenacem, neq; crassum. Neq; posuit Auicenna sanguini naturalem esse congelabilem, nam & hoc potest accedere alicui sanguini vitioso, ut experientia docet. Et Galenus etiam, ut distinxerat atrum sanguinem à melancholica, inquit: Sanguis niger est alius concretus, melancholica minimè.

Tamen si Auicenna doctrinæ aliquid addere nobis conceditur, concedatur tamen eò continuo nostris laboribus, possumus dicere conditionem quartã sanguinis naturalis esse, ut citius concretus. Quod docuit Hippoc. libr. de Nat. puer. c. 12. & de morbis mulierum cap. 10. de morbis sic scribens: Si facti moler est, ab ea sanguinè procedere, tanquam à victima, & statim congelari. Vbi notanda verba sunt: dicit enim in sana mulere statim congelari, quæ in inuisant in non sana tardius congelat, ut suprã dixi. Sed istius congelationis causa non est, quia sanguis ex propria conditione frigidus sit, ut falso putabant opinantes superius notati.

notati.

111.

De sanguine non naturali.

Dylliciter docet Auicenna posse sanguinem fieri præternaturalem. Primum, mutato temperamento proprio in primis qualitatibus. Secundò, per humorum præuorum admixtionem.

Nullam difficultatem inuenient interpretes in hoc loco. Solus Bernardus Paternus miratur, quòd nullus viderit difficultatem quam ipse adducit, quæ talis est.

Si sanguis non naturalis reddatur alicui humorum mixtione, ut inquit Auicenna, sequitur semper sanguinem esse in statu præternaturam, & nutri non nostra corpora præuo sanguine. Quod patet, quia sanguis nobis mixtus est hoc, melancholica, & pituita. Hanc dubitationem dicit Paternus à nemine animaduertiri.

Sed certè non legit rex ipsum quem explicabat, quod magis mirandum est, quem si legisset, ut alij eruditi, præcõsidit non tam ridiculam excitasset dubitationem. Ergo Auicenna postquam de vir esse suum sanguinem mutatum in qualitatibus, prosequitur, dicens: Est & alius qui non fuit mutatus, nisi propter humorem malam, qui ei admixtus fuit.

Videbat Paternus, quòd sanguis reddatur vitiosus propter humorem malam illi admixtum, non propter humorem naturalem in quanto, & in quali? Ergo sanguis in statu naturali mixtus est alijs humoribus naturalibus, qui potius ipsam attemperat in finem nutritionis. Vnde sanguinem sic mixtum temperatum dicunt omnes. Non itaq; dubitabit aliquis, quia ipse Auicenna nullum dedit locum dubitandi.

Imò, ut verum fatear, ipse Paternus se ipsum non legit, nam paulo antiè sanguinè optimum illius esse dicit, qui alius contentatur humores. Quare ergo dubitauit? aut quare ex suis proprijs scriptis dubium non soluit?

Conclusum ergo sit, sanguinem vitiosum reddi per admixtionem alicuius præui humoris. Quod intelligere debes ita, ut & quartus humor, qui est sanguis putris, reddatur vitiosus mixtione putrida: & Sanguis, id est, tota massa sanguinaria hoc etiam pacto reddatur præternaturalis. Sed

breuiter alias philosophicas dubitationes distoleamus.

CAPVT XII.

Utrum quando generatur sanguis ex pituita generetur solus quartus humor; an uero omnes quatuor humores sine massa sanguinaria.

Diximus supra, causam materialem esse sanguinariae esse chylum; pituitam uero esse sanguinem diminute decoctum, & tandem indigentiae tempore conuerri in sanguinem. Est ergo dubium, utrum iste sanguis sit quartus humor ille purus, an uero massa continens quatuor humores.

Videtur, quod ex pituita fiant quatuor humores: quia ut ex chylis sunt quatuor humores, ita ex pituita; quae tanquam quid erudum responderet chylis. Tamen hoc non obstant, videtur aliquibus creditis, quod pituita non conuertatur in massam sanguinariam, sed in sanguinem quartum humorum, quia alias esset processus in infinitum.

Secundo, quia tota illa pituita est sanguis diminute decoctus; transibit ergo in solum sanguinem, excepta parte, quae euaporat per coctionem.

Tertio, quia si ex illa pituita fiant quatuor humores, dicendum est, quod etiam pituita sit ex pituita. Tunc sic: Pituita fit ex pituita; ergo uel est, quae remanet in transfusata, sicut erat in termino à quo, & sic non est generatio pituitae, sed permansio ueteris, & ex consequenti non generabitur massa sanguinaria, sed solum tres humores.

Vel ex pituita generatur alia, corrupta prima, quae erat in termino à quo. Et hoc est absurdum, nam si conuertitur, quod corruptio uno indubio substantiae generaretur alterum eiusdem speciei, & individualitatis.

Placet ergo generari sanguinem solum. Neque obstat, quod dixerimus humores omnes nutrire; ergo cum ad nutritionem fiat ista sanguinis generatio, videtur quod oporteat, ut omnes humores cum illo generentur. Nequaquam obstat: nam tempore indigentiae natura facit, quod melius potest, aut ritur, quae ex sanguine sibi famulari; tamen propter hoc non tollitur generatio continua quatuor humorum in secoto: uerum indigentiae tempore non

contenta illis qui ex chylis generantur (quia non sufficient) conuertitur pituitam uicinius, & in sanguinem familiarem conuertit, & cum aliis commisit, et, & nutritione fruitur.

Ad argumentum neganda est paritas rationis: non enim, quia ex chylis fiant quatuor humores, sequitur quod ex pituita; nam haec quasi in potentia proxima est ad solum sanguinem quartum humorum, & non ad reliquos.

Si dubites utrum sint eiusdem speciei sanguis ex chylis, & sanguis ex pituita; nam Auerroes 8. Physi. text. 46. docuit sumi distinctas species ex diuersitate materiae.

Tamen putamus eandem esse speciem, quia eiusdem formae: nam ab hac sumentur species, & non à materia.

Auerroes uero locutus est de entibus perfectis, in quibus ita ordinauit Deus materiam ad formam, ut ex diuersa materia possit eodem colligere diuersitatem formae, ueluti ex femine asini esse educendum longè diuersam formam, quam ex femine equi. At uero in rebus imperfectis diuerso modo se res habet, nam tam imperfecta forma existit, ut ex diuersis materiis possit educi seruando identitatem speciei. Quo pacto autem sit philosophandum de mixte ex femine, & de mixte ex terra, non est huius loci in sanguine uero non est locus illius dubitationis, quia sanguis ab eodem agente generatur, licet ex diuerso gradu materiae. Neque scio quare Anticenis istam questionem excitarunt, nam idem est agens, & eadem materia, quae solum deservit penes magis, aut minus erudam. Et sic neque ipse materiae uere different specie.

CAPVT XIII.

Utrum in uenis longè ab hepate generetur sanguis.

Aliqui in hac re existimant necessarium esse, pituitam à quocumque loco retrocedere ad hepatis, quod est proximum efficiens sanguinis, ob famam illam propositionem Medicorum, quod officina sanguinis est iecur: quam propositionem supra probauimus. Neque est mirum, pituitam retrocedere, ut doceret Galen. 1. de Facult. Natur. cap. 11. Haec opinio fuit anti quorum multorum, & eam defendit Conciliator distinet. 20. anac. 7. Fam. sequitur Argenarius, siquidem uenis deneget virtutem sanguificam. At non semper

Dubium.

Notatur Auerroes Laurentius.

Causa.

Causa.

Causa.

retrocedere pituitam, sed in membris, aut longè à iecore coqui putant Auicenna: de quo puncto statim erit sermo.

At i vero venis tribuunt virtutem sanguificam, & dummodo materia pituitosa sit intra venas, vbi cumque sit, existimant, quòd possit conuerti in sanguinem virtute venarum. Ad quòd asserendum adducunt scitiam digestionem tribui venis in doctrina Auicennae. Et secundò multa loca Galeni, quae videntur aperte demonstrare sanguinem in venis solui, & esse, longè ab hepate posse generari. Nam 1. de Facult. nat. inquit Quando chyli sanguis fit, passilius motus est chyli, & alius verò ipsius vene. Idem asserit 4. de Visu part. & 1. de visu part. Venas aut factas fuisse gratia generationis sanguinis, & 3. de Sanitate tuenda, & saepe alibi.

Inter tam contrarias opiniones mediam sibi eligere decreuit Andreas Laurentius lib. 4. cap. 1. dicens: Elaborationem sanguinis, eius temperiem & formam venis tribuendam; colorem verò carni rubrae hepatis. Et per hanc modam viam facile est omnia loca Galeni, & rationes dissolueri, nam quandoocumque dicit, Venas sanguificare, loquitur Galenus de illa coctione per quam adquiritur temperies, & forma sanguinis, quòd verò in hepate generari, asserit de illa vtriusque coloris perfectione, quam adquirit à rubedine hepatis. Haec est, ni fallor, summa opinionis Laurentij.

Mihi tamen non placet. Primò, quia color sanguinis est verus color, qui consequitur ad qualitates mixtionem ligatas, & in quo nunc, vtrius color miscellam sequatur lucidi cum opaco, quòd in quacumque opinione color est qualitas secunda, quae oritur ex certa mixtione, & ex certa temperie. Ergo agens illud, quod producit sanguinem, etiam dat colorem sanguini. Dixi notanter, colorem sanguinis esse colorem verum, ortum ex temperie; quia alij sunt colores veri, qui non oriuntur nisi per alterius coloratam substantiam, nisi appositionem, & colores quos pictores consuevit miscendo colores alios inter se. Natura etiam idem facit, nam vrina colorem acquirit ex aliena substantia, quae permiscetur, & sic generatur in hepate, & postea illi adiungitur portio bilis, quae illam tingit. Idem est tunc vult Laurentius, quòd continet in sanguine vice versa, ut scilicet generetur à venis, & colorem suscipiat ab hepate; quòd ridiculum videtur, nam (vt dixi) ille color

sanguinis est color mixti perfecti acquisiti per veram generationem, vel, vt proprius loquamur, congenerari per eandem generationis actionem, quae primariò terminata fuit in substantiam sanguinis.

Secundò obijciunt Laurentius rudimenti illius, quòd suscipit chyli in mesentericis: acquiescunt enim omnes Medici experientia, quae in illis venis demonstrat imperfectum quòdam ruborem in chylo: quòd signum est ad pensum coctionis & elaborationis consergere temperiem, & ad pensum mixtionis & temperies resaltare colorem: neque hoc pertinere ad duo agenda distincta, sed ad illud quòd dat formam, pertinebit dare consequentia ad formam.

Tertio, modus quo explicat sanguificationem, confirmat sententiam nostram, nam postquam generatus est sanguis, quoad esse, & quoad temperiem, percolatur inquit, & transiens per ipsam carnem hepatis rubrum colorem acquirit. Qui modus potius videtur ad acquirendum tuncatum quendam & superficiale colorem, & non ad verum nam sanguis generatus suum colorem habet. Rursum, vt illum amittat in hepate, proculdubio debet misceri cum aliqua re rubra, vel debet corrumpi, & alter de nouo generari ratione hepaticorum nullum potest dici, nam res rubra nulla est sibi cum qua misceretur, & quantum fuisset, & misceretur, tamen non daret illum verum colorem, quem habet sanguis, quia illa non esset mixtio, sed iustapositionis, & amitteretur per colaturam: vt vrina red dicitur aqua quando per obstruatas partes colatur: quae omnia sunt contra sensum. Neque dici potest, quòd sanguis generatus à venis corrumpitur à iecore, quia iecur, & eius venae potius conspirant in vnicam actionem sanguificandi, vt statim declarabo.

Alia sunt in illo cap. Laurentij, quae indigent correctione, de quibus non est locus disputandi tamen in medio capite dicitur Actionem sanguificam esse simillarem, & in fine dicit, esse officialem. Alij iudicent.

Quid ergo sit dicendum, iam aperiamus actionem, scilicet, sanguificandam esse hepatis propriam, venarum verò non, nisi tantquam commodi ambientis, in quo celebratur, & perficitur.

Atque illud in comperito sit, non esse ita circumscriptam, & iam statim à non iecoris, vt suam etiam ipsam adiuuat, non

*Palpaspisio
Laurentij.*

*Conclusio à
sanguine qui
fit in hepate.*

non habeat: non enim est, vt pars idiota, que suum solum alimentum sibi appositum elaborat; sed longè à se per partium continuitatem calorem spargit, & ex materia disposita generat sanguinem calidum, & humidum, sine factore dulcem, & rubrum: neque ab hoc est necessarium, vt hepatis tangat passum contactu mathematico: sufficit enim, vt tangat contactu physico, & virtus, præcipue quando materia ita disposita est, vt pituita naturalis. Si obijcias, ad quid ergo est necessarium, iecur, si in venis longè ab illo potest generari sanguis?

Respondetur, quòd maior portio sanguinis in hepate generatur, alia verò separatur ab hepate, & hoc pacto interpretanda est cõmunis vox Medicorum dicentis iecur est officina sanguinis, id est, maiorem partem sanguinis conficit in sua concavitate, & in sua parte gibba; reliquam verò conficit virtute sua califica per venas communicata.

In Philosophia verò non est mirum effectus istos fieri, quos quotidie experimus similes in rebus istis externis. Datur ergo roborem iecur dando talem sanguini temperantiam, vbi cumque illam det.

Sed dices, quomodo est possibile, quòd iecur generet sanguinem iuxta se, & longè à se, nam mutata proximatione agentis mutatur effectus.

Respondetur, quòd illa conditio multoties suppletur per alias conditiones dummodo sit passum intra sphaeram agentis. Nam lignum viride maiorem approximationem requirit ad ignem, vt comburatur, quàm lignum siccum. Ita similiter in presentia dicendum est; maior enim portio chyli indiget, vt iecur ipsum, & venas ipsas penetret, vt conuertatur in sanguinem. At verò pituita naturalis ita disposita est ad formam sanguinis, vt in venis longè à iecore possit commutari. Idem dicendum de illis chyli particulis factis ab arteriis, & venis, vt dicebat Genulis. Denuntiant enim ad tantam materiam dispositionem, ac pituita naturalis, sed fortitan ad maiorem.

Ignem non est necesse, vt retrocedat pituita, vt tangatur ab hepate, nam vbi recipit formam sanguinis, recipit & colorem proprium.

Deservit præterea ad opus predictum non solum communicata per venas venarum caliditas, sed etiam sanguis ipse, qui intra venas continetur; hic enim agit in

pituitam calore suo aucto, intendens assimilare sibi passum, vt dicebamus capite proprio de transmutatione viuis humoris in alium: *Tribuenda verò hæc generatio hepatis, et principali agenti, quia sanguis omnium calorem suscipit ab hepate per quem agitur in pituita.* Hoc dictum sit secundum opinionem præhabitam.

Quòd sanguis generet sanguinem.

AT si vltèrius philosophari decernis, non appareat, quare sanguis agens in pituitam ipsam non transmutet, sed quia pauca quantitas est illa quæ hoc modo generatur, ideo illius mentionem non fecerunt Medici. Tamen quis verat, quòd sanguis generet alium sanguinem in venis? Nam sanguis habet suas qualitates primas, quibus potest alterare passum. Alteratio verò si intendatur, deducit vsque ad inductionem nouæ forme, & abiectionem alterius. Ergo sanguis bene poterit generare sibi similem sanguinem.

Neque valet dicere, quòd debeat ista actio hepatis (vt supra dicebam) nam ista est actio merè visioea: actio autem hepatis qualis sit, diximus ex diu. Thoma.

Hinc nostræ opinioni & argumento satisfaciebat olim Henricus magister noster, dicens, Quòd sanguis non generat sanguinem, vt nec melius, aut melius generat sibi similia: nam hoc est proprium formationis, quæ mediis sunt, vt piuentur potentia generatis, quia iam natura habet modum per quem generat tales res, & sic non debeat multiplicare modum generationis, & ob id multo similes sunt, quia generantur per miscellam duarum specierum. Similiter sanguis cum suam habet generationem à iecore, & venis, non erat cur generet sanguinem infra enas sunt per plura, quæ possunt per pauca fieri. Hoc itaque (dicebat Henricus) est proprium entium illorum, quæ sunt media ad alia entia, vt sanguis & semen, & illorum, quæ ex sua natura media sunt generata per aliam viam, vt species mediarum.

Aliquis dicat sanguificationem esse adionem viuens, & ob id sanguis non potest generare sanguinem, quia viuens non est. Sed hæc solutio nondum respondet, quia illam non admittunt, qui dicunt sanguinem viuere. Est ergo respondendum iuxta communem modum omnibus opinantibus.

Sed concedamus illud arceadem: certè non probabit languinem orbari sua potentia generari in vitam bene potest sanguis habere duos modos productionis, unus est à potentia iecoris, alius à se ipso, ut mures generantur à Sole, & per seminationem.

Equidem hæc responsio erudita est, & magis fralis, sed nondum euacuat vim argumenti: nam sanguis licet sit forma media respectu termini ad quem tendit, tamen ipse in se obtinet suas integras vires ad agendum in passum proportionatum, & hoc non tollit quod ordinetur ad nutriendum. Si itaque integras habet suas qualitates ad assimilandum, ergo generabit sibi simile. Nam & ignis (ut opinabarur Averroes) media quadam substantia est, non tamen priuatur potentia generandi sibi simile.

Si tamen infles, saltem probabis esse necessarium calorem animalis: hoc ego concedam, quia forsitan sanguis non generabit languinem extra corpus, nam iam amittit illam perfectionem caloris, quam à corde & iecore suscipiebat, & tandem non est sanguis perfectus, quia deficit aliquid ad productionem similis, ut in fenestra pueri. At cum est in venis animalis, quid obstat, ut non assimilet passum quoad potuerit? sic concedo, quod sanguificatio est actio, quæ semper debet reperiri in animalibus, non tamen semper debet fieri à viuente: sufficit quod in viuente adiuvante, & cooperante calore virali.

Sed non loquuntur in aliena opinione. Elementa nomine sunt substantiæ partiales vniuersi, & ordinata in bonum vniuersi, & ad generationem mixtorum; & tamen generant sibi similia, non enim repugnat vnum cum alio. Ergo similiter sanguis quantum ad alimentum se, quantum pertinet ad integritatem naturæ humanæ, quantum tendit ex ordine naturæ in nutritionem, non repugnat quod agat, & generet sibi simile.

Exemplum enim de mulis, & aliis speciebus medicis, quæ sunt steriles, non tenet in sanguine, quia potentia generatiua rerum perfectarum fundatur in tali organorum dispositione, & debita temperie, quæ vnum si demas, sterilitas accedit. At verò in rebus illis imperfectis, ut sunt elementa & humores, nullo alio organo est opus, nisi solis primis qualitibus. Non quidem indiget ignis, ut generet ignem, si quæda aliqua, sed solo calore. Ergo sanguis

ut generet sanguinem, solum indiget proprio temperamento ad operandum, & materia recte disposita. Non enim liber est imperfecto priuatur: sunt illa ad uitam, quæ nec priuatur sunt quædam caloris. At muli, & similia animalia priuatur commoventur organorum, & illis requisitis, quæ sunt necessaria ad tam perfectum opus, quale est animalis perfecti generatio. Atque in his locum tenet enudata illa solutio Henrici venerandi magistri Rois, à cuius sententia nimis recessimus.

Si rursus quaeras, quæ sit ratio ob quam tam paucus, aut nullus generetur sanguis à sanguine, cum possit illum generare solum verò iecur generet. Respondetur, quod hæc actio (sicut & multa alia) indiget quiete operum & potentiarum. Magnam ergo est impedimentum, quod sanguis in venis semper moueatur, vel impulsus, vel trahatur, vel à partibus motus in terminum nutritionis in iecore, et per illos vnam anfractibus capillaribus magis detinetur ad suscipiendam iecoris actionem.

Quod si interroges, quare sanguis tantis motibus, sanguis à sanguine, à iecore, & virtute à iecore communicata. Respondecitur, quia iam familiaris est, iam necessitas ad vitam adeo prouidit natura, ut non desicret eius generatio: sed principè, ut dicuntur, est in boeretur hepatis. Est autem proprium rerum imperfectarum multis modis generari, ut mures ex terra, ex femine, ex aqua pluuiali: calor à motu, ab igne, à Sole, ab animalibus, &c.

Neque debes intelligere languinem generare sanguinem in quocumque vena. Diximus enim in venis capillaribus existentibus in ambitu corporis iam sanguinem à membro scissari, & actionem eo loco esse ex parte membri: sic impeditur actio sanguinis in priuata à potentia.

Neque sphæra hepatis in opinione communi pertinet ad omnes venas, sed ad maiores saltem & communes.

*Rursus prædictus punctus subiungitur,
Gentilis subtilitas perpendatur, &
Aucenna explicatur.*

Dicitur est, longè à iecore sanguinem ex priuata naturali generari. Primum, calore communicato à iecore ab eadem fiscalitate sanguifica directio intra debita sphæram. Secundò, generari ab ipsomet sanguine

ne optime agente in pituitam, aduro, & magis actuato ab ipso calore hepatis & conlis. Restant tamen aliqua dubia philosophica, & necessaria.

Gentilis cap.
de Humoribus.
Dubia.

Gentilis postquam aliquos tentavit modos docendi in hoc capite, Dubio 26 inquit: Dicam tertio, quod iam frequenter inquit per animam meam recte, quod ubique corporis in venis possit fieri sanguis alius, & veritas sanguis virtute hepatis, vel cordis fluente in venas. Et ideo cum dicimus, cor vel hepar facit sanguinem, debet intelligi, quod maior pars in eo fit, & ubique fiat, eorum virtute fiat. Et secundum hoc oportet tenere, quod aliquae partes chyli tractat ad arterias, & venas, & statim sumpto alio, vel alio tempore in illis venis, & arteriis, quamvis non tangat hepar, conuertatur in sanguinem. Quod autem arteria sanguis aliquid ab intestinis & stomacho, sumitur à Galeno 4. de Vitis. part. cap. 17. & qui sequitur illam opinionem, conformavit se multis dictis Aristot. &c.

Iste discursus Gentilis habet difficultatem. Primo. Quare est necessarium dicere partes chyli debere transire ad venas, & arterias, cum sufficit pituita necessario generata in hepate, quae propinquiorum habet sanguinis vicinitatem: haec enim necessario transit tracta à natura, partes vero chyli tenuiores simul, & crassiores ad regionem hepatis tantum. Praeterea inter formas, quae terminant conditiones, est aliquid ordo prioris, & posterioris. Videtur ergo, quod si chyli ad longinquas partes traduceretur, non posset moueri ad formam sanguinis, nisi praecederet hepatis aliqua actio. Tertio, quia ista imaginario Gentilis est proterus contra mentem Auicennae, qui docet pituitam in membris aluerari, ut tempore necessitatis conuertatur in sanguinem, ubi nullam mentionem chyli inuenit. Quarto, quia licet concedamus Gentili, ad arterias, & venas membrorum aliquid chyli peruenire, illud certè ad prae naturae excrementa transiret, peregrinam regionem oberrans, ut solet dicere Hippocrates. Neque sine magno morbo posset contingere talis ordinis perturbatio. Si autem inbet Gentilis, vaporosum ex chylo posse allici, nam etiam per dilatationem arteriarum ex ambicenti potest adduci aliquid tenue dicimus ad hoc non esse materiam sanguinis aptam, vaporem chyli, sed excrementitiam, aut incipiam talis conditionis. Haec forsitan inspiciebat Sena-

sis (licet nil terigerit) quando dixit illam imaginationem Gentilis esse merum figmentum. Sed temperemus Senensium. Non est impossibile quod Gentilis philosophatur, neque contrarium potest probari. Quis enim poterit probare aliquas partes chyli non subterfugere actionem locorum, sicut de sedimento sanorum communiter dicitur. Vt enim materia sedimenti ad venas tendens non fiat in sanguinem conuersa, sed capsula, quis probabit non allici aliquas partes chyli simul, aut pellit magis tenues, aut mediocres, quae remaneant in venis circa membra? Ego non video rationem efficacem, quae probet contra Gentili.

Supradicta argumenta habent facilem solutionem.

Ad primum dico, quod est necessarium concedere illum transitum alicuius portionis tenuis chyli, si venior, & melior sanguis debet fieri, quam ex pituita in venis, certè ex aliquibus portioneis optimi & tenuis chyli fieri. Nam quantum ad perfectionem, melior sanguis erit qui fit ex cibi debita materia, quam ille qui fit ex pituita: natura enim conuertitur ad illam defectu alterius commodioris materiae. Si ergo adest aliqua porrinacula chylosa, quae in sanguinem potest transmutari, non transeundo per aliam formam humoris, sicut contingit quotidie in hepate, clarum est, quod erit melior sanguis. Et haec fuit forsitan fundamentalis ratio, ob quam Gentilis dixit, quod melior sanguis fit modo praedicto. Quam subtilitatem non potuit subsistere Senensium. Itaque quando dixit: Esse necessarium tenere, quod transit aliquid chyli, non intellexit esse necessarium absolute, sed ad hoc, ut respectu generati ex pituita melior fiat sanguificatio. Est enim eadem ratio, ac in hepate. Melior enim est sanguis generatus in hepate ex optimo chylo quam generatus ex pituita. Ita similiter in illa nutritione membrorum in defectu sanguinis melius calor ab hepate & corde influens conuertit particulas chyli longinquas, quam partes pituitae. Quamuis enim communiter dicitur pituita sanguis diminutè coctus, non dicitur talis quia semper sanguis incipit à pituita, hoc enim est falsum; nam fit directè sua generatione ex chylo, non ex pituita, sed quia tandem poterit conuerti in sanguinem. Hoc autem colligitur ex ipso ordine naturae, quae sic semper procedit. Ergo sicut ex chylo genuna, & naturalis adione

actione generatur sanguis in hepate, ita intra sphæram eiusdem virtutis generabitur ex aliquibus particulis, quas attractrix suata est, vel expultrix transmittit.

Sed dubitabis circa dicta; nam sedimentum, aut eius materia tanquam resiliens tranibit ad venas, & per vias expelletur. Sed illæ portiones chyli quas dicit Gentilis, cum sint maximè resiliens, statim convertentur in sanguinem, antequam discedant ab hepate, & non erit locus, ut tandem afferantur in membra, ut putat Gentilis.

Responderet Cassianus, quòd illæ portiones trahuntur velocitate virtutum trahentium, antequam convertantur ab hepate; neque vrus motus alium impedit; nam cum chylus accedit ad hepar, & per illas venulas demoratur, bene possunt allici aliquæ portiones, antequam recipiant aliquod actionis beneficium.

Ad secundum dicit Gentilis, quòd actio sanguifica, quæ celebratur in membris, tota debetur hepati tanquam principali agenti, quòd per suum instrumentum operantur; nam & hoc faterur Gentilis in prædicto modo dicendi.

Ad tertium respondeat posse, quòd Avicenna dixit, pituitam accruari in membris, sed non negavit posse ibidem reperiri aliquas port. unculas chylosas.

Ad quartum dicit, quòd illa convertuntur in excrementa, quæ non possunt mutari in alimenta; at chyli partes possunt migrari in sanguinem, neque peregrinam regionem obambulant; dummodò sint intra sphæram actionis venarum & arteriarum, per quas fluit virtus calefactiva hepatis illius virtualiter pertingentis. Neque debes intelligere, vaporem solum chyli elevari (id enim non dicit Gentilis) sed aliquas partes coacti ibidem in sanguinem, absque neque iccous, & cordis virtus decernerit. Hæc fuit imaginatio Gentilis quomodo libet explicata.

DIFFICULTAS.

Quo pacto, & quando membra afferunt pituitam in sanguinem transfutent.

MAiorem habet difficultatem, exponere quomodo membra faciant sanguinem ex pituita; nam ipsa scilicet mo-

uent ad suam formam inducendam; ut diximus nam & sanguis capillarum, ros, & gluten susceperunt actionem victorie ab ipsis membris, neuriquam ab hepate. Ergo in illa sphæra actionis non potest generari sanguis; nam actio eueniet à proportionem maioris actiuitatis, qualis est membrorum, & ita dealbant, & non rubificant. Imò sedimentum de puris perficidum in motibus tribuitur membris solidis: quòd sum ergo dicemus sanguificare, cum sint tam diuersi motus.

Sed textus Avicennæ habet maiorem vim, & indiget clarioribus hæc. Est autem textus ubi agit de causis propter quas afferuntur pituita in membris. Ibi.

Necessaria verò est propter duas res; Vna est, ut sit iuxta membra, ad hoc, ut cum membra nutrimentum, quòd adipisci consueverunt, amiserint (quòd est sanguis bonus propter retentionem marturici, quæ à stomacho fit & hepate) operentur in eo virtutes naturales eorum sua caliditate, & coquant, & digerant, & nutritiantur ex eo. Et sicut calor immatus digerit ipsum, & redificando facit ipsum sanguinem; similiter calor extraneus ipsum pietumque purificat, & corrumpit.

Enarratores Avicennæ hunc textum factè explicant, afferentes pituitam afferri longè etiam ab hepate, ut quando deficit transitus boni sanguinis propter obstructionem vianum, aut propter debilitatem coctionis hepatis, ut stomachum ipsa membra consueverunt illam pituitam, & transfutent in sanguinem, ut nutritiantur. Vnde constat, nullum expectari beneficium à calore hepatis; siquidem in hoc casu influmet actione est diminutus ad operandum partibus longinquis, & separatis. Et ita redit efficax ratio super statutam membra agunt sua caliditate sola, ut hic faterur Avicenna: hæc autem necessarium mouet ad formam membri: ergo non ad formam sanguinis.

Neque sufficit dicere, quòd calor vitalis à corde procedens est sufficiens: nam ille neuriquam producit aliquid in partibus circa effectum particularem, nisi ut modificatus à temperamento partis, sicut causa vniuersalis. Cum igitur membra careant modificatione caloris deducendi ab hepate, non est possibile quòd modificent calorem cordis ad sanguinem generandù.

Quo ergo pacto partes poterunt generare sanguinem ex pituita, si careant instrumento debito ab hepate participato?

Aliqui

Aliqui Auicennistae (vt Herculani & sequaces) facultatem sanguificam collocant in venis, iuxta opinionem supra tactā, & ab illa sola generari sanguinem in hoc casu affirmant, neque esse necessarium hepatis calorem aut aliam qualitatem. Redit tamen efficacia argumentorum supradictorum quam non possunt effugere.

In maiorem difficultatem incidit Forobuensis, nam dicit, quod tempore indigentia illa pituita conuertitur in sanguinem à copioso calore influente, qui tunc conuertitur ad illas partes, quae cum neque dolent, neque inflammatione tenentur, non est cur cōuertat maior copiam, nisi dicat Forobuensis, quod in eodem textu adducit, ab intelligentia, scilicet, non erante dirigi omnia ita. Sic enim respondet ad difficultatem, interrogans quare expectet natura tepus indigentiae, vt faciat sanguinem.

Sed ego nunquam admitto istam viam philosophandi, quia vt probant in tract. de Pulsibus, potentes vitales perfectiori modo debent operari, quam elementa. Vnde videmus, quod tractio magis, aut minus indetur pro ratione indigentiae & ita Forolius non debebat recurrere ad intelligentiam, quia in ipsa virtute naturali directa ab anima est sufficiens principium, vt varet actionem.

Sed poterat subtilius philosophari: quia licet hoc bene didicimus, absolute loquendo, tamen non videtur habere efficaciam in virtute commutatua, nam ista semper commutat more elementis in quantum potest. Ergo calor naturalis non potest expectare tempus indigentiae, vt conuertat pituitam in sanguinem, sed semper facit quod sibi potest, & fuerit, secundum dispositionem partium. Ergo omni tempore agit, licet in vno magis, quam in alio manifestabitur eius effectus. hinc enim condicio adocet potest, aut illius actionem, non ex se, sed quia est alligata calori, qui, in sua natura habet imbibitum esse qualitatem actiuam, & productiuam, à quo non potest naturaliter retrahi, & ex consequenti quocumque tempore inducet aliquid in partem sibi proximam. Ergo, vt redeamus ad difficultatem, quam fingit Iacobus & alii, inquirendum est quo pacto membra per suam caliditatem mouent pituitam in sanguinem, cum potius debeant mutare ad formam membri.

Notandum primo (vt clarè procedamus) quod Auicennistae non exactè percipiunt mentem Auicennae in hoc text. existimare enim oportet, vt colligitur ex ipsis

verbis, si attentius legantur) quod quando deficit debitum & consuetum alimentum membris, ob defectum distributionis, membra insurgunt ad coquendum, quod circa se habent, appetitu conseruationis: habet autem particulas pituitae, aut tenues partes, vt affirmat Gētīlis, & hylī. Vnde ex parte obiecti nihil deficit. Habet praeterea suae caliditatem, non qualemcumque, sed (vt conuenit) actiuam, & ex consequenti sufficiens instrumentum ad sanguificandum.

Sed notandum secundum quid dixerim, vt radicibus intelligas profunditatem Auicennae, habent membra approximatas partes humerales pituitae coctilis, & particulas illas chyli (si Gētīlis credas.) Accedat nunc agēs, equidē membra venis & arteriis perfusa, & sufficiens cordis calore per spirita, & sufficiens calore hepatis per partium cōiuncturam, merito cōstruuntur debito modo, vt possint sanguificare virtute cōiuncta.

Non enim defectus alimentum debet accidere ob defectum coctionis ventriculi, & hepatis, vt ex mente aliorum dicebam: sic enim est impossibile fieri bonam sanguificationem in partibus, ob rationem supra tactam: quia deficit in hoc casu debita sphaera adiutrix hepatis, imò & cordis. Nam si sunt debilia membra illa ventriculus & hepar, etiam cor debile erit defectu debiti alimentum. Vnde necessarium est, debilitatis ventriculo, hepate, & corde, vt non habeant venae, & aliae partes sufficiens caliditatem ad sanguificandum. Quare mens Auicennae sine dubio fuit, vt integra manente caliditate influente, solam deficeret alimentum defectu distributionis: in quo casu bene potest generari sanguis ex pituita affluata in venis, quia neque ex parte materiae, neque ex parte agentis aliquid deficit.

Membra autem suo calore adimant, vt fiat sanguis, & omnia operantur in humorem qui ex se dispositus est ad sanguinem, & Job id non mutant ad abscedendum, sed ad formam mediam, quae postea melius, & vtilius disponit, vt conuertatur in formam substantiam: nam semper ordinem seruat natura. Vnde patet quare non dealbent, sed rubedinem inducant cum forma sanguinis: quia, scilicet, & ex parte materiae, quae tendit ad sanguinem, & ex parte instrumenti, & ex parte naturae vniuersalis corporis, hic finis, hic terminus experitur, & per talia media.

Neque obstat esse obstructions in vasa, & venis hepatis: nam tales obstructions

solam impediunt transitum debiti alimentum in quanto; quia non transit, quod necesse fieri debet; tamen non impediunt transitum instrumenti: nam & arteriæ pulsant deficientes calidum vitale, & tunicæ venarum susceperant qualitatem iecoris calidissimi, unde bene potest generari sanguis.

Neque caret explicatio commoda, quod modo in *doctum* adducebatur, quo pacto dicantur Medici membra expectare tempus indigentie. Ad hoc dicendum videtur, quod non expectent membra tempus indigentie ad hanc actionem in pituita partia sed ad rotalem. Explicatur: Calor semper agit, & semper mutat aliquid in sanguinem, sed commutat paruas & paucas partes, quia alias vitiores, & facili conuertibiles, & minus resistentes conuertit, quibus abundat corpus quod sufficerebus alimentis vitur. At si deficiat alimentum minus resistentes, & conuertibile, necessarium est, vt ex succis magis resistentibus, quales sunt pituitosi, plures portiones aggregentur calor. Itaque semper conuertitur aliquid, sed tempore indigentie plus conuertit de illis partibus, quæ in pituita magis resistent. Et ex hoc evenit conuertit modus loquendi Medicorum quod assuetur pituita ad tempus indigentie. Intelligit (oblectro) quæ dico. Conuertitur calor ad pituitam, & ad omnes resistentes humores (vt tacite respondent oblectro) sed pituitam tantum viciniosum sanguini, & tanquam semicodam tandem vincit, & illa fruitur: apparent enim plures partes pituitæ vitæ, & conuertit in sanguinem tempore indigentie, quamvis aliis temporibus etiam aliæ que mouentur. Ex alijs autem humoribus, melancholia & bile, non ita.

CAPVT XIII.

De pituita naturali.

ANtequam diuideret Auicenna pituitam, poterat illam definire sed breuitati studens definitionem dimisit, tanquam rem notam: est enim pituita humor frigidus & humidus, albus, & crassus.

Agit verò de hoc humore, quem vocat phlegma, sicut phlegma usurpauit Prodicus ante Platonem, ad significandum humorem maxime coctum, à verbo Græco Πλεγμα ita enim Hipp. Abscessus quidem consistit in inferius partibus, ubi citra

illa phlegma infestare. Hippocrates etiam vocabulum hoc usurpauit ad significandum ignem calorem, vt vel ab enisplate, vel ab inflammatione ortum ducatur, vt est videre 2. Prog. text. 66. & Galen. in Comm. Tamen humor non tribuit hoc nomen phlegmatis, nisi illi, qui in hyeme reddatur, qui crudus, frigidus, & humidus est, de quo in presenti Auicenna.

Est ergo phlegma aliud naturale, aliud non naturale. Naturale illud est, quod est aptum vt in aliquo tempore fiat sanguis, quoniam est sanguis non bene decoctus. Sumpsit Auicenna illam diuisionem ex Gal. 2. de Fac. nat. cap. 9.

Dubitabis hic, (& nō preter rationem) quare dixit: Est aptum vt in aliquo tempore conuertatur, nonne hæc aptitudo semper est, & agens etiam, vt quæcumque tempore id fiat?

Qui dicunt pituitam non generari in ventriculo, exponunt hunc locum, dicendo esse aptam pituitam in aliquo tempore, cum, sicut, deuenit ad hepar, vel ad venas tempore indigentie, ad differentiam chyli, qui statim transformatur in sanguinem accedens ad hepar.

Sed licet non sit deferenda ista explicatio, tamen illam non admittunt qui opinantur pituita naturalem fieri simul in ventriculo cum chylo, & sunt protectores vocant Galenum lib. de Atra bile, c. 8.

Dicent enim isti, & chylum & pituitam simul deferri ad hepar, & ibi simul ex vitæ que generat sanguinem est ergo, interpretandus locus iuxta communem modum dicendi.

Quare excellentissimo ita loquuntur fuisse Auicenna, vt differentiam ponat inter pituitam, & bilem, & melancholiam, nisi enim humores ex intentione naturæ, neque ex illius ordine nunquam conuertuntur in sanguinem, quia sunt partim supra sanguinem, vt bilis: partim ita infra, vt propter naturam terrestri naturam difficiliter conuertantur in sanguinem, quia ergo isti humores raro, aut nullo tempore conuertuntur in sanguinem, & de pituita solum dicitur, quod in aliquo tempore conuertitur in illum.

Secundo, ad dicitur Auicenna, ad differentiam pituitæ partem naturalem, hæc enim, ferè nullo tempore conuertitur in sanguinem, nisi secundum aliquas partes, quæ habuerit ex pituita naturali, quæ nōdum ex toto præter naturam reddatur, vt potest colligi ex Gal. lib. de Constit. artis medicæ. c. 10.

Quod si dicas, ex *superioribus* conuertitur

flare, pituitam posse in alios humores transmutari: quare ergo non dicit pituitam naturalem aliquo tempore esse mutabilem in bilem, aut melancholicam?

Respondetur, pituitam naturalem esse describendam per illam mutationem, ad quam dicit maiorem aptitudinem, & maiorem conexiorem cum sine talis mutationis: quia ergo pituita ista dicit ordinem ad sanguinem ob potentiam propinquam, quam habet ut in illum conuertatur, hinc est, ut huius mentionem faciat Auicenna, & non aliarum mutationum; has enim sibi pituita per violentiam agentis extrinseci.

CAPVT XV.

De conditionibus pituita naturalis.

DVas conditiones ponit Auicenna pituitae naturalis. Prima est, quod sit quodammodo dulcis. Secunda, ut sit pauca ex frigiditatis respectu corporis, licet sit frigida respectu colerae & sanguinis.

Circa primum notandum est, quod Auicenna non ausus est vocare pituitam absolute dulcem, nam reuera dulcis solum dicitur secundum vulgarem modum loquendi hominum, qui appellant aquam optimam dulcem, cum tamen aqua optima nullum debeat habere saporem: ita similiter Auicenna dicit, quodammodo dulcem esse pituitam, id est, sine sapore, ut aqua ipsa: improprie ergo dicitur dulcis, & ob id dicit, quodammodo.

Non enim potest dici proprie dulcis, quia illa solum proprie dicuntur dulcia, quae per coctionem perfectam talia effecta sunt, ut mel: pituita autem nondum cocta est, neque ad illum gradum coctionis deuenit, ut dulcis sit.

Sed Baptista Montanus reprehendit nostrum Auicennam, nam dicit, quod cum legeret Galenum 2. de Fac. nar. cap. 9. dicentem: Pituitam naturalem esse dulcem; & libro de Atroble: Pituitam esse inspidam; voluit Auicenna interpretari Galenum, dicens: Quod est quaedam pituita dulcis per se, & alia admixtione sanguinis naturalis: haec fuit imaginatio Montani contra Auicennam: sed reuera non talia colligimus in illo capite, sed interpretandus est iuxta nostram sententiam, quae est Gentilis.

Galenus autem dulcem appellauit 2. de Facult. nar. more Graecorum, ut aquam dulcem.

CAPVT XVI.

De secunda conditione pituita naturalis.

Conditiones vocamus clariores de conditione gratia, licet improprie, nam temperies cuiuscumque rei proprius accedit ad eius naturam quam ad conditionem: haec ergo modo vocatur conditio.

Habet magnam difficultatem reuera hic apud auctores, quare dixerit Auicenna pituitam naturalem esse paucam frigiditatis: cum dixerit inter res frigidas nostri corporis primum locum obtinere.

Seperamus prius opinantes, Baptista enim Montanus dicit hunc esse errorem Auicennae sequutum ex priore, nam cum dixerit pituitam esse dulcem, tenebatur dicere habere paucam frigiditatem.

Sed iam excusamus Auicennam a reprehensione Montani: magisque videtur taxandus ipse. Alii dicunt loqui de pituita mixta cum sanguine, sed falluntur, quia non consonat littera. Alii, quod loquitur de pituita vitrea in capite de Membrorum temperie, sed errant, nam est sermo de pituita naturali. Alii melius dixerunt, quod ad tactum apparebit pituita pauca frigiditatis respectu sanguinis & bilis, sed hoc non probat Gentilis: quare enim si pituita distat acutè per tot gradus frigiditatis, non sentietur ita frigida, sicut & sanguis sentietur calidus.

Respondendi posset pro Gentile, eius intentum fuisse, quod pituita non sit ita frigida respectu cutis, sicut respectu sanguinis & bilis: nam à temperie corporis totius, quae reuertitur in cute, distat tanquam extremum à medio: à sanguine & bile distat, ut extremum ab extremo.

Bernard. Paternus dicit, pituitam aut esse solam, aut cum spiritu. Sola ipsa pituita frigidissima est, aut cum spiritu paucam habet frigiditatem: imò mixta cum alimentis iuuat ad coctionem, ut infra docet Auicenna ex mère Galeni: sed dicat, & probet Auicennam loquutum fuisse in cap. de Graduatione partiu. de Pituita solitaria, licet verò non nisi simul cum spiritu usque nescio quomodo probare possit Paternus.

Baptist. Montanus. respicitur

Bern. Paternus. respicitur.

Coniunctio-

Clarior, & conformior vitima apparet explicatio, cum enim hic loquatur de pituita naturali, & statim debeat agere de pratematurali, & consono videtur, ut dicat naturalem esse pauca frigiditatis respectu alicuius pratematuralis, ut vitrea, aut aquosa, aut mucilaginosae.

Addit praterea Avicenna ex mente Galeni, nullum fecisse receptaculum pituitae, sicut bili & melancholiam, quia pituitam servabat natura tanquam sanguinem incitatum, & diminute decoctum, ut transeat suo tempore ad alimentum, & ob id consonum fuit, ut per venas diuisaretur, ut facilis hinc melius adim plectat.

Secundo, ut partes pituitosas nutritas has duas vocat Avicenna necessitates.

Praterea, & ad melius esse transit pituita ad membra, scilicet, humectanda, illa perficitur, quae motu concitatur, ne arceat, & exsiccentur.

Dubium 1.

Circa primam necessitatem dubitant Auctores duo. Primum est, quare non semper conuertitur pituita in sanguinem, si agens se passum fuerit proportio naturalis.

Secundo, quare possunt esse causa, ut partes ad pituitam se conuertant.

Ad primum responderi solet, naturam ab auctore suo directam ordine veri in suis actionibus, atque in abundantia sanguinis, tanquam familiaris, non est sollicita circa alios humores assimilandos: in defectu vero sanguinis conuertitur ad pituitam, tanquam inter alios magis familiarem, & hoc tempore commutat maiorem portionem pituitae ob urgentiam partium appetentium & quam vis ob defectum sanguinis succescat calor naturalis, tamen accitit alia ex parte, & roboratur eius actio, quia licetor factus est. Sed de isto puncto saepe satis egimus.

Quando autem nulla est indigentia, ut v. g. nunc in homine sano, non video quare non conuertatur etiam aliqua portio pituitae, siquidem agens & patientis sunt proportionata. Sed quia haec portio minor est respectu temporis indigentiae, ob id Avicenna solius indigentiae meminit.

Ad secundum responderi ex dictis. Conuertitur enim natura tempore indigentiae ad pituitam magis quam antea,

quia hoc tempore pituita est familiarior respectu: in quo apparet eulchra nostra opinio, quam libro de Pulsibus demonstrabimus, facultate, scilicet, naturales agere pro ratione indigentiae: quare philosophandi rationem immotam capere possunt moderni scriptores.

Ex dictis colligitur Avicenna putasse sanguinem longe ab hepate posse generari.

CAPVT XVII.

De specibus pituitae pratematuralis.

Avicenna enumerat gradus pituitae pratematuralis, sic illos proponit: quaedam enim est mucilaginosae diuersarum partium, alia crassa, alia aquosa, alia pyptica, alia salis, alia acetosa per ebullitionem ex dulci factam, alia pontica, sive sriptica, alia vitrea acris, vel vitrea sine vno sapore. Quae si ad ordinem redigat, cum Avicenna dicit, partes differentias, vel sunt a sapore, vel a modo substantiae: a sapore quatuor conueniunt differentiae, dulcis (quam aliquando in hoc capite vocat insipidam) acetosa, salis, & pontica: a modo substantiae, alia mucilaginosae, alia crassa, alia vitrea, alia pyptica.

De pituita salsa.

Circa causas pituitae salis magis insalutis nocet Auctor, quas ut declararet, salis principia tenetur explorare.

Primo ergo generatur sapor salis ex admixtione substantiae licet & terreae & maris cum substantia aquae septa aliquo sapore, vel cum minimo misceri aeterni debent aequaliter. Agnus prius de ista causa pituita salis, ut postea ad aliam delectandam. Colligitur ergo pituitam sicut salis per admixtionem bilis. De hoc dubitatur.

(3)

CAPUT XVIII.

Quaestio, Vtrum pituita fiat salsa
mixtione insipidi, &
amari.

Anceps redditur quaestio duo etenim,
quae proponit Auicenna, apparent esse
falsam.

Primo dicit, quod si miscetur res ter-
rea & amara cum substantia aqua pau-
ci saporis, quod tunc redditur falsa: hoc,
inquam, videtur falsum, nam ipsa res dul-
cis, cum exsiccat, redditur amara; sed
quando admiscetur rei amarae, exsiccatum
ergo redditur amara; ergo substantia aqua
pauci saporis potius redditur amara, quam
falsa.

Secundo, quia docet experientia, quod
parum rei amarae insicit amarore mag-
nam quantitatem mellis: ergo pituita, si
aliquam habet saporem dulcem, mixtio-
ne rei amarae, non falsa, sed amara efficitur.

Dicit praeterea Auicenna, quod fit
falsedo ex mixtione insipidi, & amari.
Hoc videtur etiam falsum, nam, ut docet
Aristoteles, dulce & amarum sunt ex-
tremi sapores, ex quarum mixtione, aut
parte ipsatione resultant medij. Ergo cum
falsus sit medius sapor, debet resultare ex
dulce, & amaro. Et confirmatur, nam sa-
por amarus ferè à nullo sapore vincitur,
sed, ut dicebam, res amara multam
rem dulcem redit amaram: ergo à
fortiori rem insipidam efficiet ama-
ram.

Pro intelligentia illius difficultatis
aliqua supponenda sunt ex Aristotel. 4.
Meth. & in Prob. & ex Galen. 4. Simpl. &
ex Auicenn. 2. Can.

Notanda, & componenda contradi-
ctio inter Galenum & Aristotelem. Ga-
lenus enim 4. Simpl. saporem acrem, &
acerbum maxime contrariari probat.
Nam inquit: Dulcedo fit à calore mo-
derato maturante, ac acritas ab inten-
so frigore, acris vero sapor ab intenso
calore; ergo haec differentiae potius contra-
dictionem.

Tamen Aristoteles, dulce, & a-
marum opposit, multis asseruit in lo-
cis.

Conciliantur Auctores istam Ari-
stoteles loquutus est de saporibus, res ce-
ctu gustus. Galenus de saporibus, respectu
suarum causarum.

Notandum secundo, quod sapor
falsus generatione differt ab amaro in
hoc, quod ad saporem falsum mag-
is refrangitur siccitas terraè ad humi-
do; ad saporem autem amarum non
ita refrangitur, & sic in falso ma-
ior subtilitas, in amaro non ita:
quod probatur, quia quanto magis
falsum calefit, & amittit suam subti-
litate, tanto magis accedit ad amaro-
rem.

Quod autem in falso illa duo con-
currant, siccum terricum, & humidum a-
queum, probatur ex effectibus, nam sales
exsiccant, & facile liquantur, & sunt
fluidi.

Ex quibus colligere possumus sapo-
rem falsum, & amarum esse maximum
propinquos: sic enim existimavit Ari-
stoteles particula 23. Problem. quaestio.
35. ubi quaeritur quare mare simul appa-
ret falsum, & amarum: respondet, si-
mul videri istos sapores, id est, propter
vicinitatem coniungi: coniunguntur
autem ob causas generantes, nam à
calido & sicco sales coagulantur, & fiunt,
& ab eodem calido & sicco intensiori, a-
maritudo contingit: ita Conciliator in il-
lo problemate.

Ex his colligi potest Auicenna inten-
tio, & conclusio prima: pituita fit sal-
sa: primo modo, quia eius humor dicitur a-
queus admiscetur portio sicca, & amara
humoris bilioli, ex cuius remissione fit
falsus.

Probat autem, quod ex ista mix-
tione resultet talis sapor, nam per istam
mixtionem generatur quedam sub-
stantia mediocriter calida & sicca, sed
minus sicca, quam amara. Sed talis
substantia habet saporem falsum: gene-
ratur enim hic sapor ex caliditate,
& siccitate in substantia mediocri-
ter. Res ergo amara ducit secum cali-
ditatem, & siccitatem; mediocritas
substantiae praestat ab humore aqueo: ergo
resultabit sapor falsus per remissionem
amari.

Secundo probatur, quia falsum per
vitiosam coctionem fit amarum: ergo
signum est, quod ille sapor falsus oritur
ex siccitate & caliditate in mediocri
substantia.

Tertio, quia species salis habentes amaritudinem sunt calidiores sale isto communi; ergo signum est, quod salicido oritur ex tenuis principis amaritudinis. Igitur pituita per hanc similem miscellam erit salia. Quibus rebus intellectus dubia particularia solentur circa sales.

Primo, quare sal crepitat in igne. Respondetur, quia contenta, & conclusa humiditas in fluxum conuersa rumpit superficiem, qui excutus magis cernitur in minore sale, quam in profuso, sal enim crassum tantulum tardius crepitat, tenue vero cito.

Secundo, quare sudor, & urina habent saporem salium? Quoniam natura ab illis separauit omnes dulces & optimas partes, relinquens aqueas, & alias crassas ficas, quae adiuuicem mixta salium generat saporem.

Tertio, quare in aqua salia magis solentantur corpora graua, quam in aqua dulci.

Respondetur, quia aqua salia pluribus partibus terrestribus abundat, quae fulcimentum praestant.

Quarto, quare aqua salia facilius inflammata, quam dulcis.

Respondetur, quia ob partes adustas & ficas citius fit ignis materia.

Alia problemata soluit Arist. 23. sect. pro. quae sibi videnda.

En vero aduertendam pro solutione argumentorum, quod quando cum Auctenta dicimus generari sapores ex humido & sicco terreo, cum certa calidi proportionis & modo substantiae, non necessario dicimus esse partes diuersas sub vna equitata mixta quantitate, sed dicimus esse qualitates taliter proportionatas, quae proportionem sunt. Exponitur. Quod ideo volui aduertere, quia punctus hic animaduertitur à subtilissimo Gentili in quest. 31. quod Author alias diuersitatis partium in mixto est acerrimus defensor. Saluat ergo illos sapores per diuersam qualitatum proportionem, quam ipse vocat occultam, non tamen per diuersas partes.

Si ergo volueris memoriae mandare operationes salis, illas tibi proponam. Sicut enim incisio, abscisio, subtilisatio, liquefactio, mordicatio, praeseruatio à putredine, conturbatio, subuersio, preparatio ad vomitum, exsiccatio, procreatio salis, exasperatio, mundificatio cum abrasione, aperatio, operatio tarda & debilis,

conseruatio omnium debilitet & tardè soluentium.

Sal est incisum subtilissimum, & absterisimum propter caliditatem, quam habet cum subtilitate substantiae, liquefacit, quia habet caliditatem, & non modicam humiditatem; praeseruat à putredine, quia consumit humiditatem superfluum; conturbat ventriculum, vel mordicando, vel ad illum trahendo graues humores, & ob hanc causam subuertit, & preparat ad vomitum, praecipue si sumatur in magna quantitate, nam in parua potius roboraret.

Inducit firmam desiccando os ventriculi. Exasperat, quia inducit partium inaequalitatem. Abradit, quia cum siccitate habet totam aequitatem. Aperit ratione aequitatis. Est tarda operatio respectu interae exsiccatiois amari. Acut mordicans soluentia, etiam ob praedictam acuitatem.

Dubitabis verò non sine fundamento, nam si amarum est magis sic cum, quam salium, quae est ratio propter quam carnes mellis à putredine praeseruantur adhibito sale, quam adhibito medicam. to amaro?

Respondetur, quod ratione intentionis siccitatis. Concludit argumentum. Amarum enim potentius est incensiuè, tamen maius inopere est necessaria penetratio, & insinatio vsque ad interiores partes, in quibus later humiditas putredinalis, ad quas non potest penetrare amarum sicut salium. Hoc enim cum sua subtileitate incidit, & penetrat, & interiora exsiccat; amarum verò detinetur in superficie, & sic postulum dicere, quod salium est siccius extensiuè, amarum intensiuè, id est, quod ad plures partes se extendit exsiccatio, quae à salisline procedit.

Sed iam argumenta prima dissoluamus. Ad primum, & secundum eodem modo resp. quod haec generatio saporis salis non fit per aliquam iuxtapositionem saporis dulcis & amari, aut per aliquam imperfectam mixturem, sed per talem mixturem, ut contumpanter extrema, & resister diuersus sapor: & sic argumenta probarent, si haec mixtio solem ferret eo modo quo fit aliqua mixtio artificialis, ut quando miscemus aloem cum melle. Quando ergo cum pituita, quae aliquo sapore praedita est, miscetur bilis, tali mixture adinari potest, ut uterque sapor contumpanter, & resister tertius.

Alia duo argumenta vltima maiorem

Primum dubium de salisline dicit.

1. Dub.

3. Dub.

4. Dub.

Nota pro solutione argum.

Operationes salis.

Dubitatio.

habent difficultatem, nam illa substantia insipida potius dissiparet amaritudinem bilis; unde ergo oritur sapor salis? Et si vera sententia est Arid. quod dulcis, & amarus sunt saporis extremi, videtur necessarium, ut debeant concurrere ad producendum salum.

Tamen respondetur, quod in saporibus similiter videtur philosophandum, ac in coloribus, licet colores secundum aliquos philosophos posterius se quatur; videmus ergo, quod non est necessarium, ut colores medijs resistent semper ex extremis, sed resistent ex sua peculiari mixtione qualratum, vel lucidi cum opaco. Itaque si ante uno solo extremo colore si variantur principia constitutiva illius, generabitur alius color, sine hoc quod sit necessarium adesse alteri colori extremi. In coloribus quos vocant apparentes, id videbis, nam nubes apparente solent rubre, nullo ibi existente opaco terreo, quod miscetur cum albo, sed in veris coloribus demonstratur. Videmus enim folia arborum à viriditate moveri ad palliditatem solo calore agere, & mutante principia productiva colorum non enim ibi est album, quod cum viridi obfcurato (quod fit loco nigri) faciat ce trinum, aut pallidum; ergo ut sunt saporis medijs, non est necessarium, quod adint saporis extremi, sed sufficit quod sint in virtute principiorum producendum, ex quo patet quod sapor salis non debet sequi ad istos extremos saporis admixtè mistos.

Ad confirmationem ferè idem respondetur, quando enim pituita insipida cum re amara commiscetur calore agente, & commiscente, taliter disponuntur miscibilia, ut insi vidum illud, quod est primarium sapore, fiat saporosum, & amarum etiam suam amaritudinem amittat; itaque immutantur principia saporum; & sic potest resurgere novus sapor, qui autè non erat in pituita.

Quæ si rectè consideres, inuenies non esse necessarium ad productionem saporis medijs, ut præexistant in actu saporis extremi, sed satis est, quod præcedant principia productiva, quæ in virtute continent extremos. Atque hæc de hac questione dicta sufficiant.

Ut autem exemplum ponat Auicenna ad declarandum modum, quo fit pituita salis, per admixtionem dieti fieri, ut sales. Fiant autem ex cineribus alebali in aqua coctis, & colatis, & iterum coctis, & iterum expressis, donec in sales convertantur.

Sal alebali apud Arabes (ut explicat Baptista Montanus) est idem, quod apud nos alumen coctile, quod Venetijs est frequens. Arabes confundunt alebali, & elachile. Est enim elachile herba que dicitur, que datur hydropticis, quæ à nobis appellatur soldanelà, à Dioscoride achilea.

Sal verò alebali solet fieri ex cineribus herbarum lunariarum, quæ apud nos dicitur saponaria, quia illa vrebatur antiqui pro saponis conficiendo. Imò & nostri etiam, quâvis betam in cinerem reducant ad hoc saponis opus.

Vult ergo Auicenna ex isto sale artificiali manducitare nos ad cognitionem pituitæ salis, ut enim ex illis cineribus visis & amaris sepius in aqua manifestis, & ex coctis resurgat salcedo: ita ex pituita, quæ simulatur aquæ, & ex bile amara talis fit co-fractio, & miscella, ut resurgat salcedo.

CAPUT XIX.

Defenditur Auicenna, rejicitur Montanus.

An pituita salis sit leuior alijs.

Quod sit calidior & siccior alijs speciebus, videtur apertum: nam quamvis gypsea sit sicciore formaliter, non tamen sicciore effectiue, vel si est licciore, non tamè simul calidior, utrumque potest dici, ut rectè aduertit Forolintius.

Sed quod sit leuior, tanquam salium reputat Baptista Montanus, & dicit duas rationes non esse solidas. Audiamus ergo illas.

Primo ergo argumentatur Montanus, Salcedo illa fit ex admixtione partium terrestrium cum humidis: ergo talis remanebit grauior propter partes terreas.

Secundo, quia calor extrahit partes dulces tanquam leues, telle Aristot. lib. de Sensu, & sensibili: ergo remanebit pituita grauior.

Tertiò, quia si ponderentur aqua salis & dulcis, magis ponderat aqua sicca. Hæc sunt rationes indissolubiles Montani.

Tamen oportet pro defensione nostri Auicennæ illas dissoluere.

Ad primam dico, quod illa salcedo non fit per admixtionem partium ab se lecte terrestrium, sic enim concluderent argumenta, sed per admixtionem partium coactis, & calidarum, quæ ob illas qualitates est

traditione

traditione proprii humiditatis similem acquisitionem naturam, terrestris enim natura (absoluitur loquendo) est frigida & sicca, cum gravitate, & hac non est, que miscetur cum pituita, ut fiat salta, sed partes quaedam biliosae amarae, quae largo modo ob suam siccitatem appellantur terrestris, vel quia sint partes amariores & fuliginosae ipsius bilis, ut calx largo modo appellatur terrea, quibus mixta quoddammodo calidum & siccum. Itaque non permiscetur cum pituita partes ponderosae aut graviores, sed siccae & adulescentes, quae respectu ipsius pituitae leuiiores censende sunt, quantumvis dicantur cineres à calore praeter naturam producti. Partes enim terrestris frigidae & siccae, quae proprie tales sunt, ad saporem ponticum generandum potius quam ad substantiam estimandam sunt, ut constabit in tractatu de saporibus.

Ad secundum responderetur, quod haec pituita non sit salta, & obsumptione partium dulcis, remanente parte crassasce enim forsitan grauius respiceret. Sed Auicenna docet, quod sit salta ex admixtione rei tenuis cum re crassa, agente calore, & miscente. Ergo talis pituita remanebit leuior, ut si cum aqua misceatur portio auris calida, quamuis fuliginosa.

Idem dicam de altera pituita, quae per putredinem fit salta; non enim debet imaginari, quod pars tenuis & serosa, quae descendit separatim in alium locum, ut in illo maneat, sed iterum miscetur, & reddit saltam & leuiorem partem illam, quae crassa remanebor, ita ut ubi sint duo mores, unus post alium: prior est alteratio putrefactiua pituitae secundum est mixtio illius terrosae substantiae cum crassa.

Quod si tibi difficile videretur, contemplate quo pacto animalia imperfecta sunt putredine. Dum enim calidum coapat aliquas partes vmbiles, quas in exitu occipit, miscet, & tandem generat. Ita in hoc euento calidum illud prostra, quod evaporat, iterum miscet aliquas partes terrosas cum crassis, & generat salcedo. In quo opere magnam vim habet agens extrinsecum, calor, scilicet, membrorum discomperatorum, & calor portionalis aliorum immo-

Ad tertium negamus, rem saltam factam per veram mixtionem esse maioris ponderis, aqua enim marina habet per compositionem multas partes terrestris, & sic maioris est ponderis quam aliquis dulcis. At haec pituita salta non est sic per mix-

tionem, sed per veram mixtionem, attenuata parte crassa à parte amara, quae non est terrestris eo sensu, quo loquitur fuit Montanus.

CAPUT XX.

De altera causa pituitae saltae, ubi Auicenna doctrina reueratur, & Montanus redarguitur.

HAEC causam secundam iam explicui, si recte perscrutantur quae dicta sunt (diximus enim magnam habere similitudinem illam mixtionem ad saltam naturam generandam cum ea, quae fit ad generanda animalcula imperfecta ex putri materia: quibus notum sit terminus esse satis diuersos. Sed dico, quod simulantur in aliquibus conditionibus.) Tamen quia circa illam Galenus & Auicenna dicuntur videntur, iterum oportet manum imponere.

Galenus 2. de differentia febrium c. 6. species pituitae enumerans, ait, quod quaedam est vitrea, alia dulcis, alia acida: & accedens ad quartam. Alia est salta, aut propter putredinem, aut propter salte serosa humiditatis permixtionem, ex qua feblicitantes non rigent, sed tantum horret inuadente accessione.

Circa hanc Galeni auctoritatem Auicenna duo docet, explicans illam, & litera emendans. Primus docet, quod putredo non est causa immediata salcedinis, sed medius quibusdam partibus fumo, quae ex putredine resistunt.

Secundo dicit, quod illa particula distinctiua, ait, debet esse copulatiua, ita ut dicat, salta fit per putredinem & serosae humiditatis mixtionem. Haec est mens Auicennae, quae satis diuersitur à Baptista Montano. Tamen abstineat (obsecro) à tanta representatione, & intelligat non debere Auicennae, & fundamenta, & definitiones.

Separans ergo certa ab incertis, stridens loquens, quod putredo non causat saporem salum, recte dicit Auicennam nam putredo est dissipatio caloris nativi, ad quam sequitur humiditas à sicco separatio in communi opinione loquendo, itaque eius terminus extrinsecus est corruptio rei putrescentis, & ita in certissimo ad opera rei putredinis inueniuntur cunctos humido primati.

Li. lxx

Est hæc doctrina Arist. 4. Meteororum. Res enim cum putrescant, humidiores apparent evaporante humido, in termino vero remanet sicca, vt cineres amissa forma propria non potest autem hoc modo falsa reddi pituita, quia tales cineres sic relictæ hæc aliquem saporem possunt habere; nõ tamen habent formam pituitæ falsæ. Quod si visio animalis tales cineres in corpore adessent, tanquam incapaces novi termini caloris ad loca excrementorum deturbarentur. Itaque hoc modo non dices fieri pituitam falsam, quia scilicet per putredinem ad vltimam cinerem deveniat.

Sic philosophantur in communi modo loquendi de putredine, iuxta mentem Peripateticam. Ergo rectè dixit Avicenna, quod putredo, vt putredo est, non faciet sã porum falsum, qui fundatur in illis partibus quæ repetiuntur postquam finita est putrefactio.

Sed manifestius probemus sententiam Avicennæ, scilicet, quod non sola putredo causat falsedinem in pituita: nam & ipse Galenus facit, ad generationem falsedinis esse necessariam aliquam aduisionem, per quam res ipsa redditur cum quadam siccitate amara qualitatibus: sed putredo maxime distinguitur ab vitione, vt latè patet 4. Meteororum. neque necessarium est, vt simul coniungatur, imò si coniungatur se impediunt, nam putredo est paulatina caloris corruptio cum manifesta humidi evaporatione, vltio est violenta vtriusque partis mixta: vehementi calore combustio: nulla enim in vitione apparet humiditas exorbitatio, sed per violentam resolutionem perit mixtura: ex eo ergo, quod tam Valida sit exsiccatio in vitione, solet medicamentum esse contra putredinem, quæ accedit vel defectu caloris, vel abundantia humiditatis: ergo si putredo, vt putredo est, non adimit partes, unde obiecto illa amara & adusta portio, vt fiat falsedo!

Quare secundo id rectè confirmatur, nã in his quæ paulatim putrescunt, aut violentè sine aduisione, namquam experimur amaritudinem, sed tantam siccitatem quãdam extremam & dispregabilem; at cineres facti per aduisionem solum non solum siccitatem, sed aliquem amarorem demonstrant, qui effectus in his, vel in illis cineribus magis elincet, prout sunt materia ex qua fuerunt, v.g. ex beta sicut cineres cum maiori sapore, aut ex herba sapotaria.

Si itaque putredo ex se nõ adimit, ergo ex se non est causa falsedinis, vel ama-

roris. Vellem autè semper aduertas, quod quando dicimus Putredo causat hoc, vel illud, debes intelligere causam putredinalem, vt talis est.

Neque valet consequentia: Putredo fit à calore præter naturam, ergo adurit calor ille. Nõ inquam valet. Est calor præter naturam, ergo adurit: arguit cum à superiori ad inferius, Est animal, ergo est homo.

Sed iterum inhis: In putrefactione fit resolutio partium tenuium, ergo illud quod remanet, remanetbit crassius.

Transcat, hoc concedo libenter, quid ergo inferis. Ergo remanebit calidius raltè, vt fiat amarus, vel falsus: si ergo hæc illarationem, imò existimare oportet per putredinè remanere illas partes crassas, quæ vocas cineres, frigidæ extractione calidi nativi, licet aliqua vestigia aduentitij caloris præternaturalis elincant.

Sed aduerte subtilitatem: etenim illa pars pituitæ, quæ vt cinis remanet post putredinem, amittit calorem proprium, & recuperat alienum; non tamen probabis, quod illa pars habeat nunc plures gradus caloris præter naturam, quàm habebat antea caloris nativi: forsan enim sunt æquales. Vide quantum distet ista mutatio putredinalis à mutatione, quæ dicitur vltio: per aduisionem enim necessariò adquiritur intensior gradualis calor, & cum magno excessu respectu termini à quo ipsæ combustibilis.

Hæc dixerim, vt constet quod per putredinem solitaneam nulla per se adurit pars rei putrescibilis, & ita nulla fiet materia proxima falsis, aut amaroris. Nihil horum subdoleat Baptista Montanus.

Restat, vt putredo ex aduisione possit esse causa falsedinis, nam si cum illa coniungatur varietas partium, possibile est, vt aliqua portio ascendat ad maiorem calorem ex dispositione materis, & conueniat in vltiolem aut fuliginosam substantiam, quæ amara cum sit commixtione cum aquæ, poterit falsam producere qualitatem.

Secundo, fieri potest, vt putredo sit putrefaciens huic humorem, & alia causa aduræ quod separatæ, & sit materia falsedinis: hoc enim videmus quotidie in febribus complicatis: in quosdiana putreficit solum pituita, nulla falsedine generata, si verò complicentur tertiana exquilita & quadræris caloris, adurit partes aliquas pituitæ putrescentis, & per nonam commixtionem cum partibus aquæ fiet falsitas tertiana: quod huiusmodi biliosus tertiana misca-

mifceatur (hoc enim eſt aliud g enus pituita, de quo ſupra) ſed aſſerit quod calor ille tertiana exquirat aduret partes putrefcentes iam pituita, quae facit quotidiana, & eo caſu fit pituita falſa ab vtraque cauſa, mediare   putredine tanquam   ſeparate partem aqueam & humidam,   calore inferiori tanquam   faciente amaroſem in ſeparatis partibus: quibus cauſis ſuccedit alia magis immediata, quae eſt c  mixtio noua illius partis ſeroſe aduſta, aut illarum fuliginum cum parte altera craſſa pituita.

Quare non poſſum credere, quod Galenus putredine ſolitariae inſpecta, audeat dicere, quod cauſa falſedinem in pituita; ſed quia maior ex parte cum putredine continguntur aliquae ex predictis cauſis, ideo Galenus aliquando dixit per putredinem generari falſedinem.

Quam philoſophandi rationem eſt Fuchſius non ſubſeſcit, tamen explicans cap. 6. Galeni 2. de febrilibus, noui mixtionem illam, de qua nunc loquor, dicit concurrere ad falſedine ex putredine, ſic enim ait: Quarta pituita ſpecies falſa,   falſo ſapore, quem ex habet, dicta eſt duplici ver  de cauſa falſa ſit; vna portio putredinis, ex dulci namque putrefcente hac ipſa naſcitur. Quia enim portiones eius quaedam vi putredinis aſſa, reliquae dulci ſubſtantia permifcentur, ideo falſum hunc ſaporem inducunt. Quomodo   in maris aqua fiericermimus hac enim   calore ſolis elaborata, ac veluti aſſata falſum contrahit ſapor . Altera cauſa, cur falſa reddatur, eſt, quia falſa quaedam ſeroſa humiditas dulci pituita miſceatur. Hinc uſq; Fuchſius. In cuius ſententia licet aliqua ſint reprehentione digna, in eorum tamen adnotatone non moramur; ſed ſolum eius verba adduxi, quibus conſtat non ſolum putredinem eſſe neceſſariam, ſed mixtionem accedere poſſe ipſam. Etiam enim ſupponit aſſationem in putredine, quod falſum eſt. Exemplum ver , quod ipſe, & ſere omnes adducit de falſedine maris, quae oritur aduſione ſolis, non tenet in omnibus, quia illa adio ſolis, vt dixit Fuchſius, ſolum vrit, non tamen intert aliquam mixtionem.

Itaque ſi putredo potius ex ipſa pituita facit materiales cauſas, quae poſtea praſtabunt materiam ſaporis accedente noua cauſa.

Sed obijcies argumentum ad homin . Nam diximus viſionem mederi putredini, & alia ex parte diximus, quod ſi terna-

na complicetur cum quotidiana, adeo viſio ab vna cauſa, & putredo ab alia.

Sed nulla eſt contradic io, n  illa viſio, quae medetur putredini, talis exiſtit, vt conſumens humiditatem mixti, & illud perfe e exſiccans reddat ineptum ad putredinem; ad quod opus requiritur magna exſiccantis violentia. Et ſic praeframus   peſte aeternam & ciuitates magnis ignibus, vt aliquando fecit Hippocrates. At vero calor tertianae adurit aliquas partes, quae   pituita diſſipantur, verbi gratia, ſeroſas n  tamen eſt tamen, vt poſſit exſiccare totam pituitam, & ita non poteſt inſpedire ne putrefcat   calore febris quotidiana. Noſter vero diſcurſus docet putredinem n  adurere, ſed ex alijs cauſis hoc accidere, atque viſionem (ſi exiſtens circa eandem praecifam partem in qua ſit putredo) potius impedire putredinem, & per violentiam praecurrere, & anticipare mixti interitum. Tamen in quotidiana complicata cum tertiana non diſcimus quod ſit putredo & viſio circa eandem partem, ſed effectus viſionis   calore tertianae factus elucet in partibus vthabibus & tenuibus, quae ſeparantur; at ver  effectus putredinis elucet in ipſa pituita paulatina corruptione, ita vt putredo reſpicat pituitam, viſio ver  partem caaporatam hinc ſeque partem.

Obijcies praeterea nobis Galenum 1. de alimentorum facultatibus cap. 33. cui titulus eſt, An dura omnia per coctionem falſo ſucco ſolant. In ſine capituli ait, quod optimam diutius decoctam falſam fieri ex quo loco magnum conſicitur argum tum; nam ſi aqua ſola per decoctionem ſit falſa, multo melius pituita per putredinem euo; aratis tenuibus partibus; atque vt in aqua nihil eſt, quod miſceatur, ſed ſola coctio ſufficit ad falſedinem includendam, ita in pituita, putredine reſolutis partibus, quod remanet falſum erit.

Non eſt ita facilis noſtris hic ſicut aliquibus viſus eſt, qui vt diſſoluatur, ſupponere oportet Galenum nunquam concediſſe elementa pura, vt multis locis apparet lib. de Natura humana, & primo de elementis. Ergo aqua, de qua loquitur Galenus, im pura ad huc eſt, & aliquibus portioneſcens alienis infecta, quae cum per coctionem exſiccetur, & amara reddatur, totam aquam reddem falſam per nouam mixtionem cum partibus aquis. Hic autem effectus non qualibet coctione, ſed ſepius repetita contingit; de ob id dicit Galenus: Si diutius coquatur.

Tamen

Tamen si consideres aquam omnino liberam ab illiusmodi portionebus, nunquam fiet salta quantumvis diutè coctio, sed tota evaporabit in aërem.

Tamen in pituita cum separaretur aliquid ferrosam & nitrosam, si postea misceretur, fiet salredo, sicut partes illæ aque impure miscerantur post aduersionem cum reliquo liquore.

Secundò dubitabis circa ea que supra dicta sunt, quare Galenus 2. de febris. cap. 6. de falsa pituita verba faciens non explicauerit aperte illa generationem per mixtionem rei amaræ extrinsecæ.

Respondetur, quòd in illo capite tantum agebat de febris quotidianis legitimis, non tamen de notis; de ita solum egit de pituita falsa per putredinem & miscellam suæ ferrositatis falsa, hæc enim putredo generat quotidianam. Alia vero salredo genita ex humore bilioso & pituita reperitur in febre spuria, & sic de ista miscella, & de ista salredine non fuit loquutus, quia non fuit necessarium eo loci, sed hæc dubitatio magis pertinet ad præcedentem questionem, ubi egimus de falsa per aduersionem bilii. Hic enim agimus de falsa per aduersionem illius quod per putredinem ex ipsa generatum est, & ita magis ad præsentem disputationem pertinet sequens dubitatio.

Si per putredinem pituitæ, istæ partes ferrosæ & nitrosæ se separant, que postea miscerantur, & reddunt rotam pituitam falsam, sequitur quòd in quacumque putredine pituitæ, & in quacumque quotidiana legitima, adit pituita falsa tamquam causa febris coniuncta.

Ad hanc dubitationem responderet Paternus, quòd in similibus putredine pituitæ, & in febre quotidiana, pituita, que putrescit in illa a cælesione, expellitur à natura, & parim absorbitur; & sic non est locus illius mixtionis. Quod verò statim subiungit, indiget consideratione, nã dicit quòd phlegma non fit falsum, nisi paulatim & tenuè putrescat, ita vt calor tenuè adurat partes illius, & non absorbatur, sed permisceatur.

Primò enim, si lenta putredo efficiat falsam pituitam, videtur quòd in omni legitima quotidiana debet esse falsa, quia ita lentè putrescit pituita, vt solius putrescat secundum prædictas conditiones, non accelerata putredine super naturam illius. Et calor quotidianæ id etiam confirmat, est enim lentus, miris, obscurus, & tardus.

Secundò, nondum declarat Auctor illo

quomodo in putredine lenta paulatina calor adurat, est enim contra ea que supra reliquimus probata. Nam si ille calor ex sua natura solum valet ad lentam, & tardam putredinem, quò pacto adurendæ portiones ipsius pituitæ?

Dicendum ergo est, in quotidiana non esse aliquam pituitam falsam ad sensum, quia natura vt putrefacit, expellit, non expectans mixtionem illam, ex qua testulare potest sapor falsus. Quòd si propter omnes, vel propter debilitatem non posset ex plere, proculdubio fieret mixtio, & generaretur falsa pituita per continuam actionem caloris exsicantis, & miscentis. Dixi ad sensum, quia non repugnat esse aliquam pituitam falsam, cuius nulla adsint signa.

Quòd si interrogas, que putredo magis sit apta ad generandum falsedinem? Resp. quòd inspectis ipsius causis in se illa citior quæ fortior, & à calore intensiori procedit, et contra ac putredine Paternus. Et ratio est manifesta, nam ad putredinem pituitæ solet quibus gradus caloris præter naturam sufficere. Et sic pituita, iuxta eam munim modum loquendi Medicorum, citius putrescit, ac ob id vnoquoque die exacerbationem facit. Tamen ad vitandam partes illius, ad deieccandas illius humiditates turgentes, ad generandum saporem amarum in rara aqua substantia, eorè necessarium est calor aliquo gradu intensior, quàm ille qui communiter putrefacit, & sic fiet falsa non per lentam putredinem, sed per constantem & violentam, non que fit vltimo sicuter, sed celerior & interior putredo.

Quando ergo in lenta putredine generatur salredo, non est ratioe ipsius caloris tardè agentis, sed quia passim magis detinetur, & supplet illa mora defectum agentis. In mari id apparet; non enim videtur efflicere solis calor ad sallendum tantum mare, cum remissus sit respectu passis, sed quia ipsa aqua flagrans est, & quoad potest quiete ita accipit continuam actionem solis, & sic non mirum si fiat falsa. Ad quem affectum maximè adiuuat causa marialis que cum aqua coniungitur, animalium scilicet vapores & excrementa, quæ vt exhalationes cum ipsis partibus terrestribus commisceantur, & aduersione, ita similiter fiat falsedine. Auctor ille, quòd minimum fiat salredo in paulatina putredine, non ratione talis putredinis, sed ratione detentionis partium que expectant vsque ad generationem falsi.

Conclusio.

Temperata
reprehensibile
Paternum

Secd

Dubium.

Paternus re-
arguitur.

Sed ita conformum est, vt ad alias species pituitae declarandas accedamus.

De pituita acetosa.

Pituita acidæ, sine acetosa causis breuiter tradit Auicenna. Dicit enim, quod quedam est pituita acida facta per ebullitionem ipsius pituitæ, alia per admixtionem alciuias humoris acetosi, vt est melancholica acida. Prima pituita per ebullitionem fit acetosa, non aliter ac lac, aut alia res dulces (vt succi fructuum) extractione calidi natui accescunt. Secunda fit per miscellam humoris acetosi, vt facta per mixtionem amari.

De causis autè aciditatis plura diximus in lib. de Febris. cap. de cruditate acida, vbi causas in generali exarauit. Tamè nunc ad presertim tractationem orationem colligamus, de sola pituita verba facientes.

CAPUT XXI.

De pituita acida per se, sine admixtione alterius.

Aciditas semper oritur à frigiditate ipsius rei acide. Tamen hæc frigiditas potest oriri à variis causis efficientibus, vt rectè dicit Montanus, quod aciditas fit for maliter à frigore, & efficitur à calore: quod quo pacto contingat, iam declaro ex Galen. 4. Simp.

Mixta quæ solent fieri acida, sunt in duplici differentia: quedam sunt habentia multam aequitatem & humiditatem, & paucum calorem, vt vinum nouum, lac, pituita, &c. alia sunt mixta è cõtra cum multo calore, & cum pauca humiditate, vt vinum vetus, & potens, mel, &c. Illa ergo quæ paucum habent calorem, & multum humiditatem, facili patrescunt à calore extrinseco, vt modicus ignis exinguitur à magno igne, modo à magno motu: ut magnus ignis subellatione potius augetur, quàm extinguatur. Et sic vina leuia, paucifera corripuntur si agitantur, aut si in vase calido potantur: quod vino potens non contingit. Ergo ebullit humiditas prius à calore agente, & exhalat calor ille pusillus rei, quæ patrescit: & remanet ipsa substantia humida frigida, & acida. Et sic omnia acida sunt frigida, quæuis in illis remaneat aliquis calor impressus à calore illo extrinseco, qui causabat ebullitionem. Ideo acc-

tum, & lac acidum licet refrigerent, habent tamen vestigiurn caloris.

Parat vero Montanus, quod acetum factum ex vino potens & forti non fit frigidum, sed calidum, neque dicendum fit acidum, sed acre, & ab illo præcipit Medicos cauerè, eum refrigerare intendunt. Et certè nõ sine fundamento aliquo; de quo aliis disputabo. Nunc verò illud se offert, quod prædicta Montani assertio verum teneat, quod tale vinum potens corripatur ab excedenti & violento aliquo calore, qui multum intensus debet esse, siquidem debet vincere tantum calorem vini. At verò si tale vinum corripatur ab intenso frigore, nõ apparet, vt quid remaneat acre, sed acidum, vt solet dicere Gentilis.

Sed nosse Auicenna solè meminit vitæ causæ, quæ est humiditatis ebullitio; ergo supponit, quod solum agit de vna causa aciditatis, quæ est calor faciens simile ebullitionem, quia certè est cõmunis, & frequens. Sola autè frigiditas externa quæuis diminuat calorem rei, & per hanc vti potest causare aciditatem, tamen hoc rarissimè contingit: nõ talis frigiditas si sola sit agens à prædominio, vel condensat, vel coagulat, vel coagulat: non ergo poterit facere ebullitionem nisi per antiperistaltin. Quare quando cõsuntur Medici dicunt, quod aciditas fit efficiens à frigiditate, inest illi aliqui à diminuto calore, aggredièrè coctionem, & nõ potente perire, qui remissus fuit à frigore, unde frigus causæ est talis acoris mediata. Ergo pituita fit acida, quia calor natius adeo debilis est, vt quando illam generat, non possit ad perfectam naturam deducere, vt contingit in succis dulcibus fructuum: eum enim à paruo calore agitur, & à tali calore non possit ad perfectam formam coctionis & dulcedinis peruenire, sunt acidi, vt notauit Galen. 4. de Simp. c. 15. Itaque prius cõ generator pituita acida fit à principio sine generationis, quia calor generans debilis est, & solum potens ad semicõquendum, non tamè ad cõquendum perfecte. In qua semicõctione fit illa humiditas ebullitio, & caloris natius exhalatio. Et hoc est primus modus pituitæ acide per se, id est, ex propria alteratione in illius materia. Et de hac parat Bernar. Patemus locutus fuisse Auicennam in hoc capite, & non de alia, quam iam propono.

Alio modo potest fieri acida pituita, vt si pituita naturalis, vel dulcis à calore extraneo taliter corripatur, vt per illi similem ebullitionem extracto calore accescat, amissa

perfectiōne propria, vt & vinum iam perfectum, & lac acida redduntur.

Eecē duas pituitas proposui prima à suo ortu generata fuit acida ex materia chyli ob diminutum calorem non potentem facere pituitam optimam, sed in materia illa cruda calor leuorior imbecillius ebullitiōe solam efficit, vt calor diminutus in multo non vinum, sed acetum facit. Secunda, licet causas generationis integras habuit, & in esse optimo fuit constituta, tamen à causa præter naturam calida corrumpitur, & in acetum conuertitur.

Sed illud aduertere non desinam, quod hæc causa calida, vt diximus in prima pituita, solet esse diminuta, & solam leuem ebullitiōnem efficere, quã dicebamus procedere à calore, quibus is sit, non tamen à positua fragilitate immediatè. Quamuis Medici communiter soleant dicere in i acorem à frigiditate efficiēter, & posituè procedere. Sed tandem physice & proprie loquendo actio est caloris remissi immediatè. Non enim videtur eadem ratio ac de alijs effectibus, quos solent dicere à frigore posituè procedere secundum opinionem Consiliatoris, quam capit, de Adipe videbis.

Dico tamen contingere, vt aciditas non à calore illo remissa, sed ab immoderato procedat, quod in actu pratico maximè esse aduertendum iudico, vt in cap. de Cru ditare, ex Galeno docuit. Quod & Trallianus secutus est lib. 7. cap. 4. Reprehendit enim illos qui dicebant rictus acidus à sola frigiditate procedere, id est, à diminuto calore; cum aliquando ab exuperante calore possint proficisci: distinguendi verò rictus, nam si solum acidus fuit, à diminuto calore; si autem cum acedatè aliquid habent acrimoniae sensibiles, exuperantis caloris sibilosæ censendi sunt.

Sed quam mutationem ex illis aduertit Auicenna in nostro textu dubitant modernæ. Quod mihi nullum fecit dubium, nã vnam adducens reliquis subintelligit clarè enim, vt acorem pituitæ explicet, adducit pituitam dulcem, quæ per ebullitiōnem acedat; hoc enim erat magis notum, vt quotidie in lacte experimus. Et ob id non proposuit ipsam pituitam insipidam naturalem, nisi nomine dulcis velimus insipidã accipere, vt supra; neque meminit alterius aciditatis à primo ortu. Quare non rectè Paternus ait, Auicennam non egisse de acedentia pituitæ iam factæ, siquidem textus expressè de illa loquitur, dicens: Et il-

lud quidem est, ut phlegmati dulci, quod dicitur, magis, ipso dulci existente aciat, sicut accidit, alij iuncti dulcibus, qui prius bulliant, & postea acedant. Quid claris potuit dici? Potuit ergo exemplum in pituita iam facta, vel naturali, vel dulci, quibus potest accidere ebullitio, & acor: non tamen negat posse pituitam à primo sui ortu generari acidam. Quæ in re placet opinio Authoris dicentis, & fieri phlegma acetosum post dulcedinem, & ante dulcedinem.

Si verò interroges, vitrum quavis pituita possit fieri acida. Responderi potest nullam esse repugnantiam, cum agens, & passum ad similem effectum producendã aptitudinem habeant.

CAPVT XXII.

Vtrum pituita acida sit frigidior alijs speciebus pituitæ.

PROPTER diuersa loca Galeni excitatur In 3. Aphorif. hoc dubium, 4. Aphorif. 12. Sc. 3. etia 12. à validissimo frigore air generari pituitam acidam; tamen 2. de differ. feb. c. de Epial. phlegma vitreum dicit esse longè frigidius, quam sit pituita acida.

Pro cuius rei claritate supponendum, quod iam multoties dixi, interpretandum esse Galenum de acore loquentem, quod scilicet aciditas sepe procedat à frigore rei, quæ acedat, ita vt complexio ad quã sequitur hæc secunda qualitas, quæ est aciditas, sit semper frigida. Et in hoc sensu debet explicari Galenus, vt vno verbo dixerat Montanus: formaliter procedit acor à frigore, efficiēter à calore. Atq; ne semper reprehēdamus viros doctos, sed amice tractemus, forsan voluit Montanus, quod aciditas semper præsupponat formam frigiditatis in materia: tamen si vult, vt eius verba sonant, quod in genere causa formalis procedat à frigore, est inprohibibile, nam secunda qualitates oriuntur ex miscella primariã consecutiue, & resultantè, quod genus effectus ad causã efficiēter reducitur. Sed certè nõ possum excusare Montanum ab errore, nam quod dixerat fol. 183. explicat fol. 190. dicens: Frigiditas autem alterat formaliter, non effectiue; quæ verba nõ nõ sicut quo pacto possint admitti.

Sed redeo ad pãctũ, respõdeo quæstioni, Galenus enim illa dissoluit 2. de differ. feb. cap. de Epial. nam primo frigidam esse dicit vitream, postea acidam. Verum addere oportet, acidã infrigidare magis extrinse, quia penetrat magis, & plures partes occupat; vitrea intus est frigidior, & parti cui

eni adheret, intensiorem communicat frigiditatem. Quod potest constare ex modo pituita vitrea, & ex eius causis, & ex locis in quibus generatur, de quibus statim agam.

At quares, num pituita acida, & vitrea sic frigidior quàm acida sola; potest liquidam pituitam vitream fieri acida. Forsan posset responderi ut supra, vitream acidam aliquantulum amisisse lentoris, & posse magis penetrare, & ex consequenti posse extensitate maiorem producere calorem. Vitrea vero sola non habet illam penetrandi facilitatem, & remanet cum intensiori frigore. Sed quid acquirit vitrea per accescentiam, proprio capite declarabo.

CAPUT XXIII.

De pituita pontica.

Nomen declarandum prius Ponticum enim est, quod & Græcis, & Latinis acerbum dicitur, qui sapor solet in insulis reperiri, & linguam adstringit. Oritur hæc sapor ob maximam frigiditatem, quæ causa est, ut aquasiam humidam congelatur, & ad siccitatem, & terrefrictatem alteretur; ad quod consequitur, ut siccitas & frigiditas predominantur humiditati. Fit autem Pontica pituita, sicut & reliquæ species, vel ex propria generatione, vel admixtione rei ponticæ, qualis est atra bilis, Circa quæ aliqua sunt difficilia.

Si pituita sit acida per admixtionem atræ bilis, quomodo fit pontica per eiusdem humoris mixtionem, tunc atræ bilis acida & pontica, ita ut aliquando sit acida, aliquando tantum pontica? Et dubium auget, quia Anticenna non meminit atræ bilis, quæ solam ponticam fit.

Vidit hoc dubium Paremsus, & respondit, volens Anticennam, atram bilem habere saporem acidum cum aliqua ponticitate, & acerbitate. Ad pituitam eryo acidam caliditate inficitur atræ bilis, ut manifestetur aciditas non acerbitas. At verò ad pituitam ponticam caliditate nascens, ut non vincatur acerbitas, sed sentiantur aciditas cum aliqua acerbitate. Itaque pituita pontica semper est acida, non tamen pituita acida semper est pontica. Et sic Anticenna rectè distinxit pituitam acidam solam ab acida cum ponticitate, hanc appellans ponticam ad alterius differentiam. Et ex hac solutione patet, contra Galenum pituitam ponticam non me-

minerit; quia nimirum sub acida illam comprehendit.

Etiam dubitabis, quod sit frigidius, pleura ponticum, an acetosum. Cui dubio poteris, ut supra respondere de intensione, & extensione.

Hoc loco excitat Monamus dubium, quomodo generetur pituita pontica ex frigore. Quod distolueimus cum de vitrea agemus. Et itaque, quæ diximus de acida pituita generatione à primo ortu, huic speciei pituitæ possunt adaptari, paucis mutatis.

CAPUT XXIII.

De pituita vitrea.

Pituita vitrea sic dicta est, quia conditiones habet quales vitrum liquidum, simulatur enim vitro liquato: nam est crassa sicut vitrum, est densa, tenax, & viscosa, ac grauis siue ponderosa. Quæ omnia à posteriori cognoscuntur, nam & ad visum, & ad sonum, ut possunt colligi tales conditiones, cognoscuntur. Sentiunt enim infirmi quid graue, & ponderosum excernere, & audire sonum rei grauis descendens. Ex quibus conditionibus inferunt, istam pituitam maximè esse frigidam, quæ vel poterit esse acida, vel insipida. Addendum est his, etiam posse fieri ponticam, ut supra insinuauimus, & hoc declarabimus.

Colligitur ergo in solo phlegmate vitreo reperiri ista omnia in maiori excessu; est enim crassum, densum, frigidum, viscosum; ita ut nulla species pituitæ ad eius frigiditatis intensiorem accedat.

Num pituita vitrea in nostris corporibus generetur.

Dictum est, vitream hunc humorem per quandam aquei succi congelationem efformari, nam tales conditiones in crassitate & tenacitate; & tam intensa frigiditate cum grauitate, & tanta densitate non possunt citra aliquam congelantem frigiditatem excitari. Sed viuo animali non est vnde tanta frigiditas consurgat, cum omnia sint acti calida. Hæc ratio dubii.

In hac difficultate, licet vulgari, satis vulgariter aliqui procedunt. Alij verò nondum penetrant punctum difficultatis. Quiddam dicunt istam congelationem fieri à calore diminuto in locis longè à corde, ex arteria frigida, & pituitosa. Et hæc est communis serè omnium Medicorum opinio. Est tamen contra sensum ipsam, & contra pura principia physica

Primus dubii.

Solutio dubij.

physica: nam calor quantumvis remissus, impossibile est, quod infrigidet, aut congelet, visus pars motus infrigidatur. Sed calor et vinum, calefaciet ut vinum, calor ut duo, calefaciet ut duo. Verum infrigidat, aut congelat prorsus impossibile est, quia sunt actus per se contraria, & incompossibiles; pertinebant ergo ad opposita principia. Non enim remissum remittit incensum per qualitatem similem in specie, sed per qualitatem contrariam sibi conuenientem, ut aqua tepida non infrigidat aquam calidam per calorem, sed per frigiditatem. Ergo similiter pituita vitrea non potest tantum frigus recuperare à calore remisso, sed à frigiditate aliqua formali: quod non est, & in superioribus ad nauseam usque explicatum.

Modo est dubium ubi nam sit hæc frigiditas, nam vivo animali nulla apparet actualis. Soleo respondere, quod ad tactum nulla sit pars animalis frigida, quia omnes calore cordis perfundantur, actuantur, & viuunt. Sed hoc non tollit effectus partium à predominio frigiditatum. Nonne ossa infrigidant sanguinem, ut ilium conuertant? Nonne manumilla? Remissio certè ista à frigore fit, non à calore partium. Quod ergo est inconueniens partes frigidas, intestina, fibras, extremas neruas riuicatas, pituitam infrigidare amplius? Nullum sanè video, & ratio physica probabit.

Quare quando Medici dicunt pituitam vitream fieri à diminuto calore, ego interpretor à diminuto calido, inconcreto, id est, ab agente diminute calido, agente tamen per frigus excedens. Generatur ergo vitrea pituita ex cruda, aut mucilaginosâ in partibus frigidis, que per suam frigiditatem congelationem efficiunt in tali materia, vel ad congelationem disponant. Vnde non inuenio causam, ob quam si pituita vitrea accedat ad aliquas partes fontentes, non sentiantur frigida, & ita colligitur ex Hippoc. lib. de Natura humana.

De alio modo, quo fit pituita vitrea.

Montanus alium modum adducit generationis illius pituitæ, ignorantes vocans Anicennistas, quia de illo non egerunt, vel illius non meminerunt.

Aduertit ergo, quod pituita non fat

à calore debili, sed quia semper in cibo est aliquid, quod non est aptum conuerti statim in sanguinem. Secundo dat modum generationis pituitæ vitreæ, dicens ex Galeno, quod pituita est sicut succus mandragoræ, & hyoscyami, cui non potest dominari calor nativus. Ita similiter pituita adeo frigida est, ut resistat calori nostro, neque possit in sanguinem conuerti; & quanto magis immoratur in corpore, tanto redditur frigidior; affumit enim calor noster partes illas calidas contrahentes in nostram substantiam, & sic illa remanet frigida, quia à proprio intrinseco principio reducitur ad rari incensam frigiditatem, semoris illis partibus calidis.

Hæc est opinio Montani, & tridet Anicennistas, quod istam philosophiam ignorant. Sed non legit Gentilem acutissimum quæst. 42. huius capituli ita per hæc verba philosophantem: *Considerandi tertio, quid materia generata in nobis apta conuerti in hęc plegma vitreum, sunt materia communes plegmatica, que ab intrinseca frigiditate sunt apta congelationi, & inspissationi; tales autem sunt plegma mucilaginosum, crudum, aquosum, &c.* Quibus verbis, & sequentibus, quæ breuitatis causa non refero, clarè insinuat Gentilis, se non ignorare subtilitatem, quam extollit Montanus.

Eget tamen censura, & moderamine, nam ut separemus cetera ab incertis, clarè est, quod hæc aptitudo intrinseca pituitæ, & illa reductio ad intensiorem frigiditatem non contradicit nostræ opinioni supra posite. Nam dicimus partes sua frigiditate alterare, usque ad æqualem gradum, à quo rursus illæ materię ascendunt vitreus.

Sed ad Montanum breuiter accedamus: supponit quod pituita sit venenum frigidum, nam dicit quod adeo frigida est, ut resistat calori, non aliter ac succus mandragoræ. Hoc videtur falsum. Probatur, nam venena frigida ita eneeant resistendo calori nativo, ergo pituita venenum est. Dices requiri quantitates. At cum tanta pituitæ quantitas soleat in nostris corporibus generari (præcipue in senibus, aut in alijs crapule & Veneri deditis nulla editio deficit, ut motem possit causare, nisi approximatio ad eam.

Verum illud difficilius videtur, aut enim sol. 183. quod pituita non possit conuerti in sanguinem, quia ubi conuertitur, non est amplius pituita.

Certè crediderim nõ esse Montani multa illius libri, sed conscripta fuisse ab illius discipulis, omnia (vt solent) immutatis; vel ab illo Iano Marthæo Durastante male fuisse illius doctrinam collectam, & intellectam. Hic enim error est puerilis. Nã quando pituita est conuersa in sanguinẽ, clarã est, quòd non sit pituita. Si verò loquitur de ipso motu transmutationis, etiã clarum est, quòd scribit formam pituita: nam res dum transmutantur, suam formã seruant vq; ad insulas generationis. Ergo pituita dum conuertitur, pituita est. Quomodo ergo ponatur sibi persuadere, quòd pituita non conuertatur in sanguinem, nõ-quã intelligo: nisi dicas, à principio sui discursus vq; in finem, de sola vitrea verba facere; sed inspectis suis assumptis ad non consistat potest.

*Quid Galenus senserit de resistentia
pituita aduersus nostrum calorem.*

Montanus occasione sibi arripuit ex Galeno lib. 3. de Temp. cap. 4. vbi loquens de escura, mandragora, & alijs frigidis medicamentis, dicit à calore nostro non superari: atque vt id manifestet, exempla adducit, trahens à fortiori argumentationem. Si lac, aut panis (inquit) euomuntur frigida, quia nondum à calore debili superati pituita sentitur frigida interiori, cũ succus sit ex alimento superius, quid mirũ, quòd medicamenta, que nobis contraria sunt, talem habeant potentiam, vt non superentur, si lac, aut panis (inquit) magis familiaria nondum euincuntur? Hæc est mens Galeni eo loci. Tamen si aduertat, potius argumentatur à fortiori quã ad hoc quòd est sentiri frigus: Sentitur materis primi totie frigida; ergo multo magis venena frigida. Et quantum ad victoriam, si illa alimentata non superantur, ergo non mirum si medicamenta non superentur. Tamen nec vilius verbum profert de resistentia, que impediã transitum in sanguinem, qualem habent medicamenta frigida. Ergo Montanus non rectè probat congelationem istius pituita: à solo principio suo intrinseco, ex eo solo, quòd resistat calori, vt non conuertatur in sanguinem, quasi fuisset venena frigidum: probauit tamen, quòd talis pituita magis resistat quàm alia species,

non verò quòd non conuertatur aliquando in sanguinem. Nam si adhuc venena frigida in pauca quantitate exhibita transmutantur à natura; ergo pituita illa vitrea.

Possumus verò colligere ex Galeno, adeò esse istum humorem tenacem, vt emuletur venena frigida, que tandem resistunt. Colligitur tandem, vitream pituitã à duabus causis in tantam ascendere frigiditatem; à propria & intrinseca, que respõdet elemento predominanti; & ab extrinseca, que partes calidas tollit per infrigidationem. Et ob id Galen. in ventriculo aut generari ex cibis incoctis, loco supra dicto, & lib. de Inæqualitat. & de Simp. ca. c. 9. & 2. de locis affect.

Fuchsius contra Brachelium sic insurgit: Dicebat Brachel. istam pituitam generari à frigore ventriculi, non à frigore ipsius humoris, vel alimenti. Contra hoc sic argumentatur Fuchsius, Calor vetriculi adeò est imbecillus, vt illa alimenta immutare non valeat; ergo frigiditas ventriculi non poterit immutationem efficere. Dubitat itaq; Fuchsius, quo pacto frigiditas potest aliquid efficere, cum calor non efficiat præ imbecillitate. Cui facile respondetur pro Brachelio, & pro nostra sententia: quòd quia calor nõ agit, quia minimus est, ideo frigus agit, quia exuperans est. Neque licet Galenus posuerit exemplũ in lacte & trifana, loquens est solum de alimentis frigida in se, sed (vt supra dixi) argumentum illius procedit in quocumque alimento, quod non potest immutari à nobis; & clarioris doctrine gratia posuit exemplum in illis frigidis, vt induceret nos ad cõsiderãdã alimẽta, que etiã, defectu nostri caloris, incocta & frigida adureduntur. Quod mihi contingit multoties vomenti: sentio enim alimenta, que aliã calida erãt, frige facta esse, & talia vomitu excerni. Non ergo mirum si venena resistant; & magis mirum si pituita vitrea generetur in nobis, & à nostro frigore, & à suo interno; ex edulys enim sit terrestribus & aqua.

De colore pituita vitrea.

VT plurimum hæc pituita vitrea diaphana est vt vitruũ sit enim ex mucilaginosa & cruda per quãdã congelationẽ, & sic in termino congelationis apparet, vt gelu eũ aliqua albedinis participatione, quia pituita

Notatur
Fuchsius.

pituita ex qua fit, absque fine aliquam habet. Contingere tamen potest, ut pituita vitrea habeat alium colorem, nam pituita acetosa, aut pontica facta per mixturem atræ bilis potest transire in vitream, & tunc habebit colorem nigricans. Preterea in actu congelationis pituita crassa, aut aquosa, aut mucilaginosæ potest aliqua portio aeris comprimi, & commisceri, ex quo resultat color albus, ut potest colligi ex Avicenna, 5. de generat. animal.

CAPUT XXV.

De humore bilioso.

Colera autem rubra alia est naturalis, alia est, quæ est superfluitas non naturalis. Vel (ut antiqua interpretatio) Colera rubra, vel ut Mantinus absolute, bilis. Quocumque modo legamus, de humore bilioso post pituitam verba facit Avicenna. & hoc inspicere possunt tituli de humore bilioso. Nam licet Mantinus legat, bilis, non accipitur ab Avicenna pro humore quem Medici nomine bilis intelligunt; semper enim per bilis intelligunt humorem paululum, aut fluxum. Tamè Avicenna nomè bilis accipit pro omnes species bilis comprehendit. Et hoc dictum fit, si legatur hic textus, ut est apud Mantinum.

Si vero legatur ut iacet communiter, scilicet, colera rubra, non debemus intelligere aliquam speciem colera, ipsam aliquam tamen vocantur teste Galeni. 6. de mor. prop. 5. text. 14. Galenus vero ipse sensum sanguinis esse censuit, lib. de Atra bile, c. 4. Non (inquam) sic interpretandos Avicennam, sed per coleram rubram intelligit genus quoddam commune ad omnes bilis ab artis dissolutiones.

Per rubream autem intelligendum est, non quod habeat colorem rubram sanguinis, proprii, sed rubra bilis, id est, rubra, quod sermone nostro dicimus rubra, aut coloris. Atque hæc de nomine.

De colera naturali.

Definit sic Avicenna bilem naturalem: Est spuma sanguinis, cuius color est ruber, clarus, & est levis, acuta: Se quantum magis fuerit calida, erit eius rubedo maior. Monstrans in quoquoque verbo illius descriptionis unam errorem inueniri, ut to-

ta definitio quoad omnes partes suas sit falsa. Cuius occasione circa verum quædam particulam inueniendus est veritas.

CAPUT XXVI.

Num bilis sit spuma sanguinis.

Videtur quod non, quia Galenus nuncquam spumam esse dixit, sed florem. Secundò, quia spuma fit, cum aer, vel flares humido includitur, & miscetur, teste Galeni. Aphorist. text. 43. & 2. prog. text. 47. & 7. Aphorist. 3. Sed colera non fit cum tali aere permixtione, ergo non est spuma.

Huic dubio respondendum videtur, quod bilis dicitur spuma, quia habet aliquod simile spumæ; est enim aperta permixtione, & ascendere ad superficiem sanguinis. Secundò, quia potest crassare & solidari in sanguine, ex qua ebullitione refertur spuma.

Quando verò Ifacius lib. 1. Vrin generatam spumam appellat, id fortis dixit, quia pituita est apta ad sui viscositatem in quoddam ampullas perdurantes contracti. Et sic rectè aliqui colligunt à posteriori sanguinis extrahi naturam: nam si sanguis extrahitur habet spumam persensibilem, arguit phlegmaticis abundantiam, si vero spuma cito dissolvitur, arguit bilis.

Et ex his patet, quod contraria nihil probant aduersus nos. Nam Galenus vocat florem sanguinis, quia illos appellamus flores, quod tamquam magis tunc pullulat ex arboribus, aut etiam illud, quod ad superficiem elinect, ut in arbore, & sic in hæc spuma & flor continentur: quod inspicimus Galenus ipse aliquando bilem spumam appellavit 4. de Vra part. cap. 1.

Ad secundum dicimus, quod bilis non dicitur spuma sanguinis, quia fit alia tunc spuma aqua, aut lapone, nec enim spuma abscedit ad aere in inclusionem, sed dicitur spuma ob aptitudinem propinquitatem quam habet ad ascendendam ad superficiem ob sui subtilitatem inter alios humores; potest tamen, ut illa spuma extrior, spumescere aere miscetur, neque id negamus; imò in sanguine extracto aliquæ portiones aeris miscetur, quæ id faciunt.

(7)

Contra, quæ
causa bilis
ad dicitur H
tatis.

CAPUT XXVII.

De colore bilis naturalis.

LIcet in hac re videatur aliqua esse controuersia, propter diuersas locutiones Galeni & Auicennae, breuiter tamen illam dissoluam. Notauit supra, per rubrum non intelligere Auicennam rubrum colorem, qui proprius est sanguinis, sed igneam, clarum, splendorem: decebat enim hunc colorem sequi ad ignis praedominium in bile elucens. Huic explicationi non contradicit Galenus, imò illam confirmat lib. de Atra bile, cap. 2. naturalem bilem pallidam esse dicens, & hanc absolute esse dicendū bilem; reliquis uero suo cognomine esse significandas, ut bilis virginitatis, atra, vitellina, &c. Quod etiam confirmat 6. de morb. po. par. 5. text. 14. Vocatur uero pallida, quia simularum colorum calcatur hordei; est enim quidam color luteus in albo, id est, luteus clarus; qualis apparet in aliquibus luteis ouorum recentibus & claris, non incensis: qui calor à Grecis appellatur *Oros*, & inuenitur in quadam terra, quae etiam appellatur *ocra*. Moderni etiam citiorem istum colorem appellant, quia sunt quaedam citra quae habent hunc colorem luteum albicantem.

Notant tamen aliqui uiri docti, bilem naturalissimam praedictam habere colorem, esseque mixtam cum aliqua ferocitate sanguinis, & hoc modo seruate melius sit naturam. Si tamen calidior fiat, & sine miscella istius feri possit sincera, flaua primum efficitur, ita ut hunc colorem flauū habeat dum primum in sua sinceritate manifestatur. At quia non oportet, inspecta uilitate animalis, ut humor aliquis absolute sit immixtus, hinc est, ut naturalem bilem pallidam esse dicant, non flauam. Tamen bilis in sua sinceritate, & per se, flaua est. Galenus autem 2. Prog. com. 47. omniū humorem sincerum malum esse dicebat; & ex consequenti rectè dictum est, bilem naturalem debere esse pallidam.

Cum dictum sit coleram esse spumam sanguinis, quia ita subtilis est, uidemur suspicere, quod sit tenuior sanguine,

de quo dubita

tur.

(1)

CAPUT XXVIII.

An bilis sit tenuior sanguine.

PRObant, quod non sit tenuior, quia omnis coctio intractat; sed bilis facta est per ulteriores coctionem supra sanguinem; ergo est crassior sanguine. Secundò, quia supra probatum est amaram fieri ex dulci per coctionem caloris eductentis partes dulces, & intractantis terrestres; sed bilis est amara, ergo est crassior sanguine, ex quo solet fieri per ebullitionem.

Huc dubio quidam respondent, quod bilis sit crassior toto sanguine, non tamen aliqua parte sanguinis, ex qua fieri potest. Sed quo pacto illi sint taxandi, in materia de temperamento spiritus dictum est. Alij dicunt, quod colera fit subtilior in actione, & penetratione, non tamen in substantia, propter rationes dictas. Tamen illi non sequuntur Galenum 2. de facul. natur. c. 2. Vbi uult coleram esse in sua substantia subtiliorem ipso sanguine, sicut uina est subtilior ipsa bile, & addit, hanc ueritatem esse sensu perceptibilem.

Hac opinio sicut conclusio Galeni probatur. Primò, ex proportione quam habet cum elemento ignis; ut ergo ignis subtilior est acre, ita bilis subtilior sanguine, sic enim colligitur ex Galeno 4. de V. s. part. capit. 4. Secundò, ex medicamentis, quibus uinum ad illius intractationem, idem colligitur, cum opus est illam reducere. Ex quibus intelligi potest, bilem inter humores ad maiorem subtilitatem ascendere.

Hoc secundum argumentum Gentilis non mihi placet; nam haec intractatio facta à medicamentis, exercetur circa bilem praeternaturalem, quae ita à calore praeter naturam subtilis est, ut non possit gubernari à natura; & sic haec intractatio non docet eius statum naturalem, sed illius statum praeter naturam. Praeterea aliqui humores etiam intractati sunt, uel ut appellantur ab animalibus facultate, uel ut nominantur ex hoc tamen non probatur, quod ex sua natura sint subtiles; plures enim pituitae speciei intractatione egent, quae uicini quidam erant naturales, cum erant subtiles.

Imò, hoc argumentum Gentilis potius probat contra ipsum, & contra ebullitionem quam intendit. Nam si per haec medicamenta intractantia rediret ad naturalem

Argumentatur
Gentilis.

Refutatur
Gentilis.

Notandum tamen circa hæc duo, quod promissa natura vtrumque minus adimpleat per eandem quantitatem bilis: nam eadem est colera, quæ tendit ad nutriendum, & quæ tendit ad penetrandum; hoc solo discrimine, quod plus colera dispensavit natura ad partes colericas aundas, quam pro penetratione vsque ad partes frigidas. Tamen in vtriusque partibus coniungitur necessitas cum vtilitate penetrationis, quia nulla est pars tam similis, quæ omnibus quatuor humoribus non indigeat.

Quod si debites, vtrum aliquid exuperet ex illa colera, quæ vadit ad penetrandum, sicut superfluit, serena, aut vrina. Ref ponderetur, quod solet multoties exuperare, & tanquam excrementum expellitur per poros à natura, aliquando insensibiliter aliquando sensibiliter in forma sudoris: vt recte dixerit Auicenna 2. Can. cap. de Sudore: Sudor est quedam sanguinis aquositas cum pus colericum admixtum est. Et hæc est causa quare sudor salus sit, quia sicut pituita fit salta per mixtionem amari cum aquoso, ita sudor fit salus per mixtionem colere amari cum illa serositate. Circa quem punctum Aristoteles satis laborauit 4. par. Problem. q. 12.

*Dubium, in quo Paterni aufertur
hæstitio.*

IN hoc loco Bernardinus Paternus occasionem sumpsit ad reprehendendos illos qui dicunt quemlibet humorem murere adhuc sine miscella sanguinis. Et ratio illius est, quia noster Auicenna de sola pituita dicebat, quod vadit per venas, vt tempore indigentia nutriat. Hoc autem non dixit de colera aut atra bile: ergo signum est, illos humores neutrquam vno tempore posse per se ipsos nutrire, siquidem illos non seruat natura, sicut seruat pituitam. Multumque desiderat Paternus audire rationem ob quam si bilis & melancholia nutriant, illos non seruet natura, sicut pituitam ad tempus indigentia. Quæ ratio nobis non ita difficilis apparet, & abstracta. Audiat ergo Paternus, si illa audire desiderat. Natura ordinare agit (sunt enim ordinata quæ à Deo sunt) pituita nutrit præstat alimoniam, est humor magis familiaris, est magis propinquus sanguini, facilius suscipit beneficium nature, citius transmutatur ob hæc omnia quæ dicta sunt: nam licet bilis

sit tenuior, non habet prædictas conditiones sicut pituita, & ob id non ita amplectitur, & licet amplectatur tempore indigentia, non ex ea tantum emolumentum suscipit natura, quantum ex pituita. Hoc supposito, quod ab omnibus vtilis, nolint debere concedi, dicat mihi Paternus, si ipse ad tempus indigentia potest in sua domo custodire triticum optimum, custodietne hordeum, aut paleas? Si potest custodire optimum, carnes & vinum, custodietne fenum, aut capras, aut alia? Nō certe. Ergo natura pro illa sine doctore erudita, seruat prius, & arctius, quod magis vtile, quod propinquius. Et ob id pituitam dixit Auicenna seruari pro tempore indigentia, nulla mentione facta colera, & melancholia, quia licet alimenta sint, habent tamen maiorem distantiam à nostra substantia, quam pituita naturalis. Quod si dicas, tandem tempore indigentia nutriemur ex bile. Refpondeo, quod in tanta indigentia, natura vitæ desiderio insinulata, omnes illos humores aggreditur, vt illos nutret: est tamen maior resolutio viuientis, & magis ceteris, quam sit resolutio facta per illos humores. Et sic moritur viuens, quia (si non detur alimentum) non sufficient illi humores ad totam necessitatem suppleendam. Illam autem melius saltem supplet pituita: videmus enim homines pituitosos diutius durare sine alimento: qua in re plura suspensa referunt Authores de his qui diu sine alimento vixerunt.

Existit mo me rationem inrimam attigisse, quare Auicenna doctissime dixerit, & ruan pituitam pro nutritione, & non coleram: agit siquidem natura propter finem meliori modo quo potest, applicans sibi media, quæ magis conaturalia, & magis propinqua sunt.

CAPVT XXIX.

De humore bilioso qui ad cystellam sellis transmittitur.

VT ad vesicam sellis aliam portionem colerae transmittat sigax natura, & necessitate, & vtilitate, & conuenientia ducitur. Ducitur necessitate, quia necessarium est, vt totum corpus à copia humoris biliosi expurgetur, sicut à serosa substantia mundatur actione renium; transmittitur præterea, vt nutriat aut foueat ipsam vesicam. Vtilitates etiam & conuenientia alia inueniunt

*Paterni deli
tatis, & capiti
cullo.*

inuenit natura, vt separet colemam: nam ex illa portione aliquam ad intestina demandat ad excitandum expultricem media irritatione. Secundo, abstergit crallos humores intestinales. Quae adeo vitia sunt, vt illorem defectu accidant magni morbi, obstructio foramine inter intestina, & cistellae fellis. Haec Auicenna.

Quae difficilia sunt in hac doctrina, explicant communiter Auctores, dicendo, non nutrir cistellam illam ex bile, sed voluptarij, nutritur enim per venas proprias. Dixit tamen Auicenna (inquit Gentilis) nutrimentum praestari à bile, quia cum illa portio aliqua tendit viscosa, & adiposa, quae nutrire possit.

Sed cum ipse Gentilis alimentum verum per venas dicat ministrari, nescio ad quid alterum alimentum adiungerit, cum superfluum sit. Quare hoc videns inconueniens, etiam iterum dicit, non nutrir ex viscosa, quod tendit cum colera, sed voluptatem tantum capere. A me verò alibi probari est, illas tractationes pro toto commodio animalis, non necessario ordinari in nutritionem partis trahentis: quod latè disputatum tractatu de Vrius. Donauit ergo natura huic vesicae, vt trahat colemam, licet ex illa verò non nutriatur. Sufficiebat aliqua similitudo, quamuis non adfer similitudo alimentina, vt ita dicam. Atque haec dicta sunt in communi opinione.

Qui verò dicunt quilibet humorem nutrire, dicere tenentur aliquam praestari nutritionem huic vesicae ab humore bilioso, ita vt nullum sit inconueniens per venas nutrir, & simul aliquid ab humore sincero capessere. Sed nobis quaedam conuentionia est eà quodam viro erudito hac in parte, quam iam aggredior.

Discursus contra Archangelum Piccolominum in suo libro de Humoribus fol. 107.

Genius est huius loci praesens discursus, quem breuissimè attingam. Purat Piccolominus, suam bilem siue colemam, de qua hic loquimur, generari in cistella fellis. Atque sicut singulis generatur in hepate, licet rudimentum accipiat in mesentericis, ita colemam rudimentum suscipere in hepate, formam verò in vesica felica. Probat, nam ista vesica pallida est, & videtur consonum, vt colemam pallidam generet, siquidem nulla elacet in nostro cor-

porc pars, quae tantam habeat similitudinem cum ipsa bile. Opponit sibi quoddam argumentum, quia obstructa via inter hepate & cistellam, idericus homo redditur ipsa bile per vniuersum corpus: ergo signum est in solo hepate generari. Hoc argumentum adeo visum est vrgens Piccolominus, vt dicat bilem naturalem in homine temperato, sano, nullis obstruccionibus molestanto, generari in vesica fellis. At verò in homine distemperato, obstructo praecipue circa illas vias, generari colemam ab hepate. Haec est summa discursus Archangelus Piccolominus in suo Commentario ad Galen. dicto libro de Humoribus. Includit tamen aliquas absurditates, & contradictiones.

Primo, quod dicat ad diversa membra pertinere generationem bilis: in homine sano ad vesicam, in homine infirmo ad hepate, ridiculum est, quam potius ex actione lesa solemus cognoscere partem affectam ad quam pertinebat actio bona per statum optimae valetudinis. Cum chylus vitiatum euomitur, colligitur ventriculum esse lesum, quia ad illum pertinet actio coepit diuerso ad eandem partem pertinere actio, & actio lesa, quando, scilicet, laeditur per se. Sed in praesenti euentu nondum est necessaria hac doctrina demonstrata: nam in idericis per obstruccionem viarum ad vesicam, non laeditur actio generationis bilis, sed illius distributio. Et sic multo magis absurdè philosophatur Piccolominus, ob solam siquidem malam distributionem colligit diuersitatem partem generari, quo nil potest absurdius imaginari. Praeterea sibi contradicit, nam quia calor immoderatus factus est, ideo in homine infirmo reducitur bilis officinam ad hepate. Quomodo ergo ad vesicam pertinerebit in statu valetudinis optimae, cum vesica frigida sit? Est enim inter partes frigiditas recentenda, quemadmodum & reliqua tunica, quae frigidè existit: ergo ad illam non potest pertinere bilis procreatio. Praeterea cum humor hic sit ita calidus, consonum est, vt rudimentum illius potius sit in parte minus calida, & perfectio in parte calidiori. Ergo contra ipsam rationem, & sensum dicit Piccolominus, rudimentum bilis ponens in hepate calidiori, & perfectionem & generationem in parte frigida, qualis est vesica felica. Haec, & alia multa includit praedicta huius viri opinio, quam iam desero, vt alia vicia non prosequar.

Nendum

Dobinus 1.

Nondum acquiescis his que dicta sunt de tractione bilis à vesica fellea, que ut latè intelligas, debes relegere nostram questionem de tractione renum. Nunc verò si vis humores fucros nutrire, reperies Galenum ponentem venas in vesica urinaria, & fellea, ut nutriantur, quia ab excrementis bilis non nutriuntur, s. de Vsa part. cap. 7. Dicere potens, esse minimam nutritionem, & non sufficientem ad vitam vesicæ, & ob id, & alimentum per venas, & alimentum interius capessere potest, licet paucè, & sic posses defendere nostrum Avicennam, qui ait ad nutriendam vesicam descendere bilem.

At loquendo in communi opinione, si non ad nutriendum, sufficere, ut trahatur ad commoditatem totius, gratia alicuius facultatis, ut vterus trahit fœnem, licet ex illo nullum suscipiat nutrimentum. Històriam verò transitus illius bilis exaravit Galen. s. de Vsa part. cap. 4. inquit enim, quòd in transitu, excolaturque sanguinis à parte caua hepatis vsque ad gibbam separatur bilis superflua per quosdam poros ibi terminantes, & in vesicam desinentes felleam; ab hac alii sunt pori tendentes vsque ad intestinum duodenum, per quos bilis transmittitur ad expulsionem excitandam; à duo deno excurrit bilis vsque ad intestinum, à tertio ad alia intestina detergenda procedunt.

Dobinus 2.

Quoniam autem dixerit Avicenna, quòd obstructa via inter vesicam felleam & intestina, excitatur coïta. Modus elatus est, nam si bilis non descendat ad intestina, faeces indurantur, obstruunt, & intestina distendunt. Secundo, cum non alit per intestina transitus ad flatus & humores superfluos, augetur distensio. Quare inspicere diuissime sunt isti dolores ventris, utrum ab ista obstructione pronentiant, nam si illam non tollas, iterum atque iterum recurret.

CAPUT XXX.

De bile præter naturam.

Explicata bilis naturali ad præternaturam declarandam accedit Avicenna, fierique dicit ob al. cuius humoris mutationem, aut per alterationem à causa præter naturam. De cholera per aduersionem prius agit, vel quia, ut aliqui volunt, minus aduersatur natura, vel quia non ita diffici-

lis est ad intelligendum. Dico, non ita diffici-
lis ad intelligendum in doctrina Avicennæ, quamvis habeat multos contradicto-
res, ut inferius patebit.

De bile maioris famæ.

Quia hæc bilis frequenter in nostris corporibus generatur, idè famosa dicitur. Est autem ex miscella pituita cù bile, ut plurimum febribus tertianis non præstantibus fundamentum. Locus generationis est in hepate, materia verò sic ministrantur, pituitosa quidem à ventriculo, qui multam congregauit pituitam crudam, aut aliam ex prædictis à iecore verò copia bilis maioris.

Neque dubites quare pituita frequenter cholera miscetur, quàm melancholia; nam pituita cholera miscetur & intra se continet, cholera verò phlegma diuidit, & penetratque effectus mò ita possunt melancholia contingere; nam melancholia terribilis est, & idè difficulter miscetur. Præterea, quia, ut supra dictum est, tanta generatur copia pituitæ, ut hæc frequentius in mixtionem veniat. Hæc autem mixtio non est, quælibet instat, nisi, sed in vnam formam rediguntur à calore. Atque Ecè diximus supra, in ventriculo generari, quòd ex vomitu possent deprehendere sciamen, quòd frequenter contingit, est ut mixtio fiat in hepate, & postea transmittatur in ventriculum, & alias partes. Dixi, frequenter, quia in ventriculo potest etiam fieri, transmissa bile à iecore, & cum pituita ventriculi, facta mixtione.

Sed contra Avicennam insurgunt bla-
ntes moderni. Baptista enim Montanus prius ordinem taxat docendi, deinde doctrinam. Ordinem docendi, quia inquit, prius debebat agere de simplicibus differentibus, & postea de mixtis, ut ipse fecit, prius enim egit de elementis. Tamen serupulus hic Montani, quàm minimus est, non enim ordo totius libri in hoc immutatur, neque connectio. Atque ad istius obsecrationem dico, quòd si notitia illius bilis per admixtionem dependeret ex cognitione aliarum specierum, profectò inculcandus esset atque notitia quam dependet, ut in explicatione patebit; non enim istæ species maioris & minoris famæ necessario sunt ex bile superflua, sed ex bile citra mixta cum pituita adione caloris præter naturam.

Doctrinam taxat, quia bilis hæc famosa

Baptista Montanus fuit, doctoris notat Avicennam.

fit ex citrina. & pituita sed cholera citrina est naturalis. Hæc Montanus. Imò addere possit: Et pituita possit esse etiam benigna: ergo istis duobus humoribus commixtis non resultabit species bilis præternaturam: sunt enim ambo nutritioni apti, & benigni.

Ad hanc obiectionem Montani respon demus, nil ob stare, extrema esse nobis sanis liaria, tamen illa ita possunt misceri, ut sint nobis contraria. Quantumvis ergo cholera per se sit naturalis, & pituita benigna, tamen in tali proportione possunt misceri, & tam stricte uniri, ut illud mixtum sit nobis inimicum. Nam & pituita dulcis per admixtionem sanguinis nobis est præternaturalis, cum tamen extrema sint optima. Oportet enim istos humores taliter uniri, ut non alterum corrumpat, sed ita ut natura possit illis uti pro suis necessitatibus. Quantumvis ergo bilis citrina videatur naturalis Montano, & pituita; tamen si iuxta se miscantur ad unam formam, certe tale mixtum inutile est, & præter naturam, nam non est bilis, necque pituita. Præterea quibus consideres esse ipsa extrema familiaria, & benigna, tamen contra suam naturam à calore præter naturam commiscantur, & resultat una species præternaturalis.

De speciebus cholera maioris sanæ.

Hæc cholera per admixtionem pituitæ facta sit dupliciter, iuxta duas partes pituitæ, quæ frequenter solent cum bile permisceri. Si enim tenuis pituita miscetur cum bile, pullulat quedam bilis citrina; si autem crassa pituita, generatur vitellina. Vbi nota re oportet, quod quamvis Montanus dicat esse invides istas mixtiones, non ob aliam rationem, nisi quia innumera possunt fieri, tamen docet Auicenna illas, quæ sanos sunt, & quæ frequenter nobis occurrunt. Equidem posses conungere omnes species pituitæ, & omnes species bilis, & omnes in melancholice; & eam miscibiles sint, posses infinitas influere differentias. Tamen (ut dixi) Auicenna ad arcem redigit, quæ nobis quotidie in morbis occurrere solent.

Notare secundo expedit, quod quando Auicenna dicit, cholera ex admixtione pituitæ aquosæ esse citrinâ, intelligant Authores esse coloris, qualis apparet aqua tincta croco. Et quia argumenta plura, quæ modo demum adducam contra Auicennam circa vitellinam, etiam misrant contra citrinâ,

de vitellina agamus, ut utraque species melius innotescat, & Auicennæ doctrina magis splendescat.

CAPUT XXXI.

De cholera vitellina, quam tradit Auicenna.

IRridetur tamen Auicenna à modernis. Libuitque illorum opiniones pro argumentis proponere. Vitellina est pessima quedam bilis (inquit Montanus) tamè hæc per mixtionem pituitæ resultat benigna est, habet siquidem pituita virtutem emplastricam, & medicamentosam, quæ ipsa bilis retunditur: ergo talis cholera non est vitellina. Hæc Montanus in suis Commentariis. Auicennæ, fol. 415.

Sed iam cum Vallesio nobis contentio est, qui vrgentius. Gatis quam Montanus contra Auicennam inuehitur lib. 1. Controver. cap. 17 arguitque primò Vallesias ex Galen. lib. de Atra bile, ubi ait, vitellinam generari dissipata tenui parte cholere à calore præter naturam, nullam facies mentionem vitelline per admixtionem.

Præterea secundò locus est ex 2. Prognose. ubi de vomitione verba faciens, ita ait: Itaque intueri licet fluxum bilis intermedium crassam, & summe vomitione reiectam, quam nonnulli vitellinam nominant, sed verò humidiorum, ac minus fluxam, quæ magis proprie crocea nominatur, permixtum habens in se pituitosum humorem, aut tenue, & aquosum quoddam excrementum. Hic locus (siquis Vallesius) decipit Auicennam, nam cum legitur quedam species fieri admixtione pituitæ, quam vocat Galenus crocicam, creditur primam illam vitellinam fieri crassam per admixtionem pituitæ. Ceterum non sic coningit, sed per asationem fit vitellina, ut idem Galenus docet paulò infra eodem Commento & lib. de Atra bile.

Hæc sunt, quæ Vallesius contra Auicennam potuit asserere. Atque ut gratias agamus Deo Opt. Max. qui tam variè humanum intellectum illuminat, nimirum iuxta cuiuslibet mensuram, & capacitatem, illud adnotare non desinat, quod hæc eadè testimonia, quæ Vallesius adducit contra Auicennam, hæc ipsa pro Auicenna adducat Gratiolus, libro 1.

fol. 26.

U

Refo-

Resolutio obiectionis Montani.

A. Montani
arguit.

Montanum prius dimirramus tãquam antiquiorem hostem Auicennæ. Dicitur duplicem esse vitellinam. Prima, quæ cum perpeffa sit actione caloris præter naturam, amittit partes tenues, & aliquantulum crassior reddita, vitellus ouorum incensis similatur, & ob id vitellina nuncupatur, à Galeno toties decantata, & à nostro Auicennâ etiam tradita (quod nunquam intelligit illi moderni) inquit enim Auicennâ, Minus verò nota est, quæ bilis penusa vocatur, quæ quidem biliarum gignitur, vel, scilicet, quod bilis in se ipsa aduratur, & quoddam in ea cineritium oritur, sed eius tenuis ab ipso profertur non seccernatur, imò totum serè resinatur. Per hæc verba aperte cognouit Auicennâ vitellinam Galeni.

Alia autem vitellina est per admixtionem pituitæ crassæ, quæ similatur vitellis ouorum magis in crassitate, quam in colore; illa vitellina prima magis in colore, quàm in crassitie; non est enim ita crassa sicut hæc secunda. Ex quibus patet, nil Montanum concludere. Unde facile poteris colligere signa quibus discernas vnam ab alia. Aduertere tamen ipsè debet, quòd licet pituita habeat emplastricam, vt dicit, virtutem, hoc tamen maxime contrarium est naturæ, & dispensationi humoris biliosi, & sic non modetur bilis, sed reddit illam præter naturam admixtio pituitæ; amittit liquidam tenuitatem, subtilitatem, penetrationem, & omnia bona, quæ ab illius qualitatibus suscipit natura. Neque obstat, quòd sit benignior, hoc enim non tollit illius generationem, sed dicit esse remissioris naturæ.

Tamen, vt verum fatear, difficiliore labores infert vitellina per admixtionem, nam longiores efficit febres, perseverantes obstructions, & difficilius multo concoquitur ad expulsiõnem. At vitellina per adhesionem solo beneficio refrigerationis cohibetur, concoquitur, & reducitur, & sic breuiores facit morbos, licet intensiores, ob sua acrimoniam. Itaque non simpliciter benigna est appellanda; imò cum illa permissio actione hæc caloris febrilis, vel præter naturam, fieri potest aliquando, vt hæc vitellina (quam ita benignam inuenit Montanus) habeat vtrumque, & malignam, & intensiõnem, vitellinæ aduultæ, &

difficultatem, & tarditatem, & labores alios qui ex mixtione resultant. Et in hoc euenit hæc etiam peior, & difficilior, quàm vitellina Galeni, quæ per aduultionem fit.

Resolutio obiectionum Vallesij.

Negare non possumus plura verba fecisse Galenum de vitellina per aduultionem; tamen sufficientem dedit occasionem, vt Auicennâ clare, & distinctè proponeret nobis aliam vitellinam ex admixtione pituitæ; nam in illis duobus locis, de atra bile, & Progn. aperte ponit Galenus quandam bilem factam per admixtionem humoris pituitosi, aut alicuius humiditatis, aut serosæ substantiæ, & bilem appellat croceam. Si ergo bilem proponit ex admixtione tenuis pituitæ; ergo admittit choleram maiorem famam, quàm tradit Auicennâ. Si hæc admittit, certè non est credendum non intellexisse bilem aliam ex admixtione crassæ pituitæ. Nam vt quid docet mixtionem ex pituita tenui, & non ex pituita crassa? Equidem in prædicto loco Prognost. illam insinuat, licet obscure. Sed supponit alteram extremum cum edocuerit aliud, nam (vt distat) bilem ex permissione pituitæ tenuis; ergo dat alteram extremam, scilicet, ex pituita crassa. Verum nonnibus vti placet libere, dummodo res ipsa intelligatur, vt ipse Galenus monet multoties. Placuit ergo Auicennâ vitellinam vocare illam, quæ fit ex mixtione pituitæ crassæ; sicut Galeno placuit hoc nomen imponere illi, quæ fit per aduultionem.

Sed neque ipse Galenus ita exquisitè nominibus vtitur, vt non possumus ali quantum eius diligentiam inculcare. Nam quam vocat vitellinam, melius vocaret croceam, vt pote, quæ coloratur propter exuberantiam caloris euadit. Et præterea, quam appellat croceam, melius diceret illam, cum remissione fiat pituitæ tenuis, vt videbis 2. Progn. 18. Quam locum si attentè legamus, admittit cerè illam vitellinam Auicennæ, dicit quidquid voluerit Vallesius. Nam postquam locum est de bile crassa, & tenui (supponens permissiõnem cum Hippocrate) dicit Galenus: Vide ergo Hippocrates neutrum humorum finem apparere, sed eos inter se quodammodo permisceri. Illius enim sincerus caloris

caloris copiam; pituitosus indicat frigus. *Quin* etiam sincerus humor crassior redditur, pituitosus quidem propter frigiditatem tanquam concretus, biliosus vero propter exuperantiam caloris euaporatus, & tanquam affatus, &c. Hæc Galenus. *Quæ* partim Vallesius pro se adducit: ego vero pro Auicenna. Nam si illa attentè legas, duas crassities humoris calidi docet Galenus; alteram per miscellam, alteram per assationem. Postquam enim dixerat cum Hippocrate misceri pituitam cum bile, & crasse fieri, statim inquit, *Quin* etiam, &c. alias causas crassitici volens docere, quod proculdubio non notant Vallesius illa enim verba, *Quin* etiam, argunt supponere quod dixerat, distinctum quid esse ab eo, quod proponere volebat: dixerat enim bilem quandam expelli crassam, non sinceram, postea vero ait: *Quin* etiam sincerus humor crassior redditur calidus & biliosus per calorem, &c. quasi addens alteram causam crassitici bilis.

CAPVT XXXII.

De cholera minoris famæ.

ATtentè degentibus antiquos auctores apparet quo pacto studium recentiorum magis ad illorum reprehensionem dirigitur, quam ad veritatis & illorum venerationem. Hæc dixerim, quia Auicenna agens de cholera minoris famæ aperte fletur cholera vitellina Galeni, quæ moderni in tota hæc Ven nolant reperire, reprehensionis auidissimi. Cholera ergo minoris famæ duobus modis fit. Primo modo, quando adurit bilis naturalis (quæ vitellina est Galeno) & hæc aduisione nõdum cineres ita separatur ab humidioribus partibus, quin iterum miscetur. Cui enim ibi maneat, & calore præter naturam agar, miscet iterum, quæ separant, ut supra dicebamus de pituita salia. Et hæc est vna species cholere, quæ facta est ex aduisione, & cinere illius, qui cinis respondet melancholice, sive atre bilis, analogia quadam. Et licet hæc cholera (posset aliquis dicere) hæc neretur frequenter, vel sit famosa apud Galenum, tamen apud Auicennam magis frequens, & famosa est illa, quæ per pituitæ mixtionem generatur. Nam nõdum ingluuiæ hominum maior quantitas pituitæ generatur, & maior apparatus ad prædictas miscellas. Et hoc expenitur quotidie in euacuationibus ventriculi, & inferioris ventris.

Alia, & vitima cholera minoris famæ fit per admixtionem melancholice, quæ cho-

leram nigram appellat Auicenna, quæ cum dicat, quod hæc species fit melior prima, proculdubio dicendum est, quod hæc cholera nigra, quæ permiscetur, sit melancholice naturalis; non verò atra illa bilis pessima per vitæonem generata.

De colore bilis minoris famæ.

AVicenna colorem declarat istius vitimæ (speciei cholere minoris famæ, & non alterius. Forsitan, quia ille non ita erat difficultis ad intelligendum. Cholera enim aduista mixta cum suis & meribus, erit intense vitellina, vel (ut melius dicam) intense crocea. At ista, quæ fit per admixtionem humoris verè nigri, dicit, quod habet colorem rubeam, non clarum, neque floridum, sed similem sanguini, hæc tenuiorem.

Montanus iam insurgit, nam ex citrino & nigro viride fit, vt inferius docebit Auicenna. Ergo ista cholera non erit rubea, nõ clara, aut similis sanguini. Secundò, quo pacto potest esse tenax, si fit admixtione melancholice crassa?

Montani ob-
iectio dissoluitur.

Ad primum dico, quod hæc color refertur ex maiori portione bilis, & minoris melancholice: ad viridem verò varia erit proportio. Ad secundum, quod Auicenna nõdum somnauit istam cholera esse tenuiorem seipsa in termino à quo, sed dicit esse tenuiorem sanguine, quia pauca est portio melancholice, & multa subtilitas humoris biliosi.

CAPVT XXXIII.

De alijs speciebus per alterationem generatis.

Relictis cõmuniibus speciebus bilis factæ per admixtionem, neque memoratis alijs, quæ poterat multiplicari, at sit ita Auicenna ad declarandas species, quæ sine mixtione humoris à causa præter naturam generantur. Prima ergo species bilis in hepate fit super affata tenui parte sanguinis, sive biliosa & crassa in melancholice cõuerfa. Huic addere poteris, quod ipse Auicenna supra dicebat, affari etiã bilem naturalem, & fieri vitellinam Galeni, vt declaratum est.

Quod si dubites aptiorem multò esse regionem cordis, vt in illa hæc cholera aduratur: ergo non solum in hepate. Responderi poterit, deficere moram, & abundare refrigerium, quæ duo maximè impediunt vitæonem in corde: continis enim motibus concitatur, & aere nouo confertur.

Dubium.

tiri ventillatur, quæ maximè impediunt bilis vñtionem. At in iccore magis detinetur humor in illis quæntis anfractibus, minis ventillatur, & ex consequenti facilius aduritur.

De bile præsina, sine porracea.

Color istius cholerae est similis succo foetiorum porri, & ob id porracea communiter nominatur. Hanc in ventriculo generari docet Avicenna, sicut & arguriosiani: de qua re multi dubitarunt.

Num bilis porracea in ventriculo generetur.

Cum idem membrum generet bilem naturalem, & præternaturalem (vt supra dicebam) videtur ad iccur pertinere huius bilis generationem: quod & Auerroes confirmat hac eadem ratione, 3. col. cap. 3. Præterea cum tam adurentem requirat calorem, quo pacto in ventriculo (membro frigido) generabitur. Tertio, quia præsina fit ex vitellina, sed vitellina fit in iccore; consonam ergo videtur, quod & præsina ab ipso iccore generationem suscipiat.

Pro huius notitia advertendum est, quod duobus modis potest dici aliquis humor non naturalis. Primo modo, quoniam solùm est superfluum respectu proportionis naturalis, quam debet habere in corpore, quatenus generatus est ex communi materia omnium humorum, v.g. quando hepate generat quatuor humores, equidem tres vocamus superfluitates, quamvis facti sint ex communi materia, & ab eodem iccore: hoc verò membrum ob variam proportionem, quam habet, dicitur intentum & reutissimum, penes quam varietatem generat istos tres humores. Ex quibus collige, quod quando humores sunt per digestionem & coctionem ad idem membrum pertinebit facere optimum humorem, & generare excrementum. At verò quando tales humores non generantur per coctionem, id est, non resultant ex aliqua natura coctione, sed potius per violentiam corruptionem, tunc nullum est inconueniens, quod vbiq; generentur. Vel vt clarius hoc intelligas, advertas (obsecro) istas species bilis esse maximè distantes à naturali, & æquivoce esse choleras. Et sic possunt generari in alijs membris extra ic-

curibilis verò naturalis, quæ est sanguinis superfluitas, nõ nisi in hepate, vbi ipsemet sanguis generatur. Vt enim vna causa sola potest esse generationis alicuius rei, possunt tamen esse multæ corruptionis illius, ita solùm iccur generat bilem naturalem, sed in quolibet membro potest talis bilis putrescere, corrumpi, & alia de nouo generari alterius naturæ.

Hoc supposito patet conclusio, quod vbi cumque sit causa, quæ possit corrumpere bilem naturalem, ibi erit sufficiens causa generatiua alterius speciei bilis, quæ æquivoce fit bilis: poteritque quælibet bilis speciei non solùm in ventriculo, sed in venis generari. Quare primum argumentum solutum iam est, & interpretatus manet Auerroes.

Ad secundum dico, posse dari ventriculum a deo calidum, vt id possit efficere: aduret enim vitellinam sibi à iccore transmissam. Ad tertium, quod licet vitellina generetur in hepate, illam tamen non tolerans, transmittit ad ventriculum frequenter, vbi ignescit. Quod si forsan, vel ad intestina, vel ad alias partes venosæ generis expellat, quæ habeant sufficientem & intensiorem calorem, fiet aliquis gradus præsinae, sicut si ad partes manifestè frigidæ remittatur, remittetur etiam.

Illud tamen advertere non desinam, esse aliquam porraceam, non per assationem, sed ex edulsi viridibus præui nutrimenti generatam: de qua Galen. 2. Prog. Comm. 39. & 2. de Temp. c. vlt.

CAPUT XXXIIII.

De bile zinaria.

Hanc omnium pessimam dicit esse Avicenna, & inter venena referendã. Modus generationis talis est: ex vitellina fit præsina per adustionem; rursus per vltiorem adustionem ex præsina fit arguriosa, sive zinaria. Atque cum calor agit in humidum, nigredinẽ producit, & sic non mirum si colorem illõ viridẽ gignat in porracea, qui color via est in nigredinẽ, vel vt ipse Avicenna dicit) denigrat aliquas partes bilis vitellinae, & cum citrinis commiscet, & sic generatur color viridis.

Tandem vltimis procedens calor ille intensus consumit illam humiditatẽ præsinae, & iam dealbat, & cum tali colore apparet bilis zinaria.

An sit possibile vino animali dari zinariam, ut docet Auicenna.

MVltis videtur hæc ridicula doctrina, quod, scilicet, vino animali tanta excitetur visio, ut humidum humorum absumatur, & generetur quidam color cinereus per exsiccationem, & validam affationem. Audiamus ergo rationes moderatorem.

Valleſius lib. 1. Cont. cap. 19. totam vim posse in hoc, quia, scilicet, videtur impossibile, ut vino animali ad tantam visioſionem deſcendant humores, ut tota illorum humiditas exhauriatur sicut videmus in lignis, quæ ab igne combusta in cineres rediguntur. Hoc quidem purat reticulum, & argumentum tacit ad hominem, quia Auicenna dixerat humidum esse corpus humidum, & fluidum. Quomodo ergo fieri potest, ut manente forma humoris tota eius humiditas exhauriatur? Nisi dicas gypsum esse humidum, aut lapides renum, aut vesicæ esse humores: non enim maior videtur ratio. Hæc tota mens Valleſij.

Sed nos exsilium zinariam in nostris corporibus generari, ut docet Auicenna. Zinaria ergo, siue arginosa, sit ex porracea, consumpto illo humido, quod dabat materiam viro; non tamen consumpto toto humido: manet enim alius gradus, quo in forma humoris potest conservari zinaria. Dicit ergo Auicenna, consummi totam humiditatem, cum qua color porraceus retinebatur, in locumque alterum colorem magis clarum tendentem ad albedinem, ut enim cibus non abbi dendi sunt, sed subalbi, quia non potuerunt deponere totam nigredinem, quam habebant sub forma carbonis; ita similiter ex aduſione porraceæ consumitur humiditas illa tota, quæ obstruere poros, & excelsu debet aërem, quæ erat causa obscuro coloris; & mixta est aliqua portio lucidi, ut splendeat color albicans. Vel (in altera opinione) murata est proportio qualitatum primarum ad colorem cineris, quod pacto nunquam formatur Auicenna consummi totam humiditatem, sed illam cum qua conservatur color porraceus. Ex quibus patet nullam vim habere argumentum Valleſij.

Rarò tamen hæc in corporibus generatur, generatur tamen, & ad illam reducitur

illa de qua Galenus 10. Simpl. dicebat, ex simina aduſione fieri, & non nisi in calidissimis animalibus generari, quasi in simians in homine non nisi rarissimè reperiri, quod si reperatur, ad gravissimas intemperies sequitur, ut docet Galen. 6. de Facul. anim. cap. 39.

CAPUT XXXV.

Num ex zinaria, & porracea possint febres, aut alij morbi excitari.

Cum tam prave caliditatis sint species istæ bilis, videtur indubitarum, posse se bres causare. Tamen occasio dubitandi orta ex his, quæ docuit facies, non contentendus auctor, lib. 5. Febr. c. 7. Voluit enim neque ex porracea, neque ex arginosa bilis febres excitari. Huius dicti rationem addumbravit Conciliator diff. 91. Quia nimisrum uterque humor ita malignus est, ut interficiat, antequam febrem causet, nisi citissimè à corpore expellatur.

Abenzoar magnus practicus; Theſis. tract. 1. c. 6. oritur posse affirmat ex his humoribus febres, & alios morbos, ceterum maximi esse periculi.

Anæroes 1. coe. 3. insanabiles morbos ab illa cholera produci dicebat. Et quia insanabile dicit, vel diffidentem, vel impossibilitatem, alio se explicuit loco, die 6. Ex porracea difficiles, ex arginosa insanabiles, & ad medicationem impossibiles morbos excitant. Cum enim febres ex humorum putredine, sine humorum coctione, & correctione asferri non possint; & illi humores coctionem non admittant, insanabiles esse rectè dicit, & eadem ratione alios etiam morbos; quantum, scilicet, attinet ad naturam illorum.

His tamen non obstantibus, Hippocrates satis aperte ex bile zinaria, siue arginosa morbos cognovit 1. Morbor. popul. p. 1. text. 75. & Galen. Com. Exemptum enim de phrenico incipiente et declarari, qui morbus à bile arginosa profectus est, Galeno teste. Secundo probatur, ex 1. Prorethi. Comm. 1. text. 10. ubi ita ait Hippocrates: Qui cum capitis doloribus arginosos vomitus habent, vigilantique cum sudant, hincitò vehementer insanant. In cuius loci explicatione Galenus ait ex illis symptomatibus cerebrum affectum indicari, & ex vomitibus simul cum talibus symptomatibus affectum maximè esse calidum; nam per quamcumque partem arginosis hic humor dilabitur, affectu intus excludi,

P 2 & sic;

& siccum procreat. Si ergo tales affectus excitare potest bilis zinzara, ut quid non & febres? Probatum ex Hippocrate manentibilem zinzaram plures morbos excitare, ut eodem demonstramus sanabiles esse, contra Aetioem, relicta rationibus philosophicis. Omnis enim morbus ex natura sua sanabilis est, ut probatur in tract. de Febris. Sed apud Hippocratem morbus ex bile zinzara legitur sanatus, 1. emit Epist. p. 1. tex. 21. & 2. Epist. p. 1. tex. 19. in historia Leonati dicit, qui secunda die bilem argentinam euomit; alter vero qui in lecto Thealidis decumbebat, die quarto, & tamen utriusque ad primum sanitatem deductus est.

Præterea ex doctrina Hippocratis considerat, qui calido renem laborant, arginodis omnino habere, ob vigilas nimirum à dolore inductas. Febres præterea oriuntur & sanari ab humore illo pernicioso docuit Galenus, lunens enim ille qui ob mortuum oris ventriculi conuellebatur, excreto arginodis succo, à febre & conuulsione liberatus est: ita refert Galen. 5. libr. Aphor. tex. 1. Neque obiciat, febrem illam oriri à mortu ventriculi, ut accidens quoddam, & non à bile arginodis in venis existente, sic enim esset ephemera, quod non est credendum. Respondet aliqui, quod inter alias differentias, quæ versantur inter ephemeram, & putridam, illa vna est, ut ephemera facta sit, & ablata causa sumi periciat cursum 24. horarum: humoralis autem, ablata causa statim auferretur. Videtur ergo, quod febris illa fuerit humoralis, & non diaria, siquidem euacuato humore cessauit. Melius forsitan dices, & diarias, & putridas posse excitari à tam pernicioso humore, iuxta dispositionem passivam, & tamen non necessario esse insanabiles. Vnde enim poterit hoc probari?

Contra tamen dissoluenda sunt, & explicandi auctores, si quis forsitan tales febres non vidit, incipientes ab arginodis bile: hæc enim rarissime accidunt. Nam cum per tantam affusionem fiat talis humor, semper præcedunt alie febres biliosæ. Itaque non negat hic auctor possibilitatem, sed dicit raritatem euentus.

Ad Conciliatorem dicendum, non esse illam causam raritatis euentus, sed quia tam praua excrementa semper natura, quantum potest, separat à corde, & ob id rarissime febrem efficiunt. Atque cum in venis concitentur, & tam intensè caliditatis gradu possint, necesse est quid prius intere-

ctiant, quàm in febrem generent. Et si febres, febrem tamen semper incendere existimo.

Abenzoar nostram confirmat sententiam. At quando Aetioes dixit insanabiles esse morbos ab æruginè ortos, ob defectum coctionis, meminisse oportet, huius resillos, quantumvis alienos à natura, esse coctiles, id est, superabiles ad excrescentiam: coctio enim, quæ terminatur in nutritionem, circa illos non excrescit: ac coctio, quæ terminatur in expulsionem, pauculudubio nil est aliud, quàm imperatio quædam, & victoria supra tales humores, non assimilariæ, sed redolentiæ, & quæsi attemporata ad meliorem statum, ut possint propelli. Hoc ergo pacto zinzara conuicitur à natura. Sed hæc de humoris biliosi varietate dicta sufficiant.

CAPVT XXXV.

De differentijs melancholicæ.

Bilis nigra (inquit Auicenna) alia est naturalis, & alia nonnaturalis superfluita naturalis est sex sanguinis, cuius sapor est inter dulcem, & ponticum. Generatur in hepate, & diuiditur in duas partes, altera enim cum sanguine venas permeat, altera ad venam transfunditur: illa ut materiat partes melancholicas, & sanguinem confirmat; hæc ut materiat venam, & ad ventriculum contrahendum, & confortandum ascendat, & tamen etiam exciter.

Melancholia verò non naturalis multiplex est; quedam enim est facta per aduersionem bilis, tali aduersione, quæ separatur, & exhalet humidam partem, & remanet humor siccus à prædomino, qui appellatur cinis ab Auicenna. Alia species fit per fusionem pituitosi affusionem. Tertius est humoris putrefactione tanquam cinis effusuræ. Quarta per aduersionem melancholicæ naturalis generator, hoc discernimine intellecto: si enim tenuis parte aduritur, aeris quedam generatur melancholia, ut acotum fortissimum, quod muscas faciat, & si pars crassa hanc passionem perpetuatur, non ita aeris, sed cum aliqua portione manifestatur. Hæc doctrina Auicennæ, circa quam plura sunt dubia à moderis excitata, quæ suo ordine dis-

WITE CONSTAT.

(f)

I. Dubium.

VT alios humores præternaturales reddit mixtio, quare Auicenna aliquam melancholiam præternaturalem non fecit ex admixtione aliorum humorum/monne cum alijs miscibilis est? Respondeo ex Auicennæ 1. Can. Comm. 70. ubi docet, melancholiam de obus modis fieri non naturalē, & aduisione, & aliorum humoris permutatione: quilibet siquidem humor potest remouere melancholiam à sua dispositione conaturali. Auicenna hæc mixtiones non docuit, supponens illas ex prægressis: nam vt posuit species bilis ex mixtione, ita Leuor potest ponere alias, & alias in melancholia: tantumque proposuit species ex aduisione, quia hæc videtur magis propria: & propinqua ipsi melancholia, quæ in alios humores per aduisionem, aut putredinem transire difficulter, aut nullo modo potest; alij verò omnes in illam mutantur.

Sed dices, superius dictum esse omnes humores adiuicem, vt elementa transmutari. Respondeo, ibi philosophatum fuisse iuxta naturam ipsius generationis, & corruptionis vt sic. Cum enim sint entia generabilia, & corruptibilia, & inter se alterabilia, videtur quod ubi possibilis est alteratio, sit possibilis corruptio, & generatio. Hæc verò loquimur de certa, & peculiari mutatione, alterantes, quod per aduisionem non potest transire melancholia in omnes humores, licet bene per alias mutationes: an forsitan per vilionem transibit in pituitam, aut in sanguinem non certè.

Sed quare per aduisionem non vertetur in bilem, vt terra in ignem per additionē caliditatis? siccat enim symbola est, & potius adiuvat ad mutationem faciliorem. Hunc punctum non vidit Gentilis subtilissimus. At potest dici, diuersam esse rationem inter ignem & terram, & inter bilem & melancholiam: nam terra dummodò recipit calorem sufficientem, vertetur in ignem, quia hæc sola qualitas illi deficiebat. Sed melancholia cum non elementum, sed mixtum quoddam sit humidum actū, licet siccat à prædominio, non solum recipit calorem per aduisionem, sed amittit partes æreas, & humidas, & fit terribrior, licet ignea vt ferrum: restit enim ob alias qualitates omnino de transformatione, licet non restat receptioni exuperantis caloris.

II. Dubium.

VT quid Auicenna de miscella sanguinis cuius quolibet humoris mētione non fecit, cum tam communis sit? Respondeo, quod si sanguis diminutus sit ab illa mensura, quam debet habere, reliqui tunc humores præternaturalizantur, bilis furit, pituita intrudatur, &c. quia humores non solum sunt naturales, suam quantitatem debitam habentes; sed quia illi, cum quibus associantur, illam etiam debitam habent, illud consortium etiam pertinet ad omnium naturalitatem. Quam verò sanguis crescit, & miscetur alicui humori, dicitur plenitudo cum addito, sanguis pituitosus, sanguis biliosus, &c. Si verò alij humores tres crescant, & cum sanguine miscentur, facient cacochimiam triplicem, biliosam, pituitosam, & melancholicam, manente sanguine in sua debita quantitate, insecto tamen ab alijs.

III. Dubium.

CVm dulcedo soboles sit caliditatis, quare dixit Auicenna, melancholiam, quæ ita frigida est, habere dulcedinem? Præterea est contra Galen. 1. Acut. Comm. 7. ubi acetosam esse dicit melancholiam. Respondeo. Quidam dicunt participare aliquam dulcedinem ob sanguinis consortium. Sed hoc mihi non placet. Quare enim bilis absolutè dicta sit amara, cum etiam habeat sanguinis consortium? alij volunt ob diminutam collisionem aliquid tandem participare dulcedinis, generarique quoddam medium inter dulcem, & ponticum saporem.

IV. Dubium.

MERITO dubitant aliqui, vtrum Auicenna aduersetur Galeno quantum ad causas famis, nam Galen. libr. 1. de Caus. sympt. c. 7. famem excitari ait, illis symptomatibus precedentibus, una anitione, attractione, frictione, torsione oris ventriculi, sensu trilli & appetitu nullamque mentionem facit illius humoris melancholici effusum ventriculom. Quare consistari oportet an ista famis, de qua Auicenna potest dici naturalis, an verò sit taxandus, vt phitimi volunt.

De sume taxanda à melam dicitur.

Ego tamen non reprehendendum, sed laudandum Auicennam existimo, qui hęc rām melancholiz concessit: rām enim est necessarius alimentis appetitus, vt hinc inde illum sollicitet natura, vt quod plures cause ad ipsum conuenerint, eo securius sit vita sustentaculum: Quod autem dicunt, illius famis nullam Galenus mentionem fecisse, falluntur; nam est locus expressus, à quo istam Auicenna mutuauit doctrinam: 6. enim de Morb. popul. ad illum text. aqua edax, vigilis edax, inquit Galenus edacem hominem appellari qui plurima capit alimenta; edacem aquam Hippocratem dixisse, quia famem excitans do plurima alimta cedere faciat: Nam inquit frigidam bibentes, & adstringentia assumentes appetentes euadunt: Ex quo loco, vt alia omittam, desumpsit Auicenna presentem opinionem: nam si aqua, quia frigida, si adstringentia, quia corrumpit, famem excitant, quare id minus est credendum non sit melancholiz?

Dubium quintum.

VT rām atra pituitz, seu melancholia con-
surgat ex pituitz aduisione, vt docet Auicenna, natura conuergit perturbatio inter modernos. Sed Manardus quasi dixit omnium in illum inuehitur. Primò, Galenus tres tantum species posuit melancholiz preternaturalis, scilicet, ex aduisione melancholiz naturalis, ex aduisione bilis, ex aduisione sanguinis; vt colligi potest ex 2. Prognof.

Arguit præterea, quia talis pituita remanens potius alba, crassa, rotunda, & glutinosa non tamen nigra. Magnam ergo difficultatem potat solum habere argumentum, quia talis pituita non fit nigra per istam aduisionem, certo non fit melancholia.

Confirmari possit, quia quando Galenus de pituita aduista verba facit, conglorari inquit in ramis tracheæ arteriæ, & ibi fieri glutinosam, & rotundam.

At ne inconsulto Auicennam deseramus, norandum attentè modus generationis melancholiz ex pituita; quem pauci considerant. Non enim fit melancholia species ex quacumque pituita, sed ex acida per admixtionem melancholiz. Id certe expressè voluit Auicenna agens de prima specie pituita, sic dicit loquens de acetosa: *Hæc pituita bifariam fit, vel alteratur, vel admixtionem rui aduenititæ, unde illud genus atræ acetosa oritur, quod quilibet non*

rabitur. Declarans ex aduisione illius acide pituitæ fieri atram bilem, non ex pituita naturali. Hæc videtur mens Auicennæ.

In cuius explicatione laborant aliqui, forsitan non contentantur: Nam Paternus fol. 102. inquit: *Quod conuertitur ista pituita in melancholiam, consumpta parte pituitosa, & remanente parte pontica, & acetosa, quæ cum illa erat commixta.* Atque clarè apparet, si hoc ita esset, quòd generatio ista melancholiz nihil aliud erat, quàm quòd illicet melancholia quæ ibi erat, semoto impediente. Atque ex consequenti, vt mihi videtur, ista non est transformatio pituitæ in melancholiam, verum conuersionis pituitæ, & conuersionis in vapores & exhalationes, & apparet illa portio melancholiz, quæ ibi erat. Quod facile demonstratur esse contra rationem, & contra mentem ipsius Auicennæ: nullam re enim oportet, quòd ex illa mixta non reuertatur quædam in partem, sic enim rectè curtebat ratio Paterni, sed reuertatur quædam una species pituitæ per vnam formam. Ergo non potest conuerti pituita manente melancholia.

Sed statim in eadem pagina sibi contradicit author iste, aliam modum insequutus dicit enim, quòd si aduisione sensum har, pituita mutabitur in succum melancholicum sibi aduistum, & procedit vltione in atram bilem: verò affatim, & conferentim, in atram bilem non mediante alia forma. Hæc Paternus. Quæ contradicere videtur superiori positioni.

Quare dicendum est, pituitam acidam mutatam in melancholiam depositam humiditate, & indurata sufficienti sicitate pro forma melancholiz. Si verò impensus aduratur, transire poterit in atram bilem istam reuertendam. Itaque non mutatur melancholia, quæ erat cum pituita, sed tertium illud, quòd reuertitur ex pituita, & melancholia, quæ vno nomine dicitur pituita acida. Probari vero possit ex materia, & agente; nam agens est potens inducere siccitatem in illa pituita sufficientem pro forma melancholiz: quare ergo non inducet formam.

Sed argumenta contraria opus est dissoluere. Ad Galen. dicimus non posse nisi tres species melancholiz, quia inspiciebatur illas tantum, quæ per alterationem simplicem fiunt, non per mixtionem. Et ideo non meminit pituita acida atræ, quia hæc erat composita ex pituita melancholia, & atrica pituita, aut alia illius specie.

Notatur Paternus.

Contradicit sibi Paternus.

Confirmat.

Ad

Ad fecundum de calore ardo aliqui dicunt, non esse necessarium melancholiam esse nigram (vt nec hominem) sed posse pituitam in melancholiam conuertere, quantum ferret colorem album. Atque sic erit quando Galenus agit de pituita affusione in thorace, & globari dicit, & glutinosam fieri, non tamen dicit nigrescere; id certe non dixit, quia in partibus thoracis nunquam tantam adhesionem patitur, vt nigrescat, sed quia multoties solet pelliculi antequam nigrescat; tamen quod possit nigrescere. Patet in rebus externis, nigrescit siquidem pituita super pennas. Similiter non repugnat quodammodo nigrescere in thorace, quia etiam videmus spura nigra. Posset tamen hic philosophari non esse optimum argumentum à calore ad temperiè, neque ad formam, vt excludamus Manardum.

DUBIUM VI.

Montanus fol. 458, adhuc aliam dubitationem iniecit, quæ licet locum habeat supra vbi de zinzaria; hic tamen non spectanda. Melancholia, quæ atrabilis est adula, fit ex zinzaria aliquando; non ergo zinzaria fit alba propter nimiam siccitatè, & adhesionem, sed nigra. Et roboratur maiori explicatione, quia terminus ad quem illius affusionis coloris est atra bilis; hæc autem est nigra, ergo zinzaria non fit alba, sed nigra. Hæc tamen nos possunt rectè & clarè perpendi, nisi determinemus quomodo calor denigret, & dealbet res aliquas sibi obiectas.

CAPUT XXXV.

Num calor agens in rem humidam producat nigredinem.

MOstritur hæc questio, quia Auicenna dixit: Calor agens in humidum denigrat, agens in ficcum dealbat. Rursus frigiditas in humidum efficit albedinem; in ficco autem efficit nigredinem. Quæ sententia cum valde difficilis sit, rectè dicit Auicenna in affirmatiõne, & opinione verari, quia nullam habet demonstrationem quasi audiret summi contradictorem Montanum, affirmentem, Auicennam non caluisse generationem colorum.

Videtur ergo pars negatiua tenenda, quia calor agens in aquam non denigrat;

agens in albumen citi potius dealbat. Neque autem negabit albumen tui & aquam esse corpora humida. Neque agens in ficcum dealbat (nam videmus papyrum albam, & sic eam per combustionem denigrari). Et capilli qui fiunt ex materia sicca, & fumosa, nigriores euadunt, quæro magis actionem caloris perpetuantur. Neque frigus dealbat res humidas, eam sanguis, & membra sanguinea frigore nigrescunt. Imò neque agens in ficcum denigrat, siquidem lutum quando à frigore magis coagulatur, magis abefcit.

In his questionibus de coloribus supponendum prius, iuxta quam opinionem debeamus philosophari agentes de generatione colorum, notandum: quòd calor, vt calor est, & frigus etiam aliquando agit absolute, sine hoc quòd sint instrumenta alicuius particularis agentis & coloratiõis cuius euenit, si passum simplex est, & in ea pax coloris, nullam colorem producat, si verò mixtum sit, & capax coloris, producent aliquem colorem. Tamen iste qualitates, vt instrumenta agentium particularium, habent producere effectus coloratos, quales sunt in agentibus, præsupposita similitudine formæ, quæ facit possibilis. Et sic calor hepatis rubificat, calor crystallinæ diaphanum reddit, calor vicia nigricat, vel viridicat, &c.

His suppositis, magna varietas inuenitur in dissoluenda hæc questio, quam vt fingimus, fit prima conclusio. Non omne calidum forset agens in humidum, ipsum denigrat primo. Hæc patet ex seipso affirmatiõnis. Si lacus mittatur in sanguinem, & alio modo calidum agentium, vt inhumescit. Et hoc vultit Auicennam non dixit: Omnis calor agens in omne humidum primo denigrat, sed, calor agens in humidum. Admittit ergo limitationem aliquam.

Pro secunda conclusione notandum, quòd sicut humidum quod paritur aut est simplex, aut mixtum; ita calor etiam aliquando agit evaporando fumos, & multos spargens per ipsum rem in quam agit, quæ tenuissis est, & hoc pacto lignum ab igne denigratur exhalationibus, & fumis nigri sparsis per totum lignum, hæc est alia ratio extrahantur. Secundo modo acit calor non extrahendo fumos, sed foras extrahendo solum partes humidas, aut loco extrahantur alias intrahendo, v. g. herba decoquitur in aqua, certè non denigratur ob rationem dictam non enim extrahitur fumus terrestris, aut loco illius vaporis extrahit

Prima conclusio.

Notandū pro secunda conclusione.

trahi inducitur humiditas aqua. Ex quo patet secunda conclusio: Omne calidum fortis intensiois agens in humidum terremium est aptum retrogradine causare. Patet, quia est aptum fumos eleuare, & illos dispergere.

Ex his conclusionibus patet, quid respondendum sit quaestioni: & ad cholera zinariam applicando sermone, dicimus, quod cholera zinariæ (Arabibus enim zinar est arago sive araginosus, licet transire possit in torridam aram bilem, vt opponit Monanus, via aduersionis, bene stat, quod ex viridi præfina eleuatur fumi, qui non remaneant in ipso humore, & sic fiat viridis color clarus ob apparitionem aliquantæ partium fumo carentium. Arvero si rursus intendatur aduasio in partibus crassioribus misceri possunt fumi, extendique per poros humoris, & per quamlibet partem illius, & fiet color niger. Præterquam quod non est necessarium, vt atra bilis sit nigra simpliciter, sed, vt dixi, nigredo potest admitti modo prædicto. Neque debet intelligere fumos illos solum superficiem tingere, sed quamlibet intrinsecam partem, vt in carbonibus videmus. Nullum ergo pacto inconueniens, quod zinariæ transeat in atram bilem, & mutet colorem araginosum.

Ex dictis patet solutio ad argumenta in principio proposita. Ad primum, aqua non denigratur, quia non est capax coloris. Albumen oui quando à calore coagulatur non nigrescit, quia calor nondum resoluit partes terrestres fumosas, sed solum humidam vaporabilem. Ex quo potius foter sequi, vt remaneat albus compactus partibus intactis, vt si amplius intendatur calor, albumen oui proculdubio nigresceret, quia fumi dispergerentur per ipsum. Ob eandem rationem calidum agens in materiam pilorum & papiræ, denigrat, quia similiter inuenit materiam terrestrem fumosam, quæ dispergat.

Ad illud de sanguine coagulato respondetur, quod sit niger, quia partes comprimuntur, & sunt opaciores ad absentiam spiritus vitalis, sine naturali quo visificabatur. Albumen enim oui fit albus per compressionem, quia cum diaphanum esset atra, & pellucidum, compressis partibus usque ad certum terminum, diaphaneitas est magis densata, & vera pars altera irradiat, vt sic intenditur albedo: hoc autem non contingit in sanguine, quia non habet prædictas condiciones leuitatis, & diaphaneitatis. Lutum per coagulationem

amittit partes humidam obscuras, quæ erant in superficie; & sic remanet aliquo modo albuma, interne verò remanet obscurum, & nigrum, quia humidum per compressionem ad illas partes impulsus est, vel alterum, quod extabat intus, seruauit suam opacitatem.

DUBIUM VII.

In quo Argentarius resistitur.

CAPUT XXXVI.

Acutissimus Argentarius lib. 4. Aphor. 22. non admittit doctumam traditam Galeo, & Auicennæ; atque tan tuus vt non fragilitati oner, sed efficacibus argu mentis discedit à Galeno. Præterea aliam speciem atræ bilis ex melancholia superata præfina rejicit. Singula ordine scholastico præcedamus.

Probat ergo non fieri veram atram bilem ex flaua adusta. Primum, quia ex aduersione flauæ bilis crinis albicans resultat, non altera ex aduersione lignorum; talesque cineres videmus excerni in declinatione febrium ardentium, & longarum, vitima facta resolutione humoris potrefcentis. Est enim (vt inquit Aristot.) putredo, quæ tandem tales cineres relinquit, dissipato omnino humore, qui erat in re putrescente.

Secundo, si fieret aliqua atra bilis ex flaua, non vtiq; illa haberet aliquam acerbam & acidam saporem; quippe cum ex amaro non gignatur acidus, sed ex aceto.

Tertio, quia illa atra, quæ ex flaua dicitur generari, non potest esse deterior illa, quæ sit ex humore melancholico. Est forsitan efficacior flaua bilis eo humore, non tamen propterea deterior. Est probatur experientia in modis, qui ex vnoque gignitur, nam ex vera atra bile crassata ex humore melancholico, non solum dysenteria, sed caucris, & alijs morbis sunt omnes lethales. Tamen ex flaua bile adusta forsan mania, & alij morbi duntaxat eandem, sed non lethales.

Præterea Galenus non recte scribit atram bilem per aduersionem factam non generari in corporibus sanis. Quia si ex sola aduersione prouenit, quid prohibet illam in ætate consistere, vel vixente, & in ætate atque autumno generari? Vt sepe etiam testatur.

Prædictis argumentis conuictus Argentarius, sive Argentarius, sive Argentarius.

generis hanc constituit conclusionem. Vt nam ergo dicamus esse atram bilem, quæ ex atra humore melancholico dicto non solum afflato, sed vehementer putrefacto generationem suam habet. Nam simplex afflato illius humoris non potest meo quidem iudicio, gignere tam lethalem materiam, qualem memoria prodiderunt maiores nostri, & continua declarat experientia. Quod si credimus quartanas febres ex humore melancholico putrescente fieri, id quod ostendunt sæpè vitæ nigre, quæ quartanas solunt; profecto rectè dictum est, non simplicem qualemcumque, sed vehementioris requiri putredinem in humore melancholico, ut fiat atra bilis perniciofa. Quod si febres non semper videntur comitari excretionem atræ bilis, quod aliter forsitan nunquam visum est, id dicemus accidere, quod putredo non inuadat atram humorem contentum iuxta cor, sed qui continetur in alijs partibus.

Dicendum igitur, quandam esse atram bilem, quæ ex sola afflato fit, aliam, etiam ex putredine, & in vtraque dari magis, & minus, ipsæ nam tamen illam esse, quæ insignem habet putredinem. Ac ob illam differenciam, quæ in magis, & minus conspicitur, videntur varia melancholicæ, cancrorum, febrium quartanarum, & aliorum morborum, qui ex atra bile generationem habent, accidentia, & vehementiam fluctuque Argentæus. Cuius verba fideliter adduxi ex loco citato fol. 257. quia p̄dictus iste non solum pertinet ad contemplationem veritatis, sed ad curationem, siquidem tangit naturam causam illorum morborum.

Primo igitur respondere oportet argumentis propositis contra antiquam doctrinam Auisennæ & Galeni. Secundò examinabo istas conclusiones Argentæi, quæ (si fallor) magnam habent difficultatem, & forsitan contradiccionem, ut conuictus maneat, qui voluit conuincere Galenum.

Ad primum argumentum responsum est supra, cum ageremus de bile zinzaria, & atræ ginofa, ubi eni inspectis contra Va. Usium, quomodo visio animalis generentur tales humores. Nunc verò aduertere oportet, quod atra bilis generari potest ex adusta bile; & potest generari zinzaria albicans, quam hoc loco inuexit Argentæus. Equi dem zinzaria videtur vltimus terminus adustionis; atra bilis autem quantum ita sit perniciofa, tamen non dicitur ex vi caloris

præter naturam deuenit ad cinericiam naturam; sed quædam partes dum vrebantur, denigrantur, ut materia carbonis, quæ denigratur vitione, licet postea vltiori calore abscilcat in cineres. Itaque Argentæus quantum adducit cineres vitionis, non potest negare nigredinem carbonis, nam est quasi quidam terminus intermedie afflatois. Sicut non potest negare colorem viridem porraceæ, qui est medius tendens ad nigredinem.

Ad secundum dico, quod non debemus intelligere ex flaua fieri immediatè atram; mediant enim terram plures mediis, in quibus marationibus miratur proportio amari saporis, & fit alter, ut possit produci ille, qui est proprius atræ bilis.

Ad tertium respondendo, quod hic non disputamus qualis humor sit deterior, hoc enim in vtramque partem potest faciliter probari, nam si solam intentionem caloris inspiciamus, illa atra bilis erit deterior, quæ ab intensiori calore procedit, si vero vehementiam & durationem actionis, forsitan illa atra erit deterior, quæ simul cum afflatoe coniunxit partium crassitatem; si vero prauum modum, & vitæ aduerfium, & venenosum, sine dubio hic potest cū qualibet atra copulari. Quia ob rem ista tertia obiectio Argentæi non est ad rem, quod verò ex vno humore generentur morbi diuturni, ex alio non, hoc quidem potest oriri, & propter paucitatem materiae, & propter partem adustam, & ob modum afflicendi. Quod longum esset declarare, sed relinquo, quia non pertinet (ut dixi) ad iudicium.

Ad quartum dico, quod non adducit Argentæus locum Galeni, in quo dicit, non generari posse atram bilem in corporibus sanis; contrarium enim sententiam multis in locis legitimus. Et Hippocras. 1. Aphor. aphor. 1. p. furores fieri dixit rem potibus calidiss, ob nihil aliud nisi quia generatur atra bilis, non quidem melancholia, sed atra adusta. Et demonstratur nam in corpore iuuuili, quantumvis sano, eius prohibet tempore afflatis generari atram. Nam dummodo sit a mens, & patiens, nisi impediatur, non video quomodo non resulcet effectus, calor affluens si agit, ut nunc in canicularibus in corpus sanum biliosum, ignoto ut quid non generetur atra. Nec contrarium Argentæus demonstrat ex Galeno.

Nunc conclusiones Argentæi ponderabo. Prima inuoluit illos deos moris, afflatois

Secunda conclusio Argentæi

fationem, & putredinem in eadem parte humoris. Quem modum dicendi supra factis destruxi; simpliciter enim affari simul, & putrefieri; quod non intellexit Auditor ille. Secundo, quid impedit eum affatione coniungi qualiteram letifalem, & venenosam, ut cum venenis calidis; itaque omnia, quae referunt Auctores, possunt reperiri in aera per solam affationem, non quia solus affata est, sed quia cum illa qualitate in termino, inducta alia fuit venenosa, aut refultat ex tali modo motus.

Secunda conclusio Argentorii manifeste pugnat eum prima, & cum opinione ipsius; nam in prima dicit solam dari unam speciem atre bilis, factae per duos motus, affationis & putredinis. At in secunda dicit dari duas species, quandam ex sola affatione, aliam vero ex affatione & putredine. Vide manifestam repugnantiam intra paucas lines. Ergo antiqua doctrina superius explicata sic manet stabilita.

OPVSCVLVM SEPTIMVM.

De Membris.

CAPVT I.



DE generatione partium egi in libro de Dieta, de feminis plura. Quare hic pauca, quae sibi deficiunt, ne alii qui desideres. Vide igitur omnia, quae dixi ad text. 43. & 44. De numero co-

tionum, vide text. 41. De nutritione feminis in utero, vide text. 43. De ordine animarum, & generatione partium, de facultatis formatricis essentia secundum Hippocratem, vide text. 45. & plures alios text.

Licet membrum, & pars quodammodo videantur differre pro vno, & eodem tamen in animalibus usurpauit Plato: Quis Galenus partes appellet, in quas totum dissoluitur, membra tamen solum animalium partes. Vt si velis dicere, partem quid esse vniuersalem, & ad partes totius inanimati se se extendere, membra vero esse speciem quandam animalis partium, ita ut omne membrum pars sit, non est contra.

DUBIUM I.

Quare dices Auicenna definiuit membra, quod sunt ex commixtione humorum, cum potius fiant ex femine, & sanguine?

Respondeo, quod quando Auicenna ita definiuit, inter pretandus est, non quod humores miscantur, qui antea erant separati, sed quia in femine, & sanguine, cum in membra conuertuntur, nota quedam humorum commixtio fit, perdicens margeriam humorum ad temperamentum me-

brorum, & ex consequenti ad essentiam, & formam membrorum. Haec Paternus. Sed moderatone indigent: non enim intelligunt humores in femine consistere, & non mixtionem facere, ut transeant in membra, sed in femine sunt virtualiter, ut & elementa; vbi partes correspondentes humoribus sub forma feminis.

DUBIUM II.

Aliquae partes similes (ex Auicenna) non videntur hoc nomine dignae. Nam Venae, & arteriae compositionem aliquam habent, non igitur similes.

Ad hunc punctum enodandum placeat discursus Paterni (ne sua laude, & inquam defraudem) similes in duobus: sunt differentia quaedam ita rigorose sunt similes, ut ratio vera ille conueniat; fibra enim strictè loquendo est similis. At sunt aliae, quae medio modo se habent; habent scilicet aliquid pertinens ad organica, & aliquid ad similes, ut videtur transire de vno extremo simpliciter ad alterum maxime compositum, quale est pars perfecta organica. Histulinosi sunt ossa crurae, quarumvis enim sint ossa, non tamen rigorose seruant rationem specificam partium similis. Venae praeterea, & arteriae aliquando inter organicas recententur à Galieno, aliquando inter similes, ob diuersos gradus compositionis quos habent. Non ergo mirum si inter similes recententur ab Auicenna ob distantiam quorundam habent à perfectè organica.

Lib. de Diff. far. morb. 1. 4

CAPUT II.

Quanam dicat Bapista Monranus
contra Auicenna defini-
tionem.

Non cessat Monranus contra nostrum Auicennam. Nam inquit, quod prius debet dividere, quam definire, legem aequiuocorum inueniens.

Sed non recte id dicit, nam pars similis & organica non ita differunt, ut aequiuoca, & neque ratio partis vniuocae conuenit organicae & aequiuocae similari: verum enim habet vniuocam rationem componendi; nam sic et anima sit actus organici, ut subiecti adaequari, est tamen actus etiam partis similis, ut inadaequari. Atque cum organica nihil sit aliud quam conuinctio simularum, pars vniuocae de omnibus dicitur, siquidem concurret ad integritatem corporis viuantis sub vna ratione componentis. Non ergo veniatur Auicenna prius dividere quam definire.

Secundo, Monranus dicit non definiti nisi partes similes, siquidem haec sola sunt ex coniunctione humorum.

Ad hoc iam respondet Gentilius; quod Auicenna docet generationem partium in utero, vbi omnes partes tam similes, quam organicae sunt, ut supra declaratum est: neque alia commixtio requiritur ad organicas, quam illa quae ad similes. Sola itus differentia, & positio in loco constituit partes organicas.

CAPUT III.

De ossibus.

Lecti dixerit Auicenna, ossa facta fuisse ut sustentacula, non ita intelligendū, ut omnia ossa alias partes sustineat: ossa enim capitis porius propugnacula sunt, quā sustentacula, nā cooperiant, & defendunt cerebrum. Tamen ad hoc caput Auicennae illustrandum, aliquid de causis ossium dicemus.

Rerum causas quatuor questionibus soler absolvere Arab. An sit, quid sit, propter quid sit, & qualis sit. Questionem An sit, relinquunt, vbi rem esse, eam per se nominata non interrogaunt, An sit natura in physicis. Et Galemi iudicium, sit, querere in sit ali-

qua virtus formatiua. Similiter & res in lib. de Pulsib. quæstionem An sit, præce-missimus. Relicta igitur quæstione An ossa sint, videamus quid sint.

De causa materiali ossium.

Vigatissimum videtur declarare causam materialem ossium; omnes enim ex crassamento (ut illorum verbis vtar) firmis fieri nō dubitant. Sed quæ sit istud crassamentum, & vtrum ex eodem omnia ossa coalescant, quæ antiquissimum est in Hippocrat. & à modernis prætermittimus, ideo exillimo non vulturum.

Hippocrat. lib. 1. de Diæta ita dicit: *Quæ igitur solida sunt natura in compo-ctio ac licet, ea non consistuntur ab igne in alimentum, sed robur acquirunt, & humore deficiente consistunt: quæ ossa non nascuntur. Per hæc hic restat longam digressionem, quam in nostris Hippocraticis laboribus exercuimus. Sed obiter illud aduertant moderni negantes partium distinctitatem in mixto, Hippocrat. illam afferuisse mille in locis, sed præcipue in hoc loco, & paulo infra. Postquam enim varias partes in vâcui contemplantur esse, non solum ut viuens, sed ut mixtum, dicitur. Nisi alimentum habeat partes diuersas non est quomodo possit nutrire. Et postea. Nisi alimentum habeat partes partium, & tota tororum, non est vnde nutriat. Et de ipso calido vitali, aut de alimentum non futuro, sed iam alimento, dicitur: Inspirit in hominena anima, partes partium constituit. Ita in presenti ex parte feminis crassities, & compacta, quæ non potuit ab igne solui, ossa fieri manifeste pronuntiat, ex ossibus humidioribus, quæ in ipso crassioribus continerentur: quibus consumptis auerterit calidum non habere suam & be-tum pabulum: ita enim dicebat: Ipsi, vbi ad extenuitatem aquæ peruenissent, dedit et alimentum: auerterit ergo vnde nutrire poterat. Cum enim non valeat vltimus transitus facere per solida, ubi nulli: quæritur commone motus. Si ergo consuetudine præsentibus cessat motus. Si ergo consuetudine præter fuerunt partes humide, quæ laxæ, & emolliant, obediens calor, quod nimis, quod compacta, & solida non consistuntur vltius à calore, à quo consistuntur receperunt, & terminum suæ mixtionis.*

Sed cum ossa quedam sint tota solida, alia introfæ, & conuulsis perforata, videntur

Hippocrates
primus docuit
distinctitatem
partium mix-
ti-

Diffusus no-
tatur quæ de
ossibus.

In Poster.

Lib. de Fet.
vitiis.

dum est, vtrūm ex eadem materia coalescant. Hippocrat. lib. de Carnibus, agens de ossium generatione, obscuram pronuntiauit sententiam, in hunc modum Vbi quiddam non inerat glutinosi, sed pinguis & frigidi, citius exiit sunt propter pinguedinē. Atque hęc ossa durissima, & rigidissima exiunt: vbi verò pingue, & glutinosum similia sunt, hęc ossa antrōsa, & caernosa sunt, &c. Alij verbis declarauit Empedocles causam materialem ossium; dicebat enim, vt refert Plutarch. lib. 3. de Placit. of. si fieri ex terra interna, & aqua. Quę verba, vt suspicior, amenti Hippocratis consonare videntur: nam quod Hippocrates glutinosum, Empedocles internam terram appellat; & quod ille pingue, hic aquam dixit. Nam sicut fundamenta domus non debēt terra hęc superficiali, & parabili inniti, sed alia terra interna, quę durigr, & compactior est (quod enim centro sunt propinquo res partes, eō adamante duriores, & firmiores) ita profus partes feminis solidiores, quibus alię debent firmari, ex terrea parte feminili, & striciori debebant fabricari, quę correspondet elemento terre puriori.

Sed dignum animaduersione videtur, quo pacto Hippocrates dixerit, ossa rigidissima, & solidiora fieri vbi non inest glutinosa materia, sed pinguis frigida: nam certē contrarium apparet, siquidem terra interna Empedoc. siue glutinosa prior est ad duritiem quam pinguedo. Sed aduertenda est profunditas Hippocratis; non enim dicit ossa fieri ex materia pingui, qui lib. de Dieta, ex dura & compacta solidari dicebat; sed insinuat duas fortes glutinosi; aliud enim est glutinosum simpliciter terream, aliud terream, sed magis simile pinguedini in modo substantiæ, magis enim est formabile, & circumducibile. Hoc supposito, cum ossa sint in duplici differentia, (vt docet Hippocrates hoc loco, quę exor namus; & postea Galenus in lib. de Vsu Part.) quædam ita compacta, vt caernam non admittant: alia magis friabilia, & succosa, medulla, aut humore imbota: oportet intelligere illa, quę duriora consistunt, esse facta ad multi pinguis resolutionem, relicta parte, quę simpliciter terrea, & glutinosa appellatur. Quę, comparatione facta ad pinguem pauca erant, sed maxime dissimilis respectu illius, & ita resiliens caloes, vt non poterit dilariari, & in caernulas cedere. Necessarium est itaq; ponderare quod nuper dixi, esse scilicet in semine terream partem correspondentem terre interne elementi;

quam Cosmographus AEsculanus ex mente Aristotelis dicit esse, ob iam magnam resistentiam, indissolubilem. Sed cū adhuc illa pars sit mixta, & nō simplex, habet aliquid adiposi resolubilis, quo ablato in incredibilem assurgit duritiem, & robur. Funt ergo ossa sine caernosa, quando non adest glutinosum exhalabile; caernosa verò, quando pingue & glutinosum maxime similia sunt; est, cum glutinosum ductibile, & figurabile existit, ac si fuisset mera pars pinguis. Aliud quippe est fieri ossa, aliud fieri caernosa. Primum requirit glutin; secundum verò glutin, & pingue. Vnde colligere possumus, Andream Laurentium minus apte causam materialem ossium explicuisse: tantum enim addidit ex Hippocrate necius fieri ex glutinoso, ossa verò ex pingui. Equidem non penetravit Hippocrates mentem, neque vidit loca à nobis citata. Certē ex glutinoso sunt ossa duriora; ex glutinoso & pingui, similibus & equalibus, caernosa; ex glutinoso autem humidiori nerui consistunt, ita vt maneant perpetuum, ossa sicca cadere omnibus alijs corporis partibus: atq; carni esse differentiam inter necius & ossa caernosa, quod illi ex glutine humidiori, hęc ex glutine adiposæ & mediocriter exhalabili coalescant. Atq; hęc breuiter de materiali ossium causa dicta sufficiant.

De causa formali ossium.

DE forma ossium variè asserent Auctores, si librorum sententias in examen reuocemus. Quisdam fortè titulum huius capitis notabunt, quod dixerim de causa formali ossium, cum putent plures esse formas. Et alijs opinantibus relicto, saltem Scotus 7. Metaph. latini nobis inducet tres formas. Primam corporeitatis. Secundam individualitatem, ossibus tantummodo conuenientē, vt ossa sint. Tertiam formam totius consistens individualium in specie determinatam, ita vt vnaquęque pars habeat vnā formam, per quam differat ab alia, præter formam corporeitatis, & rationalem, quę omnibus partibus communes sunt. Sed quā alienum sit à veritate Philosophica ponere plures actus, vel causas formales in eadem materia, vel subordinatas, vel non subordinatas, dicit Aristotel. 7. Metaph. & illum sequitur est D. Thomas in cod. 7. lect. 6. & 2. Metaph. lect. 1. & de spir. creat. quæst. 7. ar. 3. & 2. Sentent. 2. lib.

Notatur Aristotel. Lauro 2. lib.

Quid Empedocles sentiat de materia ossium.

Plutarchus.

Hippocrates subtilitatis, a vultu animaduersa.

18. q. 1. ar. 3. de 2. cōtra Gen. 2. 57. & Quodlib. 1. q. 4. ar. 1. & par. 1. q. 76. ar. 1. ad 4. Quibus locis indicat impossibilem pluralitatem formarum; & putat demonstrari. Tamen relicta questione huc vniuersaliori, atque tūtilius concluditur, dico in ossibus non esse nisi tantum vnicam formam. Atque vt argumentum Scoti satisfaciatur, putatque diuersas operationes specie inferre diuersas dispositiones specie; & ex consequenti diuersas formas substantiales: quia esse est propter operari. Ergo vbi est distinctum operari, oportet sit distinctum esse. Tamen rationes Scoti dissoluantur aliqui, considerantes ex Metaphys. loco citato diuersas dispositiones diuersas, aliam ad esse, aliam ad operari. vt transque certè confidens Scotus, non mirum, quod argumento committatur. Igitur ossa per dispositionem determinatam in primis, & secundis qualitatibus determinatur ad suam operationem ossificam, vt sic loquar: at verò non per eandem prædictam dispositionem ad esse respectu formæ totius, aliquid enim amplius requiritur ad operari. Quamobrem dicendum est, ossa & alias partes à sola totius forma habere suam esse.

Putant tamen aliqui ossa participare ab anima solummodo gradum vegetatiuum; alias partes participare sentientem, alias rationalem. Sed hoc præsumitur non placet: nam forma vna & individua, totum, quod habet et substantiale, consistit materiam et vnitatem. Non enim vegetatiuum ita constituitur in rationalem, vt possit vnum sine alio tribui, vel reperiri. Et ob id afferendum est, ossa humana habere totum suum esse substantiale ab anima rationali secundum ordinem gradum substantialium. Cum hoc tamen non tribuat omnibus partibus omnes potentias, quæ ab illa dimanant, nam necerit non potest illas influere nisi in materiam dispositam; ita vt possimus dicere totam substantialitatem anime rationalis recipi in ossibus; non tamen totum esse accidentale, id est, potentias. Iste enim requirunt determinatam dispositionem, diuersam à dispositione forme substantialis. Ex quibus possimus discernere per prædictam substantialitatem videlicet ossa participare ab anima rationali suam corporeitatem de predicamento substantiale: dat enim anima suæ materie esse corpoream, vt eleganter docebat D. Thom. 4. contra Gen. cap. 5. sic probans idem corpus numero substantiatum, quia eadem anima, quæ dat esse corporeum, reunitur materie. Similiter

ossa habent esse substantiale sentientiam, quoniam non sentiunt ob defectum potentie tactus: carent enim potentia, quia carent organo debito. Similiter etiam recipiunt ab anima substantialitatem vegetatiui gradus, & quia habebant dispositionem ad potentias vegetales ipsius etiam receperunt. Quod autem ossa modo prædicto participent substantiam anime, à priori probaturum est: quod vero has potentias, & non illas, consistat à posteriori, ex ipsius actibus secundis, ex dispositione ipsius partes, & compositione. Inæpta enim est ad alium tangendum, & apta ad nutriendum munera exercenda. Quod autem ossa non sentiunt, communis est Medicorum opinio inter alios melius probatur Ludouicus Mercator in lib. suo vbi agit de partibus corporis humani, libro 3. par. 4. claus. 6. Quamobrem ab isto puncto supersedere decreui. De causa itaque formali ossium, quæ est forma substantialis, hucusque dictum est, superest, vt de illorum potentias, sicut de actibus, & formis accidentibus aliqua proponamus. Sed quia hæc ad questionem pertinent, qualia sunt ossa, in postremum locum remittamus, & prius breuiter eliciamus, & sicem capitectus.

CAPVT IIII.

De causis extrinsecis ossium, efficiente, & fine.

Questionem propter quid determinat Aristoteles, explicans efficiens, & finem, quæ sunt causæ extrinsecæ. Tamen, vt definitionem ossium per suas causas proponamus, non solum intrinsecas, formam scilicet, & materiam, quæ iam declarata sunt, sed extrinsecas addere debemus. Et sic breuiter dicemus à quo efficiente, & propter quem finem ossa consistant. Et postea ad questionem qualis sit, peruenimus.

Medici plerumque, nulla facta mentione principij effectiui quod solum agunt de principio quo: & hoc generaliter, & large vocant efficiens, cum reuertant efficiens sit, quod principaliter asserunt, vt ens principio quo, vt instrumentum. Generatim ergo præcipua erit causa efficiens ossium, circa quem punctum non est arripimus differendum, dummodo nostras animaduersiones perlegas, in Fientum, in Læcerum, in Fabium Pacium, libro 1. de Dieta

Sed quod sit principii quæ, pertinet magis ad medicam hanc disputationem. Hippocrates loco supra citato suum ignem adducit auctorem omnium tam in mundo maiori, quam in minori, quæ aliquando animam, aliquando facultatem, aliquando spiritum, iam naturam, iam diuinam, & immortalem solet cõpellare, ut ex eius scriptis satis patet, lib. de Inform. in Epidem. lib. de Dieta, lib. de Alimento, & multis alijs. Præterea inter eruditos satis constat, Hippocratem nõ cognouisse facultates distinctas à temperamento: galuis, ut mea fert sententia, existimo animæ rationalis excellentiã fuisse consequutur, ut libi probam. Tamen cũ distinctio facultatum ab anima, & à temperie non fuisset ad curationem necessaria, non miri, quod tenera illa, & inchoans philosophia id præremitteter. Galenus verò à suo Magistro Hippocrate edoctus, nõ putauit esse necessarium ponere potentias præter ipsam temperiem, quæ calidum naturale vocamus, lib. enim 1. Aphor. 1. 5. omnia opera tribuit calori, ne quidẽ minima menciónẽ facta facultatũ. Et lib. 1. de Sim. Med. fac. 1. & lib. de Pienitũ. & lib. 5. de Locis aff. c. 7. lib. 1. de Prælag. expulsi. circa med. & lib. de Substan. facultat. sed de hoc puncto statim soluis agemus. Quæ omnia si attentè quis legat, intuetur, quantũ loquatur Galenus de facultatibus, non putabile, esse aliquid ab anima proflens, & præcedens temperiẽ, sed potius in ipsa temperie consistere, quãt omnis in lib. de Facult. natural. semper vtratur hoc nomine, facultas, & potentia. Edoctus siquidem à primis illis philosophis, calorem spiritum innatum appellat, ita enim dicebat 5. de Simpl. cap. 9. Sed nos dicta Hippocratis hæud perperam capere oportet, ac cognoscere innatum distillẽ calidum, quem in vnoquoq; animantium naturam spiritum nominamus, &c. Est igitur efficiens quo natura vritur, seminis calor, siue spiritus innatus, siue igniculus ille mirè temperatus, de quo tor à nobis dicta reperies lib. de Hipp. philos. Tamen ad osium generationẽ (telida digestione) satis sit ex mente Hippocratis & Galeni, scire, caloris ope coalescere, resolutis partibus humidioribus. Quod etiam confirmabat lib. de Natura factus, dicens: Et ofsa durefcunt à calore conglutinata, & sanè tamificatur sicut arbor.

De fine, illud ex Galeno dicendum est, duos fines in ossibus reperiri: quidam illis debetur, ut ossa sunt; alius, ut ralia ossa sunt. Si enim consideres ossa ut ossa sunt,

facta suere, ut stabilitatem toti corpori præstarent; & præterea, ut alijs partibus basim, & sedem præberent: ita Galen. 10. de Vsu Part. At verò si consideres, ossa vtralia sunt, iuxta partem, quam componunt, indigentiam, videbis admirandum Galenum ab admiratione non cessare lib. 8. de Vsu Part. qui ossa capitũ emittit, & singulos vsus vnicuique ossi tribuit. Quod in alijs ossibus etiam contempletur est.

Ex his omnibus iam clara, & aperta colliguntur osium definitio per suis causas. Sicut enim animalis partes durissimæ, & frigidissimæ ex sermibus crassamento per calorem genitæ, ad totius stabilitatem & firmitudinem factæ.

CAPUT V.

De questione qualis sit.

IN hac parte possent enarrari omnes osium differentia, quæ apud Medicos circumferuntur.

Suppono primò, ex doctrina communi Philosophorum, esse ponendas potentias distinctas à primis qualitatibus, quæ se tenent ex parte animæ, sicut temperiet se tenet ex parte corporis. Quod demonstrauit S. Thomas ex mente Aristot. 1. 2. in quest. de anima potentij. Hoc supposito, dico ossa suscipere ab anima potentiam nutritiam, & augmentem. Probatũ, nõ ex parte animæ semper emanat illa virtus, ex parte osium non est repugnancia, sed sufficiens dispositio ad illam recipiendam. Ergo fatendum est ossa facultatibus si dux sint vel vna, non moror) condecorari. Secundo probatur, nam nutritio, & æcretio oriuntur ab illis facultatibus, & ipsam actiones vitales vincuntur inortalis: sed rales actiones reperuntur in ossibus, siquidem videmus illa augeri, & conseruari alimento: ergo fruuntur suis facultatibus vitalibus. Nõ desunt tamẽ quidam moritatis amatores, qui dicunt non esse illas actiones vitales, quod inauditum est apud optimos philosophos. Nam si illi opinari desiderant ad illas actiones principii viuent coniunctũ, & conaturale, adessẽ quidẽ anima, adessẽ & potentia proximam orta ab anima; si verò desiderant immmanentiam, quis non videt, quod nutritio sit immnens, & æcretio, siquidem manent termini in ipsomet agente viuenti: & ab isto termino dicitur nutritũ, quod antea non dicebatur

an

nisi nutritibile; & augmentatū, quod antea
solum erat augmentabile. Sed de hac re
statim agemus.

Posset quis obijcere, quod durities &
compactio ossium possunt obitare quom-
tus vegetali actū frangerentur: nam posset
arguere, quod quamvis vita sit permansio
calidi in humido, sicut generatio est eius
prima participatio, ex Aristotele de morte &
vita: & ex consequenti vitæ sint euapo-
rabilia, & ita nutriti, & augeri oportebat in
euaporate subsistunt & subsidium. Intra lati-
tudinem tamen animarum nō repugnat
esse aliqua animata ita dura, compacta, &
fortis mixtionis, ut non resoluantur à cali-
do, atque adeo non indigeant alimento.
Esi aliquam repugnantiam non admittit
in natura hæc ratio, maximè in ossibus
apparete videtur. Nam dicebat Hippo-
crates, ob suam resistentiam iam non
amplius ab igne dissolui: & abbi etiam af-
ferebat; cum enim ignis non inueniat
quid depopuletur, aueritur, & tendit in
aliam materiam. Ergo consequi viderit,
ossia pati non posse vitiores resolutionem
à calore, qui vltimum terminum produ-
xit. Quod si ita est, non oportet vegetari,
nec alimentum assimilare.

Sed licet apparentia sint hæc, non ta-
men perturbat propositam doctrinam,
verè scilicet augeri ossa, & nutriti ad de-
pendere substantiæ reparationem (non si-
quidem probarat opinio quorundam Theo-
logorum, qui dicebant, non conuerti ali-
menta in nostram substantiam, sed solum
seruare, & tenere calorem, ne consumat
suum humidum.) Nam quantumvis duriora
sint, suū conaturalè habent effusum,
& vaporacionem: quod multis posset con-
sistere rationum momentis. Primò, nam
quamvis ad sensum appareant ossa eius-
dem rationis, diuersas tamen habere par-
tes, quædam minus frigidæ, alias magis
calidæ ex vi, & natura mixtionis puro me
non declarasse tantùm, sed demonstras-
se quælibet propria, vitæ deinde partes in
mixto. Atque adeo necessarium est, ut ossa
sint corruptibilia à seipsis ob illam con-
trariam partium suarum actionem. Si an-
tem est actio & passio, oportet aliquid de-
pendi, & compensari ergo indigebant nutri-
tione, ut vita & illorum mixto aliquo
tempore perduraret. Præterea minus calidam
parti debet à magis calido, non quidem
ut calidum, sed ut frigidum; nam re-
missio vnius contrarij est per admixtionem
alterius. Ergo cum ossa recipiant

continuo calorem à partibus vicinis cali-
dioribus, & à sanguine & spiritu transmissi-
lis à corde (spiritus enim vitalis cū sit om-
nibus partibus calidior, necessarius est,
ut non solum ossa, verum omnes partes
paulatim auerfaciat, ut diminutio viuentis
ab illo spiritu procedat, à quo & incremen-
tum) indigebunt ergo ossa restaura-
tione. Itaque, & vt mixta, & vt partes
animalis perfecti habent necessarium re-
solutionem, alteram à se, & in se; alteram
in se, & ab alio. Atque cum natura
non deficiat in necessarijs, dicendum est
ossia ab anima suscipere potentias vegeta-
tias. Equidem rationes istæ magnam lo-
cum tenent apud Plinium, qui dicebat,
omnia composita subsistunt euaporari,
etiam aurum, & durissima metalla. Si ergo
hæc euaporatio, licet tarda, in mixtis
satis est, que pauperissimum calorem
participat, quanto magis in mixtis vi-
uentibus, que calorem obtinent manife-
stioem, quamquam frigida soleant esse
respectu aliorum calidiorum.

Igitur quod argumentum intende-
bat, non cerè probat, nam durities,
compactio, resistentia non solent euapo-
racionem, sed retardant. Ad aliud de
repugnantia, dicimus repugnare, anima-
lia generari lapidea, irresolubilia, cum
enim deberent habere tantam adionem
varietatem, oportebat diuersas habere
partes, carneas, osseas, nervosas, &c. que ne-
cessario habere debebant conaturalem
contrarietatem, & resolubilitatem. Et rursus
similares inter suas partes, ut dictum
est, non ita diuersas, sed suo modo.

Ad tertium, explicatio Hippocratis nō
est difficilis, nam ossa dicit esse irresolubilia
ab igne generatiuis auctor, non tantum
ab igne vitæ conservatore. Calor enim ge-
neratus in illis primordijs cessat ab opere,
quod parat, postquam suam terminum
consummauit, ossa per resolutionem
humidi insulantur, carnes emolliuntur,
nervis & arterijs extendit, venis dilata-
tur: quo facto aueritur à nutrire genera-
tionis. Relinquitur tamen calor alia po-
testas, gubernandi scilicet id, quod iam fa-
ctum est per nutritionem ne pereat, per au-
gmentum, ut perfectatur; per generati-
onem similis, ut species seruetur. Atque
cum illas perfectioes exegeri nequeat,
quin etiam antiquam suam conditio-
nem, vel moderatè adimpleat, resol-
uendo, attenuando, dissipando; se-
quitur, ut dum pericit, aliquid etiam

corruptat. De quo puncto tam multa superius diximus agētes de actione caloris. Igitur calor quando cessat ab actu generationis, etiam cessat ab illa conuulsione resolutione, quae in actu formandi erat necessaria. Postquam tamen actum con-

seruationis exerceat, etiam resolutionem sibi adiungit, per quam passivus viuentia ad mortem tendent naturalem, in quam ne citius incidant, alimento indigere. Ex quibus patet explicatio locorum Hippocraticis, & quod ossa nutriantur, & augeantur.

OPVSCVLVM OCTAVVM.

De Facultatibus in genere.

Lib. I. Fem. I. D. 6.



PN hoc capite praemittit Amicenna aliqua vniuersalia de Facultatibus, ut postea ad particularia descendat. Definit enim facultatem, virtutem siue potentiam, quod apud Medicos iocum est. Sed antequam proponamus illius definitionem, siquid praemittit vniuersalia, videamus breuiter, verum sit necessarium ponere potentias in anima, hoc enim videtur pertinere ad questionem An sit.

An sit facultas.

Potentia nomen aequiuocum est, vel saltem analogum, ut ex Arist. colligitur 4. Metaph. c. 12. & lib. 9. circa principium. Nam relictis alijs, de quibus Metaphysici philosophantur, patet quod aliqua potentia sit substantia, ut potentia maris primae (secundum aliquos) substantialis est: & potentia actiua Dei est substantia diuina. Ergo secundum communem philosophiam loquimur de potentia, quae est accidens: in hac enim significatione potentia est principium proximum agendi, conuulsionale agenti creato. Forma enim substantialis est principium principale, & non proximum. Quatuor ergo, verum sit necessarium ponere illa principia proxima operationis, quae appellantur potentiae. Haec enim resolutio ex philosophia supponenda est, praecipue ex D. Thom. 1. p. q. 77.

CAPUT I.

Num praeter animam sit potentia potentia.

Necessarium est ponere potentias. Probatur, quia potentia & actus diuidunt ens, & quodlibet genus entis: ergo in illo genere erit potentia, in quo fuerit actus, ad quem ordinatur. Sed operatio animae est in genere accidentis, ergo potentia ad illam, pertinet ad idem genus, ergo ipsa anima non est sua potentia, ergo distincta ponenda est cum solo enim Deo, eius operatio est eius essentia. Et hoc fit pro secundo argumento: nam solus Deus immediate per suam substantiam operatur, quia est purus actus. Ergo in creaturis est potentia potentia, quae pertinet ad genus accidentis: siquidem formae creatae non possunt immediate operari.

Quod si dicas: Quare calor immediate operatur, & albedo, &c. neque indigent potentia: at verò substantia indiget potentia? Respondeo, quod formae accidentales, quia accidentales sunt, possunt immediate attingere opus actionis, substantia verò minime, ob rationem supra dictam ex D. Thoma.

CAPUT II.

Num potentia distinguantur realiter ab anima.

Dubitabis secundo, quo pacto distinguantur potentiae ab anima. Probabilius in hac recentibus (sunt multi contrarii tenentes) est distinctas potentias ab anima realiter, ut re à se. Ita colligitur ex D. Augustino 15. de Trinit. cap. 22. hanc enim posuit differentiam inter

Secunda sit potentia ex se ipsa

S. Tr.

S. Trinitatem, & potentias tres animæ rationalis; quod tres personæ sunt ipsæmet Deus; at vero intellectus, memoria, & voluntas non sunt ipsæmet homo.

Idem Aristot. in lib. de Concord. prædicit. & liberi arbitrii. capit. vlr. D. Dionys. de celest. Hierarch. cap. 11. ubi Angelos dividit in essentiam, virtutem, & operationem; & ostendit esse in Angelis potentiam operationem distinctam ab essentia. Quæ doctrina ad animam transferri recte potest.

Idem censuit Aristot. 2. de Anima, text. 27. & 3. de Anima text. 20. Et ex supradictis patet. Nam cum solus Deus sit potus actus, qui immediatè operatur, & creature debeant operari per potentias, sequitur distingui ab anima, tanquam accidens à substantia, quæ est distinctio realis. Probato enim, quod potentie sint accidentia, probatum manet distingui realiter ab anima, quæ est substantia, quia potentia per se primò ordinata ad actum accidentalem, & terminata in actum accidentalem, est accidens: sed animæ potentie sunt huius modi, ergo. Patet, nam non sunt accidentia relativa, sed absoluta.

CAPVT III.

An possint potentia separari ab anima?

EX dictis alia excitatur controversia: Nam sequitur quod possint potentie separari ab anima, si ab illa distinguuntur realiter. Quidam tenent non posse separari, ut Caietan. 1. part. q. 54. ar. 3. ad 3. obiect. Scoti, Sonzini. 8. Metaph. q. 1. ad 4. & probatur, quia hæc prædicatio: Homo est sensibilis, est per se, & necessaria, ergo necque per Virtutem divinam potest prædicatum separari à subiecto. Et confirm. nam hæc semper est vera: Homo est sensibilis, ergo prædicatum semper convenit subiecto, quia est effectus formalis sensibilitatis; sicut esse album est effectus albedinis. Ergo sicut non potest Deus facere, quod aliquid sit album sine albedine, necque quod sit sensibilis homo sine sensibilitate. Sed sic est, quod semper est sensibilis, ergo semper habet sensibilitatem.

Sed his non obstantibus probabilis est posse Deum de potentia absoluta separare potentias ab anima, illas scilicet, quæ distinguuntur realiter ab illa. Hæc potest et col-

ligi ex D. Thom. de potent. q. 1. ar. 7. N. 4. Sentent. dist. 45. q. 1. ar. 2. & alius in locis. Tandem latè probat & tenet Ferrar. contra Gent. capit. 63. Et probatur, quia esse existentie per se sequitur existentiam non minus quam passio subiectum (imo aliquid non distinguitur existentiam ab essentia, nisi dicentes, quod sit modus quidam extrinsecus existentie) sed existentiam separat Deus ab essentia, quod patet in Christo Domino, cuius emissa natura immortans non existeret per propriam existentiam, sed per existentiam Dei, ut tenet D. Thom. 3. par. quest. 17. ar. 2. Ergo multò melius poterit Deus separare propriam passionem à subiecto, à quo dimanat.

Secundò probatur quotidie in sacramento altaris, ubi separatur Deus à sacrificio non solum accidentia communia, sed accidentia propria. Cum enim nulla sit substantia panis, manent tamen illius passionibus.

Ad argumenta contraria respondeo, si forsitan aliquæ fuerint authoritates D. Thomæ, ut aliorum, intelligendæ sunt de potentia ordinaria, non tamen de potentia absoluta. Ad argumentum responderetur, quod hæc propositio: Homo est sensibilis, est in secundo perfectis modo, & ob id licet naturaliter non possit falsificari, tamen per absolutam potentiam Dei bene potest. Quod non contingit propositionibus, quæ sunt de primo modo perfectitatis: ubi enim per nullam potentiam possunt falsificari, quia oppositum implicat contradictionem.

Ex hoc patet responsio ad confirmationem. Quantumvis enim illa propositio naturaliter vera sit, fieri tamen potest, ut per divinam potentiam illam prædicatum non competat subiecto.

CAPVT IIII.

An ex hoc quod potentia, & actus dividantur quodlibet genus, rectè collegerit D. Thomas esse ponendas po-

Tentis confirmato propositio.

Undamentum prædictæ doctrine est, quod cum operatio sit accidens, potentia ad illam debeat esse accidens, quia potentia est esse nature cum actu ad quem ordinatur.

Aliqui tamen infirmare conantur hanc doctrinam Angelici Doctoris, ideo explicanda est amplius. Dico ergo, quod potentia cum sit aliquid pertinens ad actum, ad quem

per se ordinatur, merito reducetur ad genus actus, vel per se, vel reductiue, tamquã principium illius: nam & principia reductiue ponuntur in genere principiatorum, in quo sensu D. Thomas Deum reductiue potuit in predicamento substantiæ, tamquã principium substantiæ. Sic colligitur ex 1. Sent. dist. 8. q. 4. ar. 2. ad 2. & alibi. Ita vitas, & punctum reductiue sunt in prædicatione quantitates, & primum ubi fuerit habitus. Similiter dicendum de potentia: illa enim, quæ est ad actionem, in predicamento actionis; illa quæ ad passionem, in passione; quæ ad substantiam, in predicamento substantiæ debet collocari. Et hoc pacto debet declarari illa propositio, Actus & potentia sunt in eodem genere.

Num si anima immediate attingeret opus sine potentia, esset semper in actu secundo.

ALia ratione probat D. Thomas, quod animæ debeamus apponere potentias distinctas ab illa: quæ talis est: Anima secundum suam essentiam est actus, ergo si esset immediatum principium agendi, sequeretur, quod semper esset in perpetua productione operum vitæ. Patet, nam licet animal semper est actu viuum dum habet animam: quia esse viuum immediate procedit ab anima; ita semper esset in operatione, si operatio proficeretur immediate ab anima: hoc autem est falsum.

Ex quo sequitur, quod animæ, vt actus est, non competit ordinari ad opera, sed tantum est terminus generationis: atque adeo hoc quod est ordinari ad opus, habet per aliud, nempe per potentias sibi additas; & sic dicitur actus primus ordinatus ad secundum, non in quantum forma, sed in quantum subest potentia.

Hanc tamen subtilem rationem aliqui non amice recipiunt. Primo, quia esse viuum procedit ab anima in genere causæ formalis, & sic non potest inueniri anima sine suo effectu formalitæ: verò operationes vitales procedunt in genere causæ efficientis, & ob id bene potest esse sine hoc, quod producat effectus suos. Secundo, quia sequeretur, quod calor esset à potentia calcfactiua distinctus.

Sed notandum pro intelligenda profunditate D. Thomæ, quod quantumuis

potentiæ conducant ad vitam, & anima etiam det esse vitale, est tamen maximum distincta. Facultates enim licet quidam actus sint accidentales, siue formæ, tamen non sunt principia operationum per se, & secundum suam essentiam, sed hoc ipsum habent ab anima, quia sunt illius instrumenta. Et ita quilibet potentiæ semper sine formæ, & actus, non tamen subiectum semper habet secundum operationem, quia hanc debent exercere per animæ infusionem, vt instrumenta tamen semper sunt a parte extrinseca ad operandum, & ob id appellantur potentiæ.

Hoc supposito, efficaciter probat D. Thomas ponendas esse potentias: nam si non ponuntur, sed anima per suam essentiam est immediatum principium operationum, sequitur quod semper sit animal in operationibus actualibus, sicut semper est viuus; quia quod prouenit ab anima, per suam essentiam semper erit tale. Dicendum ergo est, addendas esse potentias per quas operatur. Nihil enim interest, quod operationes procedant ab anima tamquam à principio efficienti: nam si illas efficiat præcise per suam essentiam, & non per aliquod additum, necessarium est, vt illas semper agat. Et per hoc patet ad argumentum primum.

Ad secundum respondet Caiet. quod calor, & est principium secundum se proximum operationum eius, & præterea habet rationem in potentia actiua, quia aliquid est in actu primo tantum. De ratione enim cuiuscumque potentia est, vt habeat actum admixtum, teste Aristot. 9. Metaph. Itaque, quantum calor habeat realiter loquendo quod sit potentia calcfactiua, tamen non habet à seipso rationem potentia, sed ratione compositæ cui inest. Neque obicitur, quod si est principium actiuum, etiam ex se est potentia: non enim hoc valet, nam arguit à superiori ad inferius, potentia verò definitur per principium actiuum, tamquã homo per animal.

Corroboratur prædicta sententia D. Thomæ, quod scilicet sint ponende distinctæ potentia ab anima.

VT amplius corroboraretur Angelica doctrina, ventienda est veteris difficultas hæc. Et videtur, quod creatura sit immediatum principium per suam essentiam, alieuius accidentis: nam aqua calida

per suammet essentiam reducit se ad pristinam frigiditatem: cum enim sit calida magis quam frigida, non est possibile quod frigus illud expellat calorem: ergo ab ipsa mater substantia oritur illa frigefactio maior: ergo à forma substantiali immediate fit aliquod accidens.

Idem argumentum fit de generatione substantiali, nam in illa dictum est, quod forma attingit ut quo generationem substantiat. Ut ergo acquirat intellectus doctrinam propositam, probemus, præter rationes D. Thomæ, ponendas esse potentias distinctas ab anima, rationibus quidem efficacibus, non tamen demonstratis: nam in hac re nulla potest fieri demonstratio.

CAPUT V.

Quare non sit demonstrabilis prædicta conclusio D. Thomæ.

Quarta conclusio præmissa.

Sed quæres, quare dixerim non esse demonstrabilem nostram positionem. Respondeo, quod ut demonstraretur esse ponendas distinctas potentias ab anima, et probandum excedere perfectionem creaturæ, ut operetur immediate sine superaddita potentia; quod quidem à priori nondum constat: quia nobis non constat rationes peculiare creaturæ propter quas dicamus & probemus esse necessarias potentias ad operandum. Ergo subsistit est in ipsa creatura, ut sic, & ex generali ratione substantiali creaturæ probare, esse impossibile quod Deus faciat creaturam immediate operantem. Sed hoc quis probabit? nam operari immediate non requirit infinitatem perfectionis. Si autem non requirit infinitam perfectionem, rectè poterit Deus illud communicare alicui creaturæ; nec scimus vtrum illam communicaverit, necne. Ergo non apparet quo pacto demonstrabilis sit doctrina proposita: tamen efficacissimis rationibus illam probavit D. Thomas, quibus nos sequentes addendas duximus.

Primo, quia inter substantiam, & accidens est maxima proportio, & distantia. Ergo ut anima coniungatur suæ actioni, ponende sunt facultates quæ medient. At Deus, qui omnem proportionem excedit, non eget facultate. Præterea inductione patet esse ponendas facultates. Nam actio substantiali, præter instantaneam generationem, aut tendit ad generationem, aut non, si tendit ad generationem, clarum est

quod requiratur accidens quo operetur. Nam si ipsa substantia, quæ generatur, non sit sine præiis dispositionibus, quare in ipso generante non consistemus principia proxima per quæ operetur? Quod in agente uniuoco, & aquiuoco similiter, & proportionaliter philosophandum est: omnia enim agentia debent habere prædictas virtutes. Ut ergo nulla est forma, quæ in sua materia non requirat suas dispositiones determinatas, ita nulla est forma, quæ ad sui similis productionem non vrayat accidentibus. Illuminationem si consideres, bene vides fieri à substantia lucida, medio accidente. Actiones intentionales, quæ sunt à speciebus sensibilibus, sunt actiones procedentes à substantia, medijs illis accidentibus.

Si inspicias operationes vegetatiuas, inuenies omnes ordinari ad nutritionem, siue aggenerationem, & sic omnes sunt per accidentia quadam dispositionia ad generationem, sicut dicebamus de alteratione præiis ad generationem substantialem: & sic, vel sunt trahentes, vel expulsiues, vel alterationes primarum qualitatum, vel motus aliquis localis trahens, vel impellens, quæ omnia sunt per aliqua accidentia.

Si rursus consideres actiones sensitivas, idem constat ex tribus fontibus. Primo ex varijs organjs, quæ requiruntur ad actiones, & ex diuersitate ipsarum operationum; & vltimo, quia omnes actiones istæ manent in ipsa essentia anime, quod est inconueniens. Quod iam explicabo nam varietas organorum arguit indifferentem esse animam se ad operationes, atque adeo limitari ad opus per aliquod particulare, quale est potentia in organo. Et idem dicendum de ipsa operationum varietate.

Tertio, quia maximum est inconueniens, quod actiones sensitiue immediate exerceantur per animam: nam cum sint immanentes, debent remanere in ipsa anima: ergo anima sensitiua habebit operationem per se in sua sola essentia terminantem: ergo erit indepēdens sicut rationalis. Hoc enim est argumentum quo probatur independentia anime humanæ, quia scilicet, habet actiones independentes, manentes in ipsa, non indigentes corpore, nisi ut ministrare species. Ergo anima sensitiua cum sit materialis, indiget potentia, quæ etiam sit materialis: & quæ accedat materię & organo, tanquam iam informata ab ipsa anima substantiali; alias erim omnes anime

Q. sensu-

sensitivus esset independens, vt rationalis.

Præterea si contempleris operationes magis claras anime rationalis, intellectiōnem dico, & voluntionem, &c. fieri non possunt, nisi per potentias determinetur anima ad talem, vel talem actionem, vt dictum est.

Præterea indiget anima speciebus, & habitibus. Quod ergo mirum, quod indiget virtute accidentali proportionata actionibus.

Est tamen maxima differentia inter potentias anime, intellectum dico, & voluntatem, & alias potentias sensitivas. Anima enim rationalis est forma corporis, non tamen informat per suas potentias, scilicet, per intellectum, & voluntatem: illæ enim facultates non sunt formæ accidentales informantæ organa aliqua corporea. At verò potentia sensitiva informat organa, vel anima sensitiva informat, & supereminet potentia in tali organo determinato, vt accidentales formæ.

Rursus procedit, & vide motus locales rerum, dices proculdubio esse ab aliqua facultate motus. Nam quorsum ad vitales actiones ponis facultatem, & non ad motum localem? Et confirmatur, quia motus maximè naturales sunt ab aliqua virtute accidentali, vt motus deorsum à gravitate, motus sursum à leuitate. Si enim actiones vitales sunt ab aliqua potentia, quorsum motus locales non sunt? & similiter tractio qua magnes trahit ferrum, & rhabarum trahit bilem, suis qualitatibus perficitur accidentalibus.

Et confirmatur vterius, quia motus localis licet ita perfectus sit, vt non tranfmittat substantiam, aut minus tranfmittet quantum ad motum, tamen maximè distat à substantia, ita vt cum illa nullam habeat conuenientiam, neque ad illam per se ordinetur. Ergo ad motum adeò elongatum à substantia intercedere debebat aliqua potentia motui distincta realiter ab ipsa substantia. Punctus verò ille satis expeditus apparet, si respondemus ad opposita argumenta.

Ad illud de aqua, que se reducit ad antiquam frigiditatem, solet dicere Caietan, quod sit aqua calida maneant aliqui gradus frigoris, qui licet pauciores sint, vigorantur tamen ob conuentionem formæ conuentionis in proprio subiecto. Calor verò citius fit in alieno subiecto, euanescit, & corrumpitur à frigiditate actuali.

Sed non est cur in istas angustias se con-

ijciat Caietan, nam in doctrina S. Thomæ potentia dimittitur ab anima per quædam resultantiam in genere cause efficiētis, non tamen ab anima, vt à principio quod, sed per ipsammet efficientiam qua facta fuit anima, pullulans potēte. Idem ad exemplum de aqua: illa enim reductio est quedam resultantia à forma aque, ex vi generantis procedens. Atque adeò illa frigiditas non procedit à forma aque immediate vt à principio productiuo quod, sed à generante. Idem respiciendum de generatione accidentium cum supposito, congenerantur enim à generante.

Quædā dubium est quædam substantia cum sit nobilior accidente, videtur quod illud possit causare per se, & immediate. Tamen ad hoc respondeo, quod quia aliquid sit perfectius, nõ ex eo sequitur posse facere quicquid res imperfecta. Quamuis ergo accidens possit facere aliud accidens sine potentia superaddita, vt calor calorem; non idem poterit facere substantia; non enim habet consecutionem; nam & manus est perfectior quàm calamus, & tamen scribere non valet sine calamo.

Sed iterum inquiris, quia substantia nobilitas etiam attenditur penes hoc, quod ab illa effluant potentie per veram efficientiam. Ergo continet emicere ipsas potētiās, ergo poterit per se facere quicquid per potentias potest facere.

Præterea, que circa emanationem dicta sunt, responderetur ad hoc dubium, quod licet potentia dimanent ab anima, non tamen poterit operari sola quicquid cum illis potest efficere. Exemplum esse clarum; non enim aqua potest sine frigore incam manum frigidificare, & tamen potest per suam formam se reducere ad proprium frigus. Cuius ratio est, quia virtus illa productiuus est limitata ad illam dimanationem, & non amplius: vt grauitas per se mouet suum graue, & non aliud, nisi fortis remotè, vel ex accidente.

Sed ad quid hæc omnia? eum dictum sit ex doctrina S. Thomæ potentias resultant ab anima, vt ab instrumento, seu principio quo, à generante verò, vt quod. Ergo secundum hanc regulam cum anima sit instrumentum generantis respectu suarum potentiarum, quid mirum, quod sit accommodatum ad suam immediatam productionem potentiarum, non tamen ad alios effectus immediate producendos. Nam & hoc commune est omnibus instrumentis, vt quodlibet effectus prius

Dubium 1.

Dubium 2.

re-

respicant, alios possunt, alios nequaquant.

Hæc usque dictum est esse necessarias quasdam formas accidentales superadditas substantiis creatis, ut possint operari. Et consecutione sermonis breviter docendum, utrum sicut potentia, quæ qualitates sunt, principia proxima sunt actionum, ita etiam alia accidentia, quæ ad alia pertinent prædicamenta.

CAPUT VI.

Quod ab accidente etiam possit resultare accidens.

SEparemus contra ab incertis: non enim hic loquamur de resultantia naturali, de qua huc usque, sed de actione in aliud, ytram, scilicet, omne accidens possit resultare actione sibi simile producere. Nam de resultantia dictum est, quod sicut substantiæ concedimus suas resultantias per modum vniuersi, per quos emanant accidentia aliqua, ut iam dictum est, ita etiam accidentia solent producere alia per resultantiam quandam, ut à quantitate figura, spatialis, &c. Et à parentate, quæ est relatio, potest resultare similitudo, quæ est etiam relatio. Ag. nis ergo non de hac resultantia, sed de eadem accidentium, vtrum omnibus communis sit.

In hoc questione & discutitur circa omnia prædicamenta vtriusque res clarescentiam primo quantitas nullius est actionis ad producendam aliam quantitatem, quod experientia satis constare poterat. Sed ratione confirmari potest. Primum, quia cum quantitas materiam consequatur, eius etiam naturam remanere esseque ad recipiendum apta, & non ad agendum. Secundo, ut optime illorum maxime probabilis, quam se quantum receptionem multæ, quantitas est eorum materia, & sic neque de nouo producibilis est, sed quando aliquid generatur de nouo, materia quantæ, quæ erat sub forma præterea, non forma informatum. In augmento verò est additio nouæ quantitatis per agenerationem substantiæ, ad quam primò altera se primam qualitatem.

Relatio similiter nil potest efficere, quod probat Theologus in diuisis relationibus, quæ quidem eorum propria non sunt actionum, actiones tertiarias ad extra sunt probant. Sed omnes his relationibus, ad creatas decernamus, ita enim relationes

cum nil addant, non fundamento non sunt actiones, nisi ratione illius. Si ergo fundatum tem fuerit actionum, pat. ore illius dicentur actiones relationes. Si verò non fuerit actionum, non potest abignari aliqua ratio actionis relationis, cum tota dependat à fundamento. Fundamentum vero relationis nullum actionum reperitur, nisi sola quantitas.

Secundò, quia cum relatio ut relatio sit diversi ordinis à re absoluta, & præterea talis ordo sit inter rem absolutam & relationem, ut relatio sequatur, absoluta verò sit prior, & fundet: ergo non è contra contingere potest, ut, licet et, relatio sit prior re absoluta, & illam efficiat. Inò neq. relatio propria potest causare relationem, quia relatio tantum resultat posito fundamento.

Quod si verè philosophemur, actio non est principium agendi, sed ipsa causatio agentis. At causalitas non est principium agendi, sed est à principio. Præterea securò, quia actio comparata ad suum terminum est via ad illud, & ut modus loquendi est dependentia termini à suo principio. Si autem componatur ad aliam res, dicitur à suo termino, illas non potest efficere, quia ad debet facere per aliam actionem, tamen una actio non potest esse principium alterius actionis naturaliter, etiam loquendo ex actione non potest sequi actio, sed ad summum contingere poterit, ut una actio terminetur ad vniuersum, & multis ille terminus poterit esse in alio alterius actionis: tamen impossibile est, quod una actio sequatur ex alia. Rursus vniuersio non potest esse principium alicuius termini ab illa duci, quia primò talen terminum attingere non poterit nisi alia actione, quod iam improbatum est. Secundo, quia quævis actio cum identificetur cum suo proprio termino, & sit solum quidam modus sui termini, impossibile est, quod illam superexcedat, & aliam attingat.

Neque adducit nobis actiones immanentes, in quibus contrarium apparet, nisi intellectio causæ verbum inuenit, nea licet distinctum. Præterea vna actio solet euolare alium ensibilem potentia, ut actio afferendi principis causat vniuersum conelationum. Quibus exemplis videtur inferri doctrina propostia, nam apparet, quod vna actio est causa alterius actionis.

Est tamen intelligendum, quod in hac est

Quinta conclusio
de re
pro
antilla.

Quid actio
non sit
principium
alterius
actionis.

Quid quanti
tas non sit
actio.

Quid relatio
nullius sit
actionis.

Obiectio.

Solutio.

efficientia actiones immanentes non se habent vt actiones, sed vt principium ipsius productionum. Repugnat enim, quod res producta sit diuersa ab actuali productione. Vt ergo illuminatio terminatur in suum terminum intrinsecum, cum quo immoderate identificatur, qui terminus est principium multarum rerum generandarum, & hae enim innumeris contingunt effectus in illis inferioribus, dumque illuminationem esse principium illarum inferiorum productionum, per locum, scilicet, productam: ita similiter actiones immanentes sunt principia aliarum non immediatae, sed modis terminis cum quibus identificantur. Atque melius tales actiones inspicende sunt in suis terminis, vt ita dicam, nam ratione terminorum intrinsecorum sunt principia aliarum actionum. Atque ita actus immanens neuisquam potest producere habitum de predicamento qualitate, nisi ipsemet actus esset qualitas.

Cum passio sit eadem res quae est actio, eadem rationes possunt hic adaptari, quas de actione proposuimus. Sed dices, motus localis est mutatio: ergo passio. At videmus, quod motus localis cauget calorem: ergo aliqua passio est principium alicuius effectus.

Hoc tamen nihil obstat. Respondemus enim, quod motus localis per se nil est, sed tantum est via & tendentia ad vbi deservit tamen, vt applicans aut separans, & sic potest esse causa accidentalis caloris. De qua re scribitur ad longum disputati in tract. de Febris, & lib. de Morbis, & Symptomatibus.

Similiter dicendum est de vbi, seu loco: non enim sunt principia agendi. Nam si locus est superficies continens, & superficies est quantitas, colligitur nullam habere actualitatem, vt & ipsa quantitas, si vero eam siles denotationem quandam extrinsecam, quam addit locatio, & respectum quandam, haec nullus sunt actualitatis, que tamen ita dicta sine de loco vt sic in ratione loci, nam de loco violento, & naturali, clarum est, quod Philosophi doceant habere, scilicet, virtutem cotemmaticam, vel corruptiuam. Quod intelligendum est, non quod ipse locus ex se talem habeat virtutem, sed ab alijs causis deuiatam, a qualitatibus, scilicet, alteratiuis.

Si tamen viterius consideremus locum, vt est intrinseca presentia locati, non est cur sit ratio agendi, sed erit saltem condi-

tio agendi, vt approximatio, non tamen ratio, seu principium. Et causa Physica huius potest dari, quia locus in hac consideratione non ponit in locato aliquam entitatem, sed solum quandam modum rei presentis hic, vel illic, & cum non afferat aliquam entitatem per se, neque afferet actualitatem per se. Confirmatur, quia vbi non potest producere aliud vbi in alio corpore, quia vbi non producat nisi per motum localem: vna autem res non mouet aliam per suum vbi, sed per motum: ergo mouet, vel uincendo, vel pellendo, &c.

Ex his inferitur, situm nullus esse actualitatis, quia situs non differt ab vbi, nisi aliqua denominatione, relatione, vel figura. Similiter esse velitum, praecise non addit rei nisi denominationem extrinsecam, & non efficiet per se aliquid, nisi velis aliquas habere qualitates, & tunc ager ob qualitates.

Noque tempus sine duratio alicuius sunt actualitatis, quia formaliter nil est duratio distinctum a re ipsa, que durat: aut, secundum aliam opinionem, est modus quidam ipsius rei, que mensuratur tempore. Quicquid ergo sit, praecise loquendo, nil habet efficere, nisi res ipsa, cum qua identificatur, id efficiat: vt si res, que durat, est qualitas, haec est que efficit, &c. Ergo a sufficienti partium enumeratione relinquatur, quod sola qualitas sit actus.

CAPUT VII.

Quomodo qualitas sit principium actionis.

Sola ergo qualitas ad agendum apta est: cuius rationem Metaphysici declarant. Primo, quia sola qualitas praeter quantitatem est forma distincta realiter a substantia, & est propriissime forma accidentalitatis, & actus, que omnia necessaria sunt ad actionem propriam.

Secundo, quia qualitas consequitur formam, & ideo est entitas, que imitatur naturam eius, & ob id tribuitur forma, vt sic illius instrumentum ad actionem: ad quam non valet forma substantialitatis per se solum de-

uenire.

(1)

Quod situm
lam habeat
Actualitate, ut
que ratio
predicamenti
sufficiens, &c.

Actus non sit
ratio propria

Sexta non sit
ratio propria
materialis.

Actus non sit
ratio propria

Actus non sit
ratio propria

Actus non sit
ratio propria

Actus non sit
ratio propria

Quod passio
non sit produ-
ctua alicuius
extrinseci ef-
fectus.

Vt ratio loci,
& vbi sit
causa alicuius
transformatio-
nis realitatis.

*Utrum omnes qualitates sint
actiuae.*

SVpra dictum argumentum videtur probare omnes qualitates esse actiuas, nam & omnes sequuntur formam. Pro maiori tamen huius rei explicatione singulas species predicamenti qualitatis percurramus, & inueniemus, non omnes qualitates esse actiuas, neque omnes species qualitatis, sed solum tres species primas, & inter illas aliquas adhuc actiuitate priuari.

De Figura.

Figura nullius est per se actiuitatis, ut tenet S. Thoms. 2. 2. q. 96. art. 2. ad 2. & lib. 2. contra Gent. cap. 76. & 3. contra Gent. cap. 161. Ferrar. & Caiet. Scot. 4. Sent. dist. 1. q. 4. Caiet. Thienensis 4. de Carlo, cap. vii. Arist. 12. Metaph. c. 3. 6. Ethic. c. 4. 2. Phys. text. 2. ubi ait, arte facta non habere principium motus, vel actionis. Et ratio est, quia per artem solum datur figura, quae nullius est actiuitatis, non enim addit rei nisi quamdam compositionem, aut ordinem partium, ex quo confurgit modus quidam quantitatis qui dicitur Figura: & ob viamque rationem non est actiua, & quia est modus quantitatis, hinc proprietates consequens quantitatem, ergo quantitas actiua non est, neque figura etiam.

Præterea probatur, quia nã inuenies quod à figura possit fieri, nam neque aliam faciet figuram, aut aliam qualitatem, ut neque statua facit statuam, &c. Ex quibus colliges, quam rectè S. Augustinus lib. 10. de Ciuit. Dei, cap. 9. & 11. illos reprehendat, qui fidunt figuris astronomicis, & imaginibus, concluditque, demonum pacto & virtute fieri, quæ à talibus sigillis & figuris fieri fabulantur.

Sed dices contrarium videri: nam globus ob figuram rotundam melius mouetur; cuneus ob acuriam scindit sigillum, signans ceram, cui imprimitur, figuram quam habet, tribuens & imprimens.

Respondet tamen, illas figuras non esse per se actiuas, sed solum sunt dispositiones instrumenti, vel corporis, ut facile moueatur, vel facile moueat, &c. motus globi facilis est, quia corpus sphericum facile est obediens artificum manus enim resistit. Cuneus acutus scindit, quia paucas partes passu pertingit, & ideo minimam inuenit resistentiam. Idem est conuersio videbis si incisio fiat quiescente cuneo, & obstante aqua currente, scindatur enim

aqua, quia paucas partes tangit cuneus. Similiter in sigillatione, sigillum enim habet quasdam partes prominentes, quasdam depressas, quasdam acutas, & sic facile scindunt, vel deprimunt quasdam partes ceræ, alias non ita, ex qua varietate consergit figura: non certè, quia figura sigilli sit per se principium figure ceræ: sed quia ad motum localem quærendam partem consequitur, & resultat talis figura. Quod clarè videbis si inspicias in cera signa appaerere contrario modo, ac erant in ipso sigillo, nam partes quæ eminebant in sigillo sigillante, sunt depresso, & caue in cera, & è conuerso: partes enim caue sigilli eueant in cera alta, & prominentes. Ergo signum est, quod à figura sigilli nã ibi faciebatur per se, sed motus ille localis, quo quedam partes impellebantur, quedam verò non impellebantur.

*In tribus qualitatis speciebus quasdam
reperiuntur actiuae, quasdam
minime.*

DEicamus iam, quæ qualitates actiue sint, ut inter illas potentias comprehendamus, de quibus nosser sermo debet institui. Igitur in tribus speciebus qualitatis inuenies actiuas; nam in prima specie, quæ est habitus, vel dispositio, inuenies quod habitus, qui resident in potentia, sunt actiui, & principia ad eliciendos actus. Et rursus, actus qui est dispositio, efficit habitum.

In hac eadem tamen specie prima qualitatis reperies habitum, & actum nullius actiuitatis: nam habitus, qui proxime ordinatur ad esse, & non ad operari, non respicit per se aliquod opus: ad quem habitus fortem reducunt Philosophi finitatem, licet inproprie dicatur habitus, sed tandem id dicunt, quia non ordinatur per se ad operari, sed ad esse. In dispositionis specie actus visionis nullum habitum cauat, quia neque potentia visiva indiget habitu. Idem contemplandum in omnibus sensibus, non enim sunt actiui aliorum actuum, neque habitum: quod & infirmitate Dei philosophantur Theologi. Ecce iam in habitu, & dispositione docuimus quasdam dispositiones, & habitus esse principia actiua, alias verò

minime.

(†)

Dubium.

De possibili qualitate.

NOTISSIMUM est inter posibles qualitates, locum habere elementares, quæ actiue sunt, vt de calore, & frigore constat, & alijs. At verò in ista specie reponuntur alie, quæ nullius sunt actiuitatis, vt colores, qui tantum immutant attentionaliter potentiam visiuam. Lux verò, & calor non solum intentionaliter, sed physice, & realiter transmutant, & alterant, ad formam deducendo materiam.

Quæ omnia si rectè perpendis, multa inuenies à medicis communiter dicta, sed non probata. Nam si color à parte rei non potest facere alium colorem sibi similem, quoriam color imaginatus tingit foetum? Si figura in re ipsa nullam habet actiuitatem à quantitate distinctam, quoriam figura imaginata foetum poterit efformare? Hæc, & alia multa non considerant scriptores medici, sed forsitan obseruant, & fingunt difficultatem. De qua re alibi tractabimus.

De potentia, propter quam tam longus discursus excitatus est.

IN hæc specie collocantur potentie, de quibus debemus agere, istæ enim actiue sunt, & producunt non solum suos actus, sed habitus etiam. Neque enim omnes potentie in hac specie cõsistunt, actiue sunt, aliquæ enim sunt passiuæ, de quibus non agimus; quia potentia passiuæ formaliter non est principium agendi. Illic verò cum agamus de potentis anime, quæ in actiones ordinantur, de solis actiuis verba faciemus.

Quod si interroges, quæ sit causa tantæ varietatis in qualitatibus, vt quædam sint actiue, quædam non. Responderetur, orti istam varietatem, quia substantia indiget ad suam perfectionem tali varietate: nam quibusdam qualitatibus operatur, quibusdam verò solum disponitur, & informatur, & exornatur. Non itaque sunt otiosæ illæ qualitates, quæ non agunt. Sed iam tempus est, vt victricem procedamus.

(7)

CAPUT VIII.

In quo genere causa potentia fluant ab anima.

SPRONENDUM est rursus ex Philosophia quomodo facultates fluant ab anima, quæ licet enim dictum sit emanare per resultantiam, & resultantiam esse ad efficiendam causam reducendam, tamen amplius explicanda res est; quod breuiter faciam.

*Septimil super positum prouinciale.**Quod anima sit causa finalis potentiarum.*

PRIMO certum est, animam esse finem suarum potentiarum: nam vt operationes ordinantur in bonum anime, ita & facultates. Placuit verò notare, quod illæ facultates, quæ respiciunt coniunctum, licet in bonum totius suppositi ordinentur (nam corpus & anima sentiunt vt totum quoddam, vegetantur & generant) tamen quia per tales operationes, & facultates anima perficit suam materiam, inde est, quod vltimatè, potentie ordinantur in animam tanquam in finem.

Alie autem facultates superiores, quæ non à coniuncto, sed à sola anima exornantur, vt voluntas, & intellectus, & memoria, per prius respiciunt ipsam animam tanquam finem; nam per tales potentias anima ipsa exornatur vt subsistens est, & à corpore separabilis. Secundariò verò potest redundare in bonum totius suppositi. Ergo anima hoc pacto producit potètiis in genere causæ finalis.

Quod anima non sit causa formalis potentiarum.

NON multis indiget argumentis doctrina hæc, quod anima, licet, nõ sit forma suarum potentiarum: nam vt aliquid sit forma, debet esse actus rei; anima autè non est actus intrinsecus potentiarum, neque specificans sicut obiectum. Ergo potius dicendum est, quod ipse potentie sunt actus quidam & formæ ipsius formæ substantialis, aut animati in quo subsistantur. Ergo anima non est causæ formalis suarum potentiarum.

204

Qua sit causa materialis potentiarum.

PRIMO certum est, potentias animae rationalis intellectum, memoriam, & voluntatem, cum sint in suis operationibus independentes à subiecto, esse etiam subieciendas in sola anima separabili, & non in coniuncto, siue toto composito. Hoc itaque statutum sit circa potentias, siue facultates spirituales.

At verò aliae potentiae materiales non in anima, sed in toto subieciuntur; & sic circa istas non exercet anima munus, siue causalitatem materiae, sed tantum coniunctum ipsum. Cuius ratio est, quia istae potentiae, cum sint dependentes in esse, & operari, sunt materiales, atque adeo nullam habent proportionem, ut possint subieciari in re spiritali & immateriali. Quod Aristotel. dicebat libro de Somno, & Vigil. Sentire, inquit, & dormire non solum animae sunt, nec solum corporis, sed totius coniuncti.

Et probatur tertio, quia illius est potentia cuius est actus, sed actus est totus: ergo & potentia. Quarto, probatur ex diversitate organorum. Cum enim natura nullum organum fabricauerit intellectui, signum est non esse potentiam subieciendam in toto. Atque cum ad reliquas facultates tot fabricauerit instrumenta, signum est esse materiales, & in talibus organis residere, ut supra dicebamus. Quod etiam Aristotel. asserbat 2. de Anima, text. 122. Sensorium, inquit, est primum subieciendum, in quo est ipse sensus.

Sed rectè interrogabis, quae facultates sint, quae subieciuntur in suis organis, & quae non aut quo pacto dignoscenda sint.

Aristotel. respondet huic dubio libro de Somno & Vigil. cap. 1. & ab illo desumpsit S. Thom. 1. part. quaest. 77. artic. 1. & lib. de Ecclesiast. dogmat. cap. 19. S. cor. In 4. Sent. dist. 4. quaest. 1. illae enim sunt facultates subieciendae in coniuncto, secundum quas primum operans ut quod, est coniunctum. Huiusmodi sunt omnes facultates vegetativae, & sensitivae, & loco moriuae. Illae autem sunt solum animae, secundum quas anima operatur ut quod, huiusmodi est intellectus, &c. fundatur istus ratio in hoc, nam illud est subieciendum potentiae actuae, quod est potens opera-

ri, cum omne accidens denominet proprium subieciendum: idem autem est, quod potest operari, & quod operatur: ergo illius erit potentia sicut subieci cuius est operatio. Cum igitur operatio sit coniuncta, potentia ad talem operationem erit coniuncta; & cum intelligere & velle sint operationes animae rationalis, potentiae ad tales operationes in sola anima rationali debent subieciari.

Ex quibus facile colligitur error aliquorum; Gregorij in 2. Sentent. dist. 17. quaest. 1. & Apollinar. 2. de Anima, qui assererant omnes potentias in anima subieciari, non alla ratione, nisi quia animae esse dicuntur ergo in illa resident. Sed, ut ex dictis patet, decipiuntur aperte; nam si potentia, v.g. sensitiva in sola anima subieciatur, actus sentiendi esset solum animae, & non corporis: ergo esset subsistens, & immaterialis: ergo anima bruti esset haec ratione separabilis, & immortalis; nam haberet potentiam & operationem à corpore separatas.

Ad argumentum facile responderetur; nam dicuntur omnes potentiae esse animae, non ut subieci, quod fulsentae, sed quia est ratio, qua tales potentiae consonant coniuncto. Non enim anima nostra est proportionatum subieciendum, quod fulsentet potentias materiales, quia accedens materiae subieciendum requirit materiale. Erit ergo anima rationalis subieciendum, respectu facultatum spiritalium, & ratio qua coniunctum fulsentet reliquas potentias materiales.

Discursus contra Toletum.

TOLETUS etiam notandus est hac in parte: nam 2. de Anima circa istum punctum, opinatur loco motuum in homine subieciari in anima rationali, tanquam in subieci quod. Quam opinionem duplici probat ratione. Primo, quia separata anima à corpore, sensat in se potentiam motuam; ergo ut intellectus, ita & loco motuum subieciatur in anima. Secundo, quia nervus caequirit motum, sed nervus mouetur ab anima; ergo in illa residet adequatè potentia secundum locum motuam.

Sed author hic discedit à communè & vera Philosophia, debili ductus fundamento; debet enim intelligere, quod communium proprietatum idem, & commune est receptaculum; sed loco motuum;

R. est

*Probatum aperte, quod dimanatio sit
vera actio: contra Caietanum.*

Anequam dissoluimus tria hæc argu-
menta facillima, probandum est dima-
nationem esse veram actionem, contra præ-
dictam opinionem Caietani & Bañes. Primo,
quia hæc dimanatio, vel est vera efficien-
tia, vel nulla; non enim est dare medium.
Quia in re satis decipiunt prædicti autho-
res, nam postquam ponitur, quod non est ef-
ficientia, dicunt postea, quod est quodam-
modo efficiens, quasi constituentes me-
dium inter efficientiam veram, & non ve-
ram. Igitur non est dare medium. Si enim
est vera efficiens, ergo interuenit vera ac-
tio: si verò non est, vera, certe non est ef-
ficientia, ut aurum falsum non est aurum,
sed analogicè, sine per aliquam propor-
tionem, quæ quidem nulla reperitur in præ-
fenti causa. Dices, quod est naturalis seque-
la. Sed attende; nam sequela naturalis est
duplex, illaria, & causalis; illaria est illa,
quæ sequitur, quia aliud ponitur, ut natu-
rale debitum; at verò sequela causalis dicit
actionem, & efficientiam.

Secundo probatur, ex reductione a-
que ad periculum frigiditatem, quæ non po-
teat negari quin sit vera actio.

Tertio confirmatur efficaciter, & sup-
pono, quod aquæ reductio est quodam di-
manatio à forma aque, ut fateretur Caietan.
l. part. quæst. 54. artic. 3. ad finem, & idem
docet de motu grauis decursum semoto
impedimento. Tuoc sic: Hæc naturalis
resultantia duobus modis fit, ut constat
experientia; nam aliquando fit simul cum
ipsamet re in illo instanti generationis: a-
liquando verò solet accedere postea. Dis-
tinctio hæc est clara; nam & graue mul-
to tempore transacto post suam genera-
tionem solet moueri ablati impedimen-
to decursum, & aliquando fit generetur sur-
sum, statim descendit.

Quando ergo aqua reducitur ad suam
frigiditatem, vel graue descendit multo
tempore post suam generationem, eui-
dentissimum est, quod illa resultantia est
vera mutatio, & actio. Patet, quia ibi for-
sim aliquid fit, quod antea non erat, nam
acquiritur locus per motum grauis, & ac-
quiritur frigus per alterationem aquæ, et-
go per veram efficientiam.

Ex hoc ergo tam claro exemplo de-
ducitur debet doctrina ad aliam resultantiam;

quæ simul fit cum ipsamet produ-
ctione rei; siquidem cum vtraque sit ef-
ficientia, esse, vel non esse simul, non tollit
entitatem actionis, & distinctionem il-
lius.

Ex corroboratur aperte, nam illa di-
manatio, quæ simul fit cum productione
ipsius rei, potest separari ab ipsamet rei
productione; quod argumentum est eui-
dens ad probandam distinctionem. Quan-
do ergo Deus creat animam, bene pote-
rit suspendere concursum, ut non fiant
potentie ab anima, & postea poterit per-
mittere finire, vel dare concursum ut
fluant, & tunc illa emanatio est actio dis-
tincta à productione ipsius essentie ani-
mæ. Ergo quando potest esse simul fiant
cum ipsa anima, procul dubio fiant per dis-
tinctam actionem realem ab actione per
quam fit essentia. Sed quia illa dimanatio
habet tam intrinsecam connexionem
cum productione ipsius essentie, hæc est,
quod physicè, & communiter loquendo,
pro vna reputetur; tamen reuera actio di-
cenda est distincta.

Vltimò confirmatur, quia illæ facul-
tates sunt accidentia, anima verò est sub-
stantia: ergo licet simul & consequenter,
necessarium est, ut fiant per actionem distin-
ctam. Patet consequentia, quia facultates,
& anima non terminant vnam actionem,
tanquam partes vnius termini compositi,
sed per se & absolute terminantur pro-
ductio ad substantiam, & secundo resultant
facultates. Ergo assignanda est actio ad
illam secundum terminum, licet ob con-
nexionem naturalem non appareat dis-
tincta.

Quod si dubites, ut quid supra dixerim
cum omnium communi consentio resul-
tantiam naturalem tribus generis: vt quod,
& animam esse quasi instrumentum gene-
rantis. Ex quo sequi videtur, esse vnam ac-
tionem, & non duas.

Respondeo, quod hæc dimanatio reuertit
ad constituendam rem productam in esse
perfecto, & consummato, debito ex vi ge-
nerationis sue. Quia ergo tota illa perfec-
tio debetur ad complementum rei generis,
hinc est vt tribuatur generanti, quia ad ge-
neris pertinet ponere rem cum requisitis
facultatibus. Reliquæ sunt actiones, v.g.
calcicatio ignis, &c. non tribuuntur gene-
ranti, quia non debentur ad consumman-
dam perfectionem in instanti generationis,
de qua re abundè memini me dixisse in li-
br. de Pulib. agendo de motu cordis.

*Dissoluuntur argumenta Dominici Ba-
nessi, in principio proposita.*

AD primum ergo argumentum respon-
detur, quod nullam est inconueniens,
quod accidens connotatur & immediat-
um substantiæ fiat immediatè ab ipsa sub-
stantia vt à principio proximo. Imò aliter
non videtur quo pacto intellectus immediatè
connotatur cum essentia animæ: non enim
est assignabile aliquod principium accidentale
inter huiusmodi potentiam, & animam ipsam.
Cum enim anima sit actus primus, & potentia,
sine facultate, se habeat vt actus secundus,
probabilissimum est, habere formam aliquam
virtutem, vt ex illa effluant facultates,
quæ sunt accidentia propria illius. Dixi
verò immediatè facultates oriri proximè
à substantia animæ, quia reliquæ pro-
prietates, quæ non ita immediatam con-
nexionem habent cum anima, emanant
ab illa, medio alio accidente, media, scilicet,
alia potentia: ita enim philosophatur
Diuus Thom. 1. part. quest. 77. artic. 6.
atque hoc modo soluitur argumentum,
distinguen- do propositionem illam: Acci-
dens enim, quod fit per naturalem res-
ultantiam, immediatè conuenit cum
essentia, fit immediatè à substantia: acci-
dens verò, quod non per resultantiam, sed
per propriam actionem fit, requirit aliud
accidens, per quod tamquam per proxi-
mum fiat principium.

Secundum argumentum nil probat
contra nos, nam non dicimus, quod om-
nis emanatio sit alteratio, sed est actio
vera per quam aliquid de nouo fit: cum hoc
tamen aliqua emanatio potest esse alte-
ratio vera, vt reductio aquæ ad suam frigiditatem
mittitur enim calor, & acquiritur
frigus.

Ad tertium dicimus, non esse neces-
sarium vt causa efficiens precedat tem-
pore, sed satis est vt sit prius natura ad mi-
nus: nam lucidum non est prius tem-
pore, quam elucescere, neque Sol tempore
præcessit splendorem, sed simul tem-
pore effectus & sua causa conti-
nens producta sunt.

(1)

CAPUT X.

*An in facultatum emanatione sit or-
do, ita vt vna potentia fluat me-
diante alia.*

EX dictis inferretur, facultates esse du-
plices, nam quædam sunt ita immi-
diatè conneæ cum essentia, vt sine alio
medio emanent ab illa: alia verò non ita.
Rationem huius querere oportet, quam
exhibet S. Thom. 1. part. quest. 77. artic.
4. & artic. 7.

Primo, necesse est ponere ordinem in
potentijs, quia ab vno in multa non pro-
ceditur sine ordine, sed anima est vna, &
potentiæ plures: ergo ab ea in illas non
descentium est sine ordine. Ordo autem
ille tripliciter consideratur, nam po-
tentia dicunt ordinem inter se respectu
obiectorum quia enim obiectum est prius,
potentia dici potest prior, nam quia visi-
bile est communius, ideo potentia est prior.
Est commune visibile superioribus, & in-
ferioribus corporibus, & ideo est prius in-
ter obiecta externa. Post visibile sequitur
sonorum sonus enim cum fiat in aère, est
prior naturaliter, quam odor qui fit ex cõ-
mixture elementorum.

Secundo tamen potest considerari
ordo facultatum inter se secundum de-
pendentiam vnius facultatis ab alia: &
hoc dupliciter: nam si inspicias naturam
perfectionis, facultates perfectiores sunt
prioriores imperfectis: unde potentia intel-
lectiua sunt prioriores sensitiuis, & sensiti-
uæ vegetatiuis, & habent hunc ordinem
tanquam dirigentes ad dirigibiles, vel in-
grantes ad imperatas. At si contem-
plaris ordinem generationis, cum natura pro-
cedat ab imperfectis ad perfecta, quia
imperfecta preparant corpus ad perfectio-
ra, sequitur quod potentia vegetatiuæ sint
prioriores sensitiuis, & sensitiuæ prioriores in-
tellectiuis: disponunt enim prioriores ad po-
steriores.

Ex quibus colligere poteris, quo pacto
secundum istos duos modos postremos
vna potentia dependeat ab alia, & vna a-
liis ab alio. Secundo, colligere possi-
mus, quod vna potentia fiat mediante al-
ia, nam si prædictus ordo seruandus est in-
ter vnum & multa, sequitur, quod illa po-
tentia, quæ magis proxime emanat ab

*Offensa vel
maduer supra
amalis.*

anima, se habeat, ut causâ illarum facultatum, quæ remotiores sũnt. Agitur potentia perfectiores ut sicut priores, & habeat se ut actus respectu aliarum. Ordine verò generationis prout procedunt ab imperfectis ad perfecta, anima per potentiam vegetativam suscipit sensitivam, & per sensitivam intellectuam: ita ut in diverso genere causæ hæc commutentur: neque in hoc est prioritas temporis, sed simul natura statim animæ productionem sequitur resistantia illarum potentiarum ordine predicto. Hæc sanctus Doctor locis citatis, ubi clarè asserit procedere imperfectiores à perfectioribus; & materialiter disponere imperfectiores ad perfectiores.

Quæ difficulta visa sũt recentioribus contra prædictam doctrinam S.

Thomæ.

Sed in prædicta doctrina Sancti Thomæ aliquæ difficultates inveniunt recentiores, propter quas ab illa discedant: & probant, quòd nullo modo sint priores via generationis facultates imperfectæ nam si sunt priores via generationis: ergo est enim argumentum ad hominem) perfectiores non possunt esse priores in ratione principii actus. Patet, quia si illæ sunt priores: ergo sunt; ergo non efficiuntur ab aliis, sed supponuntur factæ. Idem argumentum fit de facultatibus perfectis, probatur enim, quòd simpliciter sint primæ: nam si in ordine efficiendi & causandi effectus sunt priores: ergo sunt priores in existendo. Constat, quia causare efficienter supponit existentiam rei ipsius causantis. Constat enim igitur, quòd facultates non sint vicissim priores, & adinvicem causæ.

Secundo, quia in aliis suppositis non videmus istam demanationem vius potentie ab alia: non enim dices, quòd calor aëris oritur ab humiditate aëris.

Tertio, quia mens non capit quomodo intellectus, aut voluntas sint causæ vegetationis nutritionis sicut bonis.

Pro maiori intelligentia notandum primum, perfectiorem, vel imperfectiorem facultatem attendi pene nobilitatem obiecti, & eius elevationem. Intellectus est perfectior, quia respicit ens. Sensitivæ potentia respicit ens sensibile intentionali-

ter: potentia verò plantifica respicit ens transmutabile per qualitates primas.

Et quantum à ut respondetur tacta obiecti generativa terminetur ad subtilitatem, non ob id est perfectior sensitivæ, quæ non producit substantiam. Nam licet in esse naturali & entitativo obiectum augmentativæ & generativæ antecellat alia obiecta, non tamen in esse obiecti obiectum entium illud est excellentius, quòd terminat potentiam magis immaterialiter. Hoc supposito, videamus quid pro S. Thomæ dicendum sit.

Respondetur pro S. Thomæ ad argumenta proposita.

Ad primum argumentum dici potest, quòd omnes isti ordines casualitatis quos nobis proponit Sanctus Thomas unico instanti habent suos terminos nullo modo distinctos tempore: anima enim rationalis in illo primo instanti unica cum sit, & unico actu formali, dat esse intellectuum, esse sensitivum, & vegetativum; sed in genere causæ materialis præcedunt imperfecta, prioritate, scilicet, nature: in genere tamen causæ finalis præcedit gradus perfectior. Et ad rigorem argumenti quando dicitur: Causæ ut efficiens ergo est prius via generationis; distinguenda est consequentia: ergo est prior natura, concedo: prior tempore, negatur. Et quando dicitur: Necessum est ut existat antequam causet; respondetur, quòd præcisè & subtiliter loquendo, aliquæ causæ causant antequam sint: materia enim & forma causant compositum antequam sint partes illius, nam prius intelligimus causationem, quàm esse, quia quando iam sunt, non causant, sed in illo priori instantaneo generationis totum est prius suis partibus, & partes sunt priores toto: prioritate nature in diverso genere causæ. Quod ex 7. Metaph. ex doctrina Henrici colligitur. Ad rem ergo dico, quòd anima suscipit posteriorem potentiam supposita prima habitudine ad primum in genere causæ materiæ: licet enim homo primo vegetativus; secundo sensitivus; tertio intellectivus per eandem animam considerato ordine susceptivæ: ac considerato ordine finis, & agentis, prius est intellectivus; secundo sensitivus; tertio vegetativus in eodem instanti temporis, sola animæ verba prioritate nature. Non itaque debes credere stricte loquendo,

quod potentia perfectior effectiue producat inferiorum non enim id dicit S. Thomas, sed quod superiores habent se vt finis perfectio finis verò est vt forma & dirigens. Quare recte poteris negare illud antecedens: Causar vt efficiens: ergo, &c. non enim causat potentia superior vt verum efficiens, sed vt finis perfectio & formatum cuius interest. Et hoc nomine explicandus Caietanus, quando dicit esse facultates superiores exemplaria inferiorum.

Ad secundum argumentum respondetur, proportionaliter esse obseruandam istam resistentiam in alijs passionibus eorum. Atque sic non videtur inconueniens aliquid quod elementis per prius conueniat, & conaturalis sine proximitate vna qualitas, & istam sequatur altera per emanationem predictam. Ad tertium recte declarat Caietanus quo pacto intellectus sit principium actuum sensus, 1. p. q. 77. art. 7. quia intellectus est quoddam exemplar, ad cuius imitationem, licet defectuose & deficienter, procedit sensus exemplar. Verò ad causam efficienstem pertinet. Voluntas autem appetitus similiter dirigit sensus per applicationem obiectum. Potentie vero motuæ, quæ in opinione communi idem sunt cum appetitu, etiam ad id concurrunt, ad formam apprehensam concitando animal. Vegetatiuz eodem modo, licet materialiter, procedat ab anima ad exemplar intellectus. Nam vt per intellectum sit anima ea, quæ intelligit, & per sensum sensibilia; ita per vegetatiuam vtitur materialiter eum ipso obiecto. Et in hoc elinet, quod prima potentia sit exemplar inferiorum. Quem discursum licet subtiliter Caietanus, non tamen ita illum extendit. Quando verò S. Thom. dicit, inferiores facultates esse priores ordine generationis, id dicit, quia disponat ad superiores, & in genere causæ materialis anima sit aptius subiectum ad recipiendas superiores, si prius natura recipiat inferiores.

Contra istam casualitatem sine ordinem possunt adduci alia difficultates ex doctissimo Suarezio to. 1. Metaph. fol. 696. quæ videnda sunt, & tunc omittenda, ob difficultates medicas, quæ nos vocitant. Elicitur tamen ex ista subordinatione facultatum, quam nobis proponit S. Thomas, quanta sit connectio, & consensus inter facultates, & eorum actiones: quæ licet medicis sigillatim contemplantur, & experiantur quotidie, tamen Metaphysicè circa illa discurrat Fracis. Suarez, tom. 1. Metaph. fol. 12.

CAPVT XI.

An omnes anima facultates remaneant in anima separata.

Respondetur, potentias quæ non solum emanant ab anima, verum subieciuntur in ipsa, remanere in illa si parata à corpore, vt intellectus, voluntas, &c. alia autem potentia, quæ subieciuntur in conuulso, pereunt corrupto supposito, & sic anima separata non est formaliter sensibilia, aut vegetatiua, & virtualiter tantum. Quæ duæ conclusiones probantur ex eo, quod corrupto subiecto subiecta etiam corrumpuntur. Ergo si accidentia sint propria coniuncti, vt potentia visiva, &c. pereunt, pereunt subiecto, manent tamen, inquam in ratione anima.

Nota conf. de ratio animalis.

Vbi notandum ex Caietano art. 5. cit. quod quod compositum dicitur causa efficiens proprietas, quæ in illo subieciuntur, in quantum, scilicet, est actus per formam, & sic semper relinquuntur, quod anima est prima radix facultatum.

CAPVT XII.

An sint ponenda plures facultates.

Conclusio responsiva colligitur ex Aristot. lib. 2. de Cælo, tex. 6. 2. Respectu enim bonitatis finis male ipsæ sunt potestates. Entia imperfecta determinata respiciunt bonitatem & particularem, & hanc consequuntur paucis motibus & facultatibus, quæ sunt elementa. Superiora his redeunt in finem magis perfectum pluribus motibus, quales plantæ sunt. Rursus superiora entia, quæ sunt animalia, finem suum habent magis vniuersalem, ad quæ pluribus indigent medijs. Rursus homo, qui supremam obtinet locum inter corporalia, pluribus motibus suam bonitatem simplicem consequitur, quia respicit primum ens, quod est Deus.

E contra philosophandum est in spiritibus, nam quanto simpliciora sunt, tanto magis elongantur à potentia. Inter Angelos enim ille perfectior est, qui per pauciores species illa intelligit, & sic ad Deum Optum. Max. qui actus est purissimus, & intelligit omnia sine vlla specie, & sine vlla potentialitate, solum respiciens se. Homo ergo cum sit supremum ens natura

infima,

insunt, & insimul natura supremæ spirituales, consonum est, ut habeat plures potentias, quibus in tam varia opera, & tam diversis procurantur.

CAPUT XIII.

An potentia distinguantur per actus, & actus per objecta.

Quod non distinguantur, probatur, quia ratio distinctio debet esse intrinseca ipsi rei, sed neque actus, neque objecta sunt intrinseca ipsi potentie, ergo. Patet minor. Quia sunt res omnino extrinsecæ & distinctæ, nam operantia de genere actionis; objectum verò est quod in se extrinsecum, ergo in modo possunt specificare potentias.

Secundò, quia si diversa objecta confirmant diversitatem ipsam, ergo objecta contraria, cum maxime dissent, pertinent ad potentias omnino diversas, hoc autem est falsum, nam album & nigrum pertinent ad visum, &c. Tertio, ratiocinationum & scientiarum sunt diversa potentia, & tamen non habent objecta diversa, siquidem solum differunt penes perfectiònem & imperfectiònem, que non variant speciem. Intra distinctio objectorum non infert distinctiònem potentiarum. Maior ista est D. Thomæ de anima, quælibet. vna. 2. art. 12. in Corp. art. circa finem.

Quarto argumentor, quia perfectibilia distinguuntur per perfectiões, sed habitus sunt perfectiões potentiarum, ergo potius per habitus erit hæc distinctio, & non per objecta. Quintò, intellectus agens, & possibilis sunt diversæ potentia, & tamen habent vnum objectum, ergo potentia non sunt distinguenda per objecta.

Sextò, si potentia differunt per objecta, sequitur, quòd leniòre objecto periret potentia. Patet, nam leniòre constituitur quod probat, aut quo pacto potest remanere constitutum, videtur enim impossibile, ergo si auferatur color, nulla erit potentia visiva, & sic de aliis potentiis.

Propter aliqua ex dictis argumentis tenent aliqui non distinguere facultates per actus, & objecta, sed ut res radice intellegatur, alias objecta tenes proponere minime grauior, ut nulla remaneat difficultas.

Septimò argumentor, nam bonum, & verum sunt idem secundum rem, & ta-

men pertinent ad diversas facultates.

Octavo, si facultates distinctiõnem tantum suscipiant per objecta, ergo potentia vniuersa hominis, & vniuersa equi sunt eiusdem generis speciei, siquidem vtraque respicit vnum objectum. Hoc autem est falsum, quia ista potentia cum consequantur ad diversas naturas specie distinctas, erunt etiam specie distincta.

Soler responderi ad prædictam quæstionem, quòd potentia non distinguantur per actus & objecta, sed per ordinem ad actus & objecta. Contra hoc sic arguitur.

Nonò, quia potentia, & actus sunt entia absoluta, potentia de genere qualitatibus, & actus de genere actionibus: ergo non debent esse in ordine, neque distingui in ordine ad alia, sicut relativa.

Decimò argumentor, quia eadem potentia efficit actus diversarum scientiarum, ergo potentia non differunt per actus. Probat antecedens, quia idem intellectus habet duas scientias distinctas specie, & efficit actus secundum vnamquamque scientiam. Actus verò isti etiam differunt specie, quia distinguuntur penes distinctiõnem habituum, teste S. Thom. 1. 2. q. 54. art. 1.

Vndecimò & vltimò, nam hæc distinctio debebat esse per aliquid prius, & non per aliquid posterius. Sed actus & objecta sunt posteriora potentia, ergo non possunt esse rationes constitutiue potentiarum.

In hac re potant Scotus, Gabriel, Henricus, & sequaces distinguere potentias per actus & objecta à posteriori, tanquam per signa manifestantia distinctiõnem, quam potentia habent in seipsis. Tamen hæc opinio communiter refutatur, quia ratio, que assignatur per causam, est à priori: sed potentia respiciunt actus tanquam finem; ergo ut causam, ergo non est distinctio à signo, sed à priori. Minor est communis in Aristotel. esse enim est propter operans. 2. Celæ. 17. & D. Thom. 2. de Anima lect. 6. & sup. alb.

Præter hanc opinionem alie sunt, quæ consultò omittitur, ut tam ad conclusionem stabilendam accedam; pro cuius fundamento aliqua notabilia præstibanda sunt penes. Notandum ergo primo, quòd objecta possunt differre materialiter, & formaliter. Diversitas materialis est rerum ipsarum inter se, quarum vna non est alia, nec conueniant in ratione formali, ut duo alba, aut duo nigra differunt materialiter licet non formaliter. Ad distinctiõnem ergo facultatum nullius momenti est distin-

In 2. Sentent. dist. 14.

ctio materialis obiectorū, quia hæc nō sufficit, ergo ad distinctionem formalem conseruandum est.

Secundo notandum, quod distinctio formalis obiectorum duplex est: alia specifica, alia generica. Specifica non sufficit diuerficare potentias, licet sufficiat diuerficare habitus: sic enim docet D. Thom. 1. 2. q. 54. ar. 1. Alia vero est distinctio generica, & talis est duplex: quodam secundum genus naturæ, & hæc etiam non sufficit ad distinguendas potētias, vt docet S. Thom. q. 15 de Verit. art. 2. ad 3. Alia vero est distinctio secundum genus cognoscibilitatis, & per hæc attenditur potentiarum distinctio: quæ iterum duplex est: quodam realis, quæ distinguit potentias animæ corporeas, quæ organo vtuntur corporeo. Alia vero est distinctio secundum rationē rei rationabilis, & talis est, quæ diuerficat facultates immateriales. Ergo obiectum, per quod debeat actus facultatum distinguī, debet esse formale, genericum, cognoscibile reale, vel rationale. Quæ doctrina licet videatur genuina ad potentias animales & spirituales, quæ sunt cognoscituræ, & respiciunt obiectum, vt perceptibile, & cognoscibile: tamen etiam extenditur ad potentias vegetatiuas, si non quoad cognoscibilitatem, saltem quoad illuminationem superadditam obiecto formali generico.

Tertio notandum est, res in duplici differentia vertari (de creatis loquimur): quodam factæ sunt à Deo ita perfectæ, vt per seipsas sint cōditæ, neque indigeant alio ad suam existentiam, sed per intrinsecam suam principia coalescant & sint, vt homo constituitur per suam differentiam, rationale, sine vilo ordine ad aliqd aliud. Tamen aliæ sunt res imperfectæ institutæ à Deo propter aliud, vt potentia propter actus, & tales specificantur per habitudinem ad illud extrinsecum, ad quod dicunt ordinem.

Quarto notandum est, quod in potentia consideramus obiectum, quod est quid extrinsecum, & ita tanquam additamentum constituitur in definitione potentiarum. Præterea consideramus habitudinem potentia ad ipsum obiectum, & hæc habitudo intrinseca est ipsi potentia, & est reputanda tanquam pars intrinseca in definitione facultatis siue potentia.

Quinto notandum est, quod licet dicamus habitudinem esse intrinsecam potentia, non intelligimus habitudinem aliquam de predicamento relationis, sed or-

dinem quendam transcendentalem. Sic explicat Caietan. 1. p. q. 77. art. 1. & Ferraricus. 4. contra Gent. cap. 24. Quamuis ad hanc transcendentalem rationem sequatur relatio predicamentalis, tamen hæc non pertinet ad essentiam potentia, licet per illam melius cognoscatur à nobis. Et quod id eōdem dicitur Authores, quod potentia sunt relatiua secundum deum, & habitus etiam.

His intellectis, sit conclusio responsiva questionis. Facultates distinguuntur per actus, & obiecta formalia, & adæquata. Quæ conclusio non solum eorum de facultate actiua, sed de passiva. Et sic communiter probatur, & explicatur iuxta supradicta notabilia: nam quando dicimus, quod obiecta diuerficant potentias, intelligendum est, vt sunt termini habitudinis potentiarum, quam habitudinem dicunt potentia, & actus ad obiecta. Hæc supposito probatur positio, nam potentia ordinatur ad actus, ergo totum huius esse est per ordinem ad actum, ergo proportionatur ad actum.

Secundo probatur, quod actus differant per obiecta, quia obiectum potentia passiuæ comparatur ad illum, vt principium immutans: & actiui sicut visibile ad visum. Stantem obiectum comparatur ad actum potentia actiui, habet se vt terminus, & finis, qui acquiritur per talem operationem, vt quantum perfectum, acquiritur per actum augmentatiuum. Ex quo colligitur Thomæ, quod actus diuerficantur per obiecta, siquidem omnis actus, vel ex termino, ad quæ, vel ex principio, quo fluat, potest recipere aliquam differentiam. Nam licet actio, vt est motus, specificetur ex termino, tamen quia terminus ad quæ, & ipsum agens conueniunt in vna ratione, vel formali si agens est vniuocum, vel virtuali si agens est æquiuocum; hinc est, quod dixerit D. Thomas summi distinctionem ex principio actionis.

Notandum id, quod dicitur in conclusione, obiecta esse formalia, & adæquata. Formalia quidem iuxta explanationem primi notabilis adæquata, id est, quæ completè respiciunt potentiam: obiecta enim partialia, vt albedo, & negro, non sunt obiecta adæquata visus, sed pertinent ad obiectum adæquatum illius. Nam cum ratio visus siue potentia visus sit visibilis, sic omnia obiecta partialia, quæ attrahuntur ab ista potentia, attrahuntur sub ratione visibilis, tanquam sub ratione completa, & adæquata.

Sed

Sed argumenta in principio proposita dissoluamus. Ad primum negamus primam minorem; dicimus enim quod actus, & obiecta distinguuntur potentias tamquam intrinsece. Pro quo advertendum, quod aliquid esse extrinsecum stat dupliciter; Primo modo extrinsecum, & posterius secundum esse, & hoc pacto actus est posterius potentia, & obiectum quid extrinsecum. Alio vero modo secundum rationem movendi, vel secundum intentionem, & sic actus secundum naturam intentionem est prior potentia, & obiectum in ratione movendi etiam concurret intrinsece ad ipsas potentias, non quod sit pars componentis, sed ut principium actionis, vel finis eius. Quae solutio excipitur à S. Thoma 1. 2. quæst. 77. ar. 3. ad 1. Pro cuius maiori explicatione videndus idem S. Thomas 1. 2. quæst. 53. art. 1. ubi doctrinam proponit, quam adhibuimus in tertio notabili. Res enim absolute perfecta, ut substantia, aut color non indigent habitudine aliqua, ut specificentur ad potentiam, motus, actiones, passionem specificantur, & distinguuntur per ordinem ad aliquid extrinsecum; nam si attendere essentiam facultatum inspicis, nihil aliud sunt, quam quaedam habitudines ad actus. Unde qui dicunt facultates distinguuntur per se ipsas, & non per habitudines, involuntur implicationem contradictionis, nam dicunt quod distinguuntur per se ipsas, & non per se ipsas; ergo distinguuntur per diversas habitudines diverse autem habitudines differunt, quia referuntur ad diversa obiecta. Ergo de primo ad ultimum oportet dicere, quod potentia specificantur ab obiectis.

Ad secundum argumentum respondetur ex doctrina Angelici Doctoris in questione de Anima art. 12. ad 1. quod contraria maxime distant sub eodem genere; diversitas autem obiectorum attenditur penes diversitatem generis, ut congruat, & proportionatur potentia, ut patet ex nostro secundo notabili.

Ad idem clarius respondetur ex S. Thoma 1. 2. quæstion. 54. art. 2. ad 1. ubi ait, quod in potentiarum distinctione & habituum non debemus considerare ipsum obiectum materiale, sed rationem formalem obiecti ut sic. Quia ergo contraria differunt specie diversitate rerum, tamen eadem est ratio cognoscendi utramque, quoniam unum per aliud cognoscitur. Hæc sunt verba formalia D. Thomæ.

Ad tertium argumentum respondetur

dupliciter. Primo dicitur, quod potentia accipitur dupliciter; uno modo communiter pro quocumque habitu vel forma; & sic patet quod scientia de necessariis, & opinio sunt ratio de contingentibus bene sunt diverse potestates ad esse, diverse forme. Alio modo accipitur potentia proprie prout distinguitur contra habitum, & sic sequitur, quod non sunt diverse facultates.

Secundo dici solet, quod contingencia, circa que versatur opinativum, possunt duobus modis contemplari; uno modo in ratione contingentis, & sic opinativum, & scientificum pertinet unumquodque ad suam potentiam. Secundo modo considerantur contingencia in ratione entis, vel scilicet includunt aliquam entitatem; & hoc modo contingencia habent rationem imperfectam respectu necessariorum. Et hæc distinctio suspicatur, scientificum & opinativum non sunt duæ potestates, sed duo officia diversæ eiusdem potentie. Et hæc secunda solutio nobis magis placeat. Nam obiectum visus differt ab obiecto auditus, tamen utrumque pertinet ad unum sensum communem sub ratione visus. Ita similiter opinativum, & scientificum sunt duo habitus distincti comparati ad res circa quas, & comparati inter se distincti; tamen comparati ad intellectum, non sufficientur constituere diversas potentias intellectivas. Et hæc est magis ad mentem D. Thomæ, & magis clara.

Ad quartum respondetur ex doctrina Angelici Doctoris, quæst. de veritate 13. ar. 2. ad 3. quod habitus non sunt perfectio nes potentiarum, propter quas, siue ad quas sunt potentia ordinata: sed veluti dispositiones potentiarum, quibus aliquoties disponuntur ad actus, & obiecta ad que ordinantur. Unde potentia non debent distinguuntur per habitus, sed per fines ad quos dicuntur habitudines.

Ad quintum respondet S. Thomas 1. 2. quæst. 53. art. 1. ad ult. quod intellectus possibilis, & agens licet respiciant unum obiectum materiale, tamen secundum diversas rationes: nam intelligibile in actu comparatur ad intellectum agentem, ut ab eo factum intelligibile in actu: ad possibilem vero intellectum comparatur, ut movens ipsum.

Ad sextum respondetur, quod si tollerentur obiecta, non solum quantum ad esse actuale, & habitudinale, similiter removerentur facultates de necessitate. Si tamē
tolle-

tollerent obiecta solius quantum ad esse existentie, & actuale non esset necessarium remouere potentias. Et ratio huius est, quia potentia non requiritur esse actuale obiectorum, nisi vt actum immutentur: tamen ad esse potentiarum sufficit esse aptitudinale obiectorum. Vnde si non esset color, nec vnquam fuisset, nec esset possibile fore in eorum natura proculdubio multa esset potentia visiva distincta ab alia potentia distinctione specifica.

Ad septimum argumentum respondetur, vt dictum est, ex doctrina S. Thomae, quod licet vnum obiectum sit vnum materialiter, & realiter, possunt tamen in illo respectu diuersae rationes formales, per quas immutate possit diuersas potentias. Et ita verum & bonum licet sint idem secundum rem, tamen per suas rationes distinctas terminant duas potentias distinctas. Quod si dubites, quare sola distinctio formalis, vel rationis obiectorum sufficiens est ad distinctionem realem potentiarum, nulla enim videtur proportio inter ista duo. Quare enim, siquidem effectus est distinguere realiter ipsas potentias, causa non proportionatur huic effectui? Et ex consequenti distinguenter realiter ipsa obiecta? Tamen, vt aduertit Caietanus, in hoc puncto non est necessarium, vt diuersitas, quae est in effectibus, sit in causa, nam & calum, quod est vni actus, aut solus producit plura diuersa, quia multiplex est virtute. Ita similiter licet obiectum secundum rem sit vnum, potest tamen esse causa diuersitatis multarum potentiarum, quia est multiplex in virtute, & hoc quidem seclusa omni operatione intellectu. Et ratio huius est, quia rationes formales obiecti vniuersi aequivalent rationi reali eius in causando, quia per illas terminant diuersos actus facultatum, ac si fuissent rationes reales a parte rei distinctae.

Ad octauum respondetur, quod potentia visiva hominis, & equi, vt proprietates quaedam naturales sunt consequentes ad hanc naturam, vel ad illam specie distinctam, differunt specie, quia & subiecta differunt specie. Si vero considerentur vt potentiae, sunt eiusdem speciei, quia in vtroque subiecto ordinantur ad eodem actus, & ad eadem obiecta. Haec est solutio Caietani, cui videtur sanere D. Thomas 1. par. quaest. 59. ar. 1. ad primum: vbi ait, quod voluntas humana, & Angelica non differunt in ratione voluntatis. Constat tamen aperte, quod differunt vt proprietates naturales consequuntur ad diuersas naturas.

Alij vero opinantur, quod potentiae communes homini & brutis, vt visiva, auditiua, &c. sunt eiusdem speciei, non solum vt potentiae, sed vt proprietates naturales, & in esse naturae. Et ratio est, quia istae potentiae non oriuntur ex principijs essentialibus speciei, sed ex principijs generis: non enim homini vt homo conuenit visus, sed vt animal. Ergo cum rationes genericae sint communes vtriusque, consonum est, vt ipsae facultates sint eiusdem prorsus naturae & speciei. Neque obstat, quod dixerit Auerroes, quod membra leonis & hominis differunt specie: non enim debet traduci doctrina haec ad potentias, vt putauit Caietanus: nam illa membra differunt specie, quia informantur per formas diuersas speciei. At vero facultates cum sint quaedam formae accidentales, non sunt quodammodo a forma substantiata: nam neque ab illa informantur, vt supra dictum est, agentibus nobis de causa formalis facultatum: habent ergo facultates suam determinatam specificationem. Arque adeo non tenet exemplum Auerrois de membris leonis. Quilibet ex istis solutionibus habet patronum; eligenda quilibet ad libitum.

Ad nonum patet ex notabilibus, dictum est enim, quod neque obiectum est intrinsecum potentiae; ponitur tamen in eius definitione, vt terminus quidam terminis ordinem potentiae. Intrinsecum vero non est quid relationum predicamentale, sed habitudo illa transcendentalis, quam diximus.

Ad decimum idem respondetur scilicet quod ad tertium; quatenus enim diuersi habitus sunt in intellectu, tamen potentia comparatur ad illos, vt forma quaedam superior continens illos, vt sensus communis continet obiecta sensuum inferiorum. Igitur quantumvis ponas diuersos actus intelligendi circa diuersas scientias, aut opinando, vel demonstrando, non tamen sufficit hoc ad variandum potentiam, quae constituitur per superiorem rationem vniuersiorem, scilicet per modum tendendi in obiectum, qui modus semper est vnus.

Ad vndecimum & vltimum argumentum respondetur, quod aliquid esse posterius, & extrinsecum potest intelligi duobus modis. Primo, secundum esse, & sic actus est posterior potentiae, & obiectum est extrinsecum. Secundo, in ratione mensurandi, & secundum intentionem naturae: & hoc secundo modo actus est prior potentiae, & ob-

1. de Anima
text. 65.

& obiectum concurrunt intrinsicè ad ipsas potentias, vt finis, vt docuimus ex mente S. Thomæ supra, in responsione ad pri-

imum argumentum. Atque de præfati questione hæc iusticiant.

OPVSCVLVM NONVM.

De Facultatibus in specie.

CAPVT I.

Quid sit facultas.



Vppositis præcedentibus dubiis ex Philosophia explicatis, ne postea in negotio medico nobis negotium facilliant, vel necessarium sit prædictas suppositiones repetere, operæ pretium est ad Auicennæ textum accedere, vbi primò definitionem nobis ostendit facultatis.

Sic ergo definit: Virtus est operationis principium. Desumptis verò istam definitionem ex Galeni. lib. 1. de Facul. nat. cap. 2. vbi ait, facultatem esse actionis causam, vt facultas videndi est visionis causa. Idem assertit primo de causis pulsuum cap. 3. vbi ait: Causam pulsus effectuum facultatem appellamus. Idem confirmat 1. de Sim. facult. 1. & 1. de Facul. cap. 4. & libr. Quod animi motus, &c. cap. 6. Et quamuis videtur, quod isti Auctores solum definitionem potentie actiue proposuerint; tamen iuxta principia philosophica rectè extendi potest ad potentiam passiuam, vt statim declarabimus, si prius quid aliqui recentiores addiderint, in medium afferant.

Quid existimauerint aliqui circa definitiones Galeni, & Auicennæ.

PVerant, Auctores prædictos non definire nisi tantum potentiam actiuam, & verba idem videntur confirmare: atque defectum Auicennæ & Galeni supplerent, dicunt: Potentia actiua est principium motus, vel mutationis in aliud in quantum aliud. Adhuc quidem est illa particula in *in quantum aliud*, vt denotet non esse necessarium, vt passiuam et ipsa differat ab agente,

sed satis esse, vt actiuam, & passiuam differant secundum rationem formalem: atque hoc pacto prædicta definitio comprehendit non solum potentiam actiuam ad actiones immanentes, sed etiam ad transientes.

Simili ratione definienda est facultas passiuæ. Est scilicet principium susceptiuum motus, vel mutationis ab alio in quantum aliud. Quæ definitiones ab Aristote. possunt colligi 5. Metaph. c. 12. Si tamen clarioris doctrinæ gratia dicta sint, beneuolenter admittimus; at si ad aliquam subtilitatem manifestandam, obsecro, vt aduertat quid alij iuniores circa istum punctum animaduertunt, & postea quid nostra addiderit diligentia.

Quo pacto Franciscus Suarez potentiam definiuit, et explicauit, contra recentioris cuiusdam distinctionem supra positam.

Cogitanti mihi quo pacto descenderem definitionem Auicennæ & Galeni, obtulit sè emendatissimus Suarezus leuita certè omni laude maior, qui definiens potentiam sic ait in suis disputationibus Metaph. disp. 4. s. 1. s. 1. numer. 2. Potentia est principium proximum alicuius operationis, ad quam natura sua insistorum & ordinatum est. Quæ definitio maximè explicat, extenditque definitiones Auicennæ, & Galeni à nobis traditas. (Non disputamus modo, verum Galenus consulerit facultatē cum ipsa rei forma, de quo postea non per principium proximum excluditur ipsa substantia, quæ non est principium proximum & propinquum, sed remotum ipsius operis; mediat enim facultas. Nominè autem operationis inquiri Auctor iste in illa definitione intelligi potest tam actio quam receptio, vt definitio communis sit potentie actiue, & passiuæ. Hæc Suarez. Et subdit:

dit: Quamquam si verum est, quod nulla est pura potentia passiva pertinet ad qualitatem, recte possumus intelligere id quod nomen sonat proprie, actionem scilicet fluentem ab aliqua virtute, vel immanentem in ipsa potentia, vel transluentem in aliud subiectum: cum hoc ratione convenit definitio, & potentie passivae adus immanens, quia & agit, & recipit, & potentie adive tantum.

Hec volui notare, ut intelligant iuniores aliqui, quod quando Galenus dicit, Facultas est actionis causa. Et Avicenna Virtus est operationis initium; possunt extendi prædictæ descriptiones ad utramque potentiam.

Sed terminemus explicationem eruditissimi Suarezii. Quando ergo dicit definitio, quod potentia est principium actionis, &c. intelligere oportet esse principium proximum operationis, id est, entitatis operationis ad differentiam habitus, qui etiam est principium proximum operis, sed non est per se requisitum ad eam rem actionis, sed ad modum illius. Vel, ut alij dicant, potentia est principium proximum, quod ex parte operantis sit primum, & radicale.

Dicit præterea esse in definitione, quod ex sua natura debet esse ordinatum tale principium ad talem actionem, ut excludamus aliquas qualitates, quæ reuera non sunt potentia, sed imitative sunt prout ad dignoscendum, & formaliter attendendum, & perscrutandum subiectum. Ex quo consequenter habent, ut valeant generare sibi similes, ut calor v.g. &c. Illæ enim qualitates passivæ, quæ in tertia specie quali tatis reputantur, non habent propriam potentie specificationem. De quare iterum inferius reddam sermo.

Aliquid addimus prædictæ definitioni à Suarezio traditæ.

Licet solentissime definerit acutissimus Suarezius facultatis naturam, posset tamen alia superaddi particula in hunc modum: Facultas est proximum principium operationis, & effectus, ad quæ ex sua natura institutum & ordinatum est. Et licet videatur superflua hæc illa particula (& effectus) quia sufficiebat (operantis) in hac enim clarum est quod terminatur in effectum, tamè prout præfens contemplantio philosopharum docet, videtur verum illud eleganter esse additum, nam supposito, quod hic lo-

quimur de potentia creata, consonum est, ut definitio haberet aliquam pertinentiam, per quam potentia creata differret ab increata. Nam quantum posset aliquæ ex particulis positæ ad hanc distinctionem accommodari, tamen peculiaritatem per illam particulam, effectus. Pro cuius declaratione formula verba referamus Angelici Doctoris in De Potentia ar. 1. quæst. 2. Duplex est potentia. Quædam, quæ est principium effectus, & non operationis, sicut potentia Dei est principium effectus, & non principium suæ operationis, quæ est eius essentia, loquendo secundum rem. Alia est potentia, quæ est principium operationis, & effectus, sicut potentia creata. Non ergo mirum, quod posuerim in definitione novam illi pertinentiam, quæ magis explicet naturam potentie create. Est etiam expressio sententia D. Thomæ 1. 2. quæst. ar. 1. ad 3. ubi dicit, quod potentia est in Deo quantum ad hoc, quod est principium effectus, non autem suæ actionis. Potentia verò creata est principium actionis, & effectus. Nihil inquit D. Thomæ, per operationem intellectus velis considerare divinam efficientiam, & sub ratione actionis, & sub ratione potentie, in quantum divina essentia præstat et omnium perfectiorem actum creaturæ.

Argentis obiectiones contra Galenam dissolvuntur.

Iam Argentis doctrinam de facultate videtur periclitari constet. Prout si Galenus dicit facultatem actionis causam in lib. 1. de Facult. c. 4. tamen non dicit, quæ causa sit formalis, vel efficiens, &c. Secundo, si dicit Galenus facultatem esse principium efficiens lib. 1. de caus. politæ. 1. quæstricem virtutem efficiens appellans, non tamen dicit, virtutem sit principium proximum, vel remotum.

Sed hæc magis non possunt decere destrictum propositum: non cum Galenus dicitur facultatem esse causam actionis, non dicit efficiens, quia non ipsam erat facultas ad genus causæ efficiens esse reducendis, & eo id Avicenna operationis initium esse dicit, nec verbum de efficiens principio addentes.

Vel, ut superius dictum est, quod maxime notandum est, quia dicitur in Avicenna lib. 1. potentiam suam adhibere, & potestatem, & eo id Avicenna tradentes descriptionem, dicit, virtutem esse causam actionis.

Completa definitio facultatis secundum nostram opinionem.

nis, virtus est initium operationis. Qui punctus subtilis est, meo iudicio. Videbat enim isti celebres viri, aliquas esse potentias, quarum etiam minus est pari & recipere, quales cognoscitur; alias vero esse precipue actus, vt vegetales & ob id conuentionem describunt definitionem, vtraque enim facultas est causa, & initium actionis.

Ad secundam objectionem dicunt aliqui, quod quando Galenus dixit; Facultas est principium efficiens, non adiuncte, proxima, quia non omnes facultates sunt principia proxima. Stenim ordinatæ aliqua agentia concurrunt ad aliquam actionem, a partibus est, quod facultas agentis vniuersalis non est proximum principium, sed remotum, mediant enim virtutes agentium inferiorum. Et ob id Galenus non dixit facultatem esse principium proximum, quia sunt aliqua facultates, quæ non sunt proxima principia.

Sed ille modus philosophandi non omnino nobis placet, est enim contra supra dictam Suarezij descriptionem, quam admittimus, & probamus. Et præterea est præter rationem: quod enim potentia alcius su perioris agentis per alias medias potestates attingat effectus inferiores, non tollit quod sit proximum principium actionis suæ proprie, v. g. sol & homo generant hominem hoc pacto: producit sol in homine generantem vnum gradum caloris, & homo generat illo calore mixtato, & suo proprio producit effectum. Equidem licet inter solem, & prole mediet causa vniuersa, tamen potentia solis immediatè produxit calorem. Atque hæc dixerim in communi modo loquendi, at verò si dicamus causas vniuersales proximas, & immediatè suas dispositiones causare, & influere in effectus producendos, dicemus etiam non interuenire potentias alias, sed concurrere, & concomitantè se habere, atque hoc sensu sol & homo concomitantè generant hominem, quia causa inferior indiget supplemento, vel complemento alterius. Igitur quocumque modo contempleris istum punctum, repenes semper potentiam creatam proximè, & immediatè ordinari ad actionem.

Cum ergo (vt latini apparebit) Galenus ita dubius existerit circa substantiam facultatum, nihil mirum si completam definitionem, & consummatam non proposuerit, quæ nos incollo positi gignit exhibuimus.

Sed quid de Auicenna nostro dicemus, qui tantum asseruit facultatem esse initium

operationis? Certè hoc sufficiebat ad vniuersum Medicum: satis enim est vt Medicus rectè pernoctet organorum structuram, & numerum facultatum, quæ in illis stabulantur, essentiam autem illarum demonstrabit philosophus. Vbi multa alia refert Auicenna, præcipua vt ad philosophiam recurramus.

CAPUT II.

Quam sine fundamento Argentieri Fernelium notes circa definitionem facultatis.

Fernel lib. 1. cap. 2. videns varietatè Galeni in exaranda facultatum natura, sic descriptionem depingit: Facultas est vis, & potestas, quam anima tanquam de sua suo promit, & ad numerum functiones profert. Id autem perinde est, ac si dixeris instigam, ac vernaculam animæ proprietatem, quam ipsa quidem est accidens, sed animæ intimum, atque adeo intestinum, vt plerisque illius essentia putetur.

Hanc descriptionem adduxit Fernelius, elegantem certè & veram, ac physicis conformem, sed non secundum illum rigorem micrologicum, quem in superioribus definiendo seruauimus; tamen vsui medico sufficientem. At illam lacefferè non desinit contumeliosus Argentierius. Primum, quia cum facultas etiam rebus comparatur inanimatis, quorum dicit esse animæ potestatem.

Sed Argentierius non legit inscriptionem cap. Fernelij, sic enim inscribit: Animæ genera, partes, & facultates, quot & quæ sint. Si ergo Fernelius eo cap. de solis anima facultatibus agere promittit, quorum inanimatorum potentias debuit comprehendere!

Secundo obiicit Argentierius, male esse dictum potentias, esse animæ potestates, & proprietates; quia proprietates non separantur naturaliter à suo subiecto; ipse tamen Fernelius facultatem augentem aboleri asserit in statu cum cessauerit opus incrementi, ergo non est animæ intima proprietates.

Hinc obiectioni potest responderi, quod licet illæ facultates non possint separari, ita vt per se subsistant separatæ; nihil tamen est inconueniens, quod propter indispotionem subiecti non dimanent ab anima, quæ est principium primum & radix, v. g. creat puer sine oculis, aut obstruatis, vel humoribus oculorum exsiccatas quæ formatricis, vel marceris defectibus,

equidem

equalem non habet potentiam visivam, quia hæc potentia (vt & alie) oritur, & resultat ab anima tanquam à radice prima, ut posita tali, vel tali dispositione subiecti, quæ si deficiat, non resultabit. Et in hoc sensu separantur potentie, id est, non dimanant defectu dispositionis: facultas enim dependet in esse, & in conservari à suo principio, quod si non insuat, nulla erit facultas, id est, si non promittit resultanti. Et sic postea dicitur Fernellius, deficere aliquas facultates, defectu scilicet instrumenti, non defectu principi, in quo semper & perpetuo manent radicata.

Tertio obiectionem ridiculam audiamus, nam dicit facultatem non esse proprietatem, quia proprietates semper est una, facultates vero plures, & infinitæ.

Hæc obiectio nullius est momenti, cum apertus sit omnium Philosophorum & Medicorum consensus, qui unanimiter plures proprietates in vicia re constituunt, præcipue in homine, qui vinculum est mirabilium passionum. Sed & in vita carentibus nomine vidit Argenter. aloeis purgare, venas aperire, rhabarbarum adstringere, & lavare. Aur seipsum non vidit vegetari, sentire & intelligere. Quæ omnia à diversis proprietatibus dimanant. Quis ergo potuit dicere unam solum proprietatem esse in vnaqueque rei. Sunt itaque in homine multe proprietates & facultates, vt supra probatum est ex mente D. Thomæ 1. par. quest. 77.

Quærit inquit, sibi videri difficile, quod facultas sit accidens, & simul sit proprietates, putat enim esse repugnantia, videmur tunc se ignorare distinctionem accidentis in propriam, & commune.

Quærit, Fernellius ad inconueniens deducit, probando facultatem non esse proprietatem, nam si facultas est causa adiuvans, erit etiam anime instrumentum, & non proprietates hæc enim nullius causa rationem habet.

At Fernellius manifestè decipitur, exillimans repugnare hæc duo, vt scilicet facultas simul sit instrumentum, & proprietates. Debebat certe probare arg. quod proprietates nullius sit adiuvans virtualis, vel quod non possit ordinari in opus, quod nunquam facit. Tantum enim abest, quod hæc duo repugnant, quam potius conueniant, & proximè instrumentum sit facultas propria.

Sed non deficere aliqui, qui dixerunt facultates per se solas attingere operationes,

non indigentes anime concursu, & sic non erant instrumenta anime. Et ratio illorum erat, quia vt facultas lapidis, grauitas scilicet, mouet lapidem deorsum, ad quem motum non est necessarius concursus forme, sed ipsa grauitas mouet per se. Ita simili ter cum operationes non excedant facultates in gradum perfectionis, bene poterunt per se attingi à facultatibus, sine hoc quod sit necessarium vt forma actu concurreat.

Nobis tamen contrarium verius apparet: dicimus ergo facultatem perfectione esse inferiorem respectu operationis, & effectus vitalis, & ita indiget anime concursu, quasi instrumente. Et eleuante potentiam, vt opus perficiat. Et ob id rectè Aristotel. 2. de Anima, cap. 4. omnes actiones refundit in animam tanquam in principium, & radicem quæ peculiari concursu cum omnibus insuit facultatibus. Sunt ergo facultates non solum anime proprietates, sed instrumenta.

Propter aliqua loca Galeni non Philosophicè intellecta, putat Saluus Scelianus facultatem nihil esse aliud quàm puram relationem lib. 2. Art. Medic. text. 13. fol. 357. Nam Galen. 1. de Facult. c. 4. Facultatem dixit nomen esse relationis ad actionem. Et vt relatio nullius est admitteris, sed fundamentum in quo fundatur, ita facultas nihil efficit, sed temperatio seu temperica est causa actionum.

Idem contrariat lib. Quod animi mores, & c. 2. vbi ait, nihil esse facultatè nisi respectum ad id, quod potest fieri. Tot igitur habebit aloeis facultates, quot sunt illa ad quæ habet respectum: potest enim purgare, roborare, agglutinare, cicatrizare, excicare, quæ omnia ab aloe fiant, & tot dicitur habere virtutes, quot relationes ad opera. Hæc & alia Authorem hunc mouent, vt teneat, facultatem esse relationem, & eius fundamentum esse temperamentum. Tamen (vt supra probatum est) in suppositionibus nostris Philosophicis, facultas pertinet ad predicamentum qualitatis, estque forma quedam accidentalis per se instantiam producta. Non ergo est ponenda in predicamento relationis, sed in naturali potentia, specie qualitatis, quæ habeat concursum effectiuium ad actionem, ad quam per se instrumta est. Rationes illius veritatis ex nostris proportionalibus petendæ sunt; ne dicta repetamus.

Ad loca Galeni patet ex dictis, potest enim vocare Galenus facultates non relationes

*Disquisitio
tra Saluus
Scelianus,*

tiones de prædicamento relationis, sed habitudines quasdam transcendentales: multum enim intereſt, & magna eſt differentia. Conſequitur tamen ratio quadam prædicamentalis. Sed hæc non eſt vilo pacto eſſentia facultatum, vt ſuprà ex S. Thoma declaratum eſt. Neque credendum eſt Galen. ſubſtantiam facultatum in ſola relatione poſuiſſe, cum ſepè facultates vocat effectrices actionis, ratio autem nullius ſit adiutritatis.

Vt igitur à definitione diſcedamus, & ſcludere ex dictis oportet, bene deſcripiſſe Galenum facultatis naturam, prout operti Medico erat neceſſarium, cum totum negotium verſetur circa diſpoſitiones partis, tempericem videlicet, conformationem, & vitæ ſtatem, quibus rectè conſiſtens reſiſtat neceſſario ab anima facultas taliter operandi. Non opus eſt multum moleſtari in illa eſſentia inquirenda, nam actiones optimæ ad illa tria bene ſe habentia referantur; hæc vero ad illa etiam ſi diſproporcionentur, & ob id Galenus aliquãdo facultates cum temperie ipſa conſiſtit, aliquando cum forma, non enim ad curatiõem aliquid pertinere putavit illarum diſtinctionem rerum. Poſteaquam Avicenna definitionem propoſuit facultatis, ad declarandum numerum facultatum accedit, dicens tria eſſe genera facultatum, alix enim ſunt naturales, alix vitales, alix animales.

Claritatis gratia numerum facultatum, & diuſionem ex Philoſophia ſupponamus, vt ſtatim ad indigeſtam moleſem Medicorum exortendam properemus, qui multiplici varietate rem aliàs perſpicuam obſcurarunt.

C A P U T III.

Quo pacto Peripatetici animas diuident.

Oportet prius animæ partes exarare, vel animarum genera. Tantum ergo ponemus tres animas penes tres gradus, quibus ſupereminet anima materiam. Quædam enim eſt ita excelsa, vt non indigeat organo corporali; qualis eſt rationalis. Alia indiget quidem, ſed non operatur per qualitates merè corporeas, qualis eſt ſenſitiua. Vltima eſt anima vegetalis, quæ non ſolum vt ſenſitiua corpore indiget inſtrumento, verum exercet ſuam actionem per qualitatem merè corporealem. Diſcutiam

eſt D. Thoma 1. p. q. 78. art. 1. in Corp. illud tamen commune eſt omnibus operariõibus vitalibus cuiuſcumque animati, vt hant à principio intrinſeco; in quo maxime diſtant à vitæ carentibus: hæc enim monetur à generatõ. Quæ doctrina S. Thoma rectè explicatur hic à Caietano, vuentia enim dicuntur moueri à ſe, & in ſe, quia principium quod, eſt intrinſecum. Entia tamen naturalia vitæ deſtituta non habent principium intrinſecum quod, ſed tantum quo, & ob id extrinſecum quod, eſt generans.

Ex dictis intelligent aliqui Medici quæ inſcienter ſolent dicere, quod facultates reſtices cerebri exerceant ſuas actiones medio temperamento. De qua re tractandi inferius reſolbit occaſio. Sed nunc audiant S. Thomam Medicos docentem. *Alia eſt operatio anima que fit per organum corporale, non tamen per qualitatem aliquam corporalem, & talis eſt operatio anime ſenſibili. Quia eſt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, & alia qualitates corporeæ requiruntur ad operatiõem ſenſus, non tamen ita, quod mediante virtute talis qualitatis operatio anime ſenſibilis procedat. Sed requiruntur ſolùm ad debitam diſpoſitionem organi.* Hæc ſunt verba formalia D. Thomæ, quali viderit falſam opinionem Medicorum aſſerentium, actiones ſenſuum interiorum temperamento exerceri, & attingi.

Potentia licet oriatur ab anima, nõ quia tres ſunt anime, ideo tres tantum potentie cõſtituenda, vegetatiua, ſenſibilis, & rationalis. Nam vt anime diſſerit penes excellentiam ſupra naturam corpoream, ita potentia per obiecta diſtinguitur, vt ſuprà in quaſtione propria declarauimus. Si ergo fuerint tantum quinque obiecta, quinque erunt prima genera potentiarum. Primum obiectum eſt corpus anime vinitum. Secundum eſt corpus ſenſibile. Tertium eſt omne ens. Potentia ergo vegetalis verſatur circa primum, ſenſitiua circa ſecundum, & rationalis circa tertium. Rurſus cum potentia ſenſitiua & rationalis operentur circa rem extrinſecam diuerſam à ſe, & oporteat conungi cum ſuo obiecto, neceſſaria eſt, vt ponamus motum inclinancem in ipſo animali, ſine intentionem, & propenſionem ad rem externam cogitatum. Et propter hæc rationem conſurgunt appetitus, quo fertur in finem, & loco motiua, quod mouet localiter ad querendum quod deſideratum eſt.

Neque videntium gradus animas ſequi

Error aliquorum Medicorum deſertur

Diuiſio facultatum Ariftotelica.

Diuiſio gradus videntium.

qui cōducit, sed perfectionis mensurā; quā
taor enim sunt. Primum vegetantium. Se-
cundus sentientium folii, quæ totalem lo-
cum non mutant, vt otræ. Tertius sen-
tientium, & locum mutantium. Quartus
liberè se mouentium, vt homo, ex his &
mediorum digressione.

Videtur primò, quòd appetitus non
sit distincta potentia; nam identificatur
cum ipsa potentia sentitiua; nulla enim
est, quæ non appetat suum obiectum,
& cum illo vni. Ergo non est necessa-
rium constituere appetitum, vt potentiam
distinctam.

Secundò, si ponit Aristotel. appetitum
distinctum in parte sentitiua, quorsum si-
lum non ponit in vegetatiua?

Tertio, vt quid potentiam memorati-
uam non aduaxit?

Quarto, loco motuum non differat ab
appetitu, ex sententia Diui Thomæ 1. p.
q. 75. art. 3. ad 3. Ergo non est separati-
m numerandam.

Quinto, quanto res perfectior existit,
tanto minori numero facultatum opera-
tur. Ergo cum homo sit in confuso intel-
ligentiarum, illarum libertate deoer homo
rati, vt scilicet quoad possit, maximè acce-
dat ad simpliciterem.

Sexto, non videtur sufficiens illa diui-
sio tradita ab Aristoteli, nam non est in spe-
cies substantias, siquidem intellectus, qui
memoriam est vim diuisionis, est poten-
tia infima. Neque etiam est in species infi-
mas, & specialissimas diuiso, quia senti-
tium rursus subdiuiditur in externum, &
internum; & vegetatiuum in generati-
u, augmentatiuum, & nutritiuum, ergo non
est diuisio in species specialissimas.

Pro solutione primi & secundi argu-
menti notare oportet, quòd appetitus est
triplex: naturalis, sentitiuus, & rationalis.
Naturalis sine vlla apprehensione conse-
quitur formam, & essentiam rei, neque di-
cit ordinem ad aliquem actum secunda,
sed dicit ipsammet inclinationem, & re-
pensionem cuiuscumque rei per modum
actus primi; vt materia prima melioratur
ad formam, & sic de alijs omnibus rebus.
Sentitiuus sequitur actum, vt apprehen-
suum per seorsim; & hic appetitus non ha-
bet actum aliquem, nisi precedat apprehen-
sio sentitiua in alia potentia distincta.
Rationalis sequitur apprehensionem per
rationem. Ergo in hac disputatione appe-
titus, qui ponitur distincta potentia,
est ille qui sequitur apprehensionem. Po-

tenia visiva propensa erit in suum obiectum,
sed sine præua cognitione. Quæ autem
sunt differentie inter appetitum natura-
lem, & cum qui sequitur apprehensionem,
latè docuit Caetan. 1. par. quæ-
stion. 19. articulo. 1. Igitur nunc sufficit,
quòd appetitus naturalis nihil est aliud
quam pondus, & propensio nature in bo-
num particulare. Animalis verò est desi-
derium rei apprehensæ. Et ob id naturalis
sequitur formam merè intrinsecam; ani-
malis verò extrinsecam, vt apprehen-
sam. Et ex his patet responsio ad secun-
dam.

Dicimus enim, quòd Aristotel. non
enumerat nisi facultates vitales: appe-
titus autem naturalis plantarum non est vi-
talis, sed merè naturalis, & sic nullum
actum elicit vitalem. At appetitus senti-
tium, & intelligendum subsequitur,
est potentia vitalis, & elicit actum vita-
lem, nam fugit, vel sequitur.

Sed dicès. Quare sicut distinguimus
cognoscentem sentitiuam à cognoscente
intellectiua, non etiam appetitum intel-
lectiuum à sentitiuo, & erunt sex potentie?
Ratio huius est, quia magis distat poten-
tia sentitiua ab intellectu, quam illa, sin-
gularia cognoscit, hæc vniuersalia; uter-
que tamen appetitus circa particularia
versatur. Verum contemplantur istam soluta-
tionem; nam traxit, quòd voluitas bo-
num querit in se, & vniuersale bonum (si
talis rationis illuminetur;) ergo appeti-
tus rationalis etiam debet esse distinctus.
Sed responderetur, & melius, quòd vt intel-
lectum postea diuiditur in possibilem, &
agentem intellectum; ita appetitum in
rationale, & animale, quæ sunt species in-
finiæ appetitiui, quòd sequitur apprehen-
sionem, & est mensuram diuisionis.

Ad quartum responderetur, quòd licet
verum sit, quòd motus imperans non dif-
ferat ab appetitu; tamen executus motum
distinguitur ab appetitu. Igitur potentia
executiva motus est, quæ constituit diuer-
sam potentiam.

Vel melius responderetur, quòd loco
motuum differat ab appetitu, ratione saltem
per habitudinem ad motum localem
progressiuum, ad quem alia requiritur po-
tentia, vel passiva, vel actiua, vt infra dispu-
tabitur.

Ad quintum, quòd homo cum sit in-
firmus spirituum, & suspectus corpora-
lium, pluribus actibus debeat sine consensu
sue nature, quòd id in corpore os nequiora

Argumenta
contra propo-
sitionem docet
nam.

Secundo, si
ponit Aristotel.

Diffoluntur
argumenta.

Non accipi-
tur appetitus
pro actu appe-
tendi, sed pro
principio ip-
sius actus.

tur, id est minor mundus, & ab alijs orizon
vincitur. Illa ergo propositio: Quanto res
est perfectior, tanto simpliciior, intelli-
genda de spiritualibus tantum. Illa ta-
men creatura, quæ spiritualia & corpo-
ralia vno vinculo conuocit, vt homo,
plures habet potentias, plura organa,
quædam extrema, & sic in simplicitate ex-
ceditur ab Angelis; sed in compositione
organorum & facultatum excedit omnia.
Sed & hæc excessus non est excessus
in perfectione, imò in imperfectione,
quia perfectio vt sic, stat in posse plura
cum paucis medijs. Illa enim est omnibus
numeris absoluta bonitas, quæ nullo me-
dio feruatur, sed seipsa: hæc autem so-
lus Deus est. Post hæc sequitur illa quæ
paucis, qualis Angelorum; postea ve-
rò, quæ multis, qualis humana con-
fetur: & in hoc excedit omnia corpora-
lia; nam magna perfectio est posse conse-
qui summam beatitudinem, & maiorem
participationem Dei bonitatis per multa
media; quàm illam non posse consequi
paucis medijs, vt reuera non consequun-
tur animalia, & alia infra hominè. Quod
exemplo sanctorum declarabat S. Thomas
loco supra citato.

Ad festum dicimus, illam diuisionem
esse generis in species subalternas; nam in-
tellectus, de quo dubitatur argumentum,
rursus diuiditur in possibilem, & agen-
tem.

Hucusque generalissimam diuisionem
facultatum exhibuimus, sed consonum
est, vt propinquius ad Medicorum pla-
cira accedamus, agentes de numero fa-
cultatum quas principes vocant. Et quia
intellectuum, vt dictum est, neque vti-
tur corporeo instrumento, neque aliqua
qualitate elementari, magis pertinet ad
libros de Anima, quàm ad Medicam
disciplinam: hæc enim cum affectus cor-
poris præcipuè contempletur, potentias
solius communis rimatur, & hæc ratione
pondus disputationis nostræ circa alias
potentias versabitur.

CAPUT III.

De facultatibus quas Medici princi-
pales appellant.

DE numero principalium facultatũ adu-
ri, de principalibus partibus etiam si-
mul agemus, ob tractatus connexionem,

sed claritatis gratia conuincimus distinctio-
ne vti quæ solemus.

Plato tres partes principes in nostro
corpore constituit, & in qualibet suam
animam distinctam, concupiscibilem in
iccore, irascibilem in corde, rationalem
in capite; atque his totum hominem gu-
bernari. Sic illius opinionem refert Aris-
toteles libro 1. de Anima cap. viii. Idem
de Platoni opinionem confirmat Cice-
ro 1. libro Tusculan. in hæc verba: Pla-
to triplicem fixit animam, cuius prin-
cipatum, id est, rationem in capite sicut
in aere posuit; & duas partes separare vo-
luit, iram, & cupiditatem, quas locis
disclusit; iram in pectore, cupiditatem
subter præcordia locauit. Sic illam in-
tellexit etiam Galenus libro *Quid animi
mores*, &c. Et amplexus audacter afir-
mar libro 9. de Hippocrat. & Platon. de-
cretis, sibi demonstrabile esse, quòd istæ
tres anime locis distinctæ in homine resi-
deant.

Senectia hæc probatur, quia idè, vel ab
eodem, & ad idem non potest simul con-
traria agere, & pati: sicut non potest fa-
gere, & prosequi idem obiectum; vel
amittere, & tenuere circa idem. Sed ta-
les repugnantia reperitur inter irascibilem,
& concupiscibilem, & rationalem, ergo
sunt principia locis distincta. Maior
est certa, & minor indiget declaratione.
Inuenitur enim repugnantia inter illas fa-
cultates, quod isto patebit exemplum.
Nam si quis famelicus, aut sitibundus est,
per actum concupiscibilis appetit cibum,
vel potum: si autem sit in salutis perniciè,
renuit facultas rationalis, & prohibet vñ
cibi, vel potus, ergo aperta est repugnan-
tia.

Rursus repugnantia inter irascibilem,
& rationalem constat in iratis ratione
cohibitis. De qua Galenus 1. de Placit.
cap. 5. explicans etiam repugnantiam,
quæ est inter irascibilem, & concupiscibi-
lem, eod. lib. 5. cap. 6.

Aristoteles tamen prædictam opinio-
nem intellexit 1. de Anima cap. vii. quod
dixerit Plato tres esse animas in tribus par-
tibus discontinuas. Quod colligitur ex
modo impugnandi: nam argumentantur
sic: Si sint diuersæ anime partes, oportet
ponere aliquid, quod continet ipsas ne se
parentur: cum enim à corpore continerè
non possint, ab alio ergo debet heri: tale
autem est anima.

Quòd si dicas pro Platone, ipsam ani-
mam

*Quid sentit
circa hunc plu-
rili, antiquus
ille Plato.*

*In lib. de Rep.
pub. 4. & in
Timao.*

*Argumenta
Platonis re-
ferunt Gal-
len. 9. de Plac.
cit. circa fin.*

*Aristoteles
Platonem im-
pugnauit.*

*ita illam vt
non possint
separari*

nam immediatè uniri mereant, neque indigere illi dno vinculo detinente. Sed adnectere oportet, quòd Aristotel. contra Platonem non querit, quòdnam viscerum uniat, vel contrahat formam cum materiat; sed quid contineat illas diversitas partes anime in se.

Præterea notat Aristotel. malè distulisse Platonem loca in quibus resident illæ facultates ex sola diversitate ipsarum facultatum: nam multo magis diversæ sunt facultas sensitiva, & vegetativa, & tamen in eadem parte resident.

Postè etiam distulit opinio Platonis sic explicata: quia positis illis tribus animabus, vel facultatibus, locis distinctis, non potest mutuis consensus facultatum rectè explicari magis quàm inter Petrum & Paulum. Nec enim si Petrus aliquid apprehendat per modum contemptus, Paulus irascitur: ergo necessarium est ponere unitatem anime in partibus diversis, siquidem tantus est inter ipsas partes & facultates consensus.

Alij dicunt tres esse animas distinctas partibus, sed supervenire tertiam, que tres illas continet. Ita Peramatus 3. capitul. libro de Facultatibus, sed ab hoc errore progressus in alios plures incidit. Nam dicit quòd in rectore est anima vegetativa illa inter numero, que in femine præstat, sed cum maiori perfectione accidentali. Cuius enim opinetur semen vivere, & nihil à principio intrinsecò se in propriam corruptionem concitare, potest eandem numero feminis animam in rectore perseverare; & postè productò corde sensitivam advenire, & illas non corrupti adveniente rationali. Non tamen potest Author ille percipere, quo pacto si generatum prius sit iecur cum sua virtute sanguifica, & perseverante actione sanguificandi, & postè in eode perseverante actione cordis usque ad advenitum anime rationalis, quo pacto, inquam, non perseverent in illis partibus anime ille, que procedunt, siquidem perseverant illæ actiones. Legitur ultra illas animas partium aliam posse, que informet totum. Et hoc modo salutat vinculum animarum, de quo dubitabat Aristoteles.

Non erat necessarium salutaritatem istius opinionis demonstrare; nam per se ita patet, ut nihil clarus. Sed infero primò, quòd partes clari habeant duas animas substantiales distinctas, unam partem, alteram totam.

Secundò, quòd corpusculum illud, quòd in vtero materno efformari est, ad animam rationalem recipiendam, anima hauri informetur, & aliqua anima determinatur: si continetur sub genere sensitivo-ratum, ergo sub aliqua specie illius generis. Nihil enim continetur sub aliquo genere, quin sub aliqua determinata specie collocetur.

Tertio, quia cum omnes rei cùsti ratur intrinsecò ex generico gradu, & specifico, non est necessarium, ut tales gradus procedant à duobus principis realiter distinctis. Et sic vegetativa virtus iecoris non dimittat à diverso principis, vel à diversa anima, sicut nec sensitivum cordis, sed omnes illi gradus in eadem anima radicantur.

Quartò, quia sunt actiones illæ vegetandi, & sentiendi sint multis animabus communes, nõ est necessarium colligere ex eo quòd perseveret actio iecoris, perseverare vitam animam precedentem in rectore, subsequens enim anima omnes antecedentes actiones potest efficere, & aliquid amplius.

Quintò, quia si ponamus istas partes cum animabus distinctis, non potest reddi causa vera sympathizans, & consensus facultatum, vel suprà dicebamus. Nam quantum instrumenta sint contriga, & simul conungunt venæ, arteriæ, & nervi; stramen vni quòdque in instrumentum habet suam animam distinctam, necessum est, ut habeat etiam suas parentias, & ex consequenti appetitus sequens apprehensionem, in sua parte operabitur, ubi est operatio procedens apprehensionem, nihilque ad huius naturam etiam conferet modus ille vni instrumentorum.

Est etiam Galenus huius consensus reddens causam 2. de caus. Pul. c. 2. agens de pulsi consensus, adhibet quo pacto, eum consensus sit passio nervorum, & pulsus sit actio cordis. & arteriarum pulsus excitat pulsus consensus. Respondet contingere hoc ex mutuo consensu, nam alligant natura nervi arteriis, & venis, atque venter est illi connexionem reddunt sensitivæ, & arteriæ similiter, & sic possunt irritantis cause molliam sentire. Que Galeni ratio nõ potest ad amissum consistere, si Peramatus discursus aliquid valeat.

Hæc quinque rationibus aliqui continent Peramatum. Sed ego, ut in re tempta, per tot ambages discurrem, sed

*Quidam autem
dicit Platonem
explorari, sed
satis præter
vultur.*

*Quidam autem
dicit Platonem
explorari, sed
satis præter
vultur.*

*Quo pacto ali
qui Perama-
tum continent.*

*Quo pacto ali
qui Perama-
tum continent.*

sed demonstrati nē procederem, probando
Incompossibilitatem duarum animarum
in eodem subiecto, quod in quest. de Ele-
mentis confestim, & satis diffusē in no-
stro libro de Hippocratica Philosophia,
vbi pro convincendis illis erroribus viden-
da sunt, quæ elaboravimus. Nam, vt verū
fateamur, quas ex mente aliorū con-
tra Peramatum proposui, possent dissolvi.

Quare ad secundum potest respondere,
quod quando alique formæ sunt in mate-
ria, vt medicæ ad alias perfectiores, non est
necessarium, vt determinentur in aliqua spe-
cie determinata, sed reducantur ad speciem
illam perfectam ad quam tendunt, vt mo-
tus reducitur ad suum terminum. Igitur
illa forma hepatis vegetativa, & forma sen-
sitiva cordis nō erant in aliqua specie bru-
tæ, sed in specie humana reducuntur, tanquā
principia imperfecta in genere causa ma-
terialis tendentia in illam perfectionem.
Itaque homo non vivit vita plantæ alicuius
determinatæ ex his quas videmus, sed
plantæ medicæ, quæ tendit in humanam per-
fectam vegetationem.

Neque in quarto argumento aliquid
concluditur contra Peramatum, nam si
concedimus illa, quod persecerat eadem
vērō vegetativa iecoris, quæ erat ante in-
troductionem anime rationalis, recte po-
terit ille inferre, quod manet potentia &
quod illud, quod superuenit, est distinctū.
Nam si persecerat vegetativa, ad quod ad-
venit vegetativa? Advenit ergo, dicit Pe-
ramatus, forma totius, quæ nulla est præ-
ter istam formatam, sed diversa cum diver-
sis accidentibus, & facultatibus.

Ad quintum argumentum dicit author
iste, quod bene potest explicari motus
conscientie potentiam non solum per illam
maximam instrumentorum connexio-
nem, sed per consentientiam ab anima
totius. Si erum in nervo, vena & arteria
simul ligata vna est anima, quid mirum,
quod vna pars alteri suos præbet affectus?
Si dicit chordæ huius instrumenti taliter
sunt attemperati, vt sonante vna sonet
ætera, quibus non sit, congrua, nec ab
vna forma numero informata, quid mi-
rum, quod arteria possit consensuē con-
nullo nervo quæ est alligata, cum ab anima
totius informetur eadem in quam nunc
resed in rigore disputando, exemplum,
quod adducitur in argumento de pulsu
consensu, non probat aliquid contra
illum authoritatem. Nam pulsus consensuus
si quamvis arteria habeat vnam animam,

& nervus alteram: nimirum cum arteria
multis sit fibris alligata nervo, si nervus
conceditur & retrahitur, retrahitur arte-
ria. Ex ista ergo retractione arteria sequi-
tur quedam inæqualitas in pulsu, quæ à
causa nomen desumpsit, & consensiva ap-
pellatur. Relinquitur itaque, quod argu-
menta efficaciter contra absurditatem po-
nentium istas animas, debent desummi ex
impossibilitate, quam includit multitudo
formarum in eodem subiecto.

Preterea fundatur ille author in opinio-
ne, quæ nobis semper visa est improbabi-
lis, quod, scilicet, sensus sit animatum. Vi-
tino eandem numero substantialem for-
mam, quæ præfuit in corrupto sensu, ad-
mittit manere in termino generato.

Alio modo noster Galenus Platonis
sententiam interpretatur 6. de Placit. c. 3.
vel non longè à principio: dubitat enim,
vt quid Plato concupiscibilem, irascibilem,
& rationalem dixit esse species, & par-
tes anime. Videtur enim multum differre
si dicas partes, vel species. Punctum hanc
explicans Galenus, inquit, quod sicut ani-
mal componitur ex terra, & arteria, & ossi-
bus, tanquam ex partibus; quæ quidem in
se sunt quasdam species distinctas homo
ex illis animalibus tanquā ex partibus con-
flectit, quæ quidem partes si separatum con-
templentur, species quedam sunt. Hæc au-
tem distinctio, inquit Galenus, locum ha-
bet in cõpõsitis organicis: at vero in par-
tibus similibus nequaquam, nam partes
similares componuntur ex partibus, sed
non ex speciebus.

Hæc volui animadvertere hoc loco ex
mente Galeni ad explicationem Platonis.
Quia aliqui crediderunt Galenum para-
se illas animas constituisse vnam & conti-
nuam, sicut partes sine constituant veni-
unt. Falluntur tamen meo iudicio, quia
Galenus nunquam tale intellexit, sed esse
speciemque partes, vt dictum est.

Aliqua antiquorum dicta non sunt mo-
rosè redarguenda, sed amice interpretanda,
& vt Galen. dixit 8. de Placit. circa fini-
em vnam omniū saltem statim decidendam
est. Posset Plato interpretari, non
quod dixerit animas distinctas, sed partes;
& facultates diversas anime totius diver-
sis locis residere: Galenus verò, quod dixe-
rit has diversas potentias ab vna anima
constitui, vt de nervo, & arteria licet di-
versa sint ab vna anima constitui.

Ex dictis vnum saltem colligitur, con-
uenisse inter omnes tres facultates Prin-

Quo pacto Ga-
len. Platonis
sententiam ex-
plicauerit.

Quo pacto Ga-
len. Platonis
sententiam ex-
plicauerit.

cipes tribus precipuis virtutibus gaudere, quæ ab antiquis appellabantur irascibilis, concupiscibilis, & rationalis. Nos, parte rationali relicta, de alijs differemus, quæ ad medicum pertinent, quæ sunt facultates cominchi, & organice.

Ex quinque ergo illis potentijs, quas Aristotel. adduxit, alix oriuntur, de quibus medici magis in particulari desiderant tractare, vt in sequentibus faciemus.

*Quod irascibilis & concupiscibilis non
sunt confundenda cum vitalis cordis,
& plantifica iecoris.*

Medici non hæc distinguunt, sed multoties confundunt, vt est videre apud Galen. lib. de Placit. Demonstremus, quod vt alius non sit irascibilis, nec nutritia iecoris sit concupiscibilis. Quia ad irascibilem, & concupiscibilem necessario precedere debet apprehensio potentie cognoscitæ. Sed vitalis cordis, & nutritia iecoris exercent proprias adiones nulla precescente cognitione ergo non eadem facultates, nec possunt pertinere ad eundem gradum anime. Maior est communis inter Philosophos, & est aperta ratio; nam appetitus nutritius continet in se irascibilem, & concupiscibilem. Ergo vt appetitus sensitius nõ mouetur nisi ad formam cognitam, ita neque irascibilis, & concupiscibilis, quæ partes illius sunt. Argendum ergo de vnaquaque virtute illarum scotissim, tanquam de re distincta, vt clarè procedamus, si prius punctum quendam aperuerio, in quo communis quidam declaratur.

Non est Philosophiz consonum, quod quidam contendunt, consistentes in iecore duos appetitus diuersos, alterum naturalem, alterum verò sensitium. Licet Galenus sit excusandus, quia ad propositam sui disputationem de principatu partium & virtutum, non multum referebat appetitus in iecore condistinguere; & sic aliquando vocat naturalem, aliquando concupiscibilem: tamen quod non sint ponendi duo appetitus tanquam potentie distinctæ, probatur aperte. Vt enim super probatum est, appetitus naturalis non est potentia distincta, sed ipsa inclinatio formæ ad finem, vel ad bonum. Et ob id diuinitatem nullam habere adionem peculiaris. Ergo licet iecur dicat aliquam propensionem ad alimentum, vt ipso nutriti-

ur, non est dicenda illa propensio facultas diuersa ab essentia iecoris. Nam & si auferas granitatem à lapide, manente forma lapidis manet ille appetitus, & propensio ad centrum, non vt qualitas distincta ab ipsa forma.

Qua in parte notandus est noster Galenus, qui ait loco citato, in iecore esse facultatem generationis sanguinis, & ad eandem pertinere rerum incudatum fruitionem. Quæ sententia, nec propriè, nec impropriè est veritatem fruitio propriè pertinet ad voluntatem, impropriè ad brutorum appetitum, nullo verò pacto ad naturalem facultatem: nisi dicas ibi per fruitionem intelligendum vsum alimentis per nutritionem. Aut si non ita stridè velit Galenus opprimere, posses asserere fruitionem quandam largo modo analogam esse, similibus feruari, quod ad omnes pertinet naturas, quæ vel sympathia vniuntur, vel antipathia segregantur.

Minus potest Galenus excusari lib. de Diff. Sy. cap. 4. vbi inter accidentia facultatis naturalis enumerat inappetentiam, & deprauatam appetentiam, cum apertum sit potius hæc ad appetitum sensitium spectare.

Neque valet si quis dicat, ob mutuum consentium læsiones communicari: quamuis enim propriè ad appetitum sensitium pertineant appetentia, & deprauata appetentia, tamen consentit statim naturalis, & quia in eodem subiecto sunt ambæ virtutes, & quia subsequuntur.

Hoc (inquam) nullo modo Galenum nostrum excusat: nam si verum est, quod nulla reperitur facultas naturalis concupiscibilis, quæ habeat actum, cum non entis nullæ sint passionis, nulla erit lætio in actu concupiscibilis propter læsionem actus sensitius appetitus. Quamobrem hæc in parte vt verum fatear, non facile defendi potest Galenus.

CAPUT V.

An facultas irascibilis & concupiscibilis sint potentia distincta.

Non dum ea, quæ circa Platonis sententiam excitata sunt, vltimam habent determinationem. Nam Plato probare intendebat irascibilem, concupiscibilem, & rationalem, non solum esse virtutes diuersas, sed principia diuersa, sed etiam diuersis locis

Non esse ponendas in iecore duas potentias appetitivas.

Animaduersio in Galen.

locis habitare. Primum punctum nunc ex cutimus, vtrum, scilicet, irascibilis diuersa sit à concupiscibili. Tradatur hæc quaestio in forma ab Angelico Doctore 1. par. quest. 81. art. 2. & tenet expressè esse diuersas potentias. Et licet eius rationes efficaciter probent, potamus etiam illas quas Medici in hac parte circumferunt in scholis.

Primã ratio se offert Platonis, quæ desinitur ex motu repugnantia, & contrarietate illarum facultatum, siue actuum illarum.

Secundò probatur, ex repugnantia irascibilis, & concupiscibilis; nam irascibilis minuit concupiscibilem, & contra delectatio concupiscibilis iram minuit.

Tertiò, quia leditur actus vnus facultatis sine læsione alterius: ergo diuersæ facultates sunt. Patet antecedens, quia in morbo qui dicitur pica, quæ est quadam fœcis deprauata species, aperte videmus ledi appetitum ventriculi, siue concupiscibilem ventriculi, & tamen nulla est læsio in facultate cognoscitiua, aut irascibili. Ergo signum est non esse vnã facultatem, sed diuersas.

Quartò argument. quia, vt supradictum est, potentia differunt penes diuersa obiecta formalia, quæ habeant diuersas rationes formales. Sed irascibilis, & concupiscibilis versantur circa specie diuersa, quæ habent diuersas rationes formales. Ergo distinctæ sunt realiter. Minor istius argumenti probatur à D. Thoma loco supra citato in Corp. art. Nam sicut entia naturalia (v.g. lapides) per propriam incl. naturam querunt conuenientia, & fugiunt disconuenientia, tamen præter hoc habent aliam virtutem ad corrumpendum suum contrarium, vt ignis per leuitatem querit bonum loci, & per calorem destruit aquam.

Ergo multò magis in animalibus distinguenda sunt duo principia, vnum per quod animal bonum querat, vel malum fugiat, & huiusmodi est concupiscibilis. Alterum per quod vitæat impedimenta, & corrumpat contraria à quibus molestarti potest, huiusmodi autem est irascibilis, & ob id eius obiectum est bonum difficile, arduum, vel impeditum.

Hæc sunt rationes, non solum ex D. Thoma, sed etiam ex probatis authoribus Medicis, quæ prohibe diuersitatem illarum potentiarum, licet et omittam alias breuitatis gratia, quas Thomistæ adducunt loco supra citato, quas potens adijcere, si rem

dilatare, aut extendere volesis.

At ne vnquam sine contradictione procedat doctrina, & vt in perpetuo labore animus versetur, non placet proposita assertio multis Philosophis, præcipuè Scoto, qui primus huic contrariæ opinioni dedit initium assensus, quòd bonum arduum non potest esse obiectum irascibilis, 3. Sent. dist. 26. quest. vnica, illum sequentes Gabriel eadem dist. & quest. artic. 1. dnb. 1. vbi tenet, irascibilem, & concupiscibilem non esse duas potentias distinctas realiter, sed sola ratione per ordinem ad illos duos actus.

Verum, quòd non sint due potentia, sed vna probatur primo ratione, quæm vocat aliqui Complémentes fundam. ralem; quia bonum arduum, impeditum, & defendibile, quòd altera opinio dicit esse obiectum irascibilis, est medium ad bonum concupitum, quòd est obiectum concupiscibilis: ergo pertinet ad eandem potentiam concupiscibilem: nam consistit ad eandem facultatem pertinere media, & fines circa idem obiectum adequatum; & sic erunt isti actus, vt solent vocari, in adequati, alter circa bonum arduum, alter circa bonum concupitum, vnus ad alterum ordinatus, pertinentes tamen ad eandem facultatem. Non enim ista diuersitas obiectorum est sufficiens ad diuersas potentias, quia non est adequata.

Secundò efficaciter probatur, quia arduum, & non arduum non sufficiunt distingere potentias cognoscitiuas: facultas enim cognoscitiua cognoscit adequatam rationem obiecti delectabilem, vel sit arduum, vel non. Ergo similiter eadem potentia appetiua poterit versari circa ista duo.

Tertiò, quia Aristotel. dicebat 8 de Hister animal. cap. 9. Animalia inter se pugnare ob concupita, cibos, potus, venerca: ergo patet, & ite ex obiecto concupito delinuntur.

His argumentis discedunt aliqui à doctrina Sancti Thomæ, quæ nos semper suscipimus, & veneramus. Cuius amore perenti ista tria argumenta dissoluimus, & postea quid illi afferant contra rationes supra factas ponderabimus.

Ad primum dico, quòd non est necessarium vt medium pertineat ad eandem potentiam, ad quam pertinet finis. Et sic non valet illatio: Bonum irascibilis ordinatur in bonum concupitum: ergo sunt vna facultas. Non (inquã) valet, quia etiam obiecto, & intentio differunt specie, quæmuis

*Defenditur
S. Thom. &
respondeatur ad
quædam eius
iraçia.*

electio terminetur ad medium, & intentio ad finem illius medijs. Similiter facultates cognoscitivæ exteriore terminantur in sensum commune, tanquam in cætrum; tamen id non facit quin differant species: imò omnes potentie ordinantur in bonum animalis, & omnes virtutes in Deum; at ex hoc non poteris inferre, quod istæ facultates, & virtutes sint eiusdem nature, & speciei. Et ratio philosophica stat in hoc, quia specificatio facultatum non debet sumi ex ratione obiecti remoti & medijs, sed ex immediato & proximo obiecto, quod sub tali ratione respicitur à facultate.

Modò ad punctum nostrum. Respicit itaque irascibilis bonum arduum, ut arduum est & impeditum, cui malum est annexum respicit verò concupiscibilis bonum citum sibi determinatum. Quæ cum intra istos limites coarctatur, impotens ad bona sibi impedita indignis altera facultate, quæ tale bonum cõsequi possit nam ipsa per se non extenditur ad tantam boni amplitudinem. Vide iam quomodo irascibilis terminetur in proximum illud obiectum sub ratione arduitatis & difficultatis, & ab illo tanquam ab obiecto proximo specificetur, licet sit mediũ ad concupiscibilem, quæ respicit solum ipsum bonum particulare, & proprium sibi, ablata omni ratione arduitatis. Ex quibus patet distinctas esse rationes formales obiectivas, quæ sufficiunt distinguere facultates.

Sed interrogabis, ut quid hæc diversitas non reperitur in voluntate & appetitu rationali? Respondetur, quia voluntas ut sic, respicit bonum in se sub quacunque ratione, & sic una sola facultas sufficit ad bonũ arduum, & ad bonum. At verò concupiscibilis est magis singularis, & specificatur à bono sibi solum congruo, ut irascibilis à bono difficili. Ex quibus rectè poteris intelleges vitia argumenti illius, quæ sunt duo præcipua: nã neque ad eandem potentiam debet pertinere medium & finis necesse, ut ostensum est. Secundo, quia supponit potentias specificari ab obiecto remoto. Quæ omnia vbi erunt rectè considerata, videbis, quòd argumetum contrarium probet sententiam Peripateticam S. Thomæ.

Ad secundum dicimus, nullius esse efficaciam, nam potentie omnes sensitivæ respiciunt sensibile, vnaquæque sub ratione sua particulari; arduum tamen, & non ar-

dum possunt cognosci ab eadem potentia, quia magis vniuersalis est, quàm appetitio, & minus determinata: & sic excellens sensibile, & non excellens pertinet ad eandem rationem potentie sub vna ratione sensibile; quia talis est potentia, ut duo illa obiecta respiciat, nisi impediatur: quod in appetitu non potest evenire, ob rationes dictas.

Ad tertium patet ex dictis, nam animalia pugnant propter concupiscentiam, cibos, & potus, tanquam propter finem remotum respectu irascibilis; at verò pugnant, & irascuntur ob difficultatem, & arduitatem boni, cui malum impediens est coniunctum. Si enim nullum esset bonum à contrario impeditum, nulla esset necessitas irascibilis. Est ergo necessaria ut feratur animal in bonum quantumvis impeditum & arduum, tollendo impedimenta.

CAPUT VI.

Qui intendebant probare contra S. Thomam, & respondere primis argumentis, in hoc capite conuincuntur.

NON solum suam constituunt opinionem cõtra doctrinam Peripateticam recentiores quidam, Scotum sequentes, sed dissoluere nostra argumenta præsumunt.

Ad primum Platonis respondent, quòd tale erat: Actus istarum sunt repugnantes omnino; ergo non possunt ab vna facultate procedere, quia idem & ad idem non valet efficere repugnantia: ad hoc inquam dicunt, quòd isti actus contrarij non sunt in eodem instanti individuabili, sed vnus post alium: nam cum irascitur, facultas cognoscens tribuit obiectum cognitum per quendam actum diuersum specie ab illo actu quem facit ad concupiscibilem; & sic non sunt repugnantiæ simul in eodem instanti, hoc enim erat inconueniens; & sic, inquam, vna facultas potest illa duo cognita appetere, vnus post aliud, prout miri strauit cognitiua.

Ad hoc vltimum dicendum est, mentem Platonis esse, probare, esse necessarias duas facultates ad cupiendum, & ad propulsanda mala, quæ impediunt bona concupiscentia: non tamen intendit ostendere repugnantiam talem, quæ impedit ordinem

vnius ad aliam, vt repugnat deorsum, & sursum. Non quidem, sed illam quæ ostendit tales actus oriri à duobus principiis distinctis. Repugnat ergo, quod vnius principii est, quod ex sua natura ordinatum est ad fruendum bonis oblati, & particularibus, posuit querere bona maiora, sine adiutorio alterius principii ad quod pertinet difficultates vincere, & superare. Facere ergo ista duo simul, vel successiue, repugnat eadem facultati, vel rationem superiorem, quam in dicit obiectum irascibilis. Itaque quantumvis cognoscit sua munit obiectum, nunquam concupiscibilis mouebitur ad propulsandas difficultates, quia hoc non permittit illius naturam, sed vt regit illa, & dominum fructur bono per irascibilem ministrato.

Sed in retro actibus: Quare repugnat, quod concupiscibilis sit irascibilis? Respondeatur, nullam posse assignari rationem, nisi illam, quæ limitatur ex limitatione vniuscuiusque potentie circa suum obiectum, quod respiciens natura, diuersa dedit organa. Cui rationi aliam addendam duxi, quam ego lanus terigi agendo de dolore, & voluptate; nam operatio appetitus in dolore, aut gaudio habet sibi connexam quandam quietem sub forma apprehensa. Itaque frustio est quedam quies appetitus cum appetitui vero irascibilis nullam concernit quietem, imò potius laborem & motum, ad debellanda contraria impedimenta. Quia in se magnam inuenio repugnantiam, ne potius, vt voluit illi Scotista, vnam potentiam ad vtrumque actum: siquidem magna repugnantia est, quod eadem mens fuerit in motu & quiete: contineat suam perfectiorem. Melius ergo dicendum, quod ad bonum impeditum mouetur irascibilis, ad bonum congruum inclinatur concupiscibilis, se quiete motum tali forma acquisita. Vt enim exsequens motum mouet ad imperium voluntatis, ita irascibilis mouet & remouet impedimenta, ad frustrationem & delectationem concupiscibilis: vt dicas irascibilis esse veluti armigeram manus concupiscibilis desiderantis. Ex quibus colligitur repugnare istos actus simul, aut successiue effluere ab eadem facultate: nam impossibile est, quod concupiscibilis appetat tristitia, eam semper appetat delectabilia. Irascibilis autem multoties appetit tristitia, vt vineat contraria: quod formaliter repugnat concupiscibili. Et hoc voluerunt docere celebres illi viri, quod tamen nun-

quam potuerunt percipere Neoterici. Et in hoc consistit repugnantia vera istorum actuum, propter quam non possunt pertinere ad vnam solam facultatem.

Neque quod secundo dicunt, aliquid prodest, licet enim odium & amor pertinent ad eandem facultatem, nisi loquuntur de appetitu rationali, diuersi multum ratio est ob superiorem rationem volutatris, quæ respicit bonum in se. At verò illud odium vt superandum, & vincendum tantquam impedimentum, respicitur à sola irascibili, & non ab alia virtute.

Ad secundum argumentum nostrum, quod non solum ex Platone, sed ex S. Thoma excipimus, intendit respondere, quod sicut in potentia intellectiua sunt contrarii habitus, aut in facultate alia contrarii actus, ita nullum est inconueniens, quod concupiscibilis exerceat actus concupiscibilis & irascibilis. Hoc tamen non probant, quod probare debebant, nam reuera in intellectu non sunt ponendi contrarii habitus circa idem: at vero appetere tristitia, & appetere delectabilia repugnat eadem potentie.

Sed dices, quo pacto sit possibile appetere tristitia, cum omne quod appetitur, sit sub ratione delectabilis, aut boni? Respondeatur, quod irascibilis non appetit tristitia, vt sic; nam vt sic sunt mala appetit tamen tristitia vt propulsabilia. Et in hac ratione habent rationem boni, & sufficienter distinguunt potentiam.

Neque sufficit dicere, quod eadem facultas potest effluere actus contrarios (nam adequatos non valet vno pacto, quia ordinantur ad diuersas rationes obiecti). Et sic videre album & nigrum non sunt actus proprio contrarii, vt intendunt isti auctores.

Præterea insufficientis est quod adducunt contra S. Thomam, delectationem minuire aliam delectationem in eodem appetitu, & ideo non mirum si actus irascibilis minuat concupiscibilem in eadem prout facultate. Non (inquam) sufficit, quia irascibilis verè minuit concupiscibilem, nam dicit vires ad aliud obiectum diuersum, vt magna cogitatio minuit visum. Ita etiam cum feratur irascibilis in bonum impeditum, in malum propulsandum, in tristitia superanda, tollit delectationem concupiscibilis, veniendo vires in aliud obiectum diuersum, licet tandem terminetur in bonum ipsius concupiscibilis. Et quia, vt dicebant, irascibilis operator magis per motum, concupiscibilis magis per

per quietem; quid ergo mirum, quod motus minuatur quietem, & quietes motum? Neque intelligas motum localem corporeū; habet enim etiam suam terminum actio irascibilis immanentem. Sed dico, magis tendit, concupiscibilis verò magis flat. Quando autem Aristoteles dixit in Ethicis, libr. 10. cap. 3. quòd delectatio minuit delectationem; hoc non fit, quia delectatio habet aliquam repugnanziam cum alia delectatione, sed capacitas sensus, & appetitus vitatur magis cum obiecto magis proportionato: quantò autem magis delectabile, tantò magis vitatur vitatur, & ob id non sentitur minus delectabile, quia anticipat naturam vitium cum maiori delectabili, tantum cum maiori bono. Et hæc vocatur diminutio delectationis. At irascibilis minuit concupiscibilem (non per contumeliam alicuius boni, sed vt sicetiam) quia ad aliorum bona inquirenda rapit animi & corporis vires.

Ad alteram rationem S. Thomæ respondere conantes, dicunt, quòd licet inanimata habeant duas virtutes, ad bonum alteram, & ad vincenda contraria alteram; non est tamen necessum, vt hoc etiam fiat in animalibus per duas facultates, sed sufficit vt per vnā, quia quæ in inferioribus sunt diuisa, in superioribus sunt vnita. Bene quidem, quando possunt vniri in vnā potentiam, sed hæc non possunt, vt probatur satis citius cum in potentia spiritali conueniant; in illa enim modo alii sunt, quæ in inferioribus per plura sunt organa. At verò intra limites naturæ merè corporalis id non contingit, sed è contra, scilicet, quòd per plures facultates operetur animal quædam planta, & planta quædam elementa.

Sed non cessabis interrogando, quo pacto illæ potentie habeant vt erga malum videant enim quòd vitareque debeat fugere inueniens. Respondeo, in hoc maxime elucetere quantum illæ facultates differant: nam concupiscibilia solum respicit malum vt fugiendum, irascibilis verò, vt aggrediendum, & vincendum, vt acquirat bonum.

Cetera dicta merito exurgit non contemnenda dubium. Num actus appetitus lædi possit sine læsione actus cognoscendi. Ratio dubitandi est, quia appetitus sensitivus non potest respicere nisi obiectum, quòd propinquum est à cognoscendo, ergo nec potest vitari nisi læsione existente in cognitione, siquidem non potest

versari circa aliam rationem obiecti.

Ad hanc difficultatem solet respondere, posse appetitum sensitivum læsionem pati, nullo vitio existente in cognoscendo. Nam appetitus habet duo, alterum ab anima, alterum à corpore requisitum; quorum si demas aliquod, actionem appetitus lædi, aut aboleri, aut minui necessum est. Igitur quantumvis cognitiva facultas optime sua obiecta dispenfer perceperit, organum tamen, aut dispositio corporalis appetitus potest esse vitata, & sic lædatur actio illius nulla læsione præcedente in cognoscendo. Quod in appetitu exequutivum motus videmus contingere: licet enim imperet superior facultas moveri brachium, tamen si impedimentum sit, non potest sequi, aut exequi imperium voluntatis.

Suppositio
cognitione.

Ex exemplo patet in eodem appetitu sensitivo, de quo disputamus: vt enim appetitus sensitivus solet in homine non obedire rationi, quia non valet, defectu, scilicet, dispositionis corporalis, ita in bratis potest non rectè operari defectu alicuius dispositionis, quantumvis aliis ex parte anime cognoscens nulla interueniat læsio. Cum hoc tamen sicut ponimus vnā læsionem provenientem in appetitu actio, defectu dispositionis corporalis, ita debemus aliam consistere, quæ possit accidere defectu cognoscens, quantumvis dispositio appetitus optime se habeat: potest liquidem cognoscens aliter tribuere obiectum, quàm illi in rei veritate, & appetitus insurget errabundus, forsitan complodens mala vt bona, & è contra, vt quotidie videmus in melancholicis.

Sed quo pacto per solam dispositionem corporealem mutetur ratio formalis obiecti in appetitu, sine hoc quod mutetur prius in cognitione, difficultatem habet non parvam. Cum ergo concupiscibilis, & irascibilis differant, non mirum, quòd in distinctis principijs radicentur: nam licet in eadem præcisè parte sensitiva, & nutritiva residere possint, tamen conueniens fuit vt in suis præcipuis partibus habeant principaltatem, vt postea videbimus.

CAPUT VII.

Utrum omnes facultates in corde resident.

Hæc questio generalis est huic cap. & illam tangit Auicenna, vtrum, scilicet, vitales vegetatiuæ, & animales in corde radi-

Dubium, an
appetitus la
datur sine la
sione cognosc
tiua.

radicentur. De illis enim facultatibus sermonem præcipue instituit Medicus, intellectus relinquitur, vt separatas à corpore. Et quantum Galenus 2. de Locis, cap. vii. Logicam quæstionem dicit esse, quæzere, non facultas animalis resideat in membris, aut in substantia cerebri, quia medicamenta applicamus capiti, quocumque in loco resideat: tamè quicquid sit de hac sententia, Galenus illam certè non potest pronuntiare de præsentis quæstione, cum trullum conferat ad curationem, scire, vtrum in viso membro resideant omnes facultates: applicande siquidem erunt remedia parti illi, qua lassorem habuerit præcipuum suæ facultatis. Nam animalia si radicatur in corde, quæsimus potemus auxilia in capite? Si igitur nosser Anticenna dixit istam quæstionem esse Physicam, interpretandus est vt, scilicet, sit Physica, quia bona illius pars ex Philosophia dependet.

Probatum ergo omnes virtutes à corde originem ducere. Primum, quia non sunt multiplicanda principia sine necessitate: ergo vt in mundo maiori deueniendum est ad vnum primum mobile, ad vnum primum motorem, omnium causam, ita in homine signandum est vnum principium, & non plura.

Secundo, quia ibi ponenda sunt omnes facultates, vnde commune instrumentum omnium facultatum ministratur: sed à corde profunditur calor, vt omnes particule operari valeant: ergo in corde radicantur omnes virtutes.

Tertio, quia ibi locanda est facultatum sedes, vbi organa reperiuntur talium facultatum: sed in corde sunt nervi, venæ, & arteriæ: in illo ergo videtur consonum radicari virtutes omnes.

Probatum hæc minor, nam cum cor sit substantia durissima & serena, melius videtur, vt nervi in illud implantentur, & innascantur, quam in cerebro molliori. Venæ similiter ab illo oriuntur: eius signum est, quia venæ hepatis transeunt per ipsam hepatis: at verò venæ cordis nascuntur à corde, vt à trunco. Arteriæ etiam hoc modo ab illo exoriuntur. Confirmatur, quia cor potius dicendum est sanguificationis principium, siquidem in illo exiit sanguis tanquam in vase, & extra venas in hepate verò solum intra venas, vt transeat, & percoletur. Et hæc est causa ob quam in animi affectibus sanguis ad cor refugiat, & non ad cerebrum, aut hepatis.

Quarto, quia in syncope subito omnes vires deficient: ergo omnes à corde oriuntur. Quod tamen affecto cerebro nunquam contingit. Antecedens experientia est satis comprobatum.

Quinto, ob ista uicibus, aut interclusis meatibus, qui sunt inter cor & cerebrum, subito cadit animal, sensu & motu priuatum: ergo à corde dimanabat virtus sensitiva, & motiva, & non à cerebro.

Sexto, quia per animi affectus, per quos statim animal ad fugam, vel ad prosecutionem concitatur, primum cor mouetur, & in illo elocent: ergo in illo radicantur omnes virtutes.

Septimo, quia cor est principium totius vitalitatis, in quo prius residet anima, & à quo vltimo exit. Ergo consentaneum est, vt principium viæ sit principium virtutum omnium animalis. Antecedens probatur, quia primum cor vult, & vltimo emouitur. Et ob id dicebat Galenus, quod nunquam mores accidit, nisi cor afficiatur.

Lib. 3. de Loc. cap. 1.

Hæc sunt argumenta, quæ communiter circumferuntur pro Aristotele, qui opinatus fuit in corde residere omnes facultates 2. de Partibus animæ 7. & 10. & 3. de Partibus cap. 4. & 2. de Generat. animal. & in partibus naturalibus Aristotelem sequitur Alexan. Aphrodit. lib. 1. de Anima, & Auerro. lib. 2. Collectan. & omnes scire Philosophi, & Metaphysici: quorum rationes ad supra dictas possunt referri.

Sed tamen Andreas Laurentius, qui hæc quæstionem attingit, lib. 1. q. 2. probabiles rationes Aristoteles probabiles, aut apparenter dissolutificas tamen nequam: nam ad primam respondet, author ille, consonum esse vt vnum constitueremus principium: at vt hoc fiat in homine, plura sunt impedimenta: itaque vni argumenti Peripatetici fugit.

Dissolutus contra Laurentium.

Verum videamus impedimenta, quæ nobis proponit hic alacritas, eum ab illo appellatur demonstrationes. Primum, dicit esse impossibile, vt ab vno corde tam varia nascantur instrumenta. Ad hoc verò possunt respondere Aristotelici, maiorem, aut tantam discretitatem esse inter hepatis, & venas, & tamen Medici concedunt primam ventram radicationem esse in iecore: iecur enim est calidum, rubrum, carnosum; venæ autem frigide, albæ, & tunc quædam: vt quid ergo magis à iecore, quàm à corde pronascantur?

T Neque

Sic Arist. I. Phys. Nō multum signare bonū est, Rex vniuersi esse.

Neque probat author iste, exorta debere esse crassissima in suo principio: nam vt radices plantarum tenues, & capillares sunt, postea verò in magnam molem confurgunt, ita in corpore non est necessum ve-
as in sua prima origine esse magis crassas amplas: aut saltem debebat assignare di-
statis rationem.

Videamus secundam demonstrationem Laurentij: dicit ergo non posse dari vnus principium omnium facultatum, quia, scilicet facultates corporis sequuntur tempericem: ergo diuersæ facultates non possunt in vnica parte temperie prædita residere. Sed hæc ratio puerilis est, nã videmus in eadẽ præcisa parte cerebri eodẽ temperamẽto prædita esse simul facultates rectrices. Quod si hanc opinionem non vult admittere, nõ negabit tamẽ in eadẽmet parte esse facultatẽ sentiẽtis, & vegetamẽ. An forsitan caro non est sentiẽtia, & vegetatiua? Ergo vt in ista parte digiti: est virtus vegetalis, & sentiẽtis, quorum in corde non erunt tanquam in origine?

Idem potest responderi ad tertiam rationem, quæ talis est, nam si omnes, inquit, facultates sunt in corde, quomodo quando irascimur, ratione contra iuramur, cum nã magnus cordis feruor sequatur, ratio verò temperato gaudeat calore. Hæc tamen ratio nullius est momenti inter Philosophos: nam si in eadem parte possint esse diuersæ facultates, operari etiam poterunt, dum vnodẽ temperies vitiosus cõuenit non exeat to-
tam latitudinem cõuenientem. Corrigitur ergo ira in hominibus per superiorem rationem, quæ nulli organo assignatur: in quo etiã fallitur Laurentij ratio: enim nõ indiget calore, vt operetur. Præterea (vt dixi) quibus in ira crescat calor, tamen non ira corpus sibi perit, vt nullas remaneat aditus rationi. Quod si aliquid in tantò crescat vt latitudinẽ temperies subuertat, subuertatur etiam ratio, & in furiosos cõuertuntur tales homines: quia ratio non inuenit materiam rectẽ dispositam ad discurrendum. Nam licet non indiget potentia intellectuina calore, vt instrumento, indiget tamen in hac vita corpore, vt ostiolo. Ex quibus patet, quod in eodẽ corde non impedit esse varias facultates. Præterea, quia eadem ratione ira & concupiscentia possunt esse in eodẽ loco: idem enim, quod de reliquis facultatibus diuersis, dicemus de ira, & appetitu.

Quartam rationem perpendamus, quæ licet soluta iam sit in superioribus, tamen

ampliores desiderat claritatẽ. Dicit ergo eor esse calidissimam, & perpetuo motu cõ-
citator, addo ego ad maiore vnus idẽdã argumentum ad generandos spiritus vitales maxime aptum; ad rationem verò maxime inopem, quia motus animi essent turbatus di, sensus precipites, discursus aberrans. Ergo non sunt complicandæ in eadẽ parte tam distinctæ facultates.

Hæc tamen ratio nil profius probat: diximus enim intra latitudinem certæ temperiei diuersas posse facultates operari, vt ipsa experientia docet de facultate vegetate, & sentiẽte. Ergo neque intentus cordis calor alias propellit facultates, neque eius continuus motus, qui etiam in substantia cerebri inuenitur, vbi omnes Medici principem animalẽ collocant: perpetuo enim cerebrum dilaturatur, & comprimitur, quæta existente operatione animæ. Ita, & in corde potest contingere. Quod si tantus tibi videtur calor, scias quod ab anima gubernatus plura potest, quæ tu nõ consequeris. Hæc Laurentio sufficiant pro sua dissoluenda quarta de mortificatione, si nunquam videret cerebrum calidissimum continuus motibus agitatum ad rationis opera maxime valere. Ego quidem vidi, & in velocitate discurrendi maxime exortens: id tamen, vt dixi, intra limites dispositiõis debite speciei humane.

Hæc quæ contra quartam demonstrationem Laurentij proposita, intelligenda sunt cum rigore dispositionis. Si tamen plenus volueris ex Aristotele ab ista difficultate discedere, respondere poteris ex doctrina de Partib. animal. c. 10. vbi ait Aristor. idẽ sensus quosdam positos esse iuxta cerebrum, non quia cerebrum sit primũ sensus instrumentũ, sed quia exquisitiõnes sensus sunt per partes, quæ sanguine habet sinceriores. Sanguinis enim calidioris agita-
tio sentiẽdis officij refringit. Ex hoc loco poterat Laurentius sua demonstratione diluere; nam licet feruat irascibilis in corde, colibet tamen potest ratione, quæ in cerebro magis chæretur, & viget.

Eandem leuitatem habent reliquæ responõiones istius authoris, nã ligatis carotidibus, aut per se necipen, istam ait animal concitare, non ob aliam causam, nisi quia deficit spiritus vitales, qui materiam suspeditabat in malis. Hoc tamen nõdum excusat difficultatem. Vnde enim tanta cõmixtio spiritus vitales, & animalis, vt deficiente vitali pereat animal? vbi-
cumque sit. Hoc certe debebat idẽ author
scrib.

hanc in corpore aliquod primum principium, quod reliquas moueat partes; non enim est datus processus in infinitum. Debetur ergo distinguere partem motam à fincliam à parte mouente.

Hæc ratio maiorem vim habet, quam vulgares medici possunt respondere. Ad cuius evidentiam notandum est, quod non loquimur de moribus, qui possunt procedere ab anima rationali, ut rationalis est: clarum enim est, quod totum corpus nostrum possit moueri ab anima rationali per apprehensionem intellectus, & per voluntatem, quæ actiones sunt ipsius animæ, ut principii quod. Et tunc motum erit ipsam corpus, ut est perfectum ab ipsa anima in esse corporeo. Tamen disputatio ista non procedit nisi de operationibus sensibilibus & vegetariis, prout procedunt à potentia sensibilibus. Et hoc pacto ista disputatio communis est de corporibus nostris, & beatorumque nam sit pars, aut vitium sit una pars prima radice omnium operationum. Et hoc pacto procedit argumentum. Quod autem hæc philosophandi ratio sit Sancti Thomæ, nihil in hoc notosissimum est. Sed audiamus illius verba in De spiritalibus creaturis, artic. ad 4. ubi ita philosophatur: Vis autem sentit na, & appetitua in animalibus determinatur organum; & sic in illo organo incipit motus animalis, quod est cor. Sic igitur una pars animalis est mouens, & alia mota, ut pars mouens accipiat primum organum appetitue partis animæ, reliqua pars sit corpus motum. Si igitur in homine mouent voluntas, & intellectus, quæ non sunt alicuius organi actus, mouens erit ipsa anima secundum partem intellectus motum autem erit corpus secundum quod est perfectum ab eadem anima in esse corporeo. Hæc S. Thomæ verba, quæ insequitur doctrinam Aristotelis hæc in parte; quamvis Scotus aduersus illam vehementer insurgat. Si igitur dauda est in an. mali aliqua pars, quæ sit principium, & radice omnium motuum vitalium, quæ reliquas moueat, & à illa moueatur: ergo in illa tanquam in origine debet collocari primæ facultates, scilicet sensus & appetitus, quæ animæ mouent & primus motus ad quem iste reducuntur tanquam ad primam radicem, pulsus scilicet. Pro cuius maiori explicatione fit secunda conclusio.

Pars ista prima, quæ fundamentum est omnium motionum animalium vera-

lum, & naturalium, est cor. Patet hæc conclusio. Quia solum ista pars non mouetur ab alia parte illa est ergo, quæ principium est illi omnis mutationis tam sensibilibus, quam motus localis, ad illam enim deueniendum est, & in illa subsistendum. Non enim diuiditur in partem mouentem, & motam, nam quamuis Cæteranus dicat moueri ab anima, sicut Cæterus ab Angelo, reuertitur tamen hæc opinio ab omnibus Thomistis; nam in vera doctrina S. Thomæ, & Aristotelis anima in motu cordis habet se tantum ut quo, & sic non est pars assignabilis, quæ ut quod sit origo talis motus, ut sensus in tract. de Pulsibus, extra rem est, ubi probamus motum pulsus esse à generante, contra communem Medicorum scholam. Secundum illas duas conclusiones elicitur professum, quæ fuit mens Aristotelis in hæc quæst. minimum residere in corde (tanquam in causa universalis) & prima respectu corpora animalis, originem omnium mutationum, motuum, scilicet, vitalem directionis, & constructionis, qui primus est organum; qui quidem motus est in corde formaliter, & distincte, post quem sequitur esse principii sensus & motus radicaliter, & ut causa vniuersalis. Et hæc fuit imaginatio Avicennæ, quando dixit: Principium sensus & motus manifestatiue est in cerebro, radicaliter autem in corde.

Tertia conclusio. Cerebrum est determinatum, & magis proximum sensus, & motus principium. Hæc conclusio solet probari argumentis medicis & experientis Galeni. Nam factis cerebro leduntur sensus & motus ergo ab illo dependere. Secundo, quia auxilia cerebro applicata medentur hæc actionibus rectitudinis ergo in illo est principium proximum sensationis & motus animalis. Pro claritate tamen huius difficultatis aliam dubitationem ad solvendum oportet: cum enim tanto tempore incurret opinio nostri Avicennæ, nullasque ex recentioribus usque, qui illam non vituperet, oportebit ab omnibus oblationibus illam eripere. Quæ in parte radicaliter percipitur intentionem Aristotelis, & Sancti Thomæ.

Primus offert se nobis Andreas Casserianus. Si radicaliter sensus & motus est principium in corde, & manifestatiue in cerebro, sequitur quod obstruendo cerebro non amitteretur sensus & motus, manifestatiue in corde, ut in radice.

Sed nullam efficaciam arguenturibus hæc

hæc habet, dissoluitque illam Anticema in hoc cap. Obstruendo enim cerebro amittitur sensus & motus, quia amittitur modus temperamenti, quo virtus data à corde operatur sensum & motum. Imaginari enim oportet, quod dispositio, quæ cor insultat, egeret proximiori determinatione, ut valeat ad actum secundum sensum, & motus animalis hæc habet tria: cerebrum, atque ex consequenti lesio cerebri laeditur sensus, & motus: neque influxus cordis sufficiens est ad productionem actus secundi. Exemplum id declarat sans aperta; nam omnes sensus exteriores recipiunt vim & efficaciam à substantia cerebri, & tamen actio visiva, & auditiva lesi possunt sine lesione cerebri, non ob aliam causam, nisi quia cerebrum etiam mittit vim illud, quod mittere debet ad oculos, vel ad aures: deficit tamen illa determinatio, & spissatio, quam spiritus animalis acquirit in organo particularibus; nã ille spiritus fit visus, auditivus, & ceteris gustativus, &c. Hanc doctrinam communiter Medici recipiunt. Ergo sicut lesio oculo laeditur visus, quamvis non laeditur cerebrum; ita lesio cerebri laeditur sensus & motus, quamvis cor neutiquam laeditur, & quamvis illius vis integra remaneat.

Dubium 2. Præterea dubitabit: quia non potest assignari ratio, ob quam non pereant sensus & motus lesio cordis, siquidem laeditur radix, & origo sensus.

Respondetur, in hoc esse quosdam latitudinem, ut enim quamvis caelestis præter naturam cerebrum, nõdum desinat homo visque dum tantam & talem habeat intemperiem, quæ ad id sufficiat; ita etiam non quilibet cordis morbus privatio obstruat rationem sensus & motus efficiet: taliter tamè potest lesio, ut subito animal actiones amittat. Si enim impediatur distributio spiritus vitalis ad omnes partes cerebri, proculdubio omnis actus secundus sentationis & motionis periret, ut videmus in obstruptione carotidum, & in exquisita syncope; sic non valet consequentia, Laeditur cor; ergo, laeditur actus secundus reliquarum partium; quia non laeditur, ut principium reliquarum actionum, v. g. febricitat cor, sine dubio laeditur, ut pars calorem habens toti corpori communem, & sic causat morbum universalem intemperies. Sed ligentur arterie, obstruantur, intercipientur, laeditur certe tunc influxus in omnes partes, & nõ restabit morbus primò in arterie, sed symptomata alia, stragulariones, privationes sensus & motus. Exemplum est apertum;

influxus caelestis ab omnibus causis inferioribus modificatur ad actiones exercendas singulares tamen nõ statim lesio, ut ita dicam, influxus caelorum, laeditur actio inferioris, sed tantus potest esse deficitus caelestis, ut deficit effectus terrestris. Loquitur autem cum probabiliori opinione quæ tenet non pòdere ista corporalia à supremis ea dependentia quæ pendunt à Deo Opt. Max. sed posse aliquando durare sine influxu caelesti. Similiter quis laeditur origo sensus existit in corde, non debet statim lesi in cerebro, quod est membrum immediatum ministrans instrumentum sensus.

Sed alterum exemplum ponunt Anticemisti, non præter rationem; comparant enim cerebrum regi, & cor Regi ipsi. Ut ergo si vicarius Regis, sine prorege ob propria vitia civitatem pervertat, non in Regem ibeo refunditur damnus, ita lesio cerebri laeditur sensus & motus microcosmi, licet non laeditur cor. Rursus è contra quis Rex ipse vellet pervertente Rempublicam, si tamen eius vicarius illum sècundè moderaretur, nõ statim Regis perniciem subditos afficeret, nisi tanta esset, & tam efficit, ut simul etiam proregem perturbaret, & in consensum traheret: tota enim potestas proregis à Rege derivatur. Idè proregeus contingit in presenti: non enim quilibet lesio cordis suam proximam vicarij, nempe cerebrum, pervertente valet.

Dubium 3. Tertiò dubitabit quis postea, penes quod attendatur ille principatus cordis, nã eadem illo tot concurrunt facultates, tot motus, cõsonantur declarare quod in illo sit primum, & origo aboni. In illo enim est motus augmenti, est nutritio, est motus dilata-tionis & cõpressionis; est motus etiam, quo generat spiritus vitalis: licet ille nõ sit motus immans. Rursus sit motus, tribuitur motus, sicut cõsonantur animæ actus. Est præterea vitalis, naturalis, appetitiva, sensitiva facultas. Merito ergo dobitantur quod sit origo in tanta multitudine, ut quid ex illis sit primum, & radix reliquorum.

Respondetur, quod motus cordis est primum omnium motuum, & sic consent cordi ab insultu (non dico, in instanti, sed ab insultu) hinc generationis tanquam per seclio, quæ est fundamentum omnium per seclionum animalis; nutritio verò, appetitio, sensitationes & actiones animales non conueniunt in illo insultu præcisio, sed consequenter. Vnde sensus, & appetitus stricte loquendo subsequuntur: nullo enim pacto antecedit motum cordis, nisi for-

*Dubium 3.**Ex Hippocrate.**ut videtur in Hippocrate de morbo cordis.*

san ordine dignitatis, & excellenter, sine maioris perfectionis. Et hæc est ratio propter quam motus cordis debet tribui generant, & reliquæ actiones ipsi animal.

Dubium 4.

Quarta difficultas excitatur de exortis, utrum, scilicet, sicut probant Philosophi radicari in corde principæ virtutes, ita sit tenendum, venas, arterias, & nervos ab illo proficisci. In hac re posset moneri quæsitio de vnoquoque exortio per se: sed brevitate gratia notandum, non esse necessarium ut omnia vasa oriatur à corde, quantum omnes prædictæ facultates in illo radicentur non enim habet naturales connectionem vnum cum altero, & ob id quantum concedant Physici, quod nervi oriuntur à cerebro, cum hoc tamen fiat, virtutem animalem originari primum à corde. Dari tamen sunt nervi ad distinctionem, & determinationem motus, & sensus. Et similiter de venis dicendum est, atque hoc stricte loquendo, nam aliqui Peripatetici ex recentioribus probant omnia vasa prædicta oriri à corde, in quos Celsipinus loco citato.

Dubium 5.

At curatius nondum cessat ab obviacionibus nam querit, utrum cordi sint applicanda auxilia in affectionibus sensus & motus. Respondeo, ut dictum est, ad lesionem proximi instrumenti citius læsi actionem, ut citius ledatur actus scribendi læsi manu, aut calamo, quam læso corde per febrem diariam, aut obscurata luce Solis per eclipsim, quæ sunt cause superiores. Sic læso cerebro statim leditur sensus, & illi applicata remedia prosunt. Tamen utraque opinio, Aristotelis, scilicet, & Galeni, admittit esse faciendam provisionem circa cor in affectionibus cerebri. Nam Galenus hæc ponit illa principia distincta, ponit tamen cum subordinatione vnius ad alterum, vel in ratione finis, si non in ratione efficientiæ, ut Aristoteles. Et ob id cordi semper providendum, ut voluit Avicenna, & colligitur ex Galeno 3. de locis, cap. 1. quando dicitur omnes partes indigere temperantia caloris cordis ad suas operationes.

Ex dictis contra Galenum constare satis potest, irascibilem, & concupiscibilem in corde residere, nam in illo radicatur appetitus sensitivus, ut dicebat S. Thomas. Quod ergo obstat quò minus irascibilis, & concupiscibilis in illo fundentur? Nam Galenus non potest probare distinctum organum, quia distinctæ sunt inter se ipsæ facultates, quia (ut supra visum est) resque possunt

diverzæ potentie in eodem organo residere, ut & gustus & tactus facultates quidem distincte, eodem tamen organo gaudent. Secundo, possunt Galenum suo proprio argumento oppugnare: nam ut probet irascibilem à corde proficisci, adducit differentiam pulsus. Est ergo cor appetitus sensitivi sedes: quod & Aristoteles confirmat lib. 3. de Anim. c. 9. Neque Galenus efficaciter probat esse in iccore concupiscibilem, quia præcordia concitantur in actibus illiusdem idem videmus contingere in fetuoribus irascibilis, inflammantur enim interna, cor primario, & reliqua per consensum.

Potest verò probari sensitivum appetitum radicari in corde, ut ex sequentibus constabit.

Ex dictis elicitur secundum doctrinam S. Thomæ, & Aristotelis, sensitivum appetitum radicari in corde tanquam in primo, & immediato subiecto. Hoc tamen nihil obstat quia etiam in alijs partibus resideat, ut & alia potentia, sicut infra in quavis parte: at est quedam pars prima, quæ vellet origo, & principium existit. Est ergo de appetitu hæc difficultas, quam aliqui dissolvunt, afferentes animalia esse in duplici differentia, quædam ita sunt imperfecta, ut nullam habeant partem determinatam sedem appetitus, sed per totum corpus extenduntur, quod apparet, nam sensus visus & vnaquælibet particula suo fruatur appetitu. In animalibus tamè perfectis distincta ratio existit, in his enim appetitus sensitivus in corde, ut in primo ledet organo.

Et proposita conclusio videtur probari ex animi affectionibus, qui passiones sunt appetitus sensitivi: cor enim statim afficitur, nulla alia parte primo affecta, ut ex possum differentia ad sensum patet. Secundo, quia quævis corporalis immutatio ab anima procedens sit per mutationes spiritus vitalis à corde procedentis. Signum ergo est in corde primum exerceri prædictæ appetitus passiones. Quando igitur sedem primam appetitus cor esse dicunt, in animalibus parte dis philosophantur ut colligitur ex Arist. 2. de Anima,

cap. 2.

(f)

*Ut colligitur
3. de Plat. 2.
7. & 1. de 1. 2.
part. 1. 1.*

*An appetitus
sensitivus per
totum animal
extendatur.*

*Viterius probatur
irascibilem, & concupiscibilem exci-
sere in corde.*

CAPUT VIII.

Nam in qua parte est appetitua facultas sit etiam cognitiva.

Dicitur est appetitus sensitivum reside-
re in corde. Dubitatur iam, utrum in
eadem parte sit cognitiva facultas: hucul-
que enim illas distinguimus loco, sed virgē-
tius ventilarum difficilior. Nam actio appe-
titus est immanens: ergo obiectum sensa-
tum debet esse in eodem loco; nam si in
alio, & separato, videtur quod obiectum
mutet appetitum transeuntes.

Hoc tamen argumentum quod addu-
cunt recentiores, inutile nō quod obiectū
cognitū sit in alio organo, non tollit quod
actio appetitus sit immanens: sicut visio
actio immanens est, quamvis obiectū ex-
ternam per suam speciem agat in poten-
tiam: ita similiter quamvis potentia sen-
sitiva esset in vtro loco distincto, bene po-
test obiectum illius cognitum appetitum
movere, & resultabit actio immanens dolo-
ris, aut voluptatis, fuge aut prosecutionis:
quia illa actio appetitus ita moti elicitur
vitaliter ab ipso.

In responsione verō ad titulum que-
stionis Peripatetici parum laborarent: nā
cum ponant potentias radicari in corde;
ibi ponunt cognoscitivam, vbi ponunt ap-
petitivam, sic in pro radice.

Questionem presentem quidam recen-
tiores ita dissolvunt, nam dicunt depende-
re ex altera questione. Vtrum obiectum
cognitum concitrat ad actionem appeti-
tus in genere cause efficientis, an in gene-
re cause finalis. In qua re sunt duae sententiae
contrariae. Dicitur ergo quod secundum
opinionem illorum, qui aiunt obiectum
concurrere efficienter, dicendum est appeti-
tum, & sensum in eodem debere loco
collocari: quia cum causa efficiens agat
per contactum, necessarium est, ut vbi est
sensatio, ibi sit appetitus, quia ibi est effi-
ciens, effectus, & recipiens.

In altera tamen opinione, quae tenet
obiectum cognitum concurrere finaliter,
non erit dicendum, quod in eadem parte
sit sensus, & appetitus. Nam cum sensus non
agat per contactum, sed metaphorice mo-
veat, videtur quod huiusmodi facultates
possint loco separari. Vt ergo questionem
dissolvant, eligant unam ex dictis opinio-
nibus, ut probabiliorē, & secundum illā
respondent. Questionem autem illam inē-

taphysicam, & difficilem quando oportet
tractare, diffuse disputant Thomistae mul-
tis in locis. Sed omnia colligit crudere fa-
tis Bañensis 1. p. q. 30. art. 2. distib. 2. fol. 55
vsque ad fol. 875, vbi videndus est. Ex au-
thoritate verō D. Thomae multis in locis
obiectum cognitum finaliter movet appe-
titum. Ad quam conclusionem probandā
multa sibi adducunt argumenta, sicut &
multas opiniones fati & contrarias, & varias.
Praedicta tamen conclusio elici potest ex-
pressē 1. 2. quæst. 9. art. 1. & 1. par. quæst. 82.
articul. 4. & quæst. 22. de veritate articul.
1. 2. ad 3. & in art. 1. ad 3. & contra Genti-
les cap. 78. art. 6.

Hoc supposito, cum obiectum cognitū
moueat ut finis, non erit necessarium esse
similē in eodem loco, aut in eadem parte,
quia finis non requirit illam conditionem
efficientis realem, scilicet contactum. Et
ex consequenti appetitus erit in corde, &
cognoscitivus erit in cerebro.

Notare tamen non de-
betur, quod ad-
versus alios opinantes adducit quidam. Di-
cunt illi, quod quamvis loco differant iste
potentiae, quia tamen anima informans est
vna, hoc sufficit ad hoc, ut obiectum cog-
nitum in hac parte moveat effectivē po-
tentiam appetitivam alterius partis: vtriusque
enim pars est immediata ipsa anima, &
haec immediatio sufficiens videtur.

Contra istum modū dicendi satis pro-
babilem insurgit, dicens: Tamen si finis in di-
versis partibus, & nihil producat adhuc in
animam alterius partis, aut in organum al-
terum, quomodo ager in distans, quoniam agat
in proximum; quod est prae rationem
agētis naturalis? Neque sufficit dicere, me-
diare animam, quae est immediata vtrique
partium certum est, animam, prout est in
vna parte, non producere effectivē actio-
nem alterius. Haec sunt, quae adducit ad in-
pugnandam illam sententiam.

Non tamen habent aliquam efficaciam,
& facile possunt solvi. In primis illa parti-
cularis nihil asserenda est; & si non asseratur,
dicitur proferri impossibilia, & sibi repu-
gnantia: nam si nihil agit, ergo neque in di-
stantem neque in proximam partem. Et si-
stimus igitur fuisse negligentiam correcto-
ris, nam talia non poterat tolerare acerrimi
ingenium socii acutissimi nostri.

Sed nunc ad sensum, & ad conceptum
ipsius rei accedo. Sic dicitur: si potentiae
sunt in diversis partibus, anima per suam
unitatem non poterit supplet illam sepa-
rationem, quia non poterit agere in distans,
quia

*Resolutio qua
sunt à qui-
busdam tradi-
ta, & à nobis
impugnata.*

quoniam agit in propinquum more agentium naturalium, v.g. potentia cognoscitiva est in cerebro, potentia appetitiva in corde: quo ergo pacto anima, que cognoscit in cerebro per suam potentiam cognoscentem, poterit agere, aut movere potentiam distantem, que est in corde, nisi prius agat, aut moveat viciniores?

Miror maxime, quod hæc ratio potuerit monere virum in doctrina Aristotelis adeo verisimum. Dico ergo, quod anima nõ agit more elementorum, aut qualitarum primarum, aut reliquorum agentium hoc modo naturalium. Calor prius agit in propinquum, quam in distans: sed anima, & illius influxus non respicit istum ordinem agentium, sed partis, & organi dispositionem. Transit species tactus ad æstimationem residentem in cerebro, producitur in itinere aliquid? Transit spiritus animalis, aut qualitas à cerebro ad musculos, producitur in itinere dispositioem motuam vsque dum recipiatur in musculo? Influxus vitalis ad visum, auditum, &c. habent effectum vsque dum in organo sit receptus?

Vide quid dicat, influxus vitalis ab anima, non spiritus vitalis à corde: de quo Medici agunt licet de illo ad tyrones etiam posset idem platonophari, qui modificatur à partibus, quantum cum quodam vestigio vniuersali exierit à corde. Itaque est ridicula illatio, aut conferentia, & ostere actiones istorum agentium naturalium, que agunt per qualitates elementares, cum actionibus vitalibus, que modo superiori sunt, vt didimus est. Sed adhuc in istis agentibus poterat exemplum aptum constitui: non enim verum est, omne agens prius agere in propinquum quam in distans: nam licet ponas iuxta magnetem terram, aut signa, & aliquantulum separatum ferrum, sine duobus agit in ferrum distans, & non in aliud. Quod in multis alijs exemplis posset manifestari, vt in celesti influxu, & in alijs, in quibus certa sympia hæc requiritur.

Atque ideo nihil firmè adducit contra illos opinantes. Impugnatio verò responsio nis, quæ pro illis adducit, omnino est præter philosophorum mentem: nam qui dicitur animam tanquam omnium vniuersalem, & tactum actionem in omnes partes influere, non possunt asserere, quod anima prout est in vna parte, producat actionem alterius. Quis autem tale valet asserere? quæ prout est in vna parte, dicit singularem influxum ad potentiam illius partis, & actionem illius; & quasi limitata ibidem manet.

Igitur dicendum est, quod vt est in toto, vt est centrum vnicum, vt radix actualiter influens in omnes partes, & in omnia organa, & actualiter operans in omnibus hoc inquam modo considerat Philosophi vnitatem, & immediationem animæ respectu diuersarum operationum. Atque hoc modo talem consentiam, & vniorem facit anima inter potentias diuersas, vt vnicò instanti tactus in pede percipiat causam intemperantem, æstimationem in cerebro iudicet disconuenientem, & appetitus fugiat, & doleat. Et omnia hæc tam sunt vnita, tam simultanea, quasi omnia ferent in vnica & præcisa parte. Vide quantum ad hoc faciat vnitas, & immediatio animæ vniensis in se res diuersas, & vna ad varia effluens, vt virtus sensus communis cum quinque sensibus externis simul operans, & illos actiuans. Atque vt sensus communis non agit cum auditu quantum est in visu, sed vt causa vniuersalis omnes sensus perambulat; ita & anima taliter operatur in cerebro cognoscendo, quod moueat appetitum in corde. Hoc quidem est proprium causæ vniuersalis, quantum in actionibus sit ordo prioris, & posterioris.

Si quæ dicta sunt, attentius consideres, inuenies nihil posse probari aduersus illos qui dicunt, obiectum cognitum mouere effectum appetitum: neque esse necessarium, debere esse cognitum, & appetitum in eadem præcisa quoad manifestationem: & hoc non, quia repugnat ex aliquo principio. Sed quia in animalibus perfectis excogitauit natura multiplicare organa, & potentias ad mensuram perfectionis vniuersalis corporalis, quod quanto perfectius, tanto magis illustrat multipliciitate organorum; saluaturque vnitatis necessitas in vnitare, & immediatione animæ; & instantaneus conuersus actionum sensuram. At in animalibus imperfectis consula sunt omnia, & extense potentie, ita vt in qualibet parte vnus vermis, aut lacerti sit tactus, & phantasia, & appetitus; siquidem qualibet pars diuisa omnia necessaria secum dicit ad cognoscendum, & sapientiam. Vnde verisimum existimo istam conclusionem: Sine obiectum cognitum moueat effectum, siue finaliter, non est necessarium conuenire diuersas potentias in eodem organo. Quæ patet ex his quæ dicta sunt, & quia non video rationem effectivam in contrarium.

Sed dubitatio; quare non repugnat quod intellectus in eadem parte habeant appetitum, factum, &phantasiam, cum videatur in animalibus perfectis.

Respondeo, quod supposita maiori perfectione totis corporis, erant necessaria virtus, & distincta organa: hæc patem ex propria natura perditur diuersis fortibus, & potentibus. & ex consequenti repugnat, quod una potentia sit in organo alterius: vt enim potentia visiva non potest esse in auditu, &c. ita similiter si dispositio ad cogitandum ex parte organi solum reperitur in cerebro, non est confundenda in corde. Et contra dicendum animalibus imperfectis, in talia sua sunt, vt in vnaquaque parte diuisa operetur ille potentia, quæ ibi sunt. Animal enim imperfectum (vt lacertus, & similia) est vnum in actu, & plura in potentia, vt dicebat Aristoteles. Ratio autem fiat in hoc, quæ potest fieri à posteriori, vt supra dixi, & à priori, in omnibus animalibus: nam maior perfectio alicuius forme attenditur penes maiorem perfectionem in opere: maior perfectio concernit maiorem distinctionem, aliter siue maiori distinctione nõ videtur maiorem perfectionem. Quomodo enim cognoscens perfectiorem picturam Titiani comparatione ad aliam ignobilis picturam, nisi cognoscens distinctionem, & diuersitatem inter illas? Ex confusione ergo, & miscella adionum intellectuum dignoscitur imperfectio illorum, quæ sicut vegetatiua sunt sensu in eadem parte, & contra ac in brutis perfectis, aut homine, in quibus distincta organa requirunt potentias, quia maxime distinguunt adiones.

Notandum tamen, quod licet dicamus plures facultates in vna parte residere, non ita intelligendum, vt per vnum præsens modum, aut instrumentum operentur: sed semper aliquod distinctum pro vnaquaque facultate adimouere oportet. Quod dictum vel in quocumque agimus de variis potentibus in vna parte: nam quantumvis imaginem vniuersitatem partem, semper debet aliquam distinctionem inuenire pro qualibet potentia: vt in complexu temperamenti aliquod, quod correspondeat vnicuique, calorem ad coctionem, licetatem ad retentionem; calorem cum quadam similitudine, pro trahone; ita inuenire debemus in animalibus imperfectis in qualibet parte diuisa aliquid, quod magis respondeat vni potentie sensitiua, quàm alii, licet obtineat admodum.

Atque vt tacite respondeant obiectiologi,

sententiam distinctionem potentiarum ex actibus, & obiectis sumi: sed hæc non loquuntur de specificatione, verum de perfectione maioris, aut minori intra eandem speciem. Ad tralium vero præcipuum difficultatis iam dictam est, secundum illam distinctionem inter animalia perfecta, & imperfecta.

Sed dubitabit aliquis, verum cum doctrina tradita sit, famem fieri in corde, in corde est appetitus: aut si famem sit in qualibet parte, in quacumque in qualibet est sensus, & appetitus.

Quidam non verentur dicere famem fieri in corde. Alii defendunt, quod in qualibet parte sentiente possit excitari.

Mihi tamen aliter philosophandum videtur. Considero enim appetitum principaliter in corde (non in cerebro, vt dicebat antecessor noster Mercurius) hoc tamen non tollit quosdam appetitus particulares esse in aliquibus partibus: nam famem animalis, quæ tot mensuris differt à naturali, sit in ore ventriculi, vbi sensu illa dolorosa præsumitur, & terminatur: quod latè probaui contra Latium Farcodum, in mea Philosophia. Hippoc. (putat enim iste Author in qualibet corporis parte fieri famem animale, contra quem existimo euidenter me demonstrasse. Videndus estur est iste discursus loco citatõssime aatem appetitus est calidus & siccus, vt in vis frigidus, & humidus. Vt ergo facultas animalis est in cerebro ex communis opinione Medicorum, & tamen in organo particularibus sunt multe potentie animales partici lares, tam cognoscens, quam moriens, vt quid cor non potest esse sedes appetitus, & aliqua pars sit sedes alicuius appetitus determinati, & particularis? Certe non dõ video rationem in contrarium. Nam cum oporteret in animalibus perfectis esse ad quam partem sollicitam pro alimento totius parti est condonata ista sollicitudo in quâ terminatur sensus, & experitur aliam partium alimendi carentium. Pertinet enim omnes à venis, vnde ab hepate, hepate à ventriculo, cuius os sensu maximo pollens, diuelliatur. Ad quem dolorem arcendum excitatur appetitus, & desiderium alimentum quaerit pro ventriculo, & reliquis partibus. Et ita existimo, quod famem fieri in ore ventriculi sicut visus in oculo.

Latium T. an. 1712. in Philosophia.

Et ad oppositam rationem respondeo, quod licet passiones anime continentur in corde, non sequitur, quod etiam passiones corporis, vt famem, aut si est aliqua alia

Dubium.

Latium T. an. 1712. in Philosophia.

appetitus

appetitio singularis: quia ista passiones corporales licet terminentur in animales (explico iuxta modum dicendi S. Thomae) licet incipiant à corporis passione, & finit tur intra aliquam potentiam animæ, non est necessarium quòd ista potentia solum resideat in corde. Nam sufficit, quòd affirmatiua, aut cogitativa sit in cerebro inani malibus perfectis, que iudicet iniuriæ, & contrarium hilarum; appetitus autem sufficit, quòd sit in parte dolente ubi sensus adest tactus ita vt fames, aut alius dolor corporalis incipiens à contrario corrumpente, claudatur intra potentiam affirmatiuam, hæc format disconsuens, & appetitum illum, qui resideat in ore ventriculi, aut in parte dolente, qui elicit actum fugæ, & renouatum illum. Et sic non sequitur, quòd necessario debeat terminari in appetitum cordis, licet iste aliquo modo concurrat cum particulari, vt aliqui acurè existimant. Omnia vero ista consilia solent reperiri in animalibus imperfectis, que scilicet viuunt.

CAPUT IX.

De virtutibus naturalibus, quibus ministratur.

POstquam Anticenna distinxit facultates in naturales, vitales, & animales à naturalibus incipiens, dicit quoddam esse ministras, alias vero ministratas. Que distinctio proprie intelligitur in facultatibus vegetariis, non tamen in aliis, nisi forsitan largo modo. Simpliciter vero istum modum distinguendi à rebus artificialibus: in quibus videntur quosdam esse homines, qui præparant ligna ad edificandum; aut os vero esse, qui formam tribuunt rei artificate. Similiter in naturalibus quosdam virtutes præparant alimentum, quosdam vero formam inducunt. Agit ergo prius de ministratis, quæ sunt sans aliarum, & præcellunt dignitate, & perfectione. Unde diuidit istas potentias; nam quosdam sunt ministratæ ad perfectionem includens vt nutritiua & argumentatiua. Aliæ vero sunt, quæ respiciunt speciem, vt generatiua, & formatiua. Nutritiua facultas est illa, que alimentum in viuētis naturam vitam cōuertit, vt quod per dissolutionem continuum deperditū est, recuperetur. Argumentatiua est illa, que totum corpus secundum omnem auget dimensionem, vt viuens ad debitū, & perfectam quantitatem deducat.

Sed antequam vterius procedamus, de istis duabus facultatibus disputemus parumper, si prius in generali aliquid doceamus. Dubitabis ergo primo.

Num facultates ministrantes, & ministratas differant essentialiter.

Videtur quòd non, quia omnes versantur circa idem obiectum scilicet circa alimentum. Secundo, quia omnes vtuntur vno instrumento, calore scilicet vitali. Et quibus locum videtur nullam esse differentiam, quæ in potentia distinguitur per obiecta, reile Aristotelis 2. Anim. tex. 32. Et ergo vbi obiectum est vnum, potentia est vna. Secunda etiam ratio concludit videtur, nam si vnum est instrumentum, & vna quoad illam actionem non erunt diuersa.

Pro resolutione notandum, quòd non disputamus de essentia facultatum ministrantium (disputabimus inter se) plurimum enim Anticenna ex illi materia, essentiam facultatum ministrantium esse temperem ipsam, in rationem igitur solam inueniendus distinctum, quod verum potest inter ministras, & ministratas: quæ quædam sunt ex parte obiecti, & ex operandi modo. Ex parte obiecti; nam obiectum facultatum ministrantium est alimentum, vt digeribile, vel coctibile, vt trahibile, vt depurabile; obiectum vero nutritiue est alimentum, vt conuinctum, & vitium viuenti, vel vt vitium viuens. Modi autem operandi sunt diuersi, nam ministrantes agunt in alimentum, vt in rem diuersam à viuenti ministratæ vero, vt nutritiua, inducunt formam in alimentum tanquam in rem libi proxime vitam.

Quare ad rationes contrarias respondeo: ad primam quod licet omnes istæ facultates versentur circa idem obiectum materiale, non tamen circa eandem rationem formalem obiecti. Sicut idem esse realiter est bonum, & verum; tamen voluntas in illo ente respicit bonum, & intellectus in illo ente respicit verum; ita etiam nutritiua facultas respicit in alimento vitam viuentem cum viuenti: concoctrix vero respicit in eodem alimento dispositionem quoddam, quæ est coctibile, attractrix, vt est trahibile, &c.

Ad secundam dicimus, quòd licet omnes virtutes naturales vtantur calore, non tamen

tandum tamen, quod adhuc ex parte ipsius caloris habent aliquam diuersitatem. Nam in membris duplex est calor, quidam transmissus à corde, & alius qui est propria temperies ipsius partis. Hoc supposito, dico quod actio nutritiua facultatis principalis exercetur per calorem proprium partis: at vero actio facultatis coëctricis potius exercetur per calorem transmissum. Et ratio est, quia coëctio ex se non tendit nisi ad quandam modum communem, sicut ad formam communem; preparat enim materiam; at vero nutritiua operatur in materia, determinando illam ad formam propriam partis ipsius, quæ debet ali. Et ita non probat argumentum, quod omnes istæ virtutes vtiuntur eodem præciso instrumento. Hæc Genuis in hæc difficultate.

Contra quam doctrinam posses obijcere, quod coëctio etiam determinat materiam ad formam propriam partis coëctricis, iuxta illam Galeni definitionem; Coëctio est, quæ id quod coëctur, simile redditur parti coëctrici. Respondens tamen, quod licet coëctio determinet, non tamen nisi præcisè dispositionibus, & istas dispositiones communes appellat Genuis. At vero nutritiua significat materiam ad formam propriam, ita vt ipsam formam indicat, & non aliam.

Quod si tot angustias effugere velis, potens respondere ad argumentum, non valere consequentiam: Est vnus calor, ergo vna potentia nati debet probare, quod calor sit vnus secundum omnem rationem formalem, & instrumentariam. Valeret ergo illatio si procederet hoc pacto: Facultates vtiuntur vno calore, & vno modo directo, ergo nō sunt distinctæ virtutes. Hoc autem in præsentia non contingit. Nam nutritiua virtus calorem, & coëctrix virtus calorem, & attractrix virtus calorem, distincto modo nutritiua enim dirigit calorem, vt vltimam dispositionem vniuersam materiam cum forma propria coëctrix dirigit calorem, vt assimilantem in quibusdam qualitatibus: attractrix dirigit calorem, vt se coniungat cum re sibi conuenienti: expulsivæ, vt purius reddat alimentum, & liberent à contractu excrementorum: retentivæ, vt moram faciat ipsius alimentis vsque dum recipiant formam. Et ob hanc rationem licet omnes facultates naturales habeant eandem instrumentariam materiam, nempe calorem, non tamen secundum eandem rationem instrumentariam.

Sed dubitabis in hoc textu Auicennæ, an facultas augmentatiua, & nutritiua sint ministratæ.

Ratio dubitandi est: nam Auicenna in fine huius Cap. dicit nutritiuam, & crescitiuam delictare generatiua. Et ratio id probare videtur, nam virtus ministratæ, vt vocabulum ipsum sonat, illa est, quæ alteri ministrat; sed virtus nutritiua, & crescitua ministrant generatiua, siquidem totum corpus viuens preparat ad generationem ipsi simili: ergo non bene appellantur ministratæ, sed ministrantes.

Pro solutiōne est notandum, quod, vt diximus supra, si cultas ministrata est illa, quæ est factiua forme ministrans verò, quæ solam preparat materiam: sicut statarius artifex vltimam formam, & polimentum statui indicat, ministræ verò ligna scindit, decorricat, & desolant. Sed inter ministratas est differentia, nam aliquæ sunt factiue forme eius in quo est, quales sunt nutritiua, & crescitua: illæ enim faciunt formam in proprio subiecto, vascendo nouam materiam, vel uolunt quantitate. At verò generatiua est factiua forme in alio: nam facultas feminis in menstruo sanguine inducit formam. Ita colligitur ex Aristoteli. 2. Anim. text. 47. Vnde facultas nutritiua est factiua forme eiusdem nutrimenti: facultas generatiua est factiua forme eiusdem speciei. Ex dictis ergo patet, quod istæ facultates merito dicuntur ministratæ, quia ita dignè sunt, vt inducant formam vniuersam in materia.

Nunc autem ad solutionem huius questionis est secundum notabile quod augmentatiua, & nutritiua largo modo ministrant generatiua, sed non propriè ministrant enim in quantitate: semen prolificum non generatur vsque dum nutritiua, & augmentatiua possint vasens in certa & determinata ætate. Et sic solet dici communiter, quod finis augmentatiua est, vt viuens ad eam deveniat perfectionem, vt sibi simile possit generare: hæc pacto largo modo ordinatur nutritiua, & crescitua ad generantem. Proprie tamen loquendo non debet formata distinctio ex fine remoto, sed ex fine magis immediato. Nutritiua ergo, & crescitua ordinantur per se, & immediatè in individuū perfectionem: nam nisi ratio ordinatur in sui subiecti conseruationem, crescitua verò in ipsius perfectionem. Quæ cetera per se respiciunt individuū solum, non speciem: & nō id nutritiua, & crescitua non ministrant generatiua,

Dubium. An nutritiua, & augmentiua, sint ministratæ.

nerantur, quia illarum actiones immediatè terminantur, & finiuntur in individualem perfectionem. Et hoc pacto est intelligendus Anticenna.

Ad rationem ergo dicendum, quòd facultates nutritiva, & crescitiva non preparant corpus immediatè ad generativam, sed ad propriam perfectionem individui; licet secundo loquatur actus generativus: neganda ergo est illa minoriam de ratione ministrantis est, ut illius actio immediatè ordinetur ad aliam facultatem. Et hoc non convenit nutritivæ, & augmentativæ.

Sed in hoc loco omnes Anticennitæ præmittunt unam difficultatem satis arduam, & genuinam huius Capituli, quam nos agitare decrevimus, de essentia scilicet facultatum naturalium.

CAPUT IX.

Utrum facultates naturales res sint diversa à proprio temperamento.

Antiquissima, & gravissima est hæc difficultas, & nunc versatur circa ministratas, de quibus Anticenna agit in hoc cap. Atque ne plura compleremus, & clarior procedat disputatio, philosophemur de facultate nutritiva, supponentes primò calorem naturalem concurrere ad actiones omnium facultatum naturalium in genere cause instrumentalis, & efficientis, ut & calor ignis ad generationem ignis. Hæc veritatem professus fuit Aristoteles multis in locis 2. de Anim. cap. 4. ubi dicebar, ignem non esse causam nutritionis, sed concusam, id est, aliquo modo causam instrumentalem scilicet. Idem asserit lib. de Sencitura, & 2. de Partib. animal. cap. 7. & 5. de Generat. animal. cap. 8. Hoc tamquam certo præsupposito, diverso modo aliqui sentiunt in hac questione.

Nam Galenus multis in locis substantiam omnium facultatum in temperamento collocavit. Dixi, omnium, quia non solum de naturalibus, verum etiam de aliis idem opinatus fuit, ut colligitur primo de Simpli. me. fa. cap. 2. & 1. de Natural. fa. c. 4. & lib. 1. de Prælag. ex Puls. cap. 4. libro 2. de Prælag. ex Puls. cap. 3. & libro de Mult. cap. 2. & 3. de caus. Sim. cap. 2. Nihil enim Galenus ad actionum rationes auferendas

esse faciendum docet, quam mutare temperiem ad suam propriam & connaturalem dispositionem. Ex quibus locis clarè colligitur, Galenum existimasse facultates nihil esse aliud præter temperiem. Sed relinquamus facultates, quæ alioris sunt ordinis, de his enim non poterunt argumenta probabiliter procedere; & accedamus ad potentias naturales, & probemus opinionem Galeni aliquibus ethicis argumentis.

Primò argum. Nam eisdem dispositionibus quibus una forma conservatur in materia potest alia similis forma introduci de novo in sua materia. Hoc antecedens declaratur ignis conservatur calore & siccitate; ergo calore & siccitate poterit induci forma ignis in ligno circa aliam superadditam dispositionem. Tunc fiet: Sed anima conservatur in sua materia per solam temperiem primariam, & secundariam qualitatum, ergo per solam temperiem inducetur in materia nutrimenti per actionem nutritivam.

Vterius declaratur, & confirmatur hoc argumentum: Quia nutritio nihil est aliud quam productio formæ viventis in materia alimenti. Vel si loquamur de nutritione humana, in qua non producitur forma, vivitur tamen nova materia sub forma præexistenti. Hoc supposito, perpende viam argumenti: si forma olei, aut carnis conservatur certo temperamento, ergo quando materia alimenti devenit ad illam certam dispositionem temperamenti, erit etiã vltimè disposita ad formam carnis. Ergo non est necessarium ponere virtutem nutritivam distinctam ab ipso temperamento.

Secundò argum. Quia cum tam diversæ sint partes in nostro corpore, & tam diverso modo immutent alimentum, ridiculum esset consistere diversis facultatibus nutritivis pro diversitate partium. Ergo per solam temperamenti diversitatè, continget diversæ nutritiones, & transmutationes alimenti: non ergo est necessarium ponere diversas facultates à temperamento.

Tertiò argum. Quia facultas ista superaddita temperamento, aut agit aliquid, aut nihil, si aliquid, dicendum est, quid id sit nisi sit aliquid pertinens ad primas qualitates, cum hoc possit produci ab ipso temperamento, imperiosius est, facultatem ponere. Si autem dicas, quod producit substantiam ipsam, falsum est, quia

quia substantia à principali agente substantiali producitur; à temperamento autem instrumentaliter, & dispositiue.

Sed dices, esse necessariam facultatem, ut dirigat ipsum temperamentum ad operationem. Contra, quia in rebus naturalibus vnus accidens non dirigit alterum, neque vnus est instrumentum alterius. Præterea, quia nondum rectè conitat, quo pacto calor dirigatur à facultate; nam quod dirigitur aliquo modo permutatur. Calor tamen non potest à sua actione calefaciendi dimoueri; ergo non potest à facultate permutari, vt aliter operetur, quam pro sua natura illi debitum est.

Quarto arguitur. Quia quando plura instrumenta concurrunt ad actionem, debet in actione, vel in effectu assignari aliquid, quod correspondeat vnicuique instrumento. Tamen in nutritione non apparet quid possit respondere facultati diuersam à temperamento.

In hac questione dixerunt aliqui, facultates naturales esse proprias passiones animæ vegetantis, & ad id neq; intendi, neq; remitti; temperies verò non est propria passio animæ, cum possit intendi, & remitti.

Præterea per temperamentum non potest certa, & determinata substantia produci; necessarium est ergo, vt ponantur facultates, quæ certam, & determinatam substantiam generent.

Hæc tamen modus dicendi non videtur sufficiens, nam qui negat esse ponendas facultates naturales, consequenter negabit esse proprias passiones animæ, nã nõ entis nulla sunt passiones. Ad id verò quòd dicunt, esse necessariam facultatem vt certa & determinata substantia generetur, potest responderi ad id sufficere temperamentum partis in tali, vel tali mentura simul est ipsius partis viuens influxus. Hæc (inquã) sufficit, vt certa & determinata substantia a generetur, à carne & temperie carnis, ea ratio esse & temperamento ossis, os etiã; & sic de alijs. Exemplum est aperturam accedentia ignis quantumvis sint communia, tamen in quadam determinata uentione ita eodemque igni vt generent ignem, & non aliud, concurrente etiã ipsa forma ignis. Ita similiter calor per sui determinatum temperamentum generabit carnem, & quilibet pars substantiam sibi similem.

His tamen omnibus non obstantibus, Aristotelis & S. Thomæ doctrina totis viribus à nobis amplectenda, & defendenda

proponitur. Existimamus ergo, ponendas esse facultates diuersas ab ipso temperamento. Hæc sententia expressè colligitur ex Arist. 2. de Anima cap. 4. & 1. de Generat. anim. c. 4. Dicit enim in hoc vtriusque loco: Quædam modum, quæ aliter sunt per instrumenta efficienter (sed melius dices, per motum instrumentorum) ita facultas animæ vegetantis, quæ calore & frigore virtur vt instrumentis. Vbi clarè insinuat facultatem diuersam à temperie.

Neque enim posset quis asserere, ex hoc loco malè inferri, diuersam esse facultatem à temperie, nam Aristoteles facultatem cum anima confundit pro eadem re. Hoc (inquã) nihil ad rem; nam in libris Arist. non inuenimus facultatem pro anima ipsa aliquando vsurpari. Sed clariùs in secundo de Anima citato ira philosophatur: Anima, diobus nutritur, quemadmodum gubernator mouet nauim manu, & clauo; sed alterum mouet, aliud verò mouetur. Quasi dicat Aristot. quòd licet gubernator nauim gubernat duplici instrumento, altero quòd mouet, altero verò quòd simul mouet, & mouetur; ita in nutritione assignanda est facultas, & temperamentum.

Sed contra istum text. Aristotelis posset aliquis dicere, in nutritione esse aliquod quòd mouet, & mouetur, vt calor mouet alimentum, & tamè ipse calor dirigitur ab anima; at verò alimentum mouetur tantò. Tamen iste modus dicendi placere nõ potest, nam alimentum cum firmateria circa quam, nõ potest aliquo pacto appellari instrumentum.

Ergo ad interpretationem loci Aristotelis melius dicendum est, quòd in nutritione sit duplex instrumentum; alterum quòd mouet, & non mouetur, vt facultas quæ agit, & non reparatur; alterum verò, quòd mouet simul, & mouetur, vt temperamentum, hoc enim agit in alimentum, & reparatur ab ipso alimento. Hanc doctrinam insinuat Arist. lib. de Inuent. & Seneca, licens alias virtutes non posse esse sine nutritiua, neq; nutritiuam sine calore, Eandem sententiam sequitur est. D. Tho. 1. p. q. 78. art. 2. & q. 118. art. 1. & in disp. q. de Anima, art. 11 ad 14.

Sed hæc conclusionem rationibus probemus. Nam quæto agentia sunt perfectiora, tantò perfectioribus medijs suos fines consequuntur: ac curia purè naturalia & inanimata per qualitates elementales, suas efficiunt operationes;

V ergo

ergo anima vegetativa, quæ perfectior & elevatior est, præter qualitates elementales, suas habebit facultates quibus operetur.

Verùm contra istam probationem insingetur Luellius Philædeus in suis Cõmentarijs de Anima, ad suam tuendam de anima sententia, & Vegetativa, opinio nem: docet enim quod ad perfectius opus sufficere const. itere perfectius temperamentum, atque ita non esse necessariũ ponere facultates diversitas à temperie. Nã talis calor efficit vegetativam, & perfectior calor efficit sensitivam. Tamen Philosophus iste discedit à vera & communi Philosophia: propter variam enim excessum formæ supra materiam colligit S. Thomas varios gradus anime, & propter eandem rationem colligitur necessitas facultatũ. Unde sequeretur ex opinione illius Authoris, quod actiones immutabiles ita perfecte ut sunt sensationes, efficienter procederent à temperie, quod est absurdum. Igitur sicut ponimus facultates seu vias diversas à temperamento, propter illarum operationum excellentiam in tantam parte vegetativa illas ponere debemus propter perfectionem, & elevationem operis supra naturam inanimatam.

Secundo potest probari prædicta conclusio ex effectibus quos videmus in ipso alimento: non enim potest intelligi, quo pacto à solo temperamento tantum, aut tale alimentum transfunderetur in ventriculis animalium, nisi facultatis influxus superadderetur.

Tamen circa hunc punctum dilucidanda est fundamentalis ratio, propter quã anima vegetativa indiget istis facultatibus: aut quare temperamentum solum non sufficiat ad istas operationes. Putant ergo aliqui facultatem esse ponendam, ut eleuetur temperamentum, ut possit attingere effectum principalis agentis.

Sed ista opinio nondum cavet totam difficultatem, quia non dicit quare non sufficiat anima sola ad elevandum temperamentum, quin potius indiget facultate. Secundo, quia instrumentum elevatori nihil aliud à quo hinc vultur cum principali agente, ut per ipsum concurrat agentis peculiari influxu ad effectum: quod etiam potest convenire temperamento sine facultate.

Aliqui rectiores contendunt in hac re istam elevationem notare, hoc argumẽto,

quia nimirum facultas non potest elevari temperiem ad alteriorem effectum, cum nõ valeat permutare calorem à calefaciendo, aut frigus à frigefaciendo, &c. Sed centè illi vitiã onduis penetrant nostrum modum dicendi: dicimus enim esse necessariam facultatem, ut elevet, & dirigat temperiem at illa elevatio non movet à calorem à calefaciendo, sed facit ut taliter calefaciat, ut dicat Aristoteles motuone instrumentum rationem artem esse. Elevatio ergo non tollit, quod materiale, & reale est adhiũm in instrumento, sed per superiorem rationem superadditam in finem determinatum dirigit, ut faciat quod facere necquam se solo posset. Et ita calor non permutat à calefaciendo, hoc enim est impossibile, sed permutat, ita ut calefaciendo taliter tales producat effectũ, ut ignis moderatus eoquit, qui si non moderatus, prolius non potest coqueri. Igitur superadditio reũdẽ illam cuertunt rationem.

Alij verò opinantur, esse ponendas facultates vegetantes, ut producat aliquid quantatem elementalem, que concomitantes cu ipso temperamento attingat effectũ, corroborando ipsas qualitates primas temperamenti, que sine tali cõcurso erant insufficientes ad actionem vegetativam.

Quod si interroges, an illa qualitas prædicia à facultate sit eiusdem rationis cum primis, an verò diversã, respõdent, esse eiusdem rationis cũ primis, & concurrere, & alterare ipsum alimentum concurrent enim cum maiori intentione aut efficacia, & sic temperamentum facit cum illa, quod se solo facere non potest.

Dicitur secundo, quod ista qualitas quã producit facultas, non potest esse diversã, sicut qualitates elementales: nam si aliqua potentia accidentalis eleuetur efficienter ad aliquem effectum, debet producere in subiecto qualitatem disponentem, sed per qualitatem alterius nature non potest disponi materia. Ergo dicendum est, concurrere facultatem insensendo, sive indocendo qualitatem aliquam ex primis. Maiorem dicunt esse notari, & probant minorem. Nam illa qualitas, aut disponeret formaliter, aut efficienter, non formaliter, quoniam ista qualitas esset contraria alteri, cum aut haberet contrariam in eorum potestatem, sed cum nullis ex primis haberet contrarietatem, quia nulli contrarius non enim est nisi quare magis contrarius vti, quãmo dicitur.

Præterea, quia cum vnum vni contrarietur, non est possibile, quod calor v. g. habeat contrarium frigus, itaque illam qualitatem influxam à facultate: & sic non se expellent formaliter. Ergo oportet dicere, quod facultas producit qualitatem aliquam ex primis, ex quibus componitur temperies, que vel maiorem efficaciam, vel intentionem tribuit temperamento, & que agit in ipsum alimentum, alterando, & corrigendo ipsum.

Sed nondum euasit totam difficultatem, imo maiorem mouit. Nam si facultas producit aliquam qualitatem elementalem ad intendendam vim temperamenti, cum concedat esse eiusdem rationis cum qualitatis primis, dicat (obsecro) quare reddat intentionem temperamento, & corroborato, non fiet ad hoc nutritiua sine facultatis influxu? hoc enim debebat declarare, & probare. Nisi si quod communicatur à facultate, est maior intentio ad agendum, ergo quomodo cumque communicetur talis maior intentio, subsistat effectus. Danda ergo est causa quare sit necessarius, quod à illa intentio communicetur à facultate, & non ab alia causa.

Præterea hæc opinio non tribuit disparitatem rationis, quare scilicet ista qualitas debeat prodire à facultate, & non ab anima sola. Nam sicut forma aquæ ad antiquam frigiditatem totam aquam reducit per productionem frigoris, ita forma vegetatiua sine sensitiua producere valebit dispositionem illam sibi conuenientem ad operandum, superadditam temperamento.

Dicendum igitur est, esse constitutas facultates vegetatiuas, ut anima que excidat materiam, medijs suis facultatibus ad operationem accidentalem habeat proportionem: non enim poterat se sola influere in opus, nisi per illas potentias tanquam per conuentionalia instrumenta. Si autem interrogas, quare sit ratio ob quam istud influere non procedat immediate ab anima? Respondeo cum S. Thoma, quia scilicet anima non valet ob suam agendi limitationem scilicet cum actione coniungere sine superaddita virtute.

Rursum interrogabis, vtrum illud quod communicatur temperamento, sit qualitas elementalis, ut putabant illi opinantes? Sed respondeo, magis eorum esse, quod illud quod communicatur, sit directio quedam, qua ipsam temperamentum indrigitur in opus determinatum. Præterea sicut in

ferra præter directionem ad aliam virtutem est aliquid superadditum ferri, modum scilicet illic, & oportet temp. que ad ferendum ordinantur, & non ad aliam ita similes temperamentum huius partis, v. g. ad generandam carnem, habet duo: nam primo habet certam mensuram & proportionem determinatam ad generationem carnis, & non osis, quæ est licet figura in ferra. Secundo habet actualem directionem, & motionem à facultate; quorum vtrumque demas, nullus resultat effectus.

Sed virges amplius, & interrogas: Dico quod illa directio sit, vtrum sit ordinatio, vel motio aliqua physica, & realis per aliquam qualitatem physicam? Respondeo esse motionem quandam proportionem respondentem motibus illis externis artificialibus. Fit vero per receptionem alienos quatuor in organisatæ impetus ut corpus in ferra à ferra. Illa autem qualitas, quæ dimanatur ab anima, media potentia, est aliquid superadditum ipsi temperamento per modum actus & forme perfectionis. Neque est necessarius, ut sit eiusdem speciei, nam cum primis, sed enserialis eiusdem rationis, quæ respiciat temperamentum vtrum sit sic, & illam vimque conferret & confirmet. Nihil itaque est illa qualitas calor solis, aut frigus, &c. sed quid superat, ut de qualitate celestis sole metaphisicis. Sed difficultatem arguente prima, & postea, si aliquid fuerit difficile, rursus ageremus.

Ad authoritates Galeni resp. Nihil ad præsentem questionem conducere, quia ignorauit naturam animæ, & emanationem facultatum, nam non fuit multo sollicitus nisi de illis que pertinent ad curationem: ad illam autem solam pertinet scire respondentem naturam, quæ illo disproportionato leuatur ab eo, & illo reddito bene fit actus.

Ad quartum argumentum respondeo, quod licet duo agentia concurrant ad vnum effectum, non est necessarium, ut in ipso effectu eluceat aliquid distinctum, quod respondeat vnicuique agenti, sed totalis effectus respondeat illis agentibus tanquam vii completo, aut tanquam vii cause totali.

Ad tertium respondeo, iam esse declaratum quod pertinet facultas ipsi temperamento, itaque contra dicta aliquid probat argumentum; præter enim actualem directionem, & præstat qualitatem illam siue modum superadditum temperamento.

Ad secundum argumentum. Quod sicut partes organice non differunt specie contraria, sed constituent unum vivens, differunt tamen sic complecti, & secundum meliorem opinionem differunt accidentaliter: ita similiter diversae partes nutritivae diversae efficiunt nutritiones; haec omnes consistunt, unum vivens continuam & vegetabile: insuntque unaquaeque nutritiva partialis secundum naturam cuiuscumque partis.

Ad primum argumentum responderetur. Negandum esse antecedens: magis enim requirunt ad transmutandam materiam quam ad conservandam formam in materia. Nam ad conservandam formam nulla advenit resistencia passiva; ad transmutandam vero materiam intervenit aliqua resistencia passiva: & sic maior virtus requiritur ad transmutandum. Et haec est ratio quare corpora inanimata, ut lapides, &c. non transmutant materiam sibi proximam, quia limitatam habent virtutem ad se conservanda tantummodo. Quare corpora vivencia habent facultates, ut augeatur virtus suarum partium qualitatum.

Præterea fallimur esse dicere, quod eisdem qualitatibus conserventur res, & transmittentur alias, quasi non sit alia qualitas distincta ab omnibus istis, ut in veneno videmus qualitates esse distinctas à primis. Tamen, ut verum fatear, haec vltima ratio non multum mihi placet, nam qualitates veneni omnes deferuntur ad transmutationem, & sic effectus quos videmus tam varios, in illas reducimus. Non enim negare possumus quin qualitates arsenici, vel opij omnibus suis conditionibus agant in corpus.

Insuper celeritas occidendi, & symptomata alia multa, quae contingunt, non possunt tribui primis tantum qualitatibus sed alijs etiam, vel resultantibus ex primis, vel à corporibus caelestibus superadditis.

Dubitare verò quis posset: Nam Anticena facultates nutritivas partiales differre specie assererat, quoniam genere non differrent. Quem locum aliqui Americanae explicantes putarunt, quod facultas nutritiva hominis & equi posset esse eiusdem speciei, quia possibile est esse eiusdem temperamenti. At verò in eodem subiecto in individuali differant specie, quia una pars differt temperie ab alia.

Sed haec philosophandi ratio, ut iacet,

motorem ingerit difficultatem. Fallimur enim videtur aliquibus, quod nutritiva hominis & equi sit eiusdem speciei, siquidem non procedit à diversis animalibus specie, & sic non erit una facultas, sed diversa. Secundo fallimur etiam, esse dicere nutritivas particulares unius individui differre specie propter diversitatem temperamenti: omnes enim sunt eiusdem speciei substantialis, ut partes aliae organicae, quae ab una specifica forma informantur.

Hoc pacto Anticena notatur ab aliquibus neotericis, & inoblivisimus Gentilis eius interpres: poncis tamen perpendam quod voluerit Gentilis, ut iudicent docti, an praeter rationem haec cevetur.

Subtilissimus Gentilis in hoc capite 2. quod explicamus quæst. 12. & 13. duas dissolvendas aggreditur difficultates. Prima est, utrum virtus nutritiva in bruto, & in homine sit una genere, ut dicit Anticena. Secunda difficultas, utrum in homine sit una genere, & differat specie secundum diversas partes diversae temperie.

Primum quaestionem sic dirimit: Facultas nutritiva considerari potest dupliciter: primo modo respectu materiae, id est, ut potest esse una subiecto, & hoc pacto nutritiva bruti, & hominis differit genere, id est subiecto, nam & anima bruti, & hominis differunt subiecto, & materia. Secundo modo possumus loqui de virtute potentiae, genere ut dicunt prædicatores; & hoc pacto sicut anima est eadem genere, ita & potentia nutritiva: quod declaratur nam animal vegetativum in virtute subiectis diversis specie est una, prout est principium operationis vegetandi. Ergo & facultas secundum hanc rationem erit una genere. Nihil nullum est inconsonum, quod considerata temperie, & instrumento, & obiecto, etiam facultates sint eiusdem speciei, ut facultas virtus hominis, & equi est eiusdem speciei, ratione actus, & obiecti, & ratione etiam instrumenti: eadem enim ferre oculis compositio in homine, & equo, & parum dissimilis temperies. Concludit ergo Anticena iste, quod in hoc sensu facultas nutritiva non est eadem in homine, & bruto genere scilicet, id est subiecto; haec sit eadem essentialiter, ut est principium operis: atque propter unitatem instrumenti, obiecti, &c. esse unam potentiam eiusdem speciei. Nihil ergo mirum, quod sicut potentia virtus hominis, & bruti sint eiusdem speciei in ratione

Gentilis explicat Anticena dicitur & deservit.

Dubium.

tione potentie, ita nutritiva vtriusque.

Secundam difficultatem Gentilis in hunc modum diluit: Membra hominis differunt inter se, alio modo, quo possunt differre, quæ sunt sub eadem forma substantiali, nimirum temperie, compositione, &c. quæ est diuersitas quadam accidentaria; quæ si particulariter consideretur, potest vocari diuersitas specifica incompleta accidentaria. Hoc ergo modo erit facultas nutritiva diuersa penes varium instrumentum; sed erit una specie & numero, vt procedens ab vna anima numero. Non itaque quod dicebamus de potentia visua hominis; & equi, idem prorsus dicendum de nutritiua; sed paruis mutatis, hoc pacto: nutritiua hominis, & nutritiua equi sunt eiusdem speciei, quia versantur circa idem obiectum, & eundem actum, & vt possunt eodem gradu ferè caloris, vt & potentia visua; idem actus, idè obiectum. At nutritiua partium diuersarum eiusdem suppositi plus differunt, nimirum secundum differentiam ipsius partis, quæ secundum multos Scotistas est differentia specifica substantialis; secundum nostram verò sententiam est differentia quadam accidentalis sumpta ex diuersitate dispositionis. Quibus sine liuore perspectis facile erit videre, quàm immerito quidam modernis reprehendant nostrum perspicacissimum Gentilem.

Circa tertium argumentum rursus dubitabis, quia probare conabatur, quòd temperies non dirigatur à facultate, quia vnum accidens non dirigitur ab alio accidente. Cui obiectioni respondendū est, nihil esse incoherens quòd vñ accidens dirigat aliud, quando accidentia dicunt inter se aliquem ordinem à potentia vitalis dicitur superiore rationem respectu operis, quàm temperies, quæ viuunt: & ita ordo nature exposcit, vt temperies dirigatur à facultate.

Aliquis poterat dubitare, vtrum si cur læditur actio lesio temperamento, ita lædi possit diminutè, aut abolitè, diminuta, aut lesa facultate. Redè enim poterat remitti facultas, manente anima in sua essentia, apta ad illius reformationem, sicut via corruptionis bene potest amittere ignis aliquid de suis dispositionibus connaturalibus, licet non sit impossibile illas totaliter amittere, manente forma. Et sic bene posset lædi a-

ctio, si hoc modo posset lædi potentia.

Probabilius tamen dicendum est, potentias non suscipere magis, aut minus; & ob id neque actio lædi potest ob potentie læsionem, sed ob solam læsionem corporalis, & materialis dispositionis.

CAPUT XI.

An dua potentia sint constituenda ad nutritionem, & accretionem.

Hanc difficultatem lausimè agitatam inuenies apud Philosophos, in libro de Anima, & 5. Physicorum, & libro de Generat. capitul. de augmentatione. Ego breuiter veritatem artingam. Franciscus Vallesius question. 29. Physicor. ad tyrones, & in *Controversijs*, vnam esse virtutem ad nutriendum, augendum, & generandum contendit. De generatiua statim agemus. Nunc de alijs. Primum ergo Vallesius excitauit opinionem Platonis, asserentis, quantitatem non produci per distinctam actionem, à generatione substantiali, & ita non esse motum ad quantitatem; Galen. 1. Metho. capitul. 6. idem asseruit. Ab isto principio exorsus Vallesius negat esse aliquam vim augmentem distinctam à nutriende.

Ratio efficacior est, quia quando producitur totum substantiale, etiam producitur quantitas aliquam tamquam passio propria consequuta, non per distinctam mutationem; ergo sicut vna potentia generatiua producit substantiam & quantitatem, ita vnaqueque potentia nutritiua, producit substantiam, & quantitatem. Non enim apparet diuersitas aliqua in hoc. Nam si substantia non potest produci sine quantitate, & ex vi vnius actionis vtraque producitur, quorsum sunt multiplicandæ actiones, & virtutes? Solum erit discrimen secundum magis, & minus, quòd nutritiua reparans maiorem copiam substantiæ, faciet augmentationem; reparans æqualem cum ea quæ deperda est, faciet

Respondetur ad idem argumentum superius quaestiois

Dabitur.

nutritionem æqualem, vt in consiliaria reparatis verò in maiorem, cunctæ diminutio vincitur ita vt semper quantitas sequatur substantiam.

Secundo explicatur, quia sicut in femine non consistuntur vnam virtutem, ad generandam & formandam substantiam, & aliam, ad quantitatem producendam; ita in viuente iam productio non est ponenda vna facultas, ad generandam carnem, & alia ad productionem quantitatis; sic enim in omnibus terminis, qui secundario sequuntur, deberet talis virtus consistat.

Tertio, quia accretio non est motus successiuus, sed instantanea mutatio. Sic enim Arist. dicebat 8. Phys. tex. 21. impossibile esse aliquid augeri, aut minui continue: ex quo sequitur non esse motum augmentationem, siquidem non est continuus. Ergo, sicut nutritio (quæ est generatio partialis) fit in instanti, ita & accretio, seu maior quantitas producit in instanti, vt generatio partialis substantiæ. His & alijs scilicet opinio Vallisij.

Existimamus tamen duas debere consisti potentias, ad duos adus ita distinctos. Hæc est antiqua doctrina Aristotel. & totius scholæ Peripateticæ. Omnes autem Thomæ hæc conueniunt in hac conclusione, differunt tamen inter se, nam quidam dicunt, esse solam distinctam secundum rationes formales (ita Durandus 1. Sen. dist. 3. par. 2. q. 2. Alij vero istas potentias (scilicet) distinguunt realiter inter se. Ita Alber. Mag. 2. de Anima, Caietanus 2. de Anima cap. 4. quæ sententia magis recepta est inter Thomistas, & efficitur ex D. Thoma 1. par. q. 73. art. 2. vbi ex professo videtur affirmare, esse distinctas, nam constituit tres partes ita officijs diuersas, vt non possunt pertinere ad vnam potentiam, quia ad producendum esse, & ad nutrimentum, consistit aut augmentatum, & statim inferius inquit, quod nutritiua deseruit augmentatiua, & ambe deseruiunt generatiua; ex quibus verbis bene colligitur quid senserit D. Thom. de distinctione istarum potentiarum. Si enim aliud intellexeret, explicaret certe; nam in hac eadem questione citata, art. 1. ad 4. vt acutè notat Caietanus, vt insinuat, distinctionem formalem inter loco motum, & appetituum, explicuit quod appetitus est potentia motiua secundum lo-

cum. Et agens de potentijs animæ, scilicet, intellectu, & memoria (q. 79. art. 7.) dixit, quod nõ differit realiter, sed formaliter: vt igitur in hac questione sua mente explicaret, sitis aperte loquutus est. Nã actus diuersos, & fines diuersos trahit his potentijs, ergo intellexit distinguunt realiter. Neque in ligèda sunt verba S. Thomæ ita vt ubi actus licet diuersi videantur, tamè, quos cõsequuntur vni ad aliud nõ necessario inferri diuersitatem facultatum (sic enim aliqui respõdēt) tamè è cõtra se res habet: nam vniuersitatis actus cū suo obiecto formalis, respicit per se primo suam potentiam, sine ad istam conparatur per se primo: & hoc sufficit ad distinctionem realem. Diferentiam verò actuum satis distinctæ inuenies apud alios Auctores; quantum distet actus nutritionis ab actu augmentationis, & generatiuis, quantum distet obiecta, quantum differant instrumenta: quæ omnia pertinent ad distinctionem realem.

Sed quia argumenta Vallisij multo maius temporis Auctores conueniunt, operpretium est illa diluere, dummodo discursus de potentia generatiua ad sequens ca par remittamus.

Omnis rationes & fundamenta Vallisij conueniunt, si declaremus, quæ sit ratio, quare cùm generatur totum substantiale, simul producat, aut comproducatur quantitas, per solam potentiam generatiuam; & tamen in augmentatione in qua generatur substantia partis, non etiam comgeneretur sua debita quantitas, sine noua potentia, cùm subsiciens sit sola nutritiua.

Pro huius intelligentia, notandum est, quod generatio substantialis veritate inter terminos primatiuè oppositos, nam est de nõ subiecto ad subiectum, sicut compositio de subiecto ad nõ subiectum. Secundo notandum, quod (vt supra probauimus) reuerentia & emanatio est sine dubio actus, quæ sunt terminis respicit: ita enim aduersus contra Caietani. His suppositis, dico ad rationem Vallisij, esse negandum consequentiã, non enim quia quãdo generatur substantia producit quantitas, ideo in augmentatione debet cõproduci, sine nouo motu, & sine speciali potentia ad illi, & ratio diuersitatis stat in hoc, quia in prima substantiæ productione non datur subiectum præsuppositum, quod possit metari de non quanto ad quantum, sicut non datur subiectum, quod possit metari ad aliam passionem: quia in eodẽ instanti quo res genita est cõsequitur tales passiones, inter quas est etiã quantitas. Tamen

men

men ista cōfessio quæritur & passio, etis est: cetero, quæ vocatur emanatio, satis distincta à generatione substantiali, vt ex terminis colat: terminus enim emanationis est accidens, & terminus generationis est substantia. At verò in augmentatione præsupponitur subiectum iam completum, nempe viuens, quod verè mutari possit ad quantitatem, per verum motum.

Sed iterum dicet: Quare ista productio quantitatis est verus motus, & alia, quæ fit in substantiali generatione, solum est emanatio? Respondet ex dictis, quod augmentatio est motus supponens subiectum completum, vt & alia mutationes, siue productiones accidentium, quæ versantur inter terminos positius oppositos, & acquisibiles, cum quadam latitudine, & incompōsibiles & repugnantes, sicut ergo mutatur meum corpus de frigido in calidum, per verum motum ad qualitatem, ita cum augetur mutatur per verum motum ad quantitatem, qui procedit de minori quanto ad magis quantum, & in diminutione, à maiori quanto ad minorem quantitatem: & ob id non emanat quantitas, sed per motum producitur, qui non est resultantia, è contra verò in generatione totius, vbi nō supponitur subiectum, neque termini acquiriti contrarij, per verum motum.

Ad secundum patet ex dictis, quod non fit potentia potentia ad productionem quantitatis quando generatur totum substantiale, quia tunc non fit per motum, licet fiat per actionem, quæ est emanatio, ad quam sufficit vis generantis, at verò in augmentatione cum reperitur vera ratio motus stricte accepti, nec ad eam pertinet vis generantis, oportet assignare potentiam, & nouum modum productionis, scilicet, per motum: & ideo in semine, vt semen est, non est formaliter virtus augmentarina, sed solum generatina, quæ tendit ad esse.

Ad tertium negamus illam propositionem, dicimus enim, quod augmentario est verus motus successivus, & non instantanea mutatio, quod ex professo inuenies probatum lib. 1. de Gener. cap. 5. quando autem Aristotel. dixit, esse impossibile aliquid auerari, aut nihil continuè, non certè absulit continuitatem, quæ omni motu connaturalis est, sed inflexit, non perpetuò durare, potest enim interrompi: augmentario tamen dum fit, verè continuus est motus, nullis morulis, aut quæsiuis intercepis: intendebat enim eo loci Arist.

probare motum circulem esse perpetuò in hoc sensu, vt non possit intercipi.

Sed iam tempus est, vt de potentia generatina disceramus.

CAPUT XII.

Num generatina, & nutritina differant inter se.

De facultate generatina.

Hæc erat altera pars præterite questionis, quæ clarioris doctrinæ gratia scorsim tractatur. Quæ in re communis Schola tenet, nutritiuam, & generatinam esse diuersas realiter facultates. Vallesius verò acerrimè contendit esse vnam, & eandem. Ponderanda ergo sunt rationes pro vtraque parte, vt postea sententiam ferre possimus, si prius textum nostri Auicennæ explicemus, circa quem præsens procedit disputatio. Postquam ergo Auicenna egit de nutritina, & augmentarina, cuius munera sunt verari circa conseruationem individui, accedit ad tractandum de alia virtute ministrata, quæ versatur circa conseruationem speciei, scilicet, de generatina. At ergo in hunc modum: *Generatina verò virtutis due sunt species, una est quæ generat semel, altera est quæ diuidit virtutes, quæ sunt in femine, secundum quod vnicuique membra conueniunt eis.* Quibus verbis insinuat duas generativas facultates, alteram in testibus quæ generatur semen; alteram in femine, quæ formatur fetus. De vnaquoque igitur breuiter videamus quid ascendendum sit: nam Vallesius non procedit hac claritate.

Existimat verò hic auctor 2. Contrary. 1. quod facultas generatina, siue formarina, quæ residet in femine iam producta, est verè nutritina, nulloque pacto ab illa differat, nisi denominatione sola. Et probat hanc sententiam duplici argumento.

Primo, quia eisdem actionibus completur generatio, & nutritio, vt actio enim sic conueniense alimenti in substantiam viuam. Ergo est eadē facultas. Probat anteced. quia nutritio membrorum, cum deficiat aliqua particula, illam reparat per actum verum nutritionis. Sic enim in vlcere capio generatur caro; & arteriam in capite re generari vidit Galenus; ergo per eandem actionem generatur pars, & nutritur.

Secundò prob. quia utraque actio, nutritio, scilicet, & generatio indigent eisdem facultatibus ministrantibus; attractente, scilicet, & coequente retinente, & expellente.

Nunc autem quantum habeat veritatis hæc opinio Valesii, nondum pronuntiamus. Quòd verò prædicta argumenta tantum ingenium non debebant convincere, iam demonstro. Nam ad primū responder Hippocrates libr. 1. de Dieta, ubi docet destinationem fetus per actionem caloris fieri, multa instrumentente nutritione. *Qui locus longam exposcebar digressionem quam in hoc tomo invenies.*

Sed procedamus scholasticè ad morem Valesii negamus ergo, quòd dum res generatur, nutritur, aut quòd generatio sit per conversionem alimenti in substantiam alii: nam generatio tendit ad esse, nutritio vero ad confirmationem illius esse. Ergo nutritio præsupponit esse iam generatum, ergo generatio non est nutritio; ergo non fit conversio alimenti in substantiam alii, aptum enim est, quòd in illo instanti generationis rei non nutritur, sed post illud instans incipit confirmatio, & nutritio.

Neque ratio Valesii, qua probat suum antecedens, probat efficaciter. dicit enim, quòd in hoc apparet generativam esse instrumentalem, qua per nutritionem regeneratur caro deperitã: hoc (inquã) non placet, quia illa actio est carnis novæ productio, & non præexistentis nutritio; nam si sic loquendo, nutritio est confirmatio rei facta. Ergo quando generatur caro, non nutritur, sed fit de novo. Ex quibus colligitur, quòd propter prædicta argumenta non rectè, neque sufficienter convincitur Valesius.

Et secundum argumentum nullam habet vim. Vtuntur eisdem facultatibus ministrantibus, ergo sunt eadem facultas: nõ (inquã) valet consequentia, habet enim plures instantias. Nam omnia agentia naturalia indigent approximatione ad passum, & hæc approximatō in omnibus est motus localis. Non tamè valet consequentia: Est eadem approximatō: ergo est eadem actio. Ita similiter in præsentī dicendum est: facultates enim ministrantes ponunt quasdam conditiones in ipso alimento, nam attractens, & retinens applicat passum ad agens; expultrix operatur post consummatam actionem. Ergo non bene colligit Valesius, nutrientem, & ge-

nerantem esse eandem virtutem ex eo, quòd vtrantur eisdem facultatibus ministrantibus: sicut esset insufficientis discursus Potentiæ sensitivæ vtrantur, siue indigent spiritus animalis: ergo sunt eisdem rationis. Sed quia hic modus dicendi Valesii non evacuat totam difficultatem, videamus seorsim de vnaquaque facultate, vtrum, scilicet, sit generativa idem, quòd nutritiva.

CAPVT XIII.

An facultas qua residet in testibus feminis productiva sit nutritiva.

AD dissolvendam hæc dubitationem sufficiat autoritas D. Thom. 1. part. quest. vit. art. 2. ubi explicè tenet semen fieri à virtute nutritiva: ita enim ait: *Virtus nutritiva discernit generativam, quia id, quòd est conversum per virtutem nutritivam accipitur à virtute generativa, et semen. Quæ autoritas tanti momenti est, ut istum modum dicendi reddat probabilem. Sed rationibus potest confirmari.*

Primò, quia eadem virtus disponit instrumentally ad formam, & generat alimentum simile ad illam formam. Non enim est necessarium multiplicare facultates sine necessitate, quia differentia solum poterit esse secundam magis, & minus, ita ut nutritiva illa dicatur, quæ vltimo assimilat, & convertit; generativa verò feminis, aut alimenti, quæ partim assimilavit.

Secundò, quia facultas testium eodem profus temperamento facit semen, quo fecit vltimam conversionem, solum hæc posita differentia, quòd semen est superfluum in quanto.

Tertiò, quia in opinione quæ tenet, quòd semen fit animarum, multò facilius posset asserere, fieri à virtute vitali nutritiva, ut respondeat effectus vitalis principio vitali. Sed in nostra opinione, qua dicimus semen non esse animarum, dubitabis quo pacto semen possit fieri à facultate vitali nutritiva. Cui dubio respondendum est, ad eandem facultatem posse pertinere productionem terminis primariis, & viam ad illum terminum: terminus ergo vltimus facultatis nutritivæ radicaliorum est vitalis; terminus verò medius, qui est ipsum

ipsum semen, non est necessarium, ut sit cum tanta perfectione vitali, sed satis est ut tendat ad vitalitatem, ex quo termino, & ex principio vitali à quo producit, participat suo modo vitalitatem. Et hoc pacto generatio alimenti potest dici alio vitalis per ordinem ad terminum, & per ordinem ad principium, unde motus.

Neque hoc contradicit superiori doctrinae dicentibus enim agens de singulari generatione, illam productionem esse analogam, considerates, scilicet, actionem sanguificandi, ut terminantur in formam sanguinis. Nunc vero consideramus semen, ut viam ad terminum vitalem, & sic illius productio procedit à virtute vitali, & ab anima non ut natura, sed ab anima ut sic, intendente terminum viventem, siue vitalem.

Ex quibus patet, quam probabilis sit sententia S. Thomae, afferentis semen factum esse per virtutem nutritivam, siue immutativam.

Aliud vero dubium remanet non contentendum, utrum, scilicet, illa virtus nutritiva testium sit verè generativa, id est formativa, & delimitativa totius generati.

Possunt fieri argumenta, quia virtus generativa est, quae generat totum aliud in simili odore in speciebus naturae: sed illa virtus testium solum facit formam numeralem nutriti: ergo non est verè generativa.

His tamen non obstantibus, sciendum est cum Avicenna in praesenti textu, ut affert semen fieri à virtute generativa, ita ut intelligamus, quòd sicut virtus nutritiva aliarum partium solum est nutritiva, & reparativa nutriti, siue et nutritiva testium est elevatio, & habet imprimere virtutem generativam totius.

Pro cuius maiori notitia notandum est, quòd ad generatorem fetus duo principia concurrunt subordinata, primum, scilicet, & secundum: & secundum non movet nisi in virtute primi. Testes ergo habent virtutem generativam primam, & secundo illam semini imprimunt.

Modò ad argumentum respicietur, quòd illa virtus testium non est proprie generativa totius, haec enim videtur in fore, quòd est generativa magis remotè. Sic loquitur Gentilis dubium hoc, pro quo videtur esse doctrina Avicennae, quam adduximus in nostro primo libro de Diata. Sed alterum punctum attingamus, in quo cum Vallesio erat controversia.

CAPUT XIII.

Vtrum virtus seminalis membrum generativa sit nutritiva.

PRO parte affirmativa etiam argumenta Vallesii, quae supra à solo sicut dicitur, alia adducamus. Primum, quia sicut ignis per viam & eandem facultatem generat tantum alium ignem, & partem ignis, ita & visus per illam potentiam per quam generat vitam particularem, generat totum, sed per nutritivam generatur, v.g. caso novali, ut veni novum, ergo per eandem nutritivam generatur totum.

Et confirmatur: nam in vlcere caso videtur ad sensum, quòd partes circumstantes apponunt sibi osam carnem per nutritionem propriam, & per augmentativam. Ergo tabachia debet dici nutritiva simul & generativa facta à potestate nutritiva illarum partium. Ergo non est addenda facultas generativa distincta nutritiva.

Secundò, quia illa virtus per totum animal ipsa est, ut & ipsa nutritiva. Nam sicut caso dependit per nutritionem generatur, ita vena arteria in vlcere caso, ita dentes puerorum generatur separatim mente, & septimo anno re generatur. Quae omnia sane docuit Galenus lib. 1. de Semine, cap. 7. & 6. Metho. cap. 5. Non omnia potest potest, quòd haec omnia sunt à virtute formativa dicitur in facto, cum difficiat virtus nutritiva.

Propter haec & alia argumenta nullum potest d. s. in. dicitur in hoc, quòd nutritiva dicatur formativa, cum habeat formam dicitur verò nutritiva, cum rem. ut factam & conservatam conservat. Et sic intelligit Galenus, quòd dicitur. Quòd in animal tentant virtus nutritiva, id est, servat virtus nutritiva, quae potest est formativa totius, de novo, si quae fuerit.

In hac tamen re probabilis videretur, facultatem generativam, quae videtur in formare, distinctam esse à nutritiva. Sed magis quam probetur istum conclusionem, tantum est, quòd licet semen factum sit à facultate nutritiva testium, ut docet S. Thomas non est illi sequitur quòd sit eadem prioris naturae, & species determinate: Sed nutritiva testium haec habet

Hic est Genit.
in libro cap.
949.

excellentiā, ut imprimat semini talē formā, à qua postea dimanare potest virtus formatiua: quæ perfectio nulli alio membro concessa est. Itaque nutritiua restium educit formam femininā, à forma autem femininis dimanat virtus formatiua. Et ob hæc philosophandi rationem rectè dicebat Gentilis in hoc cap. quæst. 15. quòd sunt duo principia ad producendum foetum, vnum remotum, & alterum propinquum.

Hoc sic declarato, probatur prædicta conclusio in opinione nostra, quæ tenet, quòd semen non viuat. Nam virtus nutritiua subieclatur in viuente, generatiua vero subieclatur in semine non viuente: ergo non sunt eadem facultas. Secundò probatur in communī opinione recentiorum tenentium, quòd semen viuat: nam virtus nutritiua est productiua feminis, virtus autem feminis nunquam producit semen, sed animi.

Tertio, quia virtus nutritiua ex alimento conseruo in substantiam præexistētem facit identitatē numerālem. Generatiua verò neutiquam, sed facit aliud totum numero distinctum.

Quartò, quia nutritiua est conseruatiua viuacis cuius est. Generatiua autem est productiua viuacis quòd non est.

Ex tertio verò, & quarto argumento inferretur quintum. Nam virtus nutritiua habet terminum immanētem; generatiua transiētem: quia licet fiat corruptio alimenti, & hoc sit transiens, vltimus tamen terminus acquisitus, qui est nutritum esse nouo alimento, recipitur in nutritio, & non in materia alimenti, ut frigus recipitur in aqua immānēter, quamvis eorum patitur calor. Sola autem hæc differentia versatur, quòd reductio aquæ fit mera alit ratio: nutritio sit substantialis conseruatio in nutritum; & quòd in nutritione requiratur nouum vmbile. Sed hoc cedit in vtrā naturam ipsius agentis per intrinsecam inherētiam: & id sufficit ut nutritio reducatur ad actiones immanētes, ut nutritio est. Et licet vera actio immanens sit cuius terminus manet in potentia, extenditur etiam, ut illa etiam talis sit cuius terminus manet in agente quòd.

Sed si dicas: Est vniò maritiz alimentari: ergo est transiens. Respondet, quòd illa vniò est actiua, quæ procedit à viuente quòd viuat. Et quia terminus illius vniouis est vniū esse sub anima, & hic recipitur in ipso viuente viuente per animam, hinc

est, ut possit dici nutritio actio immanens, siquidem non subieclatur in materia prima alimentari, sed in ipso viuente, quòd facit vniū terminum in se ex materia alimenti, & præexistenti suæ. Vniū enim manet à nutritio, & terminus vniouis manet in nutritio. Et quoniam supponatur materialiter corruptio alimenti, tamen nutritio ut sic, est actio perfectiua ipsius nutritii.

Ex his colligere poteris, quòd adus, & obiecta, & modi operandi illarum virtutum agunt multum diuersa inter se. Sed at gumentata in contrarium propòsita vltorio rem petunt claritate.

Ad primū respondet, quòd in viuētibus, & non viuētibus non sit eadem ratio: nam ignis eodem modo quo generat alium ignem generat etiam partem ignis: at verò viuens generat aliud mediante feminē, tanquam instrumento separato: partem tamen non generat mediante feminē, neque media nutritione propria, sed per generationem, dando rei genitæ suam figuram & conformationem. Non enim ad generationem portis est necessarium semen, sicut ad generationem totius: quia ad regenerationem portis est viuens præfens cum suo actuali influxu: ad generationem vero totius est absēns, & sic indiget feminē, quòd operaretur in sua absēntia: quorum nil concurre in non viuētibus. Quòd sufficit ad hoc, ut dicamus esse diuersas potentias generatiuas, sufficit (inquam) diuersus modus tendendi in opus proprium, & sic non valet consequentia ab igne ad viuens, vel ad animal.

Ad confirmationem responderet, quòd in vicerit cauo duo sint consideranda: primo enim consideramus partes circumiacentes, quæ nutriuntur per conseruatiōem alimenti in suam substantiam, quæ est stricta nutritio; & consideratur emissa, quæ impletur à carne noua de nouo generata, cum suis venis, & cum suo determinato modo, quem debet habere. Ista ergo caro noua non fuit facta per nutritionem, sed per generationem factam à partibus circumiacentibus. Nam ille terminus non est immanens, siquidem non manet in parte quæ nutriebatur, sed forsan est immanens respectu totius viuētis: tamen respectu illarum partium circumiacentium, verè & proprie loquendo, est nouus terminus productus per generationem, qui nouum locum occupat cum noua cōformatione, & figura, & situ. Et sic proprie loquen-

loquendo, illa partes circumiacentes generant aliud à se, quàm sibi continuatur. Per nutritionem verò non faciunt aliud, sed se ipsas conferunt. Et hoc voluit Aristotel. quando dicit, in augmentatione manere idem secundum partes formales: quia, si licet eadem formatur (suis ratio, eadem figura, eadem conformatio, omnia eadem servantur per finis reparacionem. Ac vero reparacionis partis nutritionis, neque aliud est censenda est, sed nona generatio partis, siquidem est nova figura & conformacionis generatio. Quod Galenus ex professo docebat. 1. de Fac. nat. cap. 8. ubi ponit differentiam inter generacionem, & nutritionem, dicens post alia: Ibi namque, quod os non erat, factum est os. In nutritio ne verò ei, quod iam factum est, ad quod af fuit efficitur simile. Ita non immerito alte rationem illam vocamus generacionem, hanc adimulacionem. Itaq. in vicere cauo nona fit caro, & partes istas partes nutriuntur, & uterque effectus à sua procedit Virtute.

Ad secundum concedimus, quod ista virtus regenerativa per totum animal diffusit, non tamen ubi id confundi debet cum nutritiva. Neque ex hoc sequitur, quod debeat exercere actum secundum semper, aut in qualibet parte vicaria. Sicut neque virtus generativa puerorum exercitur ad actum secundum, vti quod adueniat vera corporis diffusio. Ita etiam, neque omnes partes, neque quolibet tempore regenerantur.

Sed vnum difficile testar enodandum: nam dubitabis quare dixerim virtutem re generatiuam esse per totum animal esse, siam licet nutritiam, cum à nobis explicatum sit, virtutem generatiuam in testibus habitare, tanquam in organo proprio. Refpondeo, quod Galeni doctri. a clarè tenet, regeneratiuam esse diffusam, vt nutritiuam, siquidem partium multarum regeneratiuam ipse vidit, vt argum. adducit. 1. de Semine, & aliis in locis. Quia tamen non omnes partes faciunt semen, sed solum testes, hinc est, vt in testibus virtus hæc cõceat, quantum ad actum generatiuam totius facit: enim semen à cuius forma emanat virtus formatiua alie verò partes nequam hoc munus habent, non enim suo alimento tribuit illam vim. Neque existimare oportet, quod testes impendant ipsam virtutem generatiuam semini, vt artifex imprimat motum ferrati sed generant formam talem semini, à qua emanat illa

virtus formatiua totius, vt sepius dictum est; hoc enim pacto se instrumentum separatum.

Sed quare alie partes non faciunt semen? Respondi, quod ob defectum temperamenti, quo participant testes faciunt verò aliquid proportionale, vt ros. Quod Hippocrates putant à singulis partibus, vt que ad testes derivant.

Sed melius à testibus ego, aliud esse loqui de virtute regeneratiua, aliud verò de virtute simpliciter generatiua illa partem respicit; non enim debebat natura obire partes ista virtute, vt familia generarent, quia hoc conueniebat ad perfectionem, vt iunctis constituta à seipsum vero pertinebat continuoatio per totale generacionem, ad quam non poterat virtus penetrare, nisi medio instrumento, quod haberet virtutem totius. Fuit ergo necessarium semen, quod generatur à tali parte, que in virtute totius generatur, quales sunt testes. Residet igitur in illis facultas generatiua totius, residet vero in particulis alijs virtus generatiua partialis.

At dubitabis, vtrum hoc sufficiat, vt ista facultates sint discretæ, regeneratiua partis, & generatiua totius? Resp. quod distinetur generatiua magis, & minus perfectam, in quo etiam includitur extensio ad plura. Nam generatiua est essentialis per ordinem ad plura diuersa producenda: regeneratiua verò limitatur, & coarctatur ad singularia.

Secundo potest colligi ex textu nostro Auicennæ, dicitur virtutem feminis distribuere, & dicitur virtutes formatiuas in eodem totum; quod virtus seminis distinetur à virtute partiali, tanquam continens, & emittens distinet à contento.

Quod autem nobis Auicenna voluerit, quando dicit: Formatiuam agere & recepisse sui Creatoris latè declarauit cõtra Gentilem in meo lib. 1. de Dieta. Colligitur etiam ex dictis, quod attendendum sit in quæstione, qua inquiratur, vtrum virtus generatiua maneat in forma iam producta, ad reproducenda partes, que deficere possunt.

De virtutibus naturalibus ministrantibus.

De virtutibus naturalibus ministrantibus, quibus ad idem modum operandi illarum, distinctio est, & organa, & temperies, quibus vtuntur.

Ad e. 3. Avicenna.

omnia

omnia enim hæc elici possunt ex his quæ distillant. Tandem Avicenna ad facultates naturales accedens primò illas enumerat, deinde circa vnam quàmque discorrit. Quem ordinem nos etiam scribimus.

CAPUT XV.

An facultates ista sint quatuor.

De numero ministrantium.

Quòd sint plures, posse probari, quia virtus appellata discretiva, sine diffusâ inter conveniens, & discomeniens, nulla est istarum quatuor, vt tenet Averro. 2. Coll. cap. 7. & 9. & 3. Coll. cap. 16. est enim actus distinctus ab omnibus quatuor. Ergo est facultas distincta. Et Avicenna ex mente Galeni Natura, inquit, virtus pipere ad suos vsus, scilicet, ad digestionem, & præsana ad nutritionem in medicamine illo composito ex pipere, & præsana. Hæc autem virtus, neque est coëctrix, neque expultrix, neque attractrix, neque retentrix, sed discretiva, seu regitrix, secundum aliquos. Cuius meminit Galen. 4. Aphorif. 22. his verbis loquens de optima evacuatione, & critica *Υστικιδεν, inquit, oportet colligenti præire, subsequi autem discretivam, & postea evacuativam, ut bene sit crisis, hæc insinuat.* Hæc Galenus. Vbi manifestè distinguit, & separat actum discernendi & separandi in morem, vt posse hæc actus expultrix accedat ergo danda est facultas discretiva.

Secundo arg. Nam distributio alimenti pertinere videtur ad distinctam facultatem, quam distributivam appellant, cuius defectu solet atrophia contingere, vt docet Galen. 4. Aphorif. vit. & 3. lib. de Causis sympto. cap. 2.

Tertio, virtus appetens esset addenda, hæc enim etiam deseruit nutritivæ, illius enim meminit Galenus 3. de Facult. natural. cap. 6. & 1. de Causis sympto. cap. 6. & 1. de Sanitate tuend. capit. 2. Imò libro 6. de Locis capit. 3. dicit, contingere aliqua symptomata propter depravatam appetentiam, & propter depravatam retentivam.

Quarto, videtur, esse ponendam facultatē, quæ fixationem faciat alimenti cum parte nutrienda: ita ascite enim non nutriuntur partes, quia humor ob suam aquositatem non affigitur: ita Galen. 1. de Facul. natur. cap. 7.

Quinto, addenda esset facultas dilatativa membrorum, vt fieret augmentatio.

His tamen non obstantibus, communis schola Galeni & Avicenna tenet quatuor esse tantum virtutes ministrantes, quas sapius recensimus. Hanc sententiam tenet Galen. 1. Aphorif. 22. & passim in libr. de Facultat. præsertim libro 3. cap. 11. de Temp. cap. 5. & 6. de Morb. vulg. part. 3. Commen. 1. & 2. de Causis sympto. cap. 1. Sed ratione probatur quaternarius numerus ministrantium.

Primo, quia alimentum debet moveri localiter ad membrum alendum, sed non à seergo ab alio: ad istum ergo motum est necessaria attractrix.

Secundo, est necessaria retentrix, vt detineatur alimentum ad actionem, quæ fit in tempore.

Tertio, est necessaria concoëctrix, quia alimentum est in principio dissimile: debet ergo reddi simile per virtutem immutativam. Vtrum autem ista differat à nutritiva, statim videbimus; nam hinculque dictum est ex mente S. Thomæ generationem alimenti fieri à nutritiva.

Quarto, expultrix ponenda est, nam nullum alimentum ita vniiforme, & simile est, quin habeat aliquas partes dissimiles istæ autem debent expelli ab aliqua virtute.

Præterea probatur iste numerus facultatum ex quatuor fibris diversis, quibus utuntur istæ facultates: nam facultas attrahens utitur fibris longitudinalibus, seu rectis; retentrix utitur fibris obliquis; expultrix fibris latitudinalibus, coëctrix temperamento. Ex diversitate ergo instrumenti rectè colligi potest diversitas & numerus facultatum.

Insuper, quia videmus lædi vnum actum sine læsione alterius. Ergo signum est, illos alios ad diversas facultates pertinere. Denique, quia in alimento non sunt plures, neque pauciores adæquate rationes formales, quæ possint specificare facultates ministrantes: nam alimentum vt separatam conveniens, attingitur à virtute trahente, vt conveniens coniunctum, retinetur à retinente; vt reparatum, assimilatur à coëctore; vt deperabile & defæcabile, respicitur, ab expellente.

Argumenta verò contraria non continentur.

Ad primum resp. quòd non est necessaria virtus discretiva, nam discernere bonum

bonum à malo fit per attractiuam; & expulsiuam: illa enim trahit conueniens, & hæc expellit nociuum, & sic fallitur Auctores.

Ad authoritatem Auicennæ de pipere, resp. quod si illa medicamenta sint verè mixta, natura non diuidit illa: tamen cum non sint verè mixta, bene potest natura illa diuidere. per virtutem, scilicet, trahentem, & expellentem, vt purat Gentilis in hoc cap. quæst. 2. adducit enim Galen. 1. de Facult. cap. 13. afferentem, quod sic membrum ægrum trahit ad se medicamentum, sicut sanum trahit ad se nutrimentum.

Ad authoritatem Galeni 1. Aphorif. 22. resp. ibi non distingui facultatem digerentiã tanquam digerentiã: de dicit Galen. quod natura coquit, & digerit, & postea expellit. Illa ergo diuisio potuit fieri, vel facultate trahente quod coctum est, & illud tanquam familiare videntem: & facta ista diuisione facultas expulsiua molleatur ab excremento, quod solitariè relictum est. Vel potest dici, quod postquam natura coctionem suã consecuta, remanet excrementum quod resistit per actionem caloris: huius enim est proprium quædam congregare, & alia difgregare.

Ad secundum responderetur, quod distributio alimenti rectè fit à facultate trahente, & expellente. Quædam enim expellunt alimentum, quod superfluit in quanto, vt iecur, quod sanguinem remittit ad venas. Quædam vero partes illum sanguinem trahunt. Quod Hippocrates docebat primo de Dieta, exemplo elegantissimi hominum ferrantium; alter enim trahit, alter trahit, &c. Et sic atrophica illa, que contingit defectu distributionis alimenti, redigenda est, vel in defectum attractricis, vel in defectum expulsiuæ, vel in defectum viarum, per quas debet alimentum transire.

Ad tertium responderetur, quod (vt supra dictum est) appetitus naturalis, non est facultas distincta ab ipsa rei entitate; sed est ipsa rei entitas prout inclinata. Ad locum Galeni responderetur, ibi loquatum esse non in rigore: largo enim modo solet appellari attrahens nomine appetentis.

Ad quartum resp. ad fixationem faciendam sufficere ipsum lenorem alimentis: per hunc enim adhærescit partibus; cui operi adiungitur retentricis efficacia.

Ad quantum responderetur, non esse necessariam virtutem dilatatiuam membrorum, vt fiat augmentatio: sufficit enim calor natus cum reliquis potentis. Præterquam, quod (vt supra dictum est) accretio non fit per dilatationem partium, sed per vberiozem nutritionem, & additionem maioris substantiæ vitæ præexistenti. Hæc sunt, quæ iuxta communem doctrinam sefe offerunt. Sed restant aliquæ difficultates recentiorum, qui antiquam doctrinam deserentes aliter sentiunt, quorum argumenta seorsim ponderare decreui.

CAPVT XVI.

Quænam aliqui obijciant ad deserendam prædictam doctrinam.

Recentiores quidam aliquibus argumentis discedunt à doctrina tradita: & per pauciores facultates quatuor illas actiones fieri posse contendunt. Primò, per eandem facultatem fit retentio, & tractio: ergo superflua est altera illarum. Anteced. probatur: Nam magnes trahit ferrum, & sine superaddita facultate illud retinet per eandem, scilicet, attractiuam.

Possit dici esse diuersas rationes: nam videntium operationes cum perfectiores sint, ob perfectiorem finem pleribus sunt. Quæ non minus si alimentum attrahatur, & retineatur à diuersis facultatibus, ferum verò nequaquam.

Sed contra hoc iterum securò insurgunt, afferentes id vixum esse quando finis consequitur diuersis actionibus. Tamen attrahere, & retinere non sunt duo opera; nam retentio tracti nū est aliud, quam conservatio eius in loco prioræ acquisito. Unde sicut per gravitatem corpus mouetur ad centrum, & per eandem gravitatem ibi detinetur; & similiter per eandem virtutem mouet obrachium, & ipsum detineo sic etiam in vegetatiuis per eandem facultatem res trahitur, & detinetur.

Procedunt vterius, & probant, ad eandem virtutem pertinere tractiõnem, & expulsiõnem: quia illæ actiones sunt multum connexæ. Quod possit hæc ratio demonstrari: nam motus virtutes natura-

turales, vel impressæ, quæ non habent motuæ corpus ad certam distantiam, nec ad determinatum locum, non differunt specie inter se. Quod patet exemplo impulsivis: nam licet corpora impulsiva moveantur videantur diversis speciebus motus, tamen ex parte ipsius impulsivis, semper est eadem species infima. Tunc sic: Sed pulsio, & tractio non sunt motus ad aliquam determinatam distantiam, neque ad aliquam differentiam loci determinati: ergo sunt eiusdem infimæ speciei: ergo procedunt ab una, & eadem facultate.

His argumentis convicti tollunt expultricem, & retentricem, & respondent argumentis supra positâ pro sententia Aristotelis & Galeni. Tamen antequam quid nobis respondeant, solvamus operapreptium eorum rationes.

*Solvatur in
gen. quibus pro
hibetur esse
viventem sa
ciantur in
tractum, & ex
pultricem.*

Ad primum dici potest, diversam esse rationem inter motus alimenti, & alios. Quamvis enim concedamus per eandem virtutem animal moveri, & detineri, & per eandem gravitatem lapidem descendere, & quiescere: aut magnetem trahere, & retinere ferrum: in alimento tamen diversâ concurrat ratio. Nam cum partes sint in continua tractioe, oportuit, ut retentrix æquâ sibi coniungeret alimentum, ne facile laboretur, aut à vicinis raperetur. Quid enim prodesset tractio alimenti, si iam tractum vicinæ partes suscipiantur?

Dices, rectè hoc esse dictum: sed fieri illam retentionem eodem actu tractivis: nam qui trahit descendit tractum à contrario rapiente. Ergo dum partes continentur tractioe propriæ alimenti, non est timor ut vicinæ illud rapiant. Præterea, quia partes licet trahant, non tamen nisi simile. Illud verò, quod iam parti per tractionem coniungitur, illi soli parti consociens existit alteri verò disconsociens. Nô est ergo cur partes in isto bello, & contrarietate tractivis constentiam.

Ad primum dicimus. Sicut illos actus per duas potentias distinctas, sicut prosequi bonum ardorem, & impedire bonum per irascibilem, & prosequi bonum sit per concupiscibilem: ita tractio movet localiter bonum ad sententiam descendit à contrariis, querendo tractum cum trahente. Et si adhuc in modo operandi sunt maximè diversæ illa facultates, nam tractiva semper exercet motum; retentiva semper exercet quietem alimenti. Neque qui trahit proprie

defendit à contrariis, sed qui retinet.

Ad aliud dico, quod partes vicinæ traherent alimentum alienum, nisi retentrix operaretur: quia licet non sint intotum similia, sufficit ut sint aliquo modo similia. Ut ergo utraqueque pars proprium amplecteretur alimentum, data est retentrix.

Neque exemplum de gravitate lapidis, aut virtute motiva membri tenet in omnibus. Nam gravitas retinet lapidem iuxta propriam naturam illius cum suo termino perfectiù, nempe cum centro. Et sic non est necessaria alia virtus, quæ lapidem retineat, nisi eius propria natura. Similiter quando motico brachium, per eandem virtutem ipsum tenet quietum. At verò quod alimentum movetur à parte trahente est, aliquantulum contra suam naturam, & sic indiget retentrice.

Præterea cum attractrix sit propter retentricem, quare illa duo opera non faciat retentrix, quæ perfectior est ad perfectionem enim ipsius pertinet, non solum suam effectum, sed inferiorum perficere. Denique cum alimentum debeatur alterari, oportet quiescat, ut recipiat actionem per attractivam autem ut sic, nunquam quiesceret alimentum, sed semper moveretur magis, ac magis, quod maximè impediret actionem caloris.

Ad illud verò, quod dicit de magnetem, debet probare nullam esse retenticionem actionem à facilitate retentivi, quod non probavit. Quod si virtutem retentricem in his naturalibus inanimatis non constituissemus, id facimus, quia ut duo similia sese coniungant quiete fractionis, non est opus nova virtute, sed per solum contactum seipsi adhærescunt, ut gutta aquæ alteri gutti: non enim una gutta alteram retinet, sed vincuntur similitudinis utramque copulat. Ita in magnetem & ferro philosophandum est.

In alimento verò & nutritio non concurrunt eadem ratio: nam licet interveniat aliqua consocientia, & similitudo, non tamen desunt impedimenta.

Dicit contrarius ad hæc: Per tractionem se defendit pars à vicinis rapientibus: ergo non est necessaria retentrix. Respondo, quod illa actio non potest fieri per tractionem, nã habitibus presentibus cessat motus: ergo postquam tractum videri non est, cessat tractio: ergo per aliam actionem debet natura amplecti alimentum vnitum.

Neque

CAPUT XVIII.

De facultate attrahente.

A Vicena de attrahente sic philosophatur. *Attrahens verò sicut creata ad attrahendum nutrimentum inuentionis: que quidem operatur & illi membris, in quo est secundum longitudinem protensa.*

Circa hunc text. principalis difficultas inter medicos oritur de essentia facultatis attrahentis. Nam strè omnes existimant essentiam huius virtutis in colore consistere: ita loquitur Galenus quodlibet. cumque de traditione dicitur. Nam libro 2. de Febris. cap. vltim. enumerans causas fluxus humoris in aliquam partem inquit, dolorem & calorem trahere humores, & libro 3. de Simp. med. fac. cap. 16. ea que calidiora sunt, potentiora esse ad trahendum promittit. Idem 13. Metho. cap. 1. & experientia potest probari: nam illa que trahunt, si caleant, potentius attrahunt, siccitatem enim si fricent, vehementius trahit paleas; quia, scilicet, per motum illum conflagrationis calor concitatur. Ex quibus potest deducere, partes nobis corporis trahere alim. tum per proprium calorem, & non per superadditam facultatem.

His tamen non obstantibus, asserendum est cum Anicena ad tractionem alimenti esse superaddendam facultatem trahentem, que sit qualitas distincta à primis. Prob. quia trahio est motus localis: ergo debet procedere ab aliqua virtute localiter motu: sed calor non mouet per se primò localiter: ergo à calore non procedit trahio. Dices ad hoc, quod licet calor non habeat per se motuere localiter, tamè secundariò id valet efficere. produca ad qua secunda qualitate, tanquam secundario efficitur.

Sed notandum, quòd calor solum leuitatem producit, tanquam effectum secundariò, per quam res calefacta potest moueri: ergo semper trahit situm, nam hoc est proprium leuitatis.

Sed contrariò experitur: videtur enim trahentia non ferriam solam, sed ad quamlibet loci positionem allicere sua trahibilia. Ergo solium est dicere, quòd calor trahit produca leuitate.

Præterea probatur conclusio, quia res inanimata facultate potest trahere: ergo

Neque obstat, quòd quietes pulsus fiant ab eadem virtute motuam, vt dicitur, ita quies, vel vbiatio est terminus necessarius motus, atque adeò ad eandem facultatem potest pertinere motus, & terminus motus, quòd etiam fatetur in præsen. si calu: ab eadem enim virtute mouetur alimentum ad partem, & ab eadem virtute vbiatur in parte: tamen durare in vbiatione toto illo tempore quo committit pro ratione collisionis, non videtur irriti posse, nisi ab aliqua determinata facultate retentrici: toto enim illo tempore manet alimentum immotum, neque descendens, neque ascendens. Quòd si conueniat trahitua suam actionem, quoriam alimentum non penetrat per poros partis antequam concoquatur? hoc enim deberet contingere, cum virtus trahitua viuens in partibus profundioribus magis vigeat. Cradum ergo alimentum rapient ad se partes centrales. Potius ergo dicendum est detineri alimentum iam tractum per virtutem retentricem.

Quòd si his non conuincitur opinator, dicat (obsecro) quo pacto tenuissimum alimentum, spirituosum scilicet, postquam parti per tractionem vitur, quo inquam pacto non euolat, sua leuitate eleuatum/ob nil curret aliud, nisi quia retinetur à retentrici: non enim dices trahi id, quòd tractum est. Ergo non retinetur per tractionem, sed per quietam retentionem: videtur enim implicatio, trahi quòd iam tractum est, aut quòd per tractionem retinetur. Loquitur nunc de retentione formaliter, que nil est aliud, quàm rei vitæ conseruatio in quiete: sine quæta retentio eius, quòd allic tum est. Alia enim est retentio, que est iuncta motui trahituo, vt quando trahio lignum fuitibus retentum. De hac non loquitur opinator.

Secundum argum. nondum percipi potest, neque fundamentalis aliqua ratio adducitur, que probet, quòd pulso, & trahio sint eiusdem facultatis soboles. De quo puncto inferas iterum, & in libro de Pulsibus.

Atque cum teneamus secundum S. Thomam irascibilem & concupiscibilem esse diuersas, videtur eisdem rationibus, panis muraris, posse probari, expellentem & trahentem esse diuersas.

(1)

multo magis partes viuentes. Prob. anteced. ex Galen. 2 de Element. c. 4. vbi magneti tribuit determinatam virtutem trahendi. Sed ex professo id probat 1. de Facult. natur. cap. 14. Vbi omnibus rebus virtutem inesse trahicem defendit, & exemplum fati elegans adducit de tritico. Si ergo præter qualitates primas, facultas trahendi inest magneti, aut alij mixtis, quorsum in viuentibus non est concedenda.

Deinde, quia si calor trahit, quorsum ignis omnia ad se non allicit, liquorem summum habet calorem? Quasobrem, vt declaremus auctoritates Galeni in principio propositas, explicare conuenit, quo pacto calor conducit ad tractionem. Conducit quidem dilatando vias per quas debet humor fluere, & se cundo resoluendo humorem, vt ad successiorem eius, quod resolutum est, descendant, vel ascendant reliqui humores. Hoc ergo pacto calidior pars statim infla. mearur, & tumescit. Non enim mihi placet quorundam recentiorum opinio qui de hac re disputantes asserunt calorem trahere, quia producit leuitatem in humore, & vias aperit, & pars calida est apta ad recipiendum.

Quod si illos interroges, quomodo si pe. les calida intemperie laborant, ad se trahant humores, siquidem lenitate acquiescentia potius debeant ad caput ascendere et pondent, quod si leuiores reddantur, ascendent, si vero in sua gravitate remanent, descendant ad partem aptam, & dispositam inflammandam.

Hic, inquam, modus dicendi mihi non placet; nam videmus humores descendere quammis sint leues, & ascendere quammis sint graues. Et hoc in quatuor passionibus calida per quas partes inflammanur. Ergo danda est aliqua ratio, ob quam caliditas statim particula, quoscumque ad se trahat humores.

Dicendum ergo est, præter dilatationem viarum, & attitudinem partium recipientium, esse resolutionem humoris sibi adherentis, & ad huius vacationem succedere quancumque ad implendum vacuum. Et præterea pars ipsa inanis plus trahit, quam possit conuocare. Atque ex his duabus causis procedit, vt particula inflammetur, quantum agitur in ipsa, nam partes mada. tes etiam nõ mittunt regulariter pro ratione vni. partis recipientis, sed mittunt caeco quodam motu quicquid superfluit.

Hoc ergo pacto interpretandus est Galenus, quando dicit, tractionem fieri à ca-

lore, id est, à calore ex accidenti, tanquam euacuante, & resoluente; à calore tanquam à disponente vias per quas fluere debet humor, à calore tanquam rarefaciente partem, qua debet inflammar.

Non placet etiam quorundam sententia dicentium, quod calor trahat secunda. riod: sicut enim morat locum res calefacta, producta quantitate, vel per augmentum, vel rarefactionem, ita poterit trahi per calorem. Hoc (inquam, mihi non probatur, quia producta quantitate, vel variata quoad suas partes, necessarium est vt varietur locus, quia quantitas est ratio existendi in loco. At vero in motu tractionis à nihil horum concurren. nam trahum debet acquirere nouum locum per motum localem, quo possit coniungi trahenti, ergo debet habere virtutem motuam sibi comunicatam.

Ad illud vero de succino respiciendum, quod si confricetur, potentius trahit, quia melius disponitur vt operetur facultas. Et præterea, quia melius vitium aer disponitur, vt motus fiat per illum.

Sed quamuis in nostro Opusculo de Purgatione, latius de tractione differemus, tamen quia supra posita doctrina multis vitiis est difficilis, uno & falso, oportet attentius illorum rationes perpendere, & dissoluere.

Rationes quibus aliqui probant doctrinam Galeni & Auicenna, de calore trahente, falsam esse.

NOVA DIGRESSIO.

Explicuimus quo pacto ex accidenti calor trahat, licet non; proprie, & per se, vt vera trahentia. Sunt tamen aliqua non contemnenda ingenia, quæ prædictam doctrinam neutiquam admittunt.

Primo, quia nulla est trahio ratione vacuum cum vacuum nil sit, nullus effectus erit ratione illius.

Secundo, quia ratione vacui, ex propria natura grauis & leuis succedunt, neutiquam aliter, sed naturaliter motu in bonum proprium & vn. uerit. Calor vero non sic, sed violenter mouet ad rem calidiorẽ, vt Auicenna & Galenus senserunt. Non enim humor mouetur naturaliter ad partem inflammandam, sed vim passus: ergo nõ est hic adducenda ratio vacui.

Tertio,

Tertio, quia in tali euentu semper succedunt fluxibiles, & proximiora, tenuiora. Ac vero calor neutiquam hoc pacto trahitur: nam si non mediat aliqua connexio, & similitudo, non trahitur, nec succedunt circumstantia corpora. Quod apparet in hęc naquibus enim circumferuntur aqua, aut aliud corpus fluidum, & facile ad motum, non videmus moueri, aut trahi à calore. Si enim ratione vagari id fieret, statim succederet quodcumque corpus: at non sic est, sed tantum succedit oleum, aut ceram, quibus indurata sint deficiente aqua ad motum, & aqua vero neutiquam. Ergo signum est, quod calor non trahitur ratione vacui, aut successione ad id, quod vacuatur, sed interueniente similitudine aliqua procedente à forma specifica rei trahentis per calorem. Aut debemus explicare, quare non succedat aqua circumstantis, cum sit proximior, & mobilior?

Quarto confirmatur, quia si ob ingentem caliditatem aliqua pars nostri corpora inflammatur, non potest ad illam fluere humor ratione caloris vacuanti per resolutionem, quia talis pars est multo densior, & plethoricam in statu naturali. Sed in flatu naturali nequaquam imminet periculum vacui: ergo multo minus parte iam densata.

Quinto, quia si inflammata particula calore trahitur ne detur vacuum, dicimus non esse necessarium, ut confluat aliusde humorum in spū particula adfluit corpora que possunt implere vacuum. Explicatur quia particula calidior semper attenuatur, & in vaporem conuertitur humorem contentum. Non enim annihilatur (quod solius Dei est), sed in halitum vertitur, ut Sol quando eleuat vapores. Ergo cum ipsi vapores tā propinqui sint, sine dubio succedent, ne detur vacuum. Nec oportet querere à longinquo humorē crassum fluxuram. Unde sequitur, non trahi humores ad affectam particulam ratione caloris, ne detur vacuum, aut successione ad id, quod vacuatur, aut resoluitur.

Propter illas efficaces rationes aliqui dicunt, non trahi ad particulam calidiorē humores, eo modo quo diximus ex mente Auicennae & Galeni; sed quia spariū rarefit, ideo fit capax noui humoris. Præterea ipsi humores mobiliores redduntur à calore tenante, & ideo confluunt siapte natura ad locū inflammatione affectum. Quæ opinio non est noua: in Asclepiades ita confluere humores potant, ut scribit Galen. lib. 11. Meth. c. 3. vbi propria, & Asclepiadis opi-

nionē his statim verbis: *Ad partem exaltatam, vel trahuntur citius facili, ut nos conueniunt, vel confluunt; ut Asclepiades potabat.* Hæc Galenus.

Caeterum contra istam opinionem infirmitatē pumum opinantes: nam (vt dictum est) spariū non reddunt magis capax, imò multo densius ob humorem repletum.

Secundo, quia in totories videmus ad opprellam particulam confluere sanguinē maximè crassū, & alios humores crassos, relictis humoribus tenuibus, & parationibus ad fluxum.

Tertio, quia si suprema capitis pars excelsa inflammatur, humores, cum adhuc graues sint, non poterunt ascendere, & cum nullum imminuat periculum vacui, vt probatum manet superius. Ergo non fluunt ex sua natura humores ad caput.

Quarto, quia si fluerent ad vacuum implendum, quod falsum esse supra ostensum est) sine dubio ob suam conseruationem confluere: quia in tract. de Motu ratione vacui, omnes probant moueri corpora ob suam conseruationem: sed in hoc casu humor non mouetur ad partem inflammatam, vt conseruetur, quia potius sibi circumscriptione corrumpitur. Ergo falsum est asserere, humores fluere ad implendum vacuum adfectæ particule.

Hæc sunt, quæ post labores & scripta nostra vidimus ab alijs agitari ad discreditandam Auic. & Gale. doctrinam: statimque conclusionem, calorem nullo modo trahere nisi quantum instrumētū directū ab agente, vt bilē fluat, quia est instrumētū scamonij: & quia est idoneū instrumētū agarici, trahit puriā similitudine non sibi, sed agarici: & quia est idoneū instrumētū flammę, trahit similia flammę, vt oleum, ceram, &c.

Breuiter respondetur ad obiecta. Et stabilitur Auicenna & Galeni sententia.

Autē dicta sunt sed nil ostendunt contra antiquam sententiam. Sæpius enim dixi, qualitates non omnia habere denominata ab agentibus, quorum sunt, sed aliquid intrinsecum illis separatim conuenire. Tamen possunt portare agentium directiones, quas si tollas, ipse per se aliquid habent fertilitatis, & acquiraris. Considera de facto esse solitarios calorem, aut albedinem in omnē (sine vilo mixture) si distregaber visum, & ille calefaciet? Exillimo non posse probari contrarium. Vnde

de reſe appellantur rationes ſeminales à Dato Thoma: vt in meo Opusculo de Philoſophia Hippocrar. inuenies latius probatum. Itaque calor ſolus calefacit tantum, ſed directus ab hoc, aut illo agente ſuſcipit ſuperadditam virtutem, vt generet tamen, aut corticem, aut trahat, aut pollat, &c.

Secundo ſuppono cum antiquis, calorem ſecundario tenuare, & ex conſequenti leuitatem inducere. Ex quo ſequitur, omnia tenentia ſequitè leuitate mutare locum, niſi impediuntur.

His ſuppoſitis, antiqui tractionem, quam deſerunt calores, vt calor eſt, non intellexerunt eſſe propriam, ſed ſimilitudinariam: qua ſicut trahens mouet localiter trahibile ad leuitatem, calor mouet alteratiue. Secundo inducit tenuitatem. Deinde ſequitur apud leuitate id quod tenuatum eſt: & vltimo, vt aliquid ſuccedat loco illius, & ita putare attritum.

Spè reuera non reperiuntur conditiones tractionis, neque hoc voluit Galeus: vocatur tamen communiter trahio. Ratio verò eſt diuerſa. At negari non poteſt quia interueniat motus ille ſucceſſione ad id quod per calorem exhalar quod non poſſunt intelligere nomi operantes. Quæ doctrina, ſi reſpondeam argumentis ſuprà poſitis, diſticulta & firma remanebit.

Ad primum ergo dico, quod vacuum non trahit: tamen mouentur corpora, ne deat vacuum; à quo vtrò mouentur ne deat vacuum, non eſt huius loci explicare. Sunt enim varia ſententiæ: certum tamen eſt, debere eſſe omnia contigua cum primo corpore, vt inde tota eorum virtus gubernetur. Vnde cum contiguitas fit conditio neceſſaria ad conſeruationem, neceſſarium erit, vt tam à corpore primo, quam ab inferioribus appetatur, & ſollicitè inquiratur.

Ad ſecundè dico, quod impugnat modum loquendi, non veritatem ipſam. Tamen dum veritas conſidero loquere vt volueris. Dubium eſt, an de obſeruo, an ille motus, quo grauiſſa & leuiſſa occurrunt ne deat vacuum, poſſit dici trahio. Nam multoties ſi, niſi intercedente ſimilitudine, aut familiaritate ſpecifica, quod eſt ſolam fructuſionem generatè quatuor ab eſſentia conſeruantis mouentur. Atque cum ſinis moueat ad ſe omnes cauſas, dici poſſet trahio. (Ex eſt conſideratio ſaris philoſophica, vnde ſi aliquis diceret moueri grauiſſa & leuiſſa, ne deat vacuum, quia allicuntur

à ſine propter conſeruationis, acutè ſentiret, ſiquidem mouentur ob acquiritam aliquam qualiterem qua conſeruetur. Et exiſtimo eſſe conſonum principiis Philoſophiæ. Et ita quando calor reſoluit, & tenuat, parte aliqua euaporata, neceſſario eſt fluat humor, ne deat vacuum, allicentis vniuerſi illa ratione. Quidam verò dicunt arguendo mouetur violentè, inculcat aliam quaſitionem, phyſicam vtrum graue aſcendens (ne deat vacuum) vim patiatur. Sed reſp. aliqui, tam eſt inſitum appetitò conſeruationis per contiguitatem ad primum corpus, vt adhuc ratione particularis naturæ non poſſit dici absolute violentum, ſed quodammodo naturalis. Nam reſpectu totius vniuerſi omnes concedunt eſſe naturalem. Itaque argumentum ad probat contra antiquos, ſiquidem ne deat vacuum, naturalisſimum eſt moueri corpora.

Tertium arg. petit vt exlicemus que ſe cauſa que lucerna non trahit circumſtante aquam, aut aliud corpus proxiimum, ſucceſſione ad id quod reſoluit. Cum verò videantur nō trahi, ſignum eſt, illum motum non fieri ſucceſſione ad id quod vacuum eſt, ſed quia intercedit ſimilitudo, qua deſiciente non trahitur aqua, ſed oleum, aut cera, &c.

Tamen conſiderandum eſt, diſticulte eſſe iudicare inter duos motus quando ſimil ſunt. Explico. Nulli dubium eſt, quicquid aut oleum cum mouentur ad lucernam, inclinant diuerſam ſucceſſione ad id quod aſcendit; & cum hoc habent aliquam rationem ſimilitudinis, & familiaritatis: quia ignis ille elementaris, quaſi fuiſſet viuens, non quolibet humido vaporabili trahitur, ſed inflammabili, & in ſumum tranſimotabili: quaſi flamma cui eſt aliud, quàm ſumus ardens. Sunt autem plura, que licet combuſtibili, non tamen ad flammeam ſimilitudinem conueniunt. Ex quo colligitur, aliquid eſſe familiare in oleo, cera, & ſimilibus, vt flammeant. Huius autem ſinis gratia non mouetur aqua, aut lapides circumſtantes. Tamen negari non poteſt aliquid corpus ſuccedere ad deſcendum olei, vt implet vacuum. Quod ſi eſt ita contrarium igni, extinguet ignem, implebit tamen vacuum, ubi bonum vniuerſale præſertur particulari. Et ſenſus id demonſtrat: nam deſiciente oleo, videntur lucernam à circumſtante aqua opprimi. Vnde Breſcius illi & turbario, quod non contineret niſi aqua loco olei ſuccederet, & tangeret immediate ignem. Itaque eleuatur oleum, & aqua

in aqua occipit locum delectum. Atque ad hoc argumentum nihil probat, quia solum motus motum olei ad incensam, ob similitudinem, & relinquit alium ex necessitate natare consecutum corporis cum similitantis. Si concedit ergo aqua, quamquod non allecta, ut famularis igni, sed allecta ob ratione necessitatis vincitur. Sed dubitabis scire, quia si aqua ascendit ad incensam, id accidit, ut cōstruetur, sed corrumpitur, ob ignem, & ignis ab illa ergo non ob contiguitatem atquirendam, ut conseruentur.

Et pensio continetur in dielis, sed explicatur amplius. Nam motus qui fit ob aliquod bonum vniuersale, multoties in particulari ipsius mobilis, bonum enim particulari participat, ob rationem totius, ut quando brachium (sacro) sitibus ne caput patitur, quando ergo aqua accedit, ut cōtingitur igitur, attendit ratione vniuersi, licet cum damno proprio, quia magis appetibile est bonū totius, quam partis. Sed iterum repugnat, nam aqua contigua igni ne detur vacuum, frangit qualitatem contrarie deducta à celo per corporum contiguitatem, ergo non debet corrumpi. Reip. quod licet rationem qualitatem adquirat, tamen est manus damnum, quod recipit à contrario tibi consensu. Et ita quantitas caliditatis conferuata vincitur ab efficacia cōtrarij inferioris. Sicut manus, qua defenditur totum corpus animalis, solet vinci à vulneribus receptis.

Ad quartum dicimus, aut inflammari partem, qua solum recipit aliunde transfusos humores; aut ob solam excedentem caliditatem, qua resoluat, & mouet ad se. Potest enim vnum contingere sine alio, siquidem fluxus potest incipere à partibus expellentibus ad debiles, & potest incipere ab ipsa parte recipiente, qua calore, aut dolore exoluta adducit humores.

Age iam, & considera, quod pars, qua subito recepit humorem transfusum, iam certe incipit calciesi præter naturam ad humore contento putrescente ob prohiberi ventilationem, & calefacta pars magis resoluat quam profinitate: & necessitudo sequitur nouus motus ad suppleendam vacuum. Et quantum sit repleta magis quàm antea, & tibi videatur densior; tamen ad pensum repletionis conclusit increfcit calor præter naturam intensius resoluens, & euaporans, & consequenter trahens. Equidem fit solum densaretur pars, forsan habet vim argumentum tamen non densatur

solum, sed intensius operatur illius calor. Vnde petri artifices in humoribus huius censis semper vniunt, ut aliqua refrigeratio ne in parte vicina, ut impediatur transitus humoris ad partem inflammatam. Quod non solum debet facere, ut humor non transmutetur fieri enim potest, ut cessauerit transitus, sed ut impediatur trahentem, qua fit à calore partii, impedito minere. Rursum si pars ob nimium calorem humoris queros aliter, nonne vires precedere necessitudo euaporationem? Ergo ad locum euaporatæ subtilitatis concurrat alia. Atque quocumque modo semper præcedit actio caloris intensius resoluens.

Quintum argumentum nihil probat. Probare enim debet, quod vapores eleuati remaneant in parte inflammata; non enim remanent, sed in aere: ducuntur, alias nulla esset resolutio quam vocant Medici Philosphi (euaporatiōnem dicunt) Quod si infles, ita fieri cōculcationem vaporem cum tanta cutis densitate, ut nihil exeat, equidem extinguatur pars visus, & virilitate primabitur, & calor deficiet, nullaque fiet tractio noua. Itaque ad pensum eius, quod euaporatur ad aere, succedunt humores vicini, qua sunt corpora per venulas, & arterias confluere paratiora.

Neque alia rationes habent aliquam efficaciam, nam ad primam dicimus idem quod supra, partem necessitudo dilatari euaporatis corpulentis, que ipsam implebant: Ad secundam, si vides sanguinem crassum confluere, quomodo putabis cum ipso non aduenire tenues humores, quos nullo cō aduenire tenues humores, quos nullo cō alijs similes, & salit? Præterea quando inflammatio sensida est, & magna, calor ingens, sphaera crefcit admirarij, euaporatio maior est, sequitur ut non sufficiant tenues humores, qua cōstituta resoluuntur, confluent ergo crassiores. Ad tertiam patet ex dielis, sed clarioris doctrine gratia iterum dico quod ad caput inflammatum etiam ascendunt non graues, sed transfusum humores: talis est vis euacuationis facte à calore. Intemperatum calore caput incidit in lethargum crassa pituita, & viscida ascendente in apoplexiam, crassiori adhuc, & grauiori pituita.

Quarta ratio falso innuitur fundamento. Credunt enim isti opinantes, quod cum nis tractio ordinetur in bonum particulare trahibilis aut trahentis (quod falsum esse ex professo probant in tractu de vrinis, cum disputarem de tractione, qua tenes

Rationes aliam opinionem diffoluantur.

virtutem alliciant) existimare enim oportet multa trahentia trahere propter bonum vniuersale totius: in qua trahente neutrumque immutatur quod pertinet illi opinabile; imo contrarium: quia in illa vera philosophandi ratione tantum absit, vt trahibile constructur ab arrahente, vt potius contrarium cōnotat. Nam finis nature in hac actione suspensio, & perfusio est, quia vniuersalis: vnde tenes à ferocitate sibi coniucla, si ibi perosueret, corrumpentur, cum tamen ipsam traxerint (sunt enim à noctis gymnasijs repellendi, qui rebus nō gant virtutem sibi tradicem) sed ad rem. Cum ergo argumentum proponit humores in parte inflammata corrumpi, ergo nō trahi, est ridicula cōsequenza: quia tenet trahit, quæ est pro toto, & pro bono vniuersali, non semper ordinatur in cōseruatione trahibilis, sed in alios fines, qui nō possunt adimpleri sine corruptione, aut expulsiōe ipsius trahibilis. Vnde alimentum trahitur à partibus, non vt ibi seruet suam formam, sed vt corrupto ipso, finis cōseruationis complectatur. Itaque illa propositio à tyronibus proclamata: *Omnia trahit propter partem*, sicut habet mille fallacias, habet mille explanationes. Sed dicta sufficiunt ad dilucidandam prædictam rationem, nam in ad hoc si humores traherentur, vera trahente ad partem inflammata, non oportebat in ea cōseruare suam formam, nam neque alimentum ita desideratum à partibus, & tam auidè tractum cōseruet suam formam, sed statim iucipit transmutari, & exire veteres conditiones. Hæc diximus, loquendum illis opinantibus, comprimeso illorum ratione. Tamen tenet trahit (vt sæpius diximus) quæ sit à calore (in doctrina Auicennæ & Galeni, supponit illam vacuationem, & vacuationem: ad cuius successorem succedere corpora finis probantur.

CAPVT XVIII.

De facultate expellente.

Facultas expellens illa est, quæ euacuat superfluum, vel in quanto, vel in quali, aut in quanto, & quali simul. Euacuat verò per vias sibi ad hoc manus preparatas, quibus quidem rectè expeditis, solent expellere à nobili membro ad ignobile, à duro ad laxum. Vtitur autem hæc facultas fibris latitudinalibus, vt dictum est.

Aliqui verò opinantur, expellere & trahentem facultatē esse eandem prorsus virtutē, quia trahit, & pulsiō eadē specie im-

pulsus sunt, suntq; inter se hæc duo multū conexas, neq; dicuntur diuersam differentiā loci. Atq; ex consequenti non est, qui pacto possint pertinere ad diuersas virtutes, &

Nobis tamen nunquam placuit ab antiquis sine efficacissima ratione discedere: Quamobrem rectè Medici omnia virtutē expellentem, quæ disconueniens propulsiōe respiceret, posuerunt. Trahit enim & expulsiō sunt motus terminis distincti; nam trahit est motus trahentis ad se, vel propelle, vt probat Aristot. 7. Physic. 2. expulsiō, est motus ad aliud; ita vt terminus ad quem trahit, sit terminus à quo expulsiōnis, & è contra. Differunt præterea, quia expulsiō est motus, quo expellens proicit disconueniens, impellens illud; neque concomitatur illud vsq; in finem motus: sic intestina expellunt excrementa, & aliz partes, quæ compressione expellunt. Trahit verò, quæ fibris tanq; manibus exercetur, sit à trahente non deferente tractum vsq; in finem motus. Nam solitariè impulsus reperitur in expulsiōe animalis: quando verò sola naturalis per cōpressionē expellit, nō est necessarius impulsus, sed deducit cui assisit corpus comprimens. Quando vero vtraq; facultas operatur, vtrūq; adest.

Ad argumentū verò in contrarium respondentur, quod trahit, & expulsiō dicunt, vel sunt ad diuersos terminos ad quos, & à quibus, & ad determinatā distantiam: nam trahit incipit vbi definit pulsiō ad certam etiam distantiam, nam vim, & efficaciam expellentis, & iuxta naturam rei, quæ expellitur. Quidam enim humores ob suam obedientiam citius, & longius expelluntur, quidam ob suam tenentiam, propinquius: quidam à virtute robusta, quidam à debili, & ob id non est signabilis determinata distantia in istis moribus, neq; determinata loci differentia finium, vel decorum, sed vsqueq; pars per suam commodam regionem, & per suas determinatas vires, & iuxta naturam etiam humoris exercet expulsiōnem. Quare non video quam habeat connexionem trahit, & expulsiō, vt ab eadem procedant virtute.

Sed dices, ad eundem appetitum pertinet conueniens, & disconueniens: ergo ad eandem virtutem pertinebit trahere incontinentem, & expellere excrementum.

Verum non est æqualis ratio, nam appetitus tantum fugit à disconuenienti; & licet appetat disconueniens expellere à se, ad hoc tamen indiget alia virtute, quæ tollat illud disconueniens, hæc autē expulsiō est.

est. Appetitus enim nascitur à se contrarium excutere, nisi adiuuetur istis inferioribus facultatibus. Et sic appetitus deseruitur traditrix trahens conueniens, & expultrix expellens disconueniens; appetitus (inquam) animalis, quia potentia vitalis est; & appetitus naturalis, qui non est facultas vitalis, sed ipsamet entitas rei, vt dictum est.

At dices, nihil aliorum probare contra notam opinionem, nam semper manet in sua vs illa argumentatio: Sicut per eandem motum animalem traho ad me, & repello à me; ita per eandem virtutem potest trahi alimentum, & expelli excrementum: vna enim cum sit, potest vti duabus sibi distinctis ad duos actus inadquatos. Sed (vt supra dictum est) non est eadem ratio in vno, & altero casu.

Retinente.

Retinentem virtutem definit Auicenna, vt sit illa, que retinet nutrimentalem substantiam, vt relique virtutes naturales operentur sufficienti tempore. De qua satis supra diximus.

Destricte.

De coctrice maior est difficultas, in quam eius essentia consistat. Primum, quia calor sufficiens causa est coctionis, iuxta Aristotelis definitionem 4. Methe. Neq; aliquid in coctione est reperibile, quod non possit procedere à solo naturali calore: frustra ergo facultas concoquens superadditur.

Pro huius intelligentia notandum est, quod in doctrina S. Thomæ supra citata, nutritrix & alimenti generatrix eadem sit facultas, sicutque differentia in hoc, quod actus coquens est actus dispositiuus ad vitam conuersionem alimenti. Et sic differentia ista facultates non specificè, sed secundum magis, & minus intensiua efficitur: nam coctio est actio per quam producitur terminas ad vitam conuersionem. Et sicut ignis per eandem potentiam producit dispositionem mediam, & dispositionem ultimam ad formam ignis; ita nutritrix producit coctionem, & nutritionem.

Ad argumenta in contrarium respondentur, quod eisdem argumentis quibus probauimus esse ponendas facultates vegetariuas, potest probari coctricem in viuentibus esse ponendam, non quidem vt distictam adquatè, sed vt ad nutrimentum pertinentem. Coctio itaque viuentium à facultate nutritrix sit medio calore. Neq; contra hoc aliquid dixit Aristoteles, sed eblitus facultatis totus est in declaranda coctione prout à calore procedit, quia ad illam declarandam hoc sufficiebat.

Si verò communiter dicimus coctricem virtutem deservire nutritrix, non id intelligendum est, ita vt facultas coquens, vt diuersa deseruiat nutritrix; sed quod actus coquendi precedat dispositiuè ipsam nutritionem, & conuersionem ultimam alimenti. Quare possumus ponere distinctionem rationis inter istas virtutes, vt in calore ignis: nam si calor ignis consideretur, vt quedam entitas per se, suum terminum producit per se, calorem scilicet simplicem. At verò si consideretur vt motus ab igne instrumentaliter, concurrit ad producendam formam substantialem ignis, ita in presentia dicendum est. Si enim consideres coctionem absolutè, vt actio quedam est, suum terminum habet, ad quem tendit immediate, sicut calor ad calorem. At verò instrumentaliter proculdubio ab eadem procedit facultate, à qua virtus terminus producitur: sicut ab eadem ignis virtute producitur media dispositio, & ultima.

His virtutibus, inquit Auicenna, ministrant primæ facultates elementorum: calor tamen hoc habet peculiare, vt omnibus facultatibus deseruiat, frigiditas autè tamquam artèperans, & per accidens. Hoc enim loco late docet frigiditatem non ingredi opera nature. Que sententia quasi habeat veritatis, latius disputatum est alij in locis, & precipuè 2. to. in tract. de mor. & Symp. De alijs verò qualitatibus asserit, quod siccatas inuert ad retentionem. Adiuuat præterea siccatas ad expansionem, & tractionem, quia cum illa motus sint, non tantum si indigeant siccatate, que fisionem aliquam faciat: omnis enim motus physicus inicitur aliquo fixo, vt declarant Aristot. 2. de Calo tex. 17. Retentrix autem indiget siccatate ad conuersionem quam cauat: Coctrix magis indiget humiditate. Si autem volueris facere comparisonem qualitatium omnium inter se, coctrix est, que maiori indiget calore, & minori siccatate, attractrix plus indiget calore quam siccatate. Retentrix plus indiget siccatate quam calore. Expulsiva ultimo loco constituitur, que respectu traditricis, & retentricis minori indiget siccatate.

(3)

C. A.

CAPUT XII.

Utrum facultates ministrantes sint vitales, id est, orta ab anima, ut anima est, non vero naturales, orta re à puro principio naturali.

Titulus explicat quid in hac quaestione queramus: nam istæ actiones ministrantes possunt oriri ab anima, ut natura est quædam, & possunt oriri ab anima, ut anima est. Ista enim distinguendi ratio elicta est ex S. Thoma, Opusculo de motu cordis.

Probabiliter aliqui defendunt, esse merè actiones naturæ, & non animæ, ut anima est. Primo, quia si enumeremus actiones ministrantes, videbimus quòd reperiantur in puris agentibus naturalibus, nulla facta differentia in modo, aut in re ipsa: ergo tales actiones, illarumque facultates non oriuntur ab anima, ut anima est, sed ab ipsa ut natura. Antecedens prob. nam inter tractationem, qua magnes ferrum, & medicamentum humores trahit, & qua partes alimentum, nulla versatur differentia. Idem de retentrice, & de expultrice similiter: nã si ponas duo entia naturalia, quæ naturaliter se expellant, eodem modo se expellent, ac partes viuentes expellunt excrementa. Non enim signabis quid habeat hæc expulso ab anima, quòd non habeat à natura sola.

Et de omnibus probatur ratione: nam terminus & actiones ipsæ subsistantur in se non viuens: ergo non sunt vitales. Antecedens prob. nam coctio subseditur in alimentis, similiter tractio, retentio, & pulso.

Si dicas ad hæc argumenta, aliquas ex istis facultatibus fibris vi, quæ sunt animæ instrumenta: responderi potest, quòd bene valet aliquid ex viuente commoditatem præstare ad actionem, quamuis ipsa actio in se non sit vitalis.

Pro intelligentia tamen istius difficultatis notandum maxime est, quod constituat aliquam actionem in esse vitalitatis. Docetur itaque in prima philosophia, & de hoc latè discussi in libro 1. de Diæta text. 44. quòd, ut aliqua actio sit vitalis, debet habere habitudinem cum principio

vitali sibi coniuncto: quam actiualem influentiam si actio non habeat, nequaquam dicitur vitalis. Considera calefactionem à calore procedentem; cerè actio quædam est merè naturalis: sed coniunge principium vitale, sine dubio erit vitalis. Neque sufficit qualibet coniunctio, sed coniunctio principii cum quo dicat consuetudinem habitudinem. Et sic loquuntur Angeli in corpore æreco, & loquuntur hominis est vitalis, loquuntur vero Angeli minime. Ita in presentia; quamuis istæ actiones ministrantes in se considerate merè naturales sunt, tamè propter coniunctionem principii vitalis (animæ scilicet, à qua recipiunt influxum) sunt vitales, & eleuantur ad esse vitale. Sed de isto puncto vide Opusculum nostrum de vitalitate ad Mercatum.

Restat ergo, ut argumenta contraria dissoluamus. Ad primum dico, quòd licet similes actiones in non viuentibus reperiantur, tamen redduntur vitales ex parte principii vitalis influentis; à quo non solum participant perfectionem vitalitatis, sed etiam diueritatem in modo procedendi.

Ad secundum principale respondetur, quòd vitra actio vitalis fit nec ne, non debet cognosci semper ex termino producto: aliquando enim terminus ad quem est vitalis, aliquando non. In doctrina enim S. Thomæ actio ut actio, sumit specificationem ab agente à quo; tamen ut motus, sumit à termino ad què. Modò istæ actiones vtrū sunt vitales, nec ne, debet attendi ex parte principii effectus: non verò ex parte termini. Nam calefactio ut actio, sumit suam naturam à calore agente; ut motus verò, à termino producto. Debet igitur attendi ex parte principii vitalis: pater hoc in motu animalis, apertum enim est motum istum esse vitalem, in quantum actio est; tamen ubi ad quòd terminatur motus ut motus est, non viuut. Itaque potest acquiri vbiatio à corpore animato, & à corpore inanimato: non tamen ob hoc dicitur ille terminus vitalis, aut viuens: dicitur ergo actio vitalis, quia

à principio vi-

tali.

(1)

De naturalibus vitæ.

Quid

Quòd aliquando Galenus existimauerit, ministrantes aliquas ad animam sensitivam pertinere, & plantis sentire.

Possit aliquis Galeni auctoritate, & contra ea quæ dicta sunt, arguere, probans, quòd si ministrantes actiones ad animam pertinent, debent pertinere ad animam sensitivam, & non ad vegetativam quia si attractio est comensuris, & expulsio discomensuris, quo pacto hæc contingere poterunt sine obiecti præsentione? Et de expulsionem argumentatur in foris; nam si pars quæ expellit, eodem se profus habet modo nunc ut antea, quare nunc expellit? Si dicas, esse excrementum iuxta illam: contra, quia hoc non sufficit, nam per solam excrementi applicationem non mutatur pars intus esse; manet ergo eadem: ergo signum est, quòd est necessaria cognitio præcedens, ut expellat.

Propter hoc argumentum aliquando Galenus opinatus fuit, non fieri istas actiones sine sensu, & ideo plantis quendam sensum attribuit, ut est videtur libro de Caus. morb. circa fin. & lib. de Sub. facul. Cuius opinio non est in præsentione fecerit Arist. lib. de Plant. & illam tribuit Platoni. Sed merito istam reprehendit ipse Aristot. 2. Animæ c. 2. vbi dicit, animal constitui per sensum, & libro de Insens. & libro 1. Animæ cap. vitimo.

Imò in hæc se sibi videtur contrarius Galenus, siquidem locis supra citatis sensum plantis concessit, & tamen aliâ in parte illum ipsum denegat: animal chimper sensum ad plantis discurrere aiebat libro 2. de Diffic. symp. c. 5. lib. 4. de Viti Part. c. 7. & lib. de Mot. muscul. cap. 1. Et ratione constare poterat, nam omne quod sentit, saltim sensus tactus sibi debet: at plantæ carent tactu, ergo de sensu. Minor pars, quia neque dolent, neque delectantur; istas enim passionem per aliqua signa debebant manifestare, quæ certe non videmus. Id etiam probabat Aristot. 2. de Generat. animal. cap. 5. nam quæ habent sensum, somno & vigilia videntur, plantæ verò neque dormiunt, neque vigiliant.

Ad rationem, quæ fuisse debet Galeni sensum plantis inesse, facile responderetur. Non enim est necessarium, ut præcedat cognitio sensitiva: quia sicut magnes trahit

ferum sine sensu, ita multæ sunt partes in nostro corpore, quæ sine rei vrali sententione comensurata allicunt. Si autem in aliquibus partibus nostri corporis sit expulsio, præcedente sensu irritationis, & fuga appetitus, id quidem contingit quia citam anima sentiens, per suas inferiores virtutes expellit, & trahit, ut quòd animæ vegetari tribuitur, non deficiat suspensio. Præterea, ad expulsionem necesse vegetales solent animæ concurrere, & præstat in hæc actione comoditatem, ut melius scilicet fiat expulsio. Progressus animalis cessat, cessante sensu, & appetitu, quia simpliciter pendet ab illis. At verò expulsio pars vegetalis saltim aliquo modo potest fieri sine illis conditionibus, quæ præstant comoditatem.

Atque ob id certior est doctrina, quæ tenet, facultates istas ad animam vegetalem pertinere, & ad animam sentientem meriam. Sed iam consensum est ab isto Cap. discedamus, si prius rationem oppositam diluamus. Dicimus esse negandam illam propositionem, pars enim plantæ, quæ expellit excrementum (& idem dico de partibus nostris vtentibus facultate vegetali) discessit modo se habet ad actum expulsionis quàm antea, nam afficitur aliqua naturali discomensurata, & ob id expellit sine præsentione, ut magnes attrahit vitum, & repellit aliud. Illud igitur affici à discomensurata, vocatur à nobis irritatio naturalis, & ita strictè loquendo, aliter se habet quàm antea pars expellens, nobis, ut existimo, modis. Primo, quia patitur à discomensurata. Secundo, quia intrinsecè movetur ad expellendum.

CAPUT XX.

De virtutibus animalibus.

Postquam Anticerna egit de facultatibus nobis & plantis communibus, ad perfectiores accedit agens de vitalibus, quæ solis animalibus continentur; quales sunt virtutes pulsariles. Atque hæc sit prima ratio, ob quam vitalem potentiam animalis vocat. Et secundo quoniam tantum habet cum animalis connexionem, ut rectè possit inferre: Est animal perfectum, ergo habet pulsum: Habet pulsum, ergo est animal perfectum. Tertio, quia omnes passionem appetitus animalis ita trahunt in consensum facultatem pulsantem, ut difficulter possit iudicare, utrum pulsus fiat ab ipsa nec virtute

tute animali. Quartò, quia immediatè præparat ad animalicam. Propter has igitur causas largo modo appellatur animalis. De essentia autem istius facultatis vitalis largitè disputatum in tractatu de Puls. in hoc tomo; quare hic dicam solum necessaria ad hunc locum, reliqua ibi reperies.

Dubium. 1.

Occasionem dedit Auicenna dubitandi, vtrum virtus vitalis sit recepta in omnibus membris. Cui dubio sub distinctione respondendum est: nam si loquaris de potentia vitali quantum ad omnem effectum, apertum est quod non reïdet in omnibus partibus; quia non omnes partes pulsant, neque omnes partes præparant ad spiritum animalicam, nisi solum arterie cerebri; neque omnes partes recipiunt motiones ita, & timoris, &c. nisi solum cor. Ergo facultas vitalis secundum istos effectus non reïdet in qualibet corporis parte. Si tamen loquatur de virtute vitali, in quantum dicit principium proximam vitæ, dicendum est, quod reïdet in qualibet parte viventis, tamen cum tanta connectione cum corde, ut egeat illius influxu, ut conferatur. Et sic contingantur cum corde tanquam cum suo principio.

Dubium. 2.

Dicit Auicenna posse in aliquo membro perire nutritiam facultatem, & quod remaneat vitalis; id è contra. Hoc videtur difficile: nã tandem vitium quoadiu nutritur. Ergo cessant nutritiva, cessabit etiam vitalis.

Respondendum tamen, quod cum ista sint diuersæ facultates, & producant diuersas actiones in sua essentia independentes ad invicem; bene potest amitti partim actus vitium sine hoc quod amittatur alter. Tantis tamen est connexus omnium facultatum, ut si ex toto destrueretur vna, citissimè destrueretur & altera. Et sic Auicenna interpretandus est, non quod dicat perire ex toto vitalem, manente nutritiva in suo integro etc. Nam si cesset, v. g. sensus & motus erit defectus respirationis, ad defectum vero respirationis non ministratur aer per pulmones ad cor: consequens ergo est, ut deficiat motus cordis à fuliginibus suffocatis; deficiente autem motu cordis, non distribuitur spiritus vitalis ad membra; quo spiritus deficiente non actatur partium complexio, & ex consequenti nulla sit actio vegetativa, & sic percussibus ex toto tollitur motus, et in forti apoplexia, citissimè moritur animal. Similiter poteris vice versa philosophari. Itaque deficiente omni modo vna principe facultate, impos-

ibile est reliquas seruari. Tamen, ut dixi, si non omnino, sed partim, bene poterit vitari vnus actus facultatis, & alter incolumis existerè. Imò hæc doctrina elucet in casu quotidiano: vna enim existente optima tendit æger ad mortem, ut dicebat Auicenna lib. 4. fol. 1. quia isti actus pendet à diuersis virtutibus, & à diuersis organis; & sic quantum ad esse simpliciter poterit fieri vnus actus sine hoc quod fiat alter; tamen quantum ad duratorem actus, & conseruationem, non videtur possibile.

De facultate, qua producit spiritus vitales.

Facultas pulsatrice per excellentiam dicitur vitalis, & mensura. Tamen etiam illa facultas, que generat spiritus vitales, nominatur vitalis. Atque Auicenna ferè totum Cap. consumit in declaranda natura spiritus vitalis. Quia verò tractatus de spiritibus proprium Cap. non dicat, oportet sic et breuiter, de spiritibus verba facere. Tægit ergo Auicenna causam efficiëntem spiritus vitalis, causam materialem, causam finalem, & locum in quo fiunt tales spiritus. Inferius tamè de animalibus & natura libus agens, ut quamuis sparsim, habeas eam, hanc tractationem de spiritibus.

C A P U T XXI.

Vtrum virtus, qua generat spiritus vitales, sit motiua, vel coëtrix alteratiua. Vbi contra quorundam opinantes probatur spiritus vitales nutrimentum esse.

IN hoc puncto non se explicat Auicenna in hoc Cap. sed consule dicit spiritus generari à virtute vitali. Videtur certe, quod spiritus fiat per motum pulsus; tam cum motus sit causa caloris, consonum est, ut tantus calor proveniat à tam continuis cordis motibus. Præterea, quis ad idè videtur pertinere distribuere, & generare; sed per motum pulsus distribuuntur spiritus; ergo per motum generantur. Insuper nulla apparet a'ia euidentior causa spiritus, nã posito motu ponuntur spiritus; ablato, auferuntur. Ergo à motu pulsus dependent in fieri, & in distribu.

Propter

Propter aliquam ex his morus fuit Hall
Abbas in arte Medicæ, agens de signis cordis
calidi & sicci ad dicendam morum cordis
esse causam spiritus vitalis.

Imò Andreas Lavrentius idem opinatus
fuit lib. 6. q. 9. Gignitur, inquit, spiritus
solius pulvis, & respiratio opera. Et q. 9.
cui titulus est, de vitalis spiritus generatione,
in primis verbis attingit: Cum motu
illum ad vitalis spiritus generationem à na-
tura institutum esse docet, &c. Alij verò,
qui melius philosophantur, distinguunt in-
ter hæc, ut supra fecimus quæm generationem
spiritus tribuunt facultati cordis coquenti,
& illius temperamento tanquam insu-
diato instrumento: pulvis verò dicunt
malis descendere nam adiuat calore exci-
tato ad prædicti spiritus attenuationem, &
perfectionem, trahit materiam ex qua de-
bet fieri, & factum iam spiritum per omnes
corporis particulas distribuit. Hic modus
dicendi nobis magis placeet, & quem postea
probabimus, si prius argumenta, quæ con-
tra illum militare proponamus.

Probatur ergo, quod spiritus non fiat à
virtute cordis alterativa, sine coëctrice. Pri-
mò, quia coctio est assimilatio rei, quæ co-
quitur ad partem coquentem, ut melle in
locis dixit Galenus. Imò hoc pacto probat
languinem fieri à iecore, quia similitur
iectori: sed spiritus non assimilatur cordi,
ergo non haurit per coctionem. Idem argu-
mentum potest fieri de spiritibus animalibus.

Secundò, quia coctio ordinatur ad nut-
ritionem, nihil enim, quod eadem facul-
tatis nutritiva per coctionem disponit ad
vitam formam: sed nulla pars nutritiva
ex spiritibus, ergo nulla coctioe generantur.

Tertiò, quia in quavis coctioe generan-
tur duo excrementa, alterum tenue, alterum
crassum: sed in generatione spirituum nullo
apparet excrementorum secretio, ergo
non debet dici coctio.

His tamen non obstantibus, conclusionem
propositam verisimilem exhibemus
generari scilicet spiritus ab alterativa cor-
dis, medio ipsius temperamento: nam ut
immutatio venniculæ facit chylium, &
concoctrix iecoris sanguinem, ita co-
ctrix cordis per coctionem generat spiritus
vitalis. Et probari potest; nam gene-
ratio alicuius rei, quæ est productio unius
ab alio, non potest pertinere ad virtutem
sentientem, quia hæc habet solum sentire
inmanenter, nec ad motum animalem,

aut naturalem, nam hæc solum habet mo-
vere localiter: ergo per se pertinet ad ali-
quam potentiam immutatricem; hæc
autem inter vegetales appellatur conco-
ctrix.

Notandum verò pro solutione argu-
mentorum, facultatibus à perfectione
munitis, & finit appellari vitalem, quan-
vis concoctrix iniqua scilicet generat im-
mediatam quoddam instrumentum ad
actiones vitales, & tale quod docuit ad
consequentem assimilatricem orante partes
virescentes. Et ob id merito dicitur vitalis,
quantvis non ad tantam vitalitatem accedat,
sicut pullitatis.

Propter prædicta argumenta aliqui di-
cunt spiritum vitalem non nutrire, & sic
non fieri à corde, ut se nutrit, sed vt à cau-
sa quadam tota ratione requiroca: hæc
enim neque in accidentibus, neque in for-
ma assimilant. Quod inquam contingere
ob ineptitudinem eius quod coquitur, eò
enim potest assimilari.

Sed certè isti opinantes non ultis ratio-
nibus nihil displicent. Primò, cum elementa
simplicia nutritionem præstare posse, de-
fendant, magnum inconueniens iudicant
arteriam spiritum nutrire. Secundò, quia
non probant, quod cor sit causa tota ratio-
ne requiroca. Ex doctrina enim S. Thomæ
probamus actionem significandam non
esse omnino requirocam, quod tanquam
pulchrum notari, quodq; pro isto pacto
iterum videndum est. Tertiò, quia si poten-
tia vegetativa generat aliquid, quod non
modo est excrementum, sed ex prioris ali-
mento elaboratum, quoriam nutrire non
poterit? Quarto, quia in qualibet corporis
parte sunt spiritus compactati, qui nihil
aliud sunt quam partes calidæ elementis
correspondentes, vitam non tunc refert
citantur nisi per spiritus vitalis affluxu. Imò
(ut antiqua ferebat opinio) calidus vnum
quodq; cuiuscunq; partis in parte spiritus
constitit: hæc autem non per sangui-
nem venalem, qui crassus est, sed per arte-
rialem, & spiritum vitalem reparari debebat.

Noque obiecis nobis argumentum ad
hominem, dicens, quod sanguis iecoris in
partes etiam habeat temes in nostra opi-
nione, quæ ponit partes, ergo poterit nutri-
re partes illas tenes implantatas. Hoc
enim facile eluditur, nam nondum secur
eius perfectionem sanguini imprimet, so-
la enim cordis temperies, & illius facultas
illam aerem, & vinificam substantiam ge-
nerare poterat.

*Aliqui nostri
tempore scri-
ptores vicia
istius fundit,
neque distin-
guunt inter vi-
talem pulvis
temperat
generatioue
spiritus.*

*Suprà in
tract. de sim-
plications.*

teniores partes, & in se conserere intendit, tribuitque crassitatem, quæ iuxta materiam aptitudinem potest induci.

Ad secundum argum. in superioribus factis apte respondimus, & declarantes quod pacto vitalis spiritus in tria spirituosas in breuim partes facile exsolubiles. Ad tertium dicimus, non esse necessariū in qualibet conditione apparere duo excrementa: potest enim contingere, vt propter aliam puritatem excrementa sensum fugiant: nā in cōsuetis habitus excrementū est tertie conditionis membrorum, non tamen apparet ad sensum. Ita potest dici de spiritibus, ob materiam enim subtilitatem fugit sensum excrementum tenne, & crassum: expiratione enim multa fuliginosa excrementa propelluntur, quæ non sentiuntur. Itaque hæc sint separanda excrementa, non est necessarium, vt sensu percipiuntur: multa enim ob sui paruitatem nos latent.

Ergo spiritus à virtute cordis immutatus generatur ex tenui parte sanguinis eā al qua aeris particula. Atque ex dictis in hac disputatione causa finalis est illa parafacta est.

In principio quæstionis principalis tria propofita erant, quæ pro tyronibus dissolueda sunt. Ad primum dico, quod motus pulsus adiuuat ad spiritus perfectionem; esse tamen spiritus à corde per temperamenti proficit.

Ad secundum, falsum est, quod idem sit principium generationis, & distributionis, principium inquam quo: nam sicut seorsum generat sanguinem per virtutem coquentem, & calorem; distribuit vero per virtutem expellentem; ita cor generat spiritus per facultatem minutantem, & per temperiem propriam; distribuit vero per pulsatam.

Ad tertium dico, idem argumentū possibile fieri de qualibet conditione sine qua nō & sic non valet consequentia. At si scire desideres, quare spiritus cum pulsu tantam habeat connectentem; adverte quod cessante pulsu suffocatur cor, & cessat eius actio generatiua, cessantque similiter spiritus distributio.

De loco in quo generantur spiritus vitales.

Supponitur hoc Auscenna in hoc Cap. à corde scilicet, & in corde generari, vel intra debitam suæ aduinitatis spheram. Tamen inter aliquos nonquam cessat feruendi sollicitudo: desideretque nobis, vt amplius veritas antiquorum disciteat. Quod spiritus vitalis in sinistro

cordis specu, seu ventriculo elaboratur, omnes vniuersimter forentur: sed in quibus locis prepararetur, & per quas vias in eum locum condescendant, magna est controuersia.

Ioan. Vinius Prædicatoris in suo libro de Liene, perorat in Liene sanguinem subtilari, & inde in aortam exportari, ab aorta vero in sinistram ventriculorum. Sed huius opinionis falsitatem recte cæcitet Andreas Laurentius libro 9. quæstion. 11. Non enim capie Vinius, quo pacto sanus in vitro non conficiat spiritum per medium cordis transmittentem, & iam extra vitrum per illa foramina occulta à dextro in sinistram transcat ventriculū. Atque in vitro, inquit, ob id notoria ab umbilico mater no arterias duas deducit in crurales pedes productas. Si ergo in vitro patentes viae factæ fuerint ad spiritus transmissionem, quorum extra vitrum alias non signabimus parentissimas.

Sed fallitur Author hic; nam supponit, factum in vitro proprios spiritus conficere propria virtute elaboratos, neque vena caua in eius dextera ventriculū effundit: id enim apte docebat Galen. 15. de Vtu Part. cap. 6. pulmonem dicens esse immobilem, & rubrum, alique sanguine crasso. Non itaque respirat fixus in vitro, neque mouetur cor & palato, & ob id nondum natura transmissionis sanguinis à dextro in sinistram expecta est, tribuit siquidē mater omnia hæc iam elaborata.

Secundo fallitur Vinius, quia vult ingredi sanguinem per aortam; cum tamen in ostio aortæ sit membrana quædam, quæ claudit introitum. At vero ad tam necessarium opus quale est spiritus generatio, nullum debet esse impedimentū transmissionis. Tertio, quia natura iam mare cordis arteriam fabricata, vt per viam tractat, per aliam expellit aortam sanguinem tribit à vena caua, & illam expellit per venam arteriosam. Rursus si trahit aortam per arteriam venosam, vt sanguis permearet, tandem spiritum factum transierit per aortam. Itaque nostra rec per expulsum spiritum ergo non recipit sanguinem alienum, mirum enim se impediret motus ab contrariis, motus & contraheret atque spiritus suam subtilitatem, & nitorem successu amitteret.

Sed video à Viniū obijcientem, per venosam arteriam duas motiones contrarias exerceri, nā per illam trahitur aer, & expellitur fuligo eā aliqua sanguinis portio, cum

Arguitur in principio propofita dissolutio.

libil obstat, vt per rotam ingrediatur fa-
gillus, & erudetur spiritus.

Nullam tamen vim habet obiectio, nam
aër potest penetrare, & penetrare melius
quam sanguis, aut spiritus arterialis, præter
quam, quod spiritus vitalis iam factus à sua
perfectiōe profus delectetur.

Vltimò, mens non capit, quod prepara-
tionem spiritus lieni commendauerit sa-
gas natura: licet enim ob feculentiam mel-
ancholicam quam congregat, multis est ob-
structionibus obnoxius: habet quidè alias
magnas arterias, magnas venas, propter
quas nõ poterat facillè obstruari: obstruitur
ergo nõ crassi, & limosi humoris opulen-
tiam. Quod igitur nauis impedimentum
ex contrarij potuit, vt inibi non generetur
tam illuistris, & ætherea substãtia, qualis est
spiritus vitalis?

Ergo relictis opinionibus aliorum, Ga-
leni opinio nobis amplectenda est tanquã
verissima, quæ colligitur ex multis locis
lib. de Viti Part. & eleganter 3. de Facul-
natur. cap. 35. Per venam cauiam, inquit, san-
guis ascendit, & ad dextram cordis ventri-
culum adaperitur, ibiq; tanquam in cister-
na preparatur, cuius pars ad pulsiones na-
trientis per venam arteriosam transmuta-
bitur: pars altera per parietes medios cor-
dis in sinistram ventriculū transcolatur,
vt in spiritum transmutetur. Non patet
tamen ista foramina, quia in demortuis ista
tunc coincidunt. Sunt autem foræ istæ in
angustum terminatæ. Hæc ex Galeno. Qui
bus constat spiritum in sinistro cordis spe-
cû elaborari & perfici, in septo cordis sub-
acti postea, vt dicebam, motu cordis, & ar-
teriarum vltimò perfici, aut tanquam à cõ-
causa aliquam vim recipere.

hic ex illo fit, vt postea videbimus agentem
de virtutibus animalibus: & in doctrina
Auenennæ esse etiam eminentis principium
instrumentale ad omnes actiones.

Ad secundum patet solutio distin-
guendo inter calorem prout est qualitas,
aut prout est substãtia calida. Rursum in-
ter substãtiam calidam iterum distinguen-
dum, nam alia est discurrens per arterias,
alia insita. Calor igitur naturalis his modis
potest accipi, & alijs etiam. Igitur spiritus
vitalis, & calidum prout dicit substãtiam
calidam, influens per arterias idem profus est.

Ad tertium patet solutio, nam vitalis fa-
cultas est omnium prima in genere vitalita-
tis, & sic præsupponitur prima ad omnes
alia s. Quare in hæc quæst. non placet Gen-
tilis in suo dub. fol. 26. pag. 2. vbi asserit, nu-
tritionem esse prius, quam esse vitale: & sic
non preparare vitale ad nutritionem: me-
morari enim deberet, quod & ipse docuerat
antea, quia aliud est loqui de vitali quan-
tum ad omnem effectum suum: aliud verò
quantum ad hoc, quod est dare esse prævi-
mù vitale, & hoc est prius nutritioni, adhuc
in plantis.

Ad quartum responderetur, determinari
spiritum à partibus, sicut influxus cæli de-
terminatur à causa inferiori.

Ad quintum, quod hepatis determinat
spiritum vitale pro sua peculiari actione,
vt & reliquæ partes, non tamen pro toto.
Ad cerebrum, & testes ob muneris perfe-
ctionem determinat spiritus mediæ quadã
temperic, quæ eleuat ipsum ad altiora ope-
ra. Et sic vitalis fit à cerebro instrumentum
sensûs, & motus, & à testibus instrumen-
tum generationis.

Quod si in hoc Cap. legeris spiritum esse
sedem facultatû, ne id istudicè intelligas:
sed quod sit instrumentum facultatû mul-
tarum, & aliam dispositionem vicinam organi,
vt postea declarabo.

Dubitant vltimò, vtrum spiritus perma-
neat idem per rotam vitam, sicut membrum
manet idem munito. Respondetur, dispa-
rem esse rationem, nam membrum est sub-
iectum animæ, spiritus nequaquam, sed cõ-
seruans animam in corpore. Manet autem
membrum idem, quia per nutritionem ad-
iungitur noua materia præsensenti, man-
te semper eadè forma: at in spiritu nutri-
quis euolat enim spiritus portio, & de nouo
generatur aliter spiritus: ille scilicet quæ
vocat C. conciliator currentem, qui per va-
sã propria oberrat, non enim loquimur

Merito Gen-
tilis auctor.

Dubioque d. Dubitant Auenennæ in hoc capite. 1.

*Utrum spiritus vitalis præparet ad
animalem. 2. Utrum calor naturæ
alis, & spiritus idem sit. 3. Utrum
præparet ad naturalem. 4. Utrum spi-
ritus determinetur à quacunq; parte
ad quam peruenit. 5. Utrum sicut in
corde spiritus vitalis, in hepate fiat
naturalis, in testiculis gignitur, in
cerebro sensitiuus: Quæ omnia facillè
explicantur.*

AD primû satis notum est, spiritum vi-
talem, & esse materiam animalis, quia

de illo, qui in congenitum transmutantur) & sic alter & alter numero spiritus est, quo vivimus ruere. & quo vivimus, ut & flamma candelæ. Sed alia multa, quæ huic deficiunt contemplationi, in sequentibus patefient, nec à suo loco translationes dimoveamus.

CAPUT XXII.

De virtutibus animalibus comprehendendis.

POSTquam Avicenna egit de facultatibus naturalibus & vitæ, agit de animalibus. Summa Capiti est Virtus animalia dividitur in cognoscitivam, & motivam. Cognoscitiva siue apprehensiva dividitur in occultam, & manifestam. Manifesta apprehensiva in quinque sensus externos, ut sunt visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus; occulta in alios quinque, ut sunt sensus communis, phantasia, imaginativa, estimativa, & memoria. Est enim sensus communis, qui indicat externa objecta. Phantasia, quæ servat illa. Imaginativa quæ componit. Estimativa, quæ ratio à Galieno appellatur. Memoria, quæ custodit inventas species. Dividit præterea partes extrinsecas in anteriores residet sensus communis, & phantasia, in medio cerebro residet estimativa, cogitativa siue ratio; in posteriori tenuitudo, & memoria. Hæc Avicenna proponit mille extrinsecas difficultatibus involuta. Relicta ergo tractatione de quinque sensibus externis, quæ licet tractentur à Medicis, tamen de illa Philosophi in lib. de Animi, & 1. part. Si enim omnia, quæ ad Philosophiam pertinent, debemus adducere, arcem longam, infinitam faciemus. Ergo docemus scholasticos, per tricinium continuo Logicæ, & Philosophiæ insudantes. Unas igitur difficultates breviter proponam. Primum est.

Utrum sint omnia animalia habentia sensum tactum, ita necessario habeant omnes alios.

PARt negatiua probatur, quia sensus visus est maxime necessarius naturæ humane, & ad opus intelligendi magis conducens; sed non omnes homines habent sensum visus, ergo neque omnes ha-

bent sensum tactus: quod est contra id quod supponitur in titulo questionis. Consequentia tenet: quia sicut natura providet de necessariis, ita maxime debet providere de magis necessariis.

Secundo ad idem argum. semoto priori remouetur possessio: sed sensus visus est perfectior alijs (ut docet D. Thom. 1. Metaph. lect. 1. est prior tactu, ergo remota visu remouetur tactus: sed multa animalia non habent visum, ergo neque tactum, quod est contra id quod supponitur.

Tertio itaque omne animal indiget cōseruantibus ipsum in esse: sed omnes sensus sunt huiusmodi. Numerum enim internarum facultatum supra consequentibus fuit S. Thomas ex necessitate illarum actionum ad cōseruationem animalis.

Quarto, natura non abundat, neque deficit: sed multis animalibus cōcedit omnes sensus, ergo illis fuerunt necessarii: ergo omnibus animalibus illos debet concedere, ne deficiat in necessariis.

Quinto, saltem probatur, quod omnia animalia perfecta debeant habere omnes sensus: nam mouentur motu progressiuo, ad quem necessarium est habere sensus perfectiores, ergo habebūt priores, seu imperfectiores.

In contrariū tamen extat Arist. 1. Metaph. ubi sic dicit: Quæcumque sonus audire non possibilia sunt, ut spei; presentia quædam sunt sine disciplina: ergo aliqua animalia non habent auditum.

In hæc questione quædam certa sunt aliorum autem reddenda est ratio. Primum certū est omnia animalia habere sensus, quod in præcedenti questione determinatum est. Secundo certū est esse aliqua animalia, quæ non omnes sensus habent; talia enim carer visus, apes auditum. Hæc euentia constat, & ubi sensus fidem facit, ratione querere debili intellectus est.

Tertio certum est, quod animalia perfecta habent omnes sensus. Prob. animalia perfecta progressiuo indigent à remota cōgnoscere convenientia, & nocua, ut quædam prosequantur, alia fugiant. Sed à remotis non valent cōgnoscere nisi per auditum, visum, & olfactum; ergo illi tres sensus sunt illis necessarii (dico necessarii ad hanc esse, & ex suppositione fræs.) Cum autem alii tres sensus supponant gustum, & tactum, ut statim patet, sequantur animalia perfecta omnes habere sensus.

Quarto probandum est, quod omnia animalia habent sensum tactum, in hunc

modi: Omne animal habet sensum, ergo omne animal habet primum sensum. Anteced. iam supra probatum est. Consequens vero probatur: quia si non haberet primum sensum, nullū haberet, primum enim est fundamentum reliquorū. Tunc sic: Sed sensus tactus est primus sensus, ergo omnia animalia habent sensum tactus. Probatur quod sit primus, quia versatur circa resistibiles qualitates, quæ sunt primæ, & ex quibus complexio corporis viuentis constituitur primū.

Secundo, quia reliqui sensus supponunt corpus temperatum, & aliquid ampliū. Ergo supponunt tactum. Pater, nam hæc immediate refidet in animali per solam temperiem, id est, non alio organo indiget quam parte sentiente debet temperata. Alii vero sensus hoc indigent, & absque hoc, & alio.

Tertio, quia ille sensus est simpliciter necessarius ad esse, qui cognoscit illa ex quibus animal constituitur, ut illa queat ad sui conservationem: sed tactus cognoscit illa per quæ restauratur animal, nempe calidum, frigidum, &c. Ergo ille sensus est absolutè & simpliciter necessarius omni animali. Atque quia gustus est quidam tactus, hinc est, ut omne animal habeat tactum, & gustum, per quæ convenientia sibi alimenta cognoscit, & cognita appetat.

Quantus ergo visus sit prior via perfectionis, tactus tamen est prior via generationis, & ob id prior, & simpliciter necessarius ad esse.

Ex quibus patet ad argumenta. Ad primum dico, quod licet visus sit necessarius ad bene esse, tanquam prior in perfectione, tactus tamen est simpliciter necessarius ad esse. Ad secundum respondetur, quod semper prior prior remouetur posterius, si illud prius sit prius ordine generationis: visus autem non est hoc modo prior, imo potius posterior. Et sic abito tactu, qui est prior via generationis, & fundamenti, reliqui omnes tolluntur, & corrumpunt.

Ad quartum dicendum est, non sequi: Omnes sensus sunt in animali perfecto, ergo omnes debent esse in imperfecto: quia illi sensus insunt animalibus necessitate, scilicet, conditionata, quia talem habent perfectionem: quæ perfectio cum non inueniatur in alijs, non fuit necessarium illis tribui plures sensus. Dicitur enim est, perfecta animalia moneri ad longinqua obiecta & cognita, & sic indignerunt sensibus per-

fectioribus, auditu, visu, olfactu: & ex consequenti imperfectioribus. At verò imperfecta, & quæ affixa seopulis viuunt, solum mouentur dilatazione, & cōpessione: ad illum autem motum sufficit tactus, qui propinquæ tantum cognoscit.

Ad tertium dico, quod omnes sensus simul sunt necessarii ad bene esse, & ad bonā conservationem illius esse: si verò non sunt tot sensus; erunt tamen necessarii ad esse solum. Ad vltimum dico, quod animalia perfecta ut sic, omnes habent sensus, ut probatum est.

Ad præsens Cap. magis accedit hæc questio, præterita enim minus: nam Anticnoa de quinque sensibus etiā agit, quamuis totus sit in declarandis inferioribus, quos occultos vocat.

Videtur dicendum, quod omnia animalia habeant memoriam, quia memoria sequitur phantasia, ut passio: ergo si omnia habent phantasia, sequitur omnia habere memoriam. Anteced. est Aristotel. 3. de Anima, & lib. de Memor. & reminisc.

Secundo, in omni eo quod mouet seipsum est aliquid conceptum, quod manet in illo ad motum inducenti, nam alijs non continuat motum: sed omne animal mouet seipsum: ergo habet speciem conservatam, per quam apprehensam continet motum: ergo habet memoriā.

Tertio, quia omne animal, quod mouetur motu progressiuo, habet memoriam: sed omne animal mouetur progressiuo: patet, quia habet principia motus, scilicet sensum, & appetitū, quæ animal mouent.

E contra videtur, quod nullum animal irrationale habeat memoriam, hæc enim videtur supponere processū exvno in aliud, quod apparet ad rationem pertinere.

Ut autem sit efficax ratio S. Thomæ (ex eius doctrina alibi) supponendum est, quod talis debeat esse motus progressus, vel ad dilans, ut sit determinatus ad formam determinatè apprehensam; sic enim continuabitur motus visque dum illam inueniat animal. Quare non rectè Fonseca Iesuita taxat S. Doctorem in hac parte: nam animalia imperfecta, quæ Fonseca adducit non continuant motum determinatum ad vnum locum, utpote quia etiam habent phantasia indeterminatem, ut in secunda ratione tangit D. Thomas: Itaque continuare motum determinatum non possunt animalia nisi per determinatā cognitionē, quæ est propria animalis perfecti, quod habet perfectā phantasia. Verines autem

Verū omnia animalia habent memoriam.

An animalia habeant memoriā. Aristotel. 3. de Anima, & lib. de Memor. & reminisc. Patet per se. Nota. Phy. 1. 1. Aph. 31. & seq. ut videndus.

Et ob id Aristot. in lib. de Anima tactus appellatur sensum alimentum.

intem, &c. licet mittent locum, & gradum
tur ut musca, non mutant locum determi-
nare, ad formam determinatam apprehen-
sam, & sic non continetur vltimū motum
integrum, ut animalia perfecta.

Conclusio in hac questione talis est.
Animalia perfecta debent habere memo-
riam, non tamen animalia imperfecta. Pri-
mam partem probat S. Thom. in 1. lib. Me-
taphyl. cap. 1. in hoc modum: Omnia
animalia debent habere memoriam, quae
ad aliquod distans mouetur motu pro-
gressiuo, sed animalia perfecta mouentur
hoc pacto: ergo habent memoriam. Ma-
ior probatur, quia talia animalia non pos-
sent motum continuare vsque ad obic-
tum aspiciendum, nisi maneret in eis
institio rei perceptae, per quam ad motum
inducuntur.

Secundā partē conclusionis probat idē
S. Thomas duabus rationibus satis elegan-
tibus, & difficilibus. Prima, quia memoria
sequitur phantasiam determinatam; quae
est motus à sensu factus secundum aduētū
3. Animae rex. 160. & apud S. Thom. lect. 6.
Sed animalia imperfecta affusa, & quae nō
mouentur ad distans, non habent phanta-
siam determinatam, sed confusam, ergo
animalia imperfecta non habent memo-
riam. Haec ratio S. Doctoris recte coales-
cit cum his, quae supra diximus quae. V-
trum sensus communis, & phantasia sint
idem. In responsione ad 2. argu. vide.

Secunda ratio, quia his animalibus suf-
ficere si percipiūt sensibile praesens, ad quod
fuerit indeterminata, & confusa phanta-
sias; atque ex consequenti non indigent
memoria.

Ad argumenta, & ad primum dico, memo-
riam solum sequi phantasiam determi-
natam, & huius esse passionem non alteri-
us, quae indeterminata est. Indetermina-
ta enim per totum animal diffunditur, deter-
minata signatam habet orationem.

Ad secundum concedimus maiorem,
de animali, scilicet, quod mouetur ad di-
stans, quod autem mouetur distans, &
comprehensiuū, non habet speciem in memo-
ria, sed in radi illa & indeterminata phan-
tasia.

Ad tertium dicendum, quod sensus, & ap-
petus sunt principia cuiuslibet motus ani-
malis, motus tamen ad distans debet esse,
vel sequi ad phantasiam determinatā, &
appetitū. Plura autem quae possent hic adferri
de animalium prudentia, & de reliquis sensi-
bilibus, inuenies 1. Metaphyl.

Cum bestiones facultatum rectitudinem ce-
rebrī quotidie inter dispositiones, & con-
sultationes medicas intrerent, de nume-
ro, & subiecto illarum potentiarum accu-
rate iam tractare decernimus.

CAPIT. XXIII.

De numero facultatum, quae rectrices
appellantur.

NON quia Auicennam interpretamur,
ad omnes eius opiniones declinamus,
sed ad illas tantum, quarum philosophica
ratio ductrix extiterit. Quod discernim, ut
nulli mirum videatur, in assequendo quos
erramus, deserimus liberè enim philoso-
phiam ad iuuenturam trahimus.

Supponendum ergo, Auicennam appella-
re sensum occultum, quem nos communiter
internum nominamus. Ratio autem
istius diuersitatis melius desumitur ex eo,
quod sensus externi dicuntur, quia ab ex-
terno obiecto immediate feruntur; inter-
ni verò, quia ab obiectis perceptis iam mo-
uente supponit etiam internus sensus a-
ctionem externi.

Supponendum est secundò, quod intel-
ligere communiter per illa uerba, quae
vulgariter circumferuntur, sensus commu-
nis, phantasia, existimatio, cogitatio, ima-
ginatio, memoria, retinenscētia, & postea
dispositionem aggreddemur.

Per sensum communem intelligunt
Philosophi potentiam quandam inter-
nam cognoscentem obiecta sensuum ex-
ternorum, & cum illis cooperantem, va-
lentemque inter illa discernere.

Ex praedicta definitione colligitur necesse
siras huius facultatis. Nam cum nullus sen-
sus exterior possit discernere inter duo ob-
iecta diuersa, nō enī in visus discernit inter
colorem & formam, erat necessaria alia fa-
cultas, quae vniuersim cognosceret qualis
est sensus communis.

Vnde etiam potest, quod iste sensus
non dicatur communis, & vniuersalis
vniuersalitate, seu communitate predi-
cationis, sed communitate communitate
obiecti, quia percipit omnia obiecta
externorum sensuum. Et non (ut aliqui
dicunt) quia percipit sensibilia commu-
nia.

Dicitur etiam communis, quia est com-
mune certis externorum. Et dicitur com-
munis, quia influit in omnes.

Doctrina S.
Thom. semper
defenditur in
toto sequenti
discorso.

Quid sit sen-
sus communis.

*Uno pacto sen-
sus communis
res ita dixer-
int significat.*

Dubitant Philosophi quo pacto una fa-
cultas possit tā diversa obiecta percipere.
Philosophus paratū sensum cōmūnem esse
quidem indubitablem, organā tamen ef-
se extēsum & inuisibile, & ita recipi species
diuersarum obiectōrū, in vna parte species
vnius obiecti, & in altera species alterius.

Sed non placet hie modus dicendi
multis eruditissimis viris. Primò, quia
supponit species recipi in organo, &
non in potentia; cum tamen recipiantur
in ipsa potentia, siquidem cum illa de-
bent unificari: alqui affirmēt etiam cum
organo simul quod in potentis corporalibus
coniuncti est satis consonum.

Secundo, quia ait facultatem esse indi-
scretam, quod repugnat accidētī materia-
li extēso in subiecto. Tertio, quia fictitiū
est asserere, semper diuersas species recipi
in diuersa parte sensorij communis.

Præter Philosophum alij dixerunt, sen-
suum cōmūnem non recipere species, sed
indicare de ante se positis in alijs sensibus
extēris. Tribuitur hæc opinio Galeni, lib.
7. de Placit. circa fin. & Aegidio 2. de Ani-
ma, & Themistio 2. de Anima, cap. 8. & al-
ijs sequacibus.

At desolletur illa opinio, nam sensus cō-
mūnis est facultas cognoscitiua; sed non
potest cognoscere, nisi recipiat in se spe-
cies, ergo non sufficit illas contineri in sen-
sibus extēris.

Quæ d. cendum videtur, quod sensus
cōmūnis sit facultas perfectior, & vniuersa-
lior, vniuersque in se exteriorum sensuum
virtutes. Vnde redē D. Aug. 12. super Ge-
n. ad lit. c. 16. sensus extēris quinque tri-
uulis comparat ab vno sensu cōmūni, tan-
quam ab vno fonte deriuatis.

Locus autem in quo residet sensus cō-
mūnis, est quilibet pars cerebri secundum
cōmūnem opinionem Medicorum, di-
centium in qualibet parte cerebri esse om-
nes facultates rectrices, sed telicere magis
sensum cōmūnem in anteriori. De qua re
postea redibit disputatio.

Phantasia est quedam facultas interna,
quæ res sensibiles potest cognoscere in ab-
sentia illarum. Atque ut hinc facit appa-
tere, ita hæc facultas facit sensatas res in
absentia apparere, & illas cognoscit; & ob
id phantasia à Grecis nominatur, quia
phantos est apparitio, quæ lumine nobis
contingit, inde phantasia, quæ res absentes
apparere facit.

Imaginatiua est quedam facultas, quæ
componit sensibilia, & fingit impossibilia.

Super phantasiā addit tantum vim con-
ponendi vniuersum cum altero. Ex rebus enim
sensatis non solum illa componit, quæ fa-
cilia & possibilis sunt, sed ex ipsis rebus se-
paratim sensatis aliqua cōiungit, quæ nun-
quā coniungit natura; cognoscit enim mō-
tē magni, & cognoscit hominē; &
hæc duo coniungens cōsiderat hominē
magnitudinis montis; aut montem & au-
rū cognoscens, facit montes aureos. Hæc
itaq; vim imaginatiōi tribuit: Auicēna
cōcedit hanc operatiōē potentie media
inter estimatiuā, & imaginatiuā, vt refert
S. Tho. 1. p. q. 79. ar. 1. vbi dicit hanc actiō-
nē in solo homine apparere, & ad illam suf-
ficere imaginatiuā, sine phantasiā.

Æstimatiua est quedam facultas interior
potens apprehendere rem sub ratione cō-
uenientis, aut disconuenientis, quod cōm-
muniter dicitur sub ratione non sensata.
Hæc est, quæ ouibus lupū vt inimicū repræ-
sentat; hæc quæ paleas brutis appetendas
tribuit; elicit enim conuenientis, aut discō-
uenientiam à rebus, vt appetitis vel fugiat,
vel prosequatur. Erat autem ad cōserua-
tionem animalis hæc facultas maxime ne-
cessaria vt per se patet; neq; eius actus pote-
rat per aliquem sensum extērum exerceri.
Oportet ergo æstimatiuam cōstitui.

Cogitatiua est quedam potentia interna,
quæ per particularem quandam rem col-
lationem inter se cognoscit, quæ æstimati-
ua percipit; & ita est perfectior facultas,
& soli homini cōdonata. Est quidem
quandam ratio particularis, quæ brutis de-
negata est. Itaque, quæ in animalibus est æ-
stimatiua, in homine est cogitatiua; ob
cōiunctionem enim, & confortium, & di-
rectionem ab anima rationali habet illam
maiorem perfectionem.

Memoria est potentia cōseruatiua specie-
rum non sensatarū; vt phantasia erat thesa-
rus sensatarū; dormiens enim canis latere
solet, quia memoria illius respicit species
insensatas inimici; cognoscit enim per spe-
cies quas seruat in absentia obiecti. Nā ne-
cessaria erat potentia, quæ illas cōseruet
in absentia, & disconuenientis species in absentia
obseruaret, alias nō fugeret animal, vel pro-
sequeretur, nisi solum presentia.

Reminiscētia secundum eruditiores
elenatiōis facultas est, quā vt positū dimi-
nare à sola anima sensitiuā, & sic hominum
propria censetur; memoratur enim per dis-
cursum & indagatiōem, & ob id dicit A-
ristot. in princip. lib. de Reminiscētia: Qui
pollent ingenia, possent reminiscētia. Vt
enim

*Quid sit æ-
stimatiua bruti
rum.*

*Quid cogita-
ua hominis.*

*Quid sit me-
moria.*

*Quid remi-
scētia.*

*Quid sit phan-
tasia.*

*Quid imagi-
natiua.*

enim memoria simplici quadam apprehensione res sentiatas memoratur; ita hæc nõ simplici cognitione, sed discursiva, & deductiva res præteritas reminiscitur. Hæc sunt illarum facultatum descriptiones, ut intelligamus quid est de quo disputamus. Nunc ad rem.

CAPUT XXIII.

Virum sensus interni sint quinque.

IN hæc difficultate sunt multa opinionones. Prima ponit duas tantum facultates interiores sensitivas. Sed diuisa est hæc opinio. Quidam enim dicunt sensum communem esse vnam facultatem per se, & phantasiam, cum qua identificatur æstimatedia, memoria, & alie. Ita opinatur Perefus lib. 3. de Anima, cap. 3. quæst. 1. & in eandem opinionem adducit Turisanum lib. 2. art. medicin. cap. 17. Alii è contra opinantur, nam sensum communem, & phantasiam pro eadem potentia confundunt; æstimatediam autem, & memoriam aliam constitutere facultatem. Hæc opinio tribuitur Marcello lib. 4. sularum Tradit.

Tertia ponit tres facultates, sensum communem, phantasiam, & memoriam: ita tenet Iacob. Zabarel. lib. de Facult. animæ, cap. 12.

Quarta, & communissimam inter Medicos ponit tantum tres facultates rectiores, imaginatiuam, cogitat. nam, sine rationem & memoriam: nam Medici non cognoscunt nisi tres lesiones in actionibus animalibus cerebri: Primum illam dicunt quando est: ut homo in cognitione sensibilibus, quod aduenit visio sensus communis, & imaginationis, ut quando Theophilus dicebat tibicines esse in angulis domus, cum nusquam essent. Secunda lesio est rationis, & cogitatoris, qualis contingit illi, qui cum vase vitrea cognosceret, & suo nomine compellaret, proiecti tamen inibat.

Tertia lesio in memoria potest contingere: quia ergo tantum sunt tres lesiones, colligit tantum esse tres facultates, ad quas reducuntur omnes alie operationes. Hanc opinionem tuctur Galen. lib. de Diff. symp. cap. 3. & lib. Quod animi mores corporis temperiem sequantur. Valles. 2. Controuers. cap. 22. Nemes. lib. de Natur. homin. cap. 6. Gregor. Nyfen. lib. 4. de Virib. animæ, cap. 6. & 7. Damascen. lib. 2. de Fide

Orthodox. cap. 17. Sed advertere oportet, quod Galenus, quia ignoravit animæ rationalis essentiam, confundit intellectum cum potentia organica, quam rationem appellat, ut colligitur 7. de Placit. cap. 4. Non tamen est credendum, quod reliqui authores Catholici Galenum sequantur in tam manifesto errore, sed per rationem intelligunt cogitatuam, quæ ratio particularis est.

Quinta opinio, quæ tribuitur Auicennæ in hoc cap. consistit quinque facultates, nimirum, sensum communem, phantasiam, æstimatediam, imaginatiuam, & memoriam. Hanc opinionem Auicennæ sequitur A. tierros in summa de homine, tract. de Imaginarione, & 2. de Anima, tract. 4. cap. 7. & lib. 3. cap. 1.

Et (ni fallor) Vallesius non rectè refert opinionem istam: nam dicit Auicennam enumerasse quinque facultates hoc pacto: Sensum communem. Secundo, phantasiam, seu imaginationem. Tertio, rationem sine æstimatediam. Quarto, memoriam. Quinto, reminiscientiam. Sed certè Auicenna in hoc cap. ubi ex professo istam rem pertractat, diuerso modo proponit: nam primo loco ponit sensum communem. Secundo phantasiam. Tertio imaginatiuam, Quarto æstimatediam. Quinto memoriam.

Sexta opinio præter quinque sensus quos ponit Auicenna, reminiscientiam addit, tanquam facultatem distinctam.

Septima opinio est Angelici Doctoris 2. part. quæst. 78. art. 4. quæ constituit quatuor facultates, sensum communem, phantasiam, æstimatediam, & memoriam. Hanc tenent omnes Thomistæ, & inter illos Landinus 2. de anima, quæst. 17. Et quia hæc sententia inter reliquas principalior est, operapretium duxi illius fundamenta breuiter proponere, & declarare.

Notat ergo primo S. Thomas, tot esse ponendas in corpore actiones, quot requirantur ad vitam animalis perfectam de perfeto enim animali philosophantur in hac quæstione. Secundo, quod cum facultas nil aliud sit, quam proximum principium anime ad agenda, tot erunt facultates, quot fuerint actiones, quot non possint reduci ad vnum proximum principium.

His suppositis notat tertio quod ad vitam animalis perfectam conuenit non solum ut cognoscat rem præteritam, sed etiam rem absentem, aliter cum non moueretur ad querendum bonum abens. Ergo debet

Opinio D. Thome præferatur.

debet retinere species, vt in absentia sensibilis per solas species seruetur mouetur: ergo animal immutat ad presentia, & immutat ad absentia.

Quarto animaduertit, quod cum debeat operari per species retentas, & debeat operari per species presentialiter receptas, oportet vt ponamus duas facultates distinctas, vnam, que in presentia obiecti operetur, recipiendo species alteram, que opere tur in absentia per easdem retentas. Et hoc colligitur ex naturalibus: nam videmus, quod recipere, & retinere ad duo principia diuersa pertinent. Humida enim recipiunt, & sicca retinent. Ergo similiter ponenda est vna facultas, que recipiat, & altera que retineat species.

Quinto, animaduertendum dicit S. Thomas quod animal perfectum non solum querit illa, que secundum sensum optima sunt & delectabilia, sed etiam alia, que propter alias rationes sunt illi conuenientia, aut nocua: sicut quis horret lupo, non propter figuram, aut colorem, sed propter aliam superiorem rationem inimi citate, & quis colligit paleas, non quia illas comedit, aut quia sensus aliquis in illis delectetur, sed quia sunt apte ad masticandum. Ergo cum illas species superiores nullus sensus exterior cognoscat, nec sensus communis, nec quibus aliis qui immutat a rebus actu sensibilibus; sequitur esse ponendam vnam facultatem, que illas species magis abstractas dignoscat, que vocantur non sensus.

Ex his quinque fundamentis elicit suam conclusionem S. Thomas, quia talis est ad receptionem specierum sensibilium debet poni sensus communis; ad conseruationem illarum specierum, & illarum retentionem ponenda est phantasia, quam Latini imaginariam vocant ad cognoscendam autem & percipiendam illas species non sensus conuenientis, vel disconuenientis ponenda est alia facultas, que dicitur administrari vltimo loco ad retinendam illas species ponenda est memoria. Hæc est doctrina S. Thomæ in corp. Artic.

Addit tamen, quod administrari in brutis operatur sine particulari collatione, & comparatione vnus ad aliud, sed vultu quo datur in brutis, & proportionem; in homine vero non sic, sed per collationem, & comparationem vnus ad aliud, quod dicitur sum particularem arguit; & sic ista virtus dicitur in homine cogitativa. Hæc summa Articuli.

Hæc autem doctrina S. Thomæ, quæ multis recentiorum argumentis oppositur, amplius ventranda est, & obiectiones dissoluenda. Et vt clarius procedamus, dubitatur primo.

CAPVT XXV.

An sensus communis & phantasia sint facultates diuersæ.

S. Thomæ doctrina præfertur.

NEGatiua pars suaderi potest, quia Aristotel. dicebat in libro de Memoria, quod phantasia est affectio, seu passio sensus communis; ergo non sunt ponende facultates distinctæ.

Secundo, quia definitio imaginationis conuenit sensui communi; ergo est eadem facultas. Probantur. Nam inquit Aristotel. lib. 2. de Anima, text. 162. Imaginatio est motus factus à sensu in actum. Sed etiam sensus communis est motus à sensibus exterioribus in actum. Ergo eadem habet definitionem.

Tertio, quia obiectum est idem, scilicet & potentia est eadem. Prob. anteced. quia phantasia & sensus communis versatur circa idem prorsus sensibile. Valer enim consequentia: Est eadem species sensibilis; ergo eadem potentia.

Quero 2^o quia Galen. lib. de Diff. Sym. cap. 1. vnam potentiam ludi dicitur sine lesione alterius. Theophilus enim habebat lesam imaginariam, sine phantasia; sic qui vasa proieciat habebat lesam cogitativam, sine ratione. Illi vero qui à magna illa peste cognati sunt, habebant lesam memoriam. Ecce quo pacto Galenus vni facultatem cognoscat lesam sine lesione alterius phantasia, vero nullo modo cognoscat lesam sine lesione sensus communis; sed verumque ad vnum simul esse lesam supponit in historia Theophilus. Ergo sensus communis, & phantasia eadem potestas est facultas, siquidem simul lesantur.

Quinto, quia ratio tacta à I. Thomæ de absentia de presentia obiecti non videtur sufficiens ad distinguendas facultates istas: dicebat enim, quod sensus communis est presentium, & phantasia absentium. Contra hoc procedit argumentum nam etiam sensus communis solet esse absentem, & phantasia presentium.

si que

Atque ex consequenti efficit multiplicans de istis facultates, ita ut poni deberet duplex sensus communis, & duplex phantasia, quod est ridiculum: Quod autem sensus communis sit obiecti absentis, probatur ex Aristotel. lib. de Somn. ubi ait, quod memoria sensibilibus, manent sensibilibus imaginariis in organis sensuum. Et posset eleganter probari ex D. Thoma. 1. 2. q. 93. art. 4. ad 6. nam in corp. Artic. docet, quod sensus communis operetur in presentia obiecti. At vero in responsa ad 6. ait, esse commune omnibus interioribus apprehensionibus, ut hant per similitudines corporum in absentia ipsorum corporum. Ergo sensus communis etiam indicat in absentia obiecti. Idem posset colligi ex S. Thoma. 1. 2. q. 94. art. 8. ad 2. Vltimo probatur etiam pars, quia postquam vidimus luminosum, solet remanere in oculis quoddam lumen, licet per aliquod breue tempus. Et ita Arist. lib. de Insom. cap. 2. sensus externus dicebat servare suas species pergo multo magis sensus communis illas servabit.

Quod autem imaginatio sit presentis obiecti, nullus poterit egere: nam quis veterat esse non posse imaginari circa presentis obiectum? Quod Aristotel. dicebat lib. 3. de Anima, cap. 3. phantasiam, scilicet, esse circa presentia sensibile: ergo versari circa presentia, aut absentia, non facit diversitatem facultatum istarum.

Sexto efficaciter probatur intentum, quia facultas, que apprehendit obiecta absentia, etiam apprehendit illa nec quando erant presentia. Ergo propter hanc differentiam non sunt distinguendæ facultates. Anteced. est apertum. Nam facultas, que retinet species, ut cognoscit in absentia, necesse habuit, ut illas reciperet: ergo quando recipit, cognovit illas: ergo in presentia obiecti cognovit ergo eadem facultas cognoscit presentia, & absentia.

Septimo, quia exemplum S. Thomæ non tenet; dicit enim quod recipere, & conservare pertinent ad diversæ principia. Nam & in naturalibus humida recipiunt, & sicca retinent. Contra hanc doctrinam insurgunt recentiores nam aliqua cognoscimus, que simul recipiunt, & conservant, ut plumbum, quod recipit figuram, & illam retinet. Ergo bene potest una eademque potentia recipere species, & ipsas retinere.

Octavo, quia si officium sensus communis est attendere ad actiones extero-

rum sensuum, idem prorsus motus habet insigatio, siue phantasia. Quod patet, quia si imaginationem dixerimus, non sentimus exteriora.

Nopo potest fieri argum. quia si phantasia servat species, videtur superflua memoria: si autem phantasia indicat, videtur superflua estimativa: phantasia quidem per suum iudicium componere potest, & ludere, &c.

Hæc & alia multa iuniores adducunt ad obscurandam doctrinam S. Thomæ, quam putamus omnino probabiliterem. In hac enim questione nulla potest fieri demonstratio, sed el genâ est probabilior, & magis consona doctrina.

Que ut amplius illustratur, & argumeta dissolvantur, notandum est primo, quod ex tribus ventriculis cerebri male quidam colligunt tres potentias tres. Nam, ut melior pars tenet Medicorum, in qualibet parte substantiæ cerebri resident istæ facultates: primo in uno ventriculo (illi qui ventriculos disponunt) duas facultates: scilicet consistere, ut in anteriori sensum communem, & phantasiam. Inque, neque à posteriori, neque à priori ex duabus cerebri ventriculis colligunt diversitas istarum facultatum: dictum enim species est, quando agebamus de virtutibus naturalibus, in eadem præcisa parte esse plures facultates naturales. Et in animalibus idem patet in lingua, que tactu & gustu simul prædita est. Unde non possum non Geneslem notare, qui in hoc cap. 9. contra Avicennam innuitur, dicens: non posse certificari visitate, aut pluralitatem virtutum, nisi ex visitate aut pluralitate organorum. Imo ipse Genesius fallitur, quia illa probabilis opinio, que vnam simplicem qualitatem facit temperamentum, descendit etiam in vna parte carnis esse varias virtutes naturales, in qua nulla est diversitas organum. Quin etiam in nostra opinione, quibus in vna particula sint quotusor qualitates, non tamen per solas illas colligimus diversitatem facultatum, sed ex alijs principijs.

Secundo est notandum, quod S. Thomæ in hac difficultate, licet non ponat omnes prædictas actiones esse necessarias ad considerationem animalis perfecti, non tamen declarat, quo pacto distinguantur inter se ipse actiones, & ipsæ facultates. Quare nobis ea concedam ipsius mentem explicare.

Sit ergo prima conclusio. Sensus Communis.

communis, & phantasia sunt diuerse facultates. Hæc videtur Aristotelis: nam lib. 2. de Anima capit. 14. agit de sensu communi; de phantasia vero tanquam de re distincta à sensu communi, agit in cap. 15. Quod neuriotiam faceret, si vnam potentiam esse existimaret. Et idem confirmat libro de Somno dicens; In lib. de Anima dictum est, sensum communem, & phantasiam esse idem subiecto, distinguuntur tamen essentia. Hæc & alia multa pro distinctione istarum potentiarum scripsit Aristoteles. quauis alia etiam ex parte Confusæ fuerit loquutus, dederitque occasionem contrariæ opinionis. Ad quam partem aliqua testimonia adducit Petrus Martinez Complentensis in suis acutissimis Commentarijs de Anima.

Sed ratione probatur nostra conclusio. Nam sensus communis est pura potentia intuitiua, nullam enim habet operatio nem nisi præsentia sensibilis externi, ita ut sit auditiva cum auditu, visiva cum visu, consummando, scilicet, actus tantum externos. Sed phantasia operatur circa sensibile abiens: ergo sunt diuerse virtutes. Sensus enim communis nil aliud est, quam visio sensuum exteriorum; phantasia eleuati or est, quia sine actu ali sensatione externa iudicat, & apprehendit abstractiue: ergo eleuati or.

Confirmatur, & declaratur. Nam phantasia, neque pendet à sensatione externa, neque illa indiget: imò potius multo melius imaginamur si oculos claudamus, si misandiamus. Ergo imaginatiua altioris ordinis est à sensu communi.

Vltimo prob. quia potentiam esse retentiuiam specierum, facit differentiam: sed sensus communis non retinet, phantasia vero retinet species: ergo sunt diuerse potentie, siquidem ista duo non possunt vni, & eidem competere.

Sed dices, quod istæ rationes differentias accidentales probant, non tamen essentiales, & specificas. Nam retinere species, vel non conservare; operari in præsentia, vel non operari, non videntur adæquate distinguere facultates, vt in argumentis continetur.

Propter hoc arg. aliqui dicunt, quod phantasia, & sensus communis non sunt diuerse facultates in quantum potentie cognoscitiue, sed eiusdem speciei. At vero quantum ad modum recipiendi, sunt sine dubio distinctæ facultates. Ita tenet Bañesius; quia in toto Articulo sæpius citato

nullam ponit differentiam ex parte cognitionis, sed solum ex parte receptionis specierum. Et probatur hæc doctrina, nam quod sit eadem facultas cognoscitiua, constat aperte per tertium argumentum in principio proposuimus: si enim species est eiusdem prorsus rationis: ergo & facultas. Quod autem differant specie, vt retinent, aut non retinent, & quod hæc differentia sufficiat diuersificare istas facultates, probatur; quia sensus communis in hac ratione est bene receptiua, & male contentiua; phantasia è contra est male receptiua, & bene contentiua. Ergo sensus communis pertinebit ad secundam speciem qualitatis, scilicet, ad naturalem impotentem, siquidem naturalem habet impotentiam retinendi; imaginatiua vero pertinebit ad naturalem potentiam. Et idem dicit de aduatiua, & memoria suo loco.

Sed reuera ista explicatio, quam Bañesius statuit, non est ex mente D. Thomæ. Nam puramus nec somniat de S. Thomam, esse eandem facultatem in genere cognoscitiua. Patet, quia species eleuati or est, & modus tendendi eleuati or, & immateriali or: ergo & facultas phantasia est diuersa in cognitione. Nam hoc, quod est operari in absentia, dicit spiritua liorem speciem, & potentiam: operari vero necessario in præsentia, dicit maiorem materialitatem. Atque adeo in quantum cognoscitiua, sunt diuerse. Negatur ergo, quod species sit eiusdem rationis. Vnde S. Thomas non posuit differentiam ex parte cognitionis, quia supposebat, quod vbi species denotatur magis, & magis abstractatur à materialitate, tanto perfectiorem respicit potentiam. Species ergo sensus communis est præsentialis hic & nunc, & nullo momento sine præsentia; quod arguit magnam materialitatem. Species vero phantasia abstractat à præsentia, & sic est spirituali or. Secundo dico, quod S. Thomas dedit cognoscere istas facultates per id quod notius erat. Quæ omnia clariora apparebunt, si argumenta dissoluamus.

Ad primum responderet S. Thomas artic. sæpius citato in respons. ad 1. Dicit enim, quod dicit anima subsistere vni potentie mediante alia; est siquidem ordo in facultatibus emanatione; ita etiam phantasiæ, & memoratiuum dicuntur passiones sensus communis, quia supponunt sensum communem; & anima ordine generationis, ab imperfectis ad perfecta procedens,

Naturæ
min. Bales.

cedens, prius producit sensum cōmunem, quam phantasia, & memoriā, ita ut emaneet phantasia modo sensus cōmuni, & ob id dicitur passio illius, ut & quantitas deonatur ab albedine, quia albedo quantitatē supponit.

Ad secundum argum. multi multa dicunt, ut declarent quid voluerit Aristoteles, quando dixit: Imaginatio est motus factus à sensu in actu. Nos tamen solemus istam descriptionē sic interpretari: quod, scilicet, imaginatio sit motus factus à sensu in actu, id est, à sensu cōmuni simul est exterior; hic enim sensus propriè dicitur sensus in actu, nam neque sensus cōmuni solus neque sensus exterior solus, est sensus in actu completo, & perfectio, sed ex utriusque concursu fit vnus sensus in actu, qui presupponitur ad imaginatiōē, est enim tanquam motor imaginatiōis. At verò sensus cōmuni nequitiam est motus à sensu in actu perfectio, quia operatio sensus cōmuni potius est perfectio, & cōfirmatio sensus exterioris, sine operatione sensus exterioris.

Vnde ex doctrina tradita non sequitur, quod putat Vallesius phantasia, scilicet, esse actum sensus cōmuni, vel sensum cōmunicum esse actum phantasiae: nam Aristot. in praedicta descriptione nō denotat habitudinem potentiae, sed tantū obiecti, siquidē ibi dicitur, quod motus est, per se moteris: obiectū autem est, quod per se mouet facultatem. Sed mouetur sensus à sensibili, ut ab obiecto: ergo & phantasia mouetur à suo obiecto; est enim potentia, teste Aristot. 2. de Anima.

Ad tertium quidā dicunt, quod licet sit eadem species sensibilis, tamen ratio sub qua est diuersa; & hoc sufficit ad diuersificandas potentias. Ratio enim sub qua est diuersa, quia eleuatur est adhuc species, quae immutat phantasia.

Ad quartum argum. Galeni infinitae sunt responsiones. Nā adhuc inter Medicos sunt aliqui qui negit vni potentiaē redricē posse laedi sine lesione alterius, sed dicit, quod licet praecipue vna laedatur, tamē per, cōsensum alia laeditur. Ita Eustach. Rudius in e. de Phrenitide. Quod si Galen. (inquit) tres assignauit phrenitides, id fecit, quia in vna quaque elucet magis lesio vnus facultatis, quā alterius. Et ita secundū istū modū dicit, ob motuā cōmexionē, & ob identitatē partis cui insunt istae potentiae, ob id dicit Galenus lesionē vtriusque, quia maiori ex parte lesio sensui cōmuni laeditur imaginatio. Si tamen cōprimamus Galenum, inuenie-

mus sufficienter distinctionem inter sensum cōmunem, & phantasia, siue imaginatiōem. Nam quomodo probauit Galenus, quod Theophilus ille, qui dicebat se au dire tibicines, laborabat deprauiata imaginatiōe, & nō sensus cōmuni lesione? Certe non probabit. Nā putare se audire quod non audit, procedere potest, quia sensus cōmuni iudicat audire, quia, scilicet, sensus auditus praebet speciem soni, quāvis nullus sit exterior. Nonne multoties cōtingit ob sonū interni meatus auditus iudicare nos audire sibilos, aut fluxū aquarum, aut cimbala sonantia quoridie certē. Ergo Theophilus febre laborans potuit habere apprehensionem sensus cōmuni lesam, quia apprehendebat quae non erant extra; & sic phantasia & cogitatioz habebat sine manifesta lesione, quicquid dicit Rudius. Nam ut qui floecos colligit, laborat auferendo quae non sunt, ita Theophilus curabat auferre tibicines, quae non erant percipiebatur tamen illas in sensu cōmuni ob lesionem auditus, ut Galenus dicebat collectionem sensuum esse accidens sequenti ad quosdā vapores, & exhalationes contritas inter crystalloidē, & corneam, quia in meatu audituo sonus tibicinū erat. Hae tamen reuera nō est lesio sensus cōmuni, nam oculus videt in se illas scellucas, ut probat Galen. 1. Prog. Et ita alia lesio cōside-randa est, quae pertinet ad sensum cōmunem, quā in cap. de Phrenitide declarauit, posset tamē dicere aliquis, quod cō sensus cōmuni non sit nisi potentia cōfirma sua actuum exteriorum, non est quare ad illum pertineat alia species phrenitidis: nam istae concernunt lesionem redricum simpliciter interiorum.

Quae autem sit ratio quare Galenus non fecerit mentionem expressam huius facultatis distinctae, & huius phrenitidis, possit responderi, semper Galenū ea proposuisse, quae doctrinalia sunt, & quae maiori ex parte cōtingunt. Cōtingit autē illas tres phrenitides frequētius reperire, & sensum cōmunē etiā frequētius cū phantasia confundere. Nihilominus tamen li strietè loquamur, tot debebat ponere Galenus phrenitides, quot sunt facultatum lesiones. Atque cū quatuor sint actiones, possunt probare quatuor phrenitides.

Vbi aduertendum est punctus subtilis, nimium, quod licet in doctrina Baiesii (quam non probauimus) in ratione cognoscendi esset vna facultas sensus cōmuni, & phantasia; tamen quoad lesiones, & phreni-

Pro isto puncto videtur esse infra lucubratiōem 3. li. de sensu, cap. de potentia.

phrenitides distinguendas ad huc, ut cognoscitur habent sufficienti fundamentum differentiam, præcipue quoad Medicos: quia phrenitis sensus communis semper cõ-fermit læsionẽ circa cognitionem rei præsentis, quasi laboraret sensus externus, videlicet que non videt, audiens que non audit, ut qui sellucas colligit, & qui audit tibi sine. Phrenitis autẽ phantasia, siue imaginatiõnis concernit læsionem in mala rerũ singularium obseruatione. Dicitur itaque esse, quam diuersa sit lætio sensus communis à lætione imaginatiõis, nec intelligas semper læsiõem sensus in communem, quia lætio exterior, sed dico, quod cum læsio exterior noniõis sensus conõlet ex actione sensus communitatis, & sensus externi, poterit læsiõem hæc actio, vel lætio sensus exterior, vel lætio sensus communitatis: quod in omnibus causis partialibus contingit, quare vnam si lædat, lædat actio, lætiõ in læsionẽ externam contingit, lætio enim, vel lætio communi sensus, vel lætio illi cũ quo concurrat. Quod læditur per se sensus communis, & ita sensus externus non recte producat actio, nulli experientur in dispositione catharrali, in qua sensus externus non recte iudicatur, quia illorũ principium & rad. x obseruatur per sensus catharralis materiae, incipit itaque lætio à sensu communi, ut aliquando incipit à sensu externo, nulla facta lætione in imaginatiõne, aut lætione minima, & eaque per consensum, & viciniam.

Poterit præterea lætio hæc variè contingere, illa facultas, illiõ organo visui, solumque perturbata spiritus & incõsistens, ut notat Perr. Mart. nec Cõphandis, & os. Tamen, qui a medicis in ægrotantibus, habetur in hoc, quia putat. Tõcepia in accidens õis in ex turbatione spiritus, habenda ad phrenitidis naturam, virus malam escandescit, in illiõ, scilicet, & cõsistens, loquitur spiritus communitatis, quia phrenitis tale mali est, ut spiritus in conturbatur, debeat esse ob determinatam hanc affectionem, inflammationem, scilicet. Si vero in aliis affectiõis cerebri sine inflammatione delectat homo, turbatur spiritus ex aliis causis, ut in mania.

Et hinc colliges quare heclicus non delectat, hæc habeat ralem differentiam in cerebro, qualem habet aliquis maniacus: qui a, scilicet, in temperes heclicus non perturbat, necque mouet spiritum, qui consistit quasi facultatis instrumentum. Non autem conturbat ob suam æqualitatem, & humoris delectum, Quamuis aliquando

solent delectare interese, & breuiter ob delectum spirituum: his vero reparat is res piscunt statim, quod in senibus multo res videmus per solam delectum spirituum. Quare recte dicit Theologus curas ad illas lætiones cõcurrere perturbaciones spiritus æqualis. Sed nota, quod in insaniam differtentia interperi heclicæ & maniacæ ab eandẽ qualitate, quod hæc fit ab humore consensata, & ob id aliqua spiritus perturbacione mutatio, illa verò neutriquam.

Ad quorũ partim responsum est, sed dicimus nosse, quod apprehendere in portata, aut in absentia concernit diuersam naturalem potentiam, quod sufficit ad distinguendas illas facultates. Secundo dicimus, ut supra, quod species magis materialis est, quæ immutat sensum communitatis, quæ immutat phantasiam, magis elementaria, & ob id inferiori modo cognoscit phantasiam, quæ sensus communis. Quæ ratio diuersitatis in obiecto est sufficiens ad diuersitatem portata.

Ad tã verò quod dicitur, quod etiam sensus communis cogoulet absentia, respondet Bañens, quod cognoscit indistincte per reflexam speciem ab imaginatiõne.

Sed certè, ut veterum sententia, non possumus intelligere, quod sensus communis percipiat nisi tantum species in presentia sensus exterioris, quoniam est magna ordinis perturbatio in perfectiõis facultates suas species remitteret ad inferiores.

Præterea, quia quatuor visus potentia cõuenit in hoc, quod est pari à speciebus externis, tamen hæc est differentia, & non parua, quod sensus communis immutatur simul cõtenus externo, & aliter non immutatur, diximus enim esse vñ immutatõnem perfectã ex sensu externo, & interno cõmuni, hæc ergo species excelleret ab imaginatiõne, non moueret sensum communitatis, quia secum non fert modificacionem aduersã sensus externi, quæ est nature materialis.

Est itaque maxime animaduerenda ista doctrina, quã alii quidam delectum vñ tantum esse potentiam rationis, nolunt percipere, quã sit, scilicet, diuersitas in modo mutationis, impositibile enim est, quod phrensia operetur immutata à specie, quæ est facta suscepta, & eleuata per usum in cõmuni. Ergo ex necessitate nature debent fieri illi opiniones illi potentia requirentes diuersum modum immutandi, & ex conformitãtate diuersa admouit est portata. Sed quia Perr. Garcia Carceus satis confirmat resque istam opinionem, quæ defendit vñ esse potentiam, idem ab hoc labore superse deo.

Notatur Di
micalis de
lib.

Veram auctoritatem S. Thomae in argumēto citatum declaramus. Quando ergo S. Thomas dixit, esse commune omnibus sensibus interius recipere similitudines corporum in absentia, corpora interpretandos est, quod id dixerit de sensibus simpliciter, & perfecte interius. Sensus vero communis quamvis habeat internum organum, in quo cum aliis continetur, rationem operatio est actualiter concomitans exteriori insinuationi, & ita non debet dici perfecte interius quoad operari. Quamobrem excipitur à S. Thomae lococitato, & ita loquitur de simplicibus sensibus, qui se quoad organum, & quoad operationem sunt simpliciter intermixti enim per membra similitudines corporum operantur in absentia ipsorum corporum.

Ad locum Aristot. lib. de Somn. R. cip. locum fuisse dubitanter, ut est videre in illo contextu, ut vero in lib. 2. de Anima, ubi ex professo retractat, ait affirmari sensum communem in praesentia sensibilibus tantam immutari, & non in absentia.

Quod si aliqua lux tibi videretur remanere in oculo à luminoso, intelligas potius esse vim tuam imaginantis, quam sensibile ibi detentum, vel passionē illam ab obiecto, non ut sensibile, sed ut agēs quoddam naturale. Quando autem dicit Aristot. lib. de Somn. sensibilia manere in sensibus, adverte iterum, nam dicit, quod affectio quae resultat ex sensibus, manet in sensibus, quae autem est illa affectio, nisi similitudo rei, & quae sunt ista sensoria, nisi perfecte interna, à phantasia usque in intellectum.

Ad sextam non negamus, quod eadem facultas, quae retinet, etiam recipiat, sed dicitur, quod illi quaedam facultas, quae licet recipiat, est impotens ad retinendum in absentia. Et alia, quae licet retineat, est impotens ad facile recipiendum. Sensus enim communis est ut speculum obiectorum, nam ut speculum non retinet figuram nisi dum obiectū est praesens, ita sensus communis recipit, sed non retinet in absentia.

Ad septimā dico, quod exemplum S. Thomae est elegans, & nondum recte intellectū à recentioribus. Recipere enim distinctam dispositionem requirit, quam retinere, neque est possibile naturaliter, ut per idem prorsus immediatum principium recipiat, & retineat eam aequali perfectione ad utrumque, sunt enim omnino contraria. Hinc plumbū, quod adducitur in argumēto, non recipit facile nisi mollescat, & liqueat, ut

tinere vero postea si dōgeatur, ut in hoc ap-
pareat doctrina D. Thomae, quod non per
eandē dispositionem fit facilis receptio, &
continua retentio. Idē in omnibus natu-
ralibus invenies, quod proportionaliter in
cerebro est intelligendum, & eius potētias.
Ad octavā non negamus vim imaginat-
ricis, & phantasiae, imō concedimus ad se
posse rapere inferiorum sensuum iudicia,
vel distracta spiritibus, vel anima cō-
versā, & abstractā. Itaque quamvis imagina-
tix etiam habeat eminentiam, nō tollit sen-
sum communem.

Ad nonā dicimus, esse consonum natu-
rae, ut sit thesaurus sensibilibus, qui dicitur
phantasia, & sit thesaurus insensibilium in-
tentio, ut memoria. Non enim aliter
recte proportionaliter actiones rectrices
animalis, ut supra dicebat S. Thom. Nam
species spirituales indiget diversā potē-
tia ubi consentiatur ad obsequandas alias
species sufficiebat phantasia ad altiores ve-
ro fuit necessaria memoria.

CAPVT XXVI.

Utrum aphantasia sit ponenda.

Non dū doctrina proposita ex D. Tho-
mae acquiescit Neothericam quidam
species insensatas in brutis nolunt fateri, ali-
j vero aphantasia esse prius superflua
asserunt, & cum phantasia confundunt, nul-
lam esse dicentes abstractionē specierum,
Quod magis ex arg. constabit. multi enim
in hac facultate suum ingenium natiue
sunt subtilissimi Genit. s. q. 10. huius c.
Et licet proponat multa argumenta diffi-
lia, eo tamē vis difficultatis imminuit, quia
cum est materia sit potētia sensitiva, quo-
modo est perceptiva insensibilium? Et si
est insensibile, quomodo operatur cir-
ca res separatas per se eadem enim videtur
sentiativa, & non sensitiva.

Recentiores augent difficultatē, nā face-
re species insensatas pertinet ad actum ratio-
nis abstrahentis suspensionis. Ergo solo
quodam instinctu fugit ovis viso lupo, sine
cognitione in micinā. Ad ista possunt re-
ducere alia multa, quae circumferuntur.

Tamen sine dubio ponenda est facul-
tas aphantasiae in brutis, & cogitandi in ho-
mine. Si enim sunt aliquae rationes
quas animal cognoscere debet, & illas non
valet percipere per sensus externos, neque
per sensum communem, neque per solam

imaginationem. Danda ergo est aliqua facultas, quæ illas cognoscat: hæc autem acclimatiua vocatur in brutis, quia per solam cognitionem mali, vel boni, sine voluptatis discursu propinquat obiectum appetitui.

Et confirmatur, quia quando ovis fugit vilio lupo, est aliquis actus appetitus, qui antea non erat: ergo aliqua cognitio, quæ antea non erat: non cognitio coloris, aut pilorum, aut figura, &c. Ergo cognitio affectus rei superioris: hæc autem nulla alia videtur, nisi inimicitia, seu disconuenientia naturalis, ad quam perceptam sequitur motus appetitus. Ergo non mouetur ovis per solam inclinatum & propensionem, sed per formam apprehensam ab acclimatiua.

Argumenta Gentilis dissoluamus. Dicitur ergo, quod acclimatiua non est facultas simpliciter insensibilis, sed sensibilibus superioris rationis: est enim suprema species in ratione sensibilibus, & infima in ratione intelligibilis. Nam proximè est, vt transeat totam latitudinem materialitatis. Et ita potentia hæc non est insensibilis absolute, sed insensibilium per sensus externos, sensibilibus verò per acclimatiuam.

Deficit verò hæc in re (quod poteras mentè dubitare) quomodo fiant istæ species. Quidam dicuntur, species istas esse inditas à Deo in primo instanti generationis: Alii, esse prorsus inferendas, sed propensione quadam terræ in sibi profusa, & fugere dissimila, &c. Sed melior modus dicendi videtur multis, quod illa species sensibilibus, quæ erat in phantasia, per receptionem, in acclimatiua eleuetur amplius. Nam omne, quod recipitur, recipitur ad modum recipientis. Cùm ergo facultas perfectior sit in ipsa receptione speciei, per hictur species: post istam autem receptionem sequitur actus elicited, qui elicit disconuenientiam talis obiecti.

Neque hoc est discurrere, vt putant aliqui, sed cognoscere disconuenientia, aut conuenientia superiori modo. Acclimatiua enim, seu cogitativa luprema est inter omnes potentias materiales, & ita attingit infimam intellectualium, quæ videntur corpore vt obiecto. Probatur autem manifestè non esse solam propensionem, sed pre-requirei cognitionem. Modò vt numero isti facultatum finem imponamus, secundum punctum attingamus.

(*)

CAPVT XXVII.

An memoria, & imaginatiua sint vna potentia.

CONFUNDUNT aliqui memoriam cum phantasia, siue imaginatiua; quia vtraque retinet omnia sensata. Quo argumento mouetur Petrus Martinecz Complutensis. Sed proculdubio falluntur. Nam phantasia solum est thesaurus rerum per sensum communem cogitarum. Memoria verò non solum has species sensatas, sed alias quas elicit acclimatiua, conseruat.

Secundò, quia si fuisset vna facultas, vt si excellentes in imaginatione essent excellentes in memoria; cuius contrarium quodlibet experitur. Ergo diuersa est facultas, & diuersa organi dispositio.

Tertiò, quia phantasia respicit speciem rei alter, quàm memoria; nam phantasia respicit simulacrum, siue phantasma, vt rem quandam; memoria verò vt representatum alterius.

Quarò, quia obiecta vtriusque facultatis diuersa sunt: nam obiectum imaginatricis est sensibile sine differentia temporis: at verò sensibile memoriæ concernit differentiam temporis præteriti, & loci: quæ ratio sufficiens est ad expectandas varias potentias.

Sed dices: Tempus est numerus motus, & eius cognitio pertinet ad intellectum: ergo non potest esse obiectum sensus. Respondent quidam, quod formalitas motus, & quæstio quid est, pertinent ad intellectum. Tamen materialiter, & quantum ad quæstionem an est, ad sensum pertinet tanquam sensibile commune.

At obijcies: Si tempus materialiter est sensibile commune pertinebit ad phantasia, quæ etiam percipit sensibilia communia. Respondetur, esse distinguendum. Nam quando dicimus obiectum memoriæ esse sensibile sensatum cum tempore, & circumstantia loci, non est intelligendum, quod sensatum ipsa sit obiectum quoddam, neque differentia loci, & temporis sit obiectum quoddam; sed sunt obiecta quibus, seu conditiones ipsius obiecti quoddam, sine quibus percipi non potest. Sed attende, quod differentia hæc temporis non est conditio ipsius obiecti, quod est obiectum quoddam, nam sic perciperetur à phantasia, vt sensibile

bile commune, sed est conditio obiecti, et
sensati à phantasia, sine ipsius sensatio-
nis perhabita, & presentia, et cum re-
cordor me heri vidisse hunc, aut aliud
egisse.

Sed dicet. Aliquando recordamur ip-
sius actus memoria, recordamur enim
nos memorasse, & recordamur ipsius ob-
iecti memorie. Ergo non solum sensatio
preterita est ratio formalis obiecti, sed con-
ditio obiecti, sed ipsius obiectum quod.

Respondeo quod actus ille, quo recor-
damur nos recordari, est actus reflexus,
& pertinet ad intellectum, vel ad poten-
tiam sensitivam ab intellectu elevatam.

Memoria thesaurus est rerum, quæ
reminiscentia percepit, & quæ pate sensitiva.
At verò si concomitetur intellecti, dicitur
dicitur rem-niscentia. Atque ex conse-
quenti reminiscenti solum hominis est im-
pliciter verò memorati tantum ad beata
pertinet. Sicut enim ad maius faciens
comparationem minus ad aliud, sic cogita-
tio in homine ob intellectus concomi-
tantiam; ita memoria, quæ aliàs erat so-
lum sensitiva, ob intellectus conexione
fit reminiscentia. Quare dicendum est,
quòd formale reminiscentiæ totum per-
tinet ad intellectum, nisi aliud, quàm
recordari per dicitur; materiale verò
nihil est aliud quàm apprehensio quedam
succeedens uni us post aliud. Et hæc appre-
hensio ex parte sensus semper, concomi-
tat actum reminiscentiæ; sed hoc quid
materiale est. Reminiscentia ergo forma-
liter in intellectum refunditur.

Eadem ergo in homine est reminiscentia,
& memoria, quæ habet duo, me-moria-
ri, scilicet, quòd nil aliud est, quàm successiva
apprehensio præteriti, & præterita ha-
bet reminiscentiæ, quòd nil est aliud, quàm per
ordinem uni us ad aliud, & ex conexione
uni us ad aliud, cognita recordari; hoc
est formale aliud materiale.

Certe si quæ disimus ad explicationem
D. Thomæ grato animo periclas, inuenies
solutiones sufficientes omnium argu-
mentorum, quæ adhibent recentiores ad pro-
bandam veritatem potentie interne. Nam
manifestas rationes formales obiectivas
inuenies, ex quibus clare poteris qua-
tuor diversas potentias. Quare non
est opus illa recentere.

(1)

CAPVT XXVIII.

Verum omnes prædictæ facultates iudi-
cent de obiectis, & aliquæ produ-
cant actionem.

Duplicem sensum habet titulus iuxta
duplicem acceptionem iudicii, scilicet
alia, quæ ad iurisperitos pertinet. Non
iudicium est simplex quædam apprehen-
sio obiecti, & cognitio illius. Secundo, iu-
dicium iuratur pro cognitione magis
& simpliciter, quæ unum cum alio ordina-
tè componit, vel diducticè quæ compo-
sitione sequitur affirmatio, vel negatio, veri-
tas, vel falsitas.

In prima autem acceptione iudicia a-
lia continentur, quæ etiam est simplex, con-
cernit tamen aliquam præceptionem sim-
plicem consequentia sensiva, v.g. quan-
do ego video picturam bonam; certe si
vis illam vitiosam ac res perpendere, in-
uenies duo; nam est visio simplex obiecti,
& est visio grati, & placidi obiecti, cum
quo bene se habet potentia. Et nihil istor-
um pertinet ad estimatiuam, vel ad supe-
riorem potentiam, quia totum hoc est sen-
sibile sensatum per sensum externum. Es-
timatiua enim (ut scripsimus dictum est) so-
lum respicit disconnectionem, non sensiva-
tam. Supponit ergo hic modus dicendi ef-
fic duplicem disconnectionem, vel conne-
xione unam alteram sensum, & certum inco-
nsistentiam. Hæc Petrus Martiuz 2. Animæ, &
Boëtz 1. p.

Ex quo elicit Pet. Martiuz, ad dolorem
non esse necessarium cognoscere phan-
tasia, aut estimatiua, sed sufficere cog-
nitionem illam disconnectionem sensum per
sensum externum, quod dogma in trad. de
dolore examinabimus, est enim falsum; sed
ad præsentem resolutionem nil hoc ait nec.

Ad hanc ergo questionem quædam
dicunt, omnes istas facultates esse cognos-
civitas, vel dependentes ex cognitione;
sicut enim memoria non esse cog-
noscitivam, sed solum consideratiuam co-
gnoscit. Ita Jacobus Foët. in hoc cap. Et
minimè est quo pacto in fine huius cap. ve-
ritate condus aliquem actum elicivam rei
bus memorie.

Quare dicendum est, rectè Auicennam
tunc huius capiti imposuisse, De facultatibus
comprehensivibus. Omnes enim potentie
sensitivæ, de quibus in hoc

cap. agit Auicenna, sicut cognoscitur; apprehendunt, & iudicant sine obiecta: quod potest inductiue demonstrari, incipiendo a sensibus externis; isti enim de suis obiectis iudicant, licet non componendo, sed simplici iudicio & comprehensione iudicando. Quod probatur ex Aristotele. 1. de Anima, text. 144. vsque ad text. 149. & ibi S. Thom. lect. 1. & S. Iob cap. 12. dicebat: Nonne auris diiudicat verba? & cap. 14. Auris verba probat, & guttur etiam gustu diiudicat. Idem confirmat S. Gregor. lib. 11. Moral. c. 3. qui dicebat, quod sensus exterioris habent iudicium discretionis. Et D. Augustin. lib. 6. Musica, cap. 4. & lib. de Vera Relig. cap. 14. & 11. docet in sensibus esse naturale quoddam iudicium de sensibilibus. Quod Aristotelice doctrina consonat, dicebat enim Aristot. loco supra citato, quod visus iudicat differentiam albi, & nigri, sensus autem communis diiudicat differentiam albi, & dulcis. Et ita procedendum per singulos sensus extremos, & per sensum communem, qui est vinculum, & visio exterorum.

Sed iterum cum Dominico Bañesio re dire poterat cōtrouersia. Petrus Martenez insignis Philosopher Comptatensis (vt supra dicebatur) asserbat ad iudicium simplex sensus cuiuscumque posse sequi dolorem, & voluptatem per naturalem comprehensionem illius obiecti trahis, aut delectabilis, sine hoc, quod sit necessaria ulterior apprehensio.

Sed Bañesius de solo sensu communi philosophatur, dicens, animalia imperfecta fugere, aut profecti ad solam apprehensionem factam per sensum communem sine speciebus insensitatis perceptis, quia dicit et se quedam conuenientia sensata, & alia insensata: hęc ad assimilationem, illa ad sensum communem possunt pertinere. Sed isti auctores aberrant sine dubio, vt constat ex his, quae diximus ex mente D. Thom. agentes de pluralitate potentiarum, quae reperiuntur in animalibus, sed in particulari cōtra istos doctissimos viros redibit sermo, cum de dolore & voluptate disputabimus, non enim consonum videtur cōfundere actus tam diuersos.

Reliquae etiam facultates internae suos actus eliciunt iudicando de suis obiectis. Nam, quod concessum est sensibus imperfectis tribuendum etiam perfectioribus, & cum maiori altitudine.

Sola restat discutenda de memoria. Pro cuius explicatione notandum, quod me-

moria habeat duo, & seruare species, & memorari. Seruare species nil est aliud, quam continere in se notari verò est elicere actum circa res seruatas sub ratione praeterita sensationis. Itaque illa, quae nunquam percepta sunt, non subiiciuntur memoriae. Quando vero loquutus fuit S. Augustin. lib. 14. de Trinit. cap. 11. de Memoria, tanquam de potentia etiam cognoscente res praesentes, & adducit Virgil. 1. Aeneid. Et idem repetit epist. 7. ad Nebrid. explicans id diuinus Doctior, quod fuerit locutus de memoria, largo & lato vocabulo. Et haec dicta sunt de iudicio simplici, & apprehensione cuiuscumque facultatis sentientis.

Modò de composito iudicio asserendum, de illo, scilicet, quod collationem visus cum altero facit, ad quam sequitur veritas, aut falsitas; affirmatio, aut negatio. Circa quae non constanter asserendum hoc pacto nullo modo potentiam sensitiuam iudicare in quantum sensitiua est, intra proprios scilicet cancellos suae perfectionis.

Haec conclusio est contra aliquos, qui audent brutis concedere illas cognitiones; cum tamen sine dubio oriuntur à superiori facultate. Lancretius enim Valla, rationem tribuit brutis. E contra Pereira sensum ab illis auferre ille belluas homines facit, hinc lapides; vterque ignarus philosophiae.

Leges tamen apud authores mirabilia & stupenda de animalium industriis apud Plutarchum, quale est illud de vulpe, quae flumen congelatum non audet transire, nisi per eam partem, per quam non audiuit murmurantem aquam subrus currentem. D. Bassi. D. Ambrosii plura alia miranda adducunt: omnia tamen debes referre in naturalem quandam propensionem, quae sequitur ad praesentis, aut praeteriti cognitionem, conuenientis, vel disconuenientis, citra ullam conuenientiam, neque compositionem à brutis perceptam visus ad alterum.

CAPUT XXIX.

An facultates reëctrices locis distinguantur.

Medica est, & philosophica dubitatio, sed paucis dissoluenda; est enim huius cap. gemina. Auicenna eò inclinatur in hoc caput, vt phantasmata in anteriori parte cerebri collocet, estimatiuum hinc cogitatum in media parte; memoriam in postrema.

Secundò, quòsunt tot cellulas in cerebro natura constitutur, nisi diuersarum virtutum gratia.

Tertio, laeditur vna sine lesione alterius: ergo locis differunt. Anteced. est Galeni lib. de Diff. Symp. cap. 3. & 4. de Locis cap. 2.

Quartò, quia lesa phantasia, vel imaginatione, remedia applicantur anteriori parti cerebri: ergo ibi residet imaginatio.

Sed quintò locus est ex Galeno 4. de Locis cap. 2. vbi ita ait: Si lesa anteriori parte cerebri, remissus ventriculus per consensum afficitur, cogitatio visibilibus. Idem potest colligi sanè aperte 1. Prorethic. textu 27.

Verùm in hac questione Auicenna, & Galenus conciliandi sunt tribus conclusionibus proponendis, quarum prima est: In qualibet parte cerebri resident omnes istae facultates. Haec conclusio non potest demonstrari, tamen probabiliter suadetur.

Primò non repugnat: nam & alias facultates diuersas videmus in eadem parte, vt scripsimus dictum est. Secundò probatur, vide mus enim in temperato cerebro, vt in melancholia, modò vnam, modò aliam actio nem obedi. Tertio, quia in Epilepsia omnes functiones laeduntur, cum tamen non occupet obstructio omnes ventriculos: ergo sensò est in qualibet parte residere omnes facultates.

Secunda conclusio: In vna parte cerebri magis clucere potest aliqua ex istis facultatibus, prout in istam magis elaboratus spiritus, & maior copia insuit. Haec parte ex sentiam spiritus non aequaliter elaboratur, vt & omnes aliae res, neque ita restringitur, vt in cauitates non amplior eius copia concurrat: ibi ergo clucet magis aliqua facultas, ob commoditatem maiorè, vel minore organo à spiritu dispositi.

Tertia conclusio: Elucet etiam facultas magis in vna parte quàm in alia, ob diuersitatem temperamenti: nam anterior pars est humidior, aptiorq; proinde ad receptionem specierum; posterior pars sicior, & ideo aptior ad memorandum; media verò pars cerebri, tanquam in medio distans ab extremis, cogitatio, & illi maxime dicata est.

Ex his patet ad argumenta. Ad primum dico, Auicennam intellexisse secundam nostram secundam, & tertiam conclusio nem.

Ad secundum dicimus, tot esse cauitates, & cellulas in cerebro, ad spiritus scilicet animalis ventilationem, & elaborationem, ad excrementa facile expurganda, ad maiorem puritatem organi tam principia lium facultatum. Ex quò quàm conspicitur, vt in vna parte magis quàm in alia eluceat operatio vna, vel alterius virtutis.

Ad tertium dicunt aliqui, nunquam laedi vnam sine hoc, quòd altera per consensum laetatur. Et ita phrethides, quas adducit Galenus, non esse simpliciter simplices, vt supra dicebamus ex Rudio. Quamuis tamen haec via non incedamus, ne tanto Galeno fidem abrogemus, possumus dicere laedi manifestè vnam sine alia; non tamen ex hoc sequi esse diuerso loco constitutas, sed saltem sequi vigere magis in vna parte quàm in altera.

Ad quartum dicimus, quòd remedia applicamus in anteriori parte cerebri, quacumque existente lesione, non ob aliam rationem, nisi quia per eam viam melius penetrat virtus medicamentorum ob cranii tenuitatem, & futuræ coronalis raritatem. Hoc didicimus à Galeno 11. Method. & 2. de Composit. secundum locos; nam vel in apoplexia, vel in phrenitide, vel in cerebro applicat semper remedia anteriori parti cerebri. Itaque non rectè infert argumentum ex applicatione remediòrum colligi imaginationem in sola anteriori parte cerebri residere.

Ad quintum idem responderetur, esse scilicet verum, quòd lesa anteriori parte magis insuit imaginatio, quia ibi magis viget: lesa verò media parte cerebri, laedi manifestè estimatio. Atque hoc fuit intentum Galeni locis citatis in argum. docuit enim ipse satis diffusè libro 8. de Vsu Part. in qualibet parte cerebri residere omnes facultates. Interpretandus ergo est secundum conclusiones praedictas.

CAPVT XXX.

De virtutibus animalibus motiuis.

Postquam Auicenna egit de facultatibus sensitiuis, agit de facultatibus motiuis. Per ista enim duo distinguitur animal à non animali; per sensum scilicet, tanquam per primum constitutum; per motum tanquam

tanquam per quid necessariò consequuntur ad cognitionem. Et sic nullum animal est sine potentia sensitiva, & motiva, vel hæc sit ad distans, vel per sollicitationem, & concitacionem. Avicenna tamen (vt supra dictum est) agit de facultatibus, quæ animalia perfectio continent, vt pote quòd de homine sermo à principio institutus est, tanquam de subiecto Medicinæ. Agit ergo de nervibus, quæ mouent localiter animal perfectum, partesque illius. Breuissimum certe Cap. sed difficultatibus non caret, quas breuiter explicare conabimur. Habet autem duas partes in prima agit de instrumentis & organo motus animalis, in secunda vero de principijs & causis, à quibus sit motus ipsè.

*De instrumentis ad motum animale
concurrentibus.*

M Vita enumerat Avicenna ad motum concurrentia, chordas, iuncturas, neruos, musculos non tamen rectè pater, quòd in immediatum instrumentum motus itam dicit, quòd contractio, & flexio sunt à chordis, propter quam contractionem sit motus membri: postea dicit, quòd virtus motiva per neruos descendit, qui sunt cum musculis continui. Nihil ergo apertum docet & explicat verò Gentilis, quòd primam mouens sit cor, instrumentum eius sit neruos. Secundo musculis in quo recipitur neruos. Tertio chorda quæ contractat, & laxat. Quarto, & vltimò iunctura, hæc enim est, quæ mouetur, nam habet partem fixam cur innitatur motus, & partem quæ moueatur. Hæc Gentilis. *Quæ meo iudicio magis omnibilibi doctri nam Avicennæ, quàm declarat.*

Primo, nam dicit cor esse primum mouens, cum tamen (vt consone loqueretur) debebat dicere, quòd sit primum mouens in determinatum, ceruicem autem sit mouens determinatum, iuxta doctrinam Avicennæ supra tactam, dicebat enim virtutem animale manifestatue oriri à cerebro.

Secundo, dicit Gentilis neruum esse instrumentum cordis, quia deficit calorem motiuum & hoc facile necessarium, quia mouere est agere agens autè quòd est cor, cum sit remotus, indiget instrumento; tale vero est neruus per quem declabitur calor motiuus. In quo etiam deficit Gentilis, vel sine doctrinæ obliuiscitur: calor enim cordis sit motuus determinatè à cerebro.

Ergo virtus determinata ad mouendum derivatur à cerebro. Torum hoc concedit, & probat Gentilis in Cap. de membris. Ergo nõ bene ait neruum suscipere à corde calorem motiuum, nulla facta mentione virtutis cerebri.

Tertio, non rectè dicit, quòd membrum motum sit iunctura; melius enim diceret, quòd membrum mouetur innitens aliqua parte iunctura, iuxta illud Arist. quòd omnis motus debeat fieri super aliquo fixo.

Quarto, cum sit inter Medicos vulgare, actionem debere referri in aliquam particulam determinatam organi, quæ à Medicis vocatur singularis, debebat dicere, quæ sit pars cui debetur actio motiua. Nam vt quædam particule præstant viam, & commoderantem, ita vna est cui refertur actio. Hoc itaque quòd non dixit Avicenna, debebat Gentilis declarare, id nos in medium afferamus.

C A P U T XXXI.

Num musculus organum sit motus animalis.

Non procedit questio de primo organo motus, de quo magna est inter Medicos, & Peripateticos dissensio, de qua supra disputatum est Cap. de Membris; sed dubitatur de proximo instrumento in doctrina enim Avicennæ certum est cor esse primum mouens consensum, cerebrum mouens magis determinatè; neruū verò qui deficit virtutem istam, & musculum qui illi suscipit, propinquiora. In doctrina Galeni omnia hæc cetera sunt, relicto corde. Dubitatur ergo de proximo instrumeto motus.

Et quòd muscular non sit, probatur. Primo, nam lumbriçi mouentur spontaneo motu, & sine musculis.

Secundo, lingua foras mouetur, nullusque apparet musculus ad istum motum.

Tertio, ventriculus sine musculo, & pendenda etiam sine illo concitantur.

Quarto, brachiū circulariter mouemus quando volumus, nullos tamen ad istum motum reperies musculos.

Quinto, hyoides octo musculos habet, qui nullum præstant motum.

Sexto, septimus qui in oculis quadrupedum reperitur, opticus appellatur, quia opticeum ambit, nullum præstat motum; tantum enim sex motus habet oculus, quatuor rectos, & duos obliquos, septimus firma retentio est ipsius oculi, quies certe, &

non

non motus. Hæc & alia continisse videntur, non esse musculum proximam partem ad motus animalis pertinendam.

Conclusio tamen multis in locis à Galieno edocia tenenda est: Musculum scilicet esse immediate motus animalis organum. Sic enim definitur à Galieno: Musculus est voluntarij motus instrumentum, lib. de Motu musculorum.

Secundò ad sensum id patet: nulla enim pars est in nostro corpore, quæ voluntariè moveatur sine musculi adminiculo, quantumvis multiplex nervorum numero illustretur. Ergo indicium est, solum nervum delatorium non sufficere ad motum, nisi musculi immediate in actionem motuâ prorumpat.

Tertiò, idem confirmat Avicenna in hoc Cap. ut enim de virtute motuâ loquens: Et eas quidem penetratio est in nervis, qui sunt cum lacertis continui. Quibus verbis insinuat, penetrare virtutem motuam per nervos ad musculos; ut excitet antiquam illam distinctionem de instrumento motus. Aliud enim est instrumentum deferens, aliud instrumentum operans: instrumentum deferens nervus est, instrumentum operans musculus est. Hæc distinctio licet antiqua, explicat satis aperte quod quæritur. Desert igitur nervus virtutem à cerebro, insensitæque in substantiam musculicâ, quo resultat, ut musculus fiat operans immediatus. Neque intelligas nervi deficere ipsam potentiam movendi, aut sentiendi, hoc enim est impossibile: nam potentia cum sint propriae passionis, non movetur de parte in partem. Neque quando eodem modo dicitur, spiritus est delatorius facultatum, intelligas facultates in spiritu deferri tãquam in vehiculo, aut cum hoc enim falsum est propter rationem tactam. Et præterea, quia spiritus nò potest esse subiectum facultatum, cum vita primetur. Facultates enim vitales subiectari debent in subiecto vitali. Sed declarandi sunt Authores Medici, quod scilicet dicant, deferri virtutem, id est, contentiorem instrumentum, vel dispositiorem, vel quasi tãquam ad prædicta opera exercenda. De qua difficultate inferius distatè agemus, declarantes quid sit id, quod à patribus principibus insinuat in aliis ad suas actiones.

Ad argumenta igitur respondeamus. Ad primum dico, in his animalibus imperfectis aliquid esse proportionale musculo, quod analogia quædam respondeat musculo perfectis, sicut enim firma sine ossibus,

sine lene, siccum quendam nigrum expurgatur. Quod mirum, quod sine musculo moueantur.

Ad secundum aliqui dicerent, linguâ nihil esse aliud quàm musculum sicut animalia, aut membra, quæ mille moribus circumvolvuntur. Non tamè placeat hæc opinio, nam lingua caro spongiosa est, & fungosa, atque cum fibris careat, musculus dicenda non est. Dico ergo quòd lingua suos musculos habet quibus agitatur, duosque habet qui deferunt ad extramissionem. Quòd si Aviceros hoc negat, non est illi credendum, ob anaromiam imperitiam.

Ad tertium, motus ventriculi sine dubio est naturalis, & non animalis: ideo musculus non indiget; pudenda tamen diceris modo moventur, nam musculos quantum habent qui nervos defendunt, & propter hoc habent moveri arbitrario motu. Naturaliter etiam moventur pudenda, quia nervi duo creati sunt cum ad latera, qui implentur spirita & sanguine, ad distensionem faciendam, non quidem nervi, ut alij sunt ad sensum, & motum, sed peculiariter ad hoc munus efformati quos bene depinxit Andreas Laurent. lib. 7. capit. 7. fol. 242. Ut hinc colligere liceat, motum siue credendum pudendi potius esse naturalem quàm voluntariam, quamvis adiuvetur à musculo prædictis.

In mulieribus etiam est quædam particula peni virili correspondens, quam clitorida vocant, sine tenuissimâ, que suos habet musculos, duos scilicet exiles.

Ad quartum dicimus, quòd ad motum circulaarem nullus est musculus determinatus, sed ab omnibus sit, nam & ipse motus circularis omnes motus videtur continere. Igitur moventur brachium ab omnibus musculis successivè moventibus, deltoïdes sursum, rhomboides retrorsum, latissimus deorsum, pectoralis anteriorum movet.

Ad quintum argumentum dissolvendû, posset dubitari, utrum aliquis motus concellus fuerit hyoidi ossi, qui voluntariè sit ortus à musculo quibus connectitur. Quam difficultatem ut alias nostras, dissolvit Laurent. lib. 5. quest. 4. fol. 201. & eodè lib. cap. 17. fol. 189. Non itaque dari sunt illi muscoli ad motum, sed ut sicut phili cû alijs vicinis partibus contineretur: non enim cum alijs ossibus contineretur, sed in medio suspensus hæret, suslent aculû præbens radicè linguæ; & sic ab illis musculis continetur, cuius signum est, quòd nunquam

quam mouetur nisi ab alio moueatur: nisi enim fiat deglutitio, aut nisi moueatur lingua, non quomā a suo loco dimouetur. Contrarium autem eveniret si illi musculi, quibus colligatur, mouerent voluntariē.

Ad sextum dicimus cum Galeno 1. de motu musculi. quod musculus ille, qui reclus tenet quadrupedum oculos, etiam mouet motu tonico, interioram habens partem, ut autē que in aere fiat, non mutans locum, musculis tamen se continet. Vult ergo Galenus esse illam actionem musculorum.

Alii dicunt septimum illum musculum carnem tantum esse simplicem, ut & gingivam, ad fulcendum nervum opticū, ac ad illum firmandum.

Constat ergo, musculum proximum esse motus animalis instrumentum, ut docet Aristoteli in hoc Cap. sed cum in musculo tot sint partes diversę, merito dubitatur ad quam illarum præcipuē debeat motus actio referri.

CAPUT XXXII.

Utrum inter musculi partes nervus principatum ad motum animale obtineat.

Musculus ex tribus partibus constituitur, ex carne, ex nervo, & ex altera parte, quæ tendo appellatur. Has habet partes similes, quæ ipsi dissimilare constituunt; dividiturque in tres portiones; in caput, quod est principium musculi in ventrem, qui est modicus ipsius; & in caudam, quæ est finalis pars. Atque cum partes similes, quæ organum componunt, non aequali dignitate ad opus concurrant, nam & in oculo licet tot sint particule, crystallinus tamen humor principatum obtinet in visio, quod in cæteris organo subaudiendum est, merito dubitatur, utrum caro, an nervus, an tendo principatum obtineat in musculo. Quam difficultatem, ut propria huius Capitis, brevier discussimus.

Galenus variè loquitur de hac re. Nam lib. 12. de Viti Part. cap. 13. ait, tendinem esse præcipuam partem motuam, musculū verò propter tendinem esse fabricatum. Quam sententiam sequitur Veiga in aere Medic. sed lib. de Plenitudine cap. 5. verū principalem auctorem motus itatur. Et 12. de Viti Part. dicebat, Musculus natura-

le, & animale est instrumentum: naturale, quatenus venam, & arteriam continet, ani male, quatenus nervum.

Et postea confirmat ex octavo de anatomis administrationibus, ubi ait, cōstitne esse omnibus musculari, ut laeso necesse ludantur.

Has tamen non obstantibus asserendum est, inter partes musculi carnem fibrosam esse principalem ad motus animalis.

Hæc conclusio multis modis potest probari. Primo à sufficienti partium enumeratione, quia neque tendo, neque nervus, ergo caro. Quod tendo non sit præcipua pars, probatur, quia omnibus musculari connectitur, quod falsum est: multi enim sunt musculi sine tendine, ut musculi linguæ, laryngis, ani, v. c. &c. docente Galeno lib. 1. de Motu musculor. cap. 1. non enim reperies tendines nisi in musculari deservientibus ad fontes de robustos motus, ut debent dicere, tendinem non esse necessarium ad motum, sed ad validum motum. Ergo alia pars simpliciter necessaria assignanda est, per quam musculus motum efficiat.

Præterea neque nervus est princeps motus, nam moueret visus: at neque in ventriculo, neque in intestinis, aut visceribus mouet.

Quod si dicas, in consualione nervos, vel impleri, vel calcicari, nam sit ab una e duobus causis, totamque affectionem in illos devolvam, in carnem musculi. Respondenti potest, insolentiam accidere carnem, imò prius quam nervos. Et in repletionem similiter non solum nervum, sed carnem ipsam repleri, & contrahi. Unde si queat, partem affectionem in vera consualione debere esse carnem illam nervulis referam: quia præter alias rationes, non est possibile, ut contractio nervi sit sufficiens, quia distributio nervi est flexuosa, & non recta. Et ita quæquam imaginem solum nervum distendi, non potest contuñere partem versus originem, nisi ipsa musculi caro consualionem paratur: & ita ipsa est necessario laceranda.

Præterea nervus non inseritur in musculo nisi oblique & flexuose, quod non aaximè contractionem impedit. Ergo relinquatur, ut caro musculi proximè in actionem prorumpat, vel, ut stricte loquamur, musculus per hanc carnem motum exequatur, ut oculus per partem determinatam. Et ex ipsa antiquorum proprietate in describendo consilare potest, nam Hippocrates musculi carnis appellat, archan Gregor lib. de Fractu.

Fractur. 4. Aphorif. Galenus etiã r. Meth. & lib. de Orib. & lib. Art. Medic. capit. 59. Refert enim Galenus quendam fuisse pestem, in qua carnes tantum musculorum exedebantur, nervus illatis, mortisque omnis illius partis dependebatur.

Ex his possunt fieri argumenta, si argumenta, & non autoritates desideras. Primo, ubi cumque caro adell fibrosa, ibi volutaris motus; non tamen hoc contingat ubi nervus, aut tendō.

Secundo, quia tota curis multorum ani maluit, ut bos, equorum, canum, quadrupedum tandem, tota inquam, voluntarie moveatur, quia adhaeret pñiculo fibris carnis contexto.

Tertio, hominum cutis non moveatur, quia panniculus nervosus est, non ea motus in sola facie moveatur cutis, quia adhaeret carni fibrosa.

Quarto, quia ex doctrina Galeni, illa pars est actionis proximior causa, quae organo ita peculiaris est, aut ita cum tali actione proportionem & connexionem habet, ut nullibi sit illam repente sine tali effectus huiusmodi autem est caro fibrosa: nervi enim & ligamenta vobis sine tali actione inveniuntur.

Quinto, imò ut Aristot. docet 3. de Hist. animal. carnem vult esse principiam partem cuiuslibet instrumenti. Si caro cerebri generat spiritus arteria preparant, caro hepatis generat sanguinem, caro renu sentent, caro pulmonis aerem, caro renam ferunt alicui, et de illa sua obiecta alterant, & transmutant. Non ergo negandum est, quin musculorum caro sit principia pars ad musculi actionem.

Per carnem autem in hac questione intelligere oportet fibrosam & nervosam, ad aliam similes enim, quae in multis nostri corporis locis reperitur.

Secundò, dubites iam, quare inter partes musculi sola caro principia obtineat? Respondere poterit, quod milia à cerebro descendens, patitur, in qua recipitur, requirit aptitudinem: ad motum autem quoque partes dures, ut ossa; neque extremè molles, quales pterorum existunt, aptitudinè habent: sola restat caro fibrosa ad aliam influxum suscipiendum aptissima, ut praedictum finem exequatur. Nam motus cum magis in actione consistat, quam sensus, qui partim quoddam est, fibrosam carnem ad motum elegit natura, ut caliditatem & adhaerentiam, saltem multò magis quam nervos extinguit. Atque ex consequenti aptissi-

mè natura carnem motui dicant: hanc enim non solum multum, & calidum spiritum animale contineat, verum eius calorem adtingit. Alij sunt vbi carnis fibrosae, quos Galenus recenset lib. 12. de Vita Part. cap. 3.

Quae in contrarium adducebantur, facillime habent solutionem: nam si tendimus aliquando Galenus motum auctorem dicit, declarandum est de motu violento, valido, aut magno: si nervum, delatorum virtus intellexit, et supra dicebamus.

Imò nostram conclusionem probat Avicenna in hoc Cap. siquidem dicit penetrare virtutem motivam per nervos continuatos cum carne musculosa, quae dicitur, per carnem nervicam & fibrosam.

CAPUT XXXIII.

De principijs, quae per ista instrumenta operantur.

IN secunda parte Cap. agit Avicenna de alijs principijs, quae videntur se tenere ex parte efficientis causae, ex parte animae, & facultatum illius. Dicit ergo, & est genus quod secundum specificationem principij motuum specificator. Haec dicit loquens de virtute illa, sine de diff. ostensione, quae per nervos descendit, super praetaphora à genere Logico: dicunt enim Logici, penes esse contrahibile, & per proprias varietatesque speciei differentias contrahi, & determinari, ut animal per rationem ad esse hominis, per irrationem ad esse bruti, &c. Ita similiter dispositione motiva, quae à cerebro per nervos descendit, determinatur à musculo pedis ad motum pedis, & non ad alium; à musculo manus ad motum manus, &c. de similibus. Idem enim de spiritu animali philosophatur Avicenna, quod nos supra dicebamus de calore infusente cordis. Nam vi calor cordis sine spiritu ad partem aliquam accedens, illam actuan do, illius est, & non alterius, ita spiritus animalis specificatur in vnoquoque organo, vel sensu, vel motu.

Ultimò docet Avicenna, quod praeter spiritum, aut infusionem per nervos, alia est natura in musculis, quae sequitur aptitudinem animalitatis. Quae vis verbi aperte declarat, facultatem animale motivam in musculus, tanquam in organo proprio residere.

Potest igitur intentum Avicennae ita colligi: ad motum concurrunt musculi, ut proximum instrumentum, in quo duo residet principia. Primum est, facultas inerta motiva. Secundum est, dispositio à parte principis derivata, & ibi specificata.

In hoc tantum multa sunt difficultates. Primo, quo pacto nullam faciat mentionem facultatis motivae imperantis, sed solum executivae. Secundo, quomodo non dicitur spiritus animalis determinari à partibus, sed esse virtutem determinatam, quasi intelligeret facultatem aliquam descendere. Quae omnia, & alia multa ab interpretibus tractata, à nobis exaranda sunt.

CAPUT XXXIII.

De facultate imperante motiva.

AD motum animale plura concurrunt, quae se tenent ex parte causae efficientis (hucusque enim materiam motus explicuimus, supererat igitur de efficientibus aliquid dicere.)

Primum motus principium est, illud quod vocatur directivum, quia dirigit motum. Hoc minus adimplet in homine intellectus practicus, in brutis estimativa: per cognitionem enim boni, vel mali dirigitur animal ad motum executivum. Quam doctrinam etiam insinuavit Avicenna, dicens in fine Cap. quod natura, quae est in musculis, sequitur iudicium estimativae.

Secundum principium, quod ad motum efficiendum concurrunt, recte potest vocari impulsivum ipsius motus: appetitus enim semit vias in brutis, & volunas in homine, postquam facta est apprehensio, impellunt animal, & in motum faciunt prorumpere. Et licet appetitus proprie sit potentia, quae elicit motum, tamen potentia cognoscitiva dirigit pens, & demonstrat sequenda, vel fugienda. Hinc est, ut tam appetitus quae sensiva, vel intellectus practicus dicantur facultates imperantes. Quod intellexit S. Thomas 1. part. quae. 78. art. 1. ad 4. ubi enim sensum, & appetitum imperantes appellavit. Atque licet interpretes Avicennae in hoc textu nullam faciant mentionem illius facultatis imperantis (quod mihi mirum videtur) tamen strido quodam verbo Avicenna illam subintellexit, cum dicit quod in vnoquoque musculo alia sit natura, quae sequitur iudicium estimativae, à qua procedit communis consensus. Illam au-

tem communem consensus ego sic interpretor, quod scilicet ab estimativa cognoscente conveniens, vel disconveniens, resultat statim rel. quarum facultatum cooperatio: statim enim insurgit appetitiva, & imperat motum, & statim subsequitur executiva musculi exerceens motum. Hic proprie est communis consensus inter superiores, & inferiores potentias, inter imperantes, & subservientes: non enim credendum est principem Avicennam principis facultatis oblitum fuisse.

Sed Genitilis (ut cepti dicere) sui oblitus videtur in hoc Cap. nam istum consensus enarrans, fieri inquit inter estimativam, memoriam, & imaginationem; quia estimativa eget istis potentijs ad iudicandum de obiecto appetibili sibi proposito. Certe tam subtile virum nollem sine magno fundamento reprehendere: potius elige rem amice illi interpretari. Sed in illo contentu explicando, quare appetitiva potentia fuit oblitus? Hae enim est, quae proprie, & verè consensus estimativae. Imò ad hunc finem creatus fuit appetitus, ut estimativa sequeretur. Reliquae potentiae imaginatio, & memorandi sui iuris sunt: appetitus autem quali proprio pondere sequitur actum estimativae.

Præterea fallitur Genitilis quando dicit, estimativam ad suum iudicium faciendum convocare memoriam, & imaginatricem. Ad quid (obsecro) ad quid convocantur illae? Praesentis mali illatio nonne ab estimativa cognoscitur? Nonne appetitus fugit nulla memoria operante? Praeteriti clamati recordatio, aut boni amissi lamentatio, ad quid opera indiget phantasia? Nonne memoria, mala praesentia solet, ut praesentia repraesentare? Aestimativa, vel ratio illa, ve tristia indicat, & appetitus dolet? Igitur necessarium consensus debet Genitili fatenti inter cognoscitivam conveniens, & disconveniens, & appetitivam, quae in bonum animalis insurgit, & executivam motus, de qua statim disputabo.

Vbi autem resideant illa imperantes est aliqua controversia, quam supra attrigimus in Cap. de principatu membrorum. Peripaterici in corde ponunt appetitum imperantem: multi Medici in cerebro. Atque hoc de animalibus perfectis est intelligendum: nam omnes conveniunt, sensum & appetitum extendi per animalium imperfectorum partes, iuxta illud vulgare dictum: Vbi sensus, ibi & appetitus.

In ho-

In homine verò misit aliter philosophamur, nam appetitus motuum, qui nihil aliud est quam voluntas, siue appetitus rationalis non consistit in aliquo determinato organo corporali, sed in ipsius flantia anima.

CAPUT XXXV.

Utrum appetitus moueat per solum actum appetendi, an per alium diuersum.

Magna est inter Thomistas dissensio circa hanc difficultatem: nam Caietanus lib. de Anim. 1. cap. 6. putat appetitum habere duos actus; vnum immanentem, quo appetit bonum sibi conueniens; alterum verò transiuentem, quo mouet corpus secundum locum.

Probatur hæc sententia, quia Aristoteles magna diligentia de isto principio motuum persequutus est: quod non faceret, si solum per actum purum appetendi siue imperandi moueret; nam etiam per hunc actum exercentur alias actiones sensuum; videndi enim, & audiendi, &c. manna cū voluntas experitur. Ergo signū est, quod appetitus per actum aliquem diuersum moueat, diuersum, inquam, ab imperio, imperium autem sit tanquam ratio, & causa actus motiui. Quod autem appetitus non solum motum, sed actus sensuum, & intellectuum in hoc genere causet, dicitur S. Thomas 1. 2. quæst. 9. & quæst. 17. Secundo, quia motus localis animalium est animalis, ergo à potentia animalis elicitus; ergo motus sit per actum peculiariter eliciti ab appetitu.

Altera tamen ex parte insurgunt alij non minoris note Thomistæ, vt Ferraricus contra Genr. cap. 52. ait enim appetitum mouere animal per eundem prorsus actum appetendi, & imperandi, sine hoc quod sit necessarium superaddere aliam facultatem, notālium actum. Nam D. Thomas solum mentionem fecit actus appetendi, per quem sine alio actu producit motus.

Vt autem declaret hunc doctrinam Ferraricus, dicit satis acutè, quod motus animalis non comparatur ad appetitum, vt actio propria ipsius, sicut calefactio denominat ignem calefacientem, non, inquam, si, sed comparatur, vt effectus illius actio-

nis, quæ proprie dicitur mouens. Itaque quando dicimus, appetitus mouet, in per motum non intelligimus formaliter ipsam actionem mouentem, sed partem actionis imperandi, cum habitudine ad hunc effectum, qui est motus. Tunc ergo appetitus dicitur elicere motum, quando comparatur ad effectum motus in actu, & tunc causat motum, quando imperat cum tali habitudine ad motum.

Ex quo sequitur vt tacite obiectioni respondemus, quod actus imperandi licet sit formaliter immanens, productiue tamen, & virtualiter sit transiens. Quamuis enim ex 4. Metaph. actio immanens, vt sic, & in sua formalitate, nullum habeat terminum extra ipsum agens, qui non identificeetur cum ipsa actione tamen bene potest fieri, vt aliqua actio immanens ponat aliquem effectum in re, qui distinguatur realiter ab ipsa actione, v.g. Angelus per voluntatem se applicat loco huic, aut illi: & sic applicatio quamuis sit proprie & formaliter immanens, potest dici transiens; imò est transiens respectu loci, vt colligitur ex D. Tho. 1. p. q. 76. ar. 1. & q. 52. ar. 1. Et actio creatura est immanens quatenus nihil est aliud quam ipsam velle diuinitus dicitur tamen transiens respectu effectuum quos producit ad extra.

Sed ea templa magis apertum habemus, siquidem loquimur de ipso motu locali: vt enim Angelus per actum voluntatis imperantis mouet cælum circulatori, ita formaliter anima per actum appetitus imperantis causat motum localem in corpore animalis.

Verum distinguere hæc sciētæ appetere, & imperare: appetere enim non dicit nisi tantum simpliciter actum immanentem appetendi tale obiectum: imperare autem est quod possidet, & dicit actualiter & exercet habitudinem ad obiecta. Et hoc imperare realiter est mouere, & verò: est actus immanens, quatenus respectu loci effectus ipse sit extrinsecus. Quare malè Caietanus mouere dicit esse actum transiuentem: est certe immanens licet, ipsum imperium: quod satis probat Petrus Martinez 3. de Anima c. 8.

Hæc est inter Thomistas dissensio, & est doctrina S. Thomæ Caietani & Ferraricis sit vt antesignani & principes, merito vt vtraque opinio tanquam probabilis sustinetur.

Melius tamen videtur non esse addendas facultates & actus sine necessitate. Atque si potens est appetitus motum imperare, vel elicere, & partes mouende sunt obediētes ad motum, quorūm alia potentia motiua superaddenda est? Neque aliam

actus realiter distinctus ab appetitione, sed sola ratione distinctus: ille enim actus appetendi, & imperandi cum habitudine ad motum, est motuus.

Ad argumenta Caietani responderi potest. Ad primum dico, quod appetitus diuerso modo se habet respectu motus, ac se habet respectu sensus, sive intellectus. Nam licet intelligam, aut videam quando volo, sive actus solium est imperariuus, ad quem sequuntur alie potentie actiue, que sitos actus produciunt. At vero in motu diuersa res est, nam appetitus impetat, & elicet motum, vt dictum est. Diligens autem fuit Aristoteles ad inquirendam istam potentiam appetitiuam, quia obsecrum est, vt appetitus per actum volendi & imperandi producat motum.

Ad secundum facile respondemus, nam appetitus per actum istum mouendi, seu imperandi non solum producit actum vitalem, quia procedit adto illa a principio vitali; sed etiam producit actionem animalem, quia actio illa procedit a principio animalis, presuppofitioe, & directiue, nempe ab affirmatiua cognoscente: & procedit effectiue ab appetitu tanquam a facultate animalis elicitiua.

Hucusque dictum est, que sint principia motus principaliora: nunc propius suscedamus ad textum Auicennae, & dubitemus circa illa verba: *In quoquoque musculo est alia natura, qua est sequens inditium affirmatiua.* Per illa enim verba Auicenna nobis declarat tertium aliud principium esse superaddendum, quod in musculo resident motum ipsum exequatur, quasi sufficere non potuerint affirmatiua, & appetitiua, nisi natura haec, que est in musculo, ipsum motum exequatur. Vnde vulgaris modus loquendi inrer Philosophos exirrit, afferentes potentiam istam, residentem in musculo, esse executiuam motus. Atque adeo tria ponunt principia: potentiam cognoscentiuam boni, potentiam appetitiuam, & imperariuam, vt illud bonum consequatur, & tertio potentiam executiuam ipsius motus, que residet in ipsis musculis. Hanc ergo tertiam potentiam docuit Auicenna in illo textu, circa quam est maxi-

ma inrer eruditos contentio.

(1)

CAPUT XXXI.

Verum facultas executiua, qua residet in musculis, sit actiua, an potius passiuua.

Am accedimus ad tractanda ea, que inrer Medicos magis disputari solent de his, que concurrunt immediatius ad motum. Medici enim relicto appetitu, & cognitione, de his agunt, que in ipsis partibus continentur, de influxu, de spiritu, de temperie, de illustratione, de potentia executiua morali: haec enim omnia, vel aliqua eorum diuersas opiniones repetit debent in musculis, vt actus exerceant, & exequatur motiois animalis. De quibus qua potero claritate breuiter disputabo.

Opinantur aliqui Philosophi potentia residentem in musculis esse actiuam, & elicere motum actiue, licet respectu appetitus sit vt imperata.

Probant, quia haec potentia appellatur a S. Thoma virtus superaddita appetitiua: sed virtus in communi doctrina se tenet ex parte principii actiui; ergo ista facultas musculorum actiua est.

Secundo, quia instrumenta reducuntur ad genus cause efficientis: sed Aristoteles inquit, quod prater appetitum est aliud instrumentum, quo motus perficitur. Hoc autem nullum aliud est quam musculus, cum sua facultate executiua. Expressit enim de instrumento loquitur 3. de Anima text. 34.

Tertio, quia inter genera potentiarum motiuam ponitur ab Aristotele, tanquam distincta potentia actiua, & productiua motus. Supra enim dixi quinque esse genera facultatum, appetitiuam, loco motiuam, intellectiuam, &c. Ergo prater appetitum potentia executiua ponenda est, que musculos in executionem motus concitet.

Contraria tamen sententia placet viris doctissimis, praecipue Caietano 1. de Anima capit. 6. vbi probat potentiam executiuam esse passiuam. Atque ex consequenti in hac opinione Caietani, totus musculus, & quicquid in illo reperitur, passiuus se habet respectu appetitus: ita vt nihil aliud sit haec facultas executiua, & musculus ipse, quam quoddam organum, siue instrumentum debite dispositum in ge-

aliquam causalitatem eminentialem, ergo neque influxum propriè dictum.

Secundò, vel iste influxus ponitur ad esse partium, vel ad operari ipsarum: sed ad nullum istorum est necessarius, ergo non est ponendus. Constat minor: quia anima est tota in toto, & tota in qualibet parte. Præterea potentia ad operandum est insita in vnoquoque organo reitè disposito: ergo neque ad esse, neque ad operari aliquid dicitur. Ergo non est necessarium ponere influxum.

Tertiò, à sufficienti partium enumeratione probatur. Potentia vegetales nō indigent aliquo influxu: quælibet enim pars plantæ nutritur, sine hoc quod altera pars insinat in illam, aut in elusionem. Quod similiter contingit in animal.

Potentia motiua membrorum profus sunt obediensiales, & nihil aliud faciunt, nisi obedire appetitui imperanti motum. Potentia sentientes habent immanentes suas actiones: nulla ergo facultas habet insinere in partes; neque eger alia ad suas actiones: ergo non est ponendus influxus.

His tamen non obstantibus, communis Medicorum consensus tenet, à partibus principalibus aliquid denuari in alias, quod est necessarium ad operationes: & vocatur influxus: derivatio illa, qua illud transmittitur, illud verò quod per influxum descendit, quidam sit, est positum in controuersia. Itaque conueniunt omnes, quod est influxus. Sed disconuenientia excitatur circa id, quod per tales influxum comunicatur. Et meritò vocatur influxus, supra similitudine à corpore caelesti, quod insinere dicitur, quia mittit in hæc inferiora aliquid, quod receptum à potentijs inferioribus, complet actionem. Oportebat enim, ut mandus hic minor adhuc in hoc maiorem mundum representaret: habet ergo suos calos influentes, partes namq; principes.

Et probatur hic discursus ex ipso rei euentu: nam cessante transmissione ista, cessat actio partium. Ergo datur influxus. Videmus enim amitti sensum, aut motum, obstructa via, quæ est inter cerebrum, & partes, ut in apoplexia, in paralyti, &c. & ligata arteria, partes infra ligaturâ nō pulsant: ergo signum est dari influxum à partibus principis in alias, ad actiones necessarias: hæc est doctrina Galeni communiter recepta, quæ utrū habeat euidentem demonstrationem, forsitan examinabimus. Tamen certum est, concludere argum. Galeni, quantum

ad hoc, quia si ligata arteria, partes eius infra ligaturam non pulsant, ergo aliquid transfertur per ligaturam: conducent ad actionem pulsandi; videtur ergo probabile, quòd illud quod auferretur, deducatur à partibus supremis, & impediatur in itinere.

Influxus ergo iste magis necessarius videtur, quàm influxus caelestis: nam cessante motu caeli, probant Metaphysici, quòd non statim cessaret actio inferiorum entium perfectiorū; duraret enim per aliquod tempus. At in partibus nostri corporis videntur se res habere; nam neque per minimum tempus potest moueri pars, aut sentire, sine influxu à cerebro: datur ergo influxus.

Ex his patet ad argumenta. Ad primum dico, quòd partes inducentes sunt perfectiores alijs; non enim tantum sibi ipsi, sed alijs etiam operantur. Atque adeò habent quandam eminentiam supra alias, ut scilicet possint generare aliquid, & illud prestare omnibus commune, quod maximè conueniat ad actionem. Et hæc est eminentia quedam virtus, & vniuersalis pro toto: ut cælum habet producere lucem, & per lucem omnia inferiora adiutare. Lux autem caelestis eminentia quedam qualitas est, primum qualitatum, & aliorum multorum effectuum productiua (iuxta multorum Peripateticorum sententiam. Non tamen est necessarium de huius veritate nunc disputare, quia ut exemplum adducitur.) Ita similiter cerebrum rei, quam mittit, talè eminentiam tribuit, ut in auditu sit dispositio ad auditum, in musculo sit dispositio ad motum, &c. et enim quid contrahibile, ut supra dicebat Avicenna. Et sic quantum ad hoc dicendum est, quòd cerebrum, & cor contingant eminentes in se dispositiones necessarias ad operationes aliarum partium.

Quod autem adducit argumentum, partes principes esse agentia vniuoca, supra iam declaratum est, quo pacto sit intelligendum: nam respectu termini sive nutritionis diximus esse agentia vniuoca: respectu verò illius, quòd generant propter alias partes potius, dicenda sunt agentia analogica, non purè æquiuoca, ut ex D. Thoma adducebam in tractatu de sanguinis generatione.

Ad secundum dicimus, quòd iste influxus est necessarius ad operari: nam quantum anima sit in qualibet parte, & potentia

fer in organo bene disposito, indiget tamen ubi superior influxus, sicut oculus indiget lumine externo ut videat, ita indiget influxu cerebri, & ut deficiente lumine non videbit colores, ita etiam deficiente influxu. Sola est differentia, quod lumen se tenet ex parte medij externi, influxus vero se tenet ex parte dispositionis organi interni.

Ad tertium, Sub dispositione versatur, & adhuc sub iudice lis est, que operationes indigeant influxu. Nam vero dicimus, quod quantumvis sensitivae actiones sint immanentes, & sicut a potentia propria, & potentis motus executivae sint obedientiales, cum hoc tamen, organum illarum indiget influxu, ut probatum est. Quae autem sit causa quare indigeant influxu, statim declarabo.

Quae sit ratio, quare vegetales potentiae non indigeant influxu, animales vero, & vitales illo indigeant, recte tangit Veyga lib. 1. de Locis altit. cap. 6. fol. 236. numero 20. qui postquam Turisiam, & Alexandriam reliquit, suam conceptum sic adaptavit.

Primo supponendum est, imperfecta animalia, ut insecta, quae scissa vivunt, in quavis parte habere sufficientem dispositionem ad sentiendum, nec aliunde demandari, siquidem quilibet pars sine alia perirent. Ergo natura perfectiora animalia efformans, siquidem negant insitum influxum, propter alius aliquid negant. Ergo perfecta animalia debent habere magnam communicationem inter iudicium particulare sentiendum, & iudicium estimativae cerebri, speciesque apprehensae debeant in unam principium confluere, ut in sententiam communem quod tamen fieri non poterat, nisi per aliquid commune portaretur sustinere, atque adeo per spiritum penetrat illa species. Neque etiam sensus movetur nisi apprehensa specie boni, & mali. Similiter (dicit) in corde contrahit nam facultatis illustratio dicitur sua simul descendit cor, & arterias; illustratio compressiva simul comprimit; alia enim motus se impediunt.

Haec Veyga, ne sua laude

quaequam deserviat.

(1)

CAPVT II.

De quidditate rei, quae per influxum communicatur a partibus principibus.

Magna est controversia in hac difficultate. Quidam asserunt, communicari temperiem quandam: cum enim ad actiones nihil aliud requiratur quam facultas, & organum bene dispositum, & dispositio haec consistat in tribus, videlicet, in compositione, unitate, & temperamento, compositio non potest communicari, unitas etiam non communicatur, reliquum ergo est, ut temperamentum sit illud, quod per influxum transmittitur; non aliter ac sol per ita omnia inferiora spargit calorem, quendam tanquam continuam vitae temperamentum. Et verè dicimus, quod influxus calorem aut id fiat per lacem, aut per aliam eminentem qualitatem, non moror.

Hac tamen opinio non evacuat totam difficultatem. Nam si quod communicatur per influxum est aliquid pertinens ad primas qualitates, debet amitti, & induci in tempore sensibili, quia primae qualitates cum habeant contrarium, sine cessante producuntur, & successivè corrumpuntur. Ergo si quod communicatur est calor, aut frigus, &c. per aliquod tempus poterit persecrari in subiecto, aut in particula, quae debet operari, & ex consequenti poterit operari per idem tempus, sine hoc quod de novo adveniat alter influxus. Hoc autem est contra experientiam: videmus enim, quod statim auferatur actio ablato influxu, sicut ablato sole auferatur lux; non ergo est temperies, sed aliquid aliud. Argumentum hoc desumitur ex Galeno 6. de Plac. cap. 4. Nō enim, inquit, qualitates elementares perdent in esse, & in conservari, à suis causis, sicut lux à luminoso, & ex consequenti non proprie pertinent ad influxum, de quo disputamus.

Secundo, contra eandem opinionem arg. Quia temperamentum partis nullò magis laeditur per defectum spirituum vitae (si enim consistant naturam temperamentum) magis, inquam, laeditur quidem per defectum spirituum animalium, aut per defectum influxus cerebri, & tamen non laeditur sensus, & motus; ergo signum est aliquid aliud esse praeter temperamentum.

Aa 3 Et

Et confirmatur. Nam id quod commu-
nicatur, neque à frigore, neque à calore, &c.
corrumpitur; non ergo est pertinet ad pri-
mas qualitates. Nō enim per febres arden-
tes, aut per interea frigora, pulsus aut sensus
amittitur, nisi dum viā impeditur influxus:
ergo non in temperamento collocari debet
influxus.

Tertio, & ultimo: Quia immixtū calamo
in arteriam, si postea lux, ita ut hōmoco-
pia spiritus trahat ad partes inferiores, tūc
certe temperantia excipitur in illis par-
tibus sicut arteria tales, & tunc descen-
dunt spiritus sicut arteria: & tamen illa par-
tes non pulsant. Ergo liquor est, præter tem-
peramentum aliquid aliud, per influxum
communicat.

Argumentū est desumptum ex Galeni
lib. An lang. in arter. cont. q. 4.

Secundū opinio magnam occasionem
habet in Galeno q. de Plac. c. 4 multones
enim dicit communicari à cerebro quali-
tatem quandam tam perfectam, ut illa cō-
parat lucem aliquando dicit esse qualitatem
sine materia. Atq. cum tunc celerit eius
descensus putant quidam hanc esse qua-
litatem pure incorpoream, & spiritualem,
plicitate certe æquens Galenū: tunc
putant, ut eius incōmmodum publicanū
esse incorpoream; et verū error pueritū
nulla enim sunt potest. in corpore in no-
bis, nisi spirituales, intellectus, voluntas, &c.

Præterea ab agente corporali non potest
produci aliquid spirituale: cor autem, &c.
rebrum agentia quædam corporalia sunt,
non ergo producant rem spirituale. Quid
verò Galenus dixit esse qualitatem sine mate-
ria, non intellexit spiritū, ut est Angelus, sed
qualitatem communicatam sine corporis
communicatione; intellectus enim præter spi-
ritus vitales, aut animales aliquā qualitate
transmitti, ad modum lucis.

Alij nullū putant incorporeum, quod à
cerebro, & corde in nervos, & artenas ip-
sæ facultates communicetur: quod multis
Galeni locis potest probare. Nā ferè sepe,
id quod influit in partes, facultatem appel-
lat. Idem insinuat Aulicena in illo Cap.
Vnde ortū duxit vulgaris locutio: A cere-
bro descendit facultas mouendi, & sentiē-
di, à corde facultas possant.

Hæc tamen opinio est falsa, ut suprà di-
cebam. Nam facultates illæ producuntur
ab anima per solam resultantiam in orga-
no proprio. Impossibile ergo est, quod par-
tes producant facultates in alijs partibus.
Nam ut facultas visiva in solo oculo testi-

der, neque oculis potest producere potentia
simile in alia parte; ita neque eorū, neque cere-
brum possunt mutare facultates ad alias
partes, vel illas producere.

Ut ergo quætionem dissoluamus in
communem sententiam Medicorū vnicū
proponamus conclusionem, quæ talis est.
A cerebro & corde, in nervos, & artenas
cōmunicatur quædam qualitas ad actio-
nes necessaria; quam Galenus nomine fa-
cultatis insigniuit. Ista conclusio ex dictis
potest constare, nam aliquid derivari neces-
sarium ad actiones videtur certum; quin-
dem illa absente minimo sunt, & illo præ-
sente statim prorumpunt. Et cum non sit
pertinet ad qualitates elementares (ut
probatum inquit) insingit sollicitudo ad
querendū, quæ qualitas sit ista, aut quæ
nomine insignitur? Vnde in doctrina Ga-
leni dicendum est, esse qualitatem emittē-
talem, ut est lux, quæ habet in se posse dis-
ponere partes ad actiones superiori modo
ad qualitates primas, Dixi, ut lux, quod simi-
laris, lucis, & quod opinetur, & quod
hōmocoia cōmunicatōnis, cum enim
non habeat contrarium potestatem (dicitur
modis modum sit liberum) cōmunicat-
ur ut lux. Et ista descensus sine mixtura
dicit à Medicis (ob similitudinem) dicitur
inadmitti, aut illustratio. Quamvis enim
partes principes non producant veram lu-
cem, & illuminationem (sicut sint aliqui
studij qui opinantur veram esse irradi-
ationem luminis) tamē quorūdam partes nō
poterunt producere qualitatem aliquam
similem luci, si talis est necessaria ad actio-
nes animalis perfecti. Si corpora illa visibi-
lia per aerē spargunt suas species, quorūdam
partes principes non poterunt aliquid pro-
ducere eū tali modo, & subtilitate, ut pos-
sit citissime ad organa peruenire. Equidē
dubitatio poterit versari circa istius quali-
tatis essentiam, & circa necessitatem illius,
& modum quo concurre; tamen videtur
(sine controuersia) esse aliquid quod in-
fluit.

Hincque probabile manet, ex Galeni
sententia, esse qualitatem similem luci
quod communiter defenditur in scholis.

Disputant verò aliqui quo pacto pro-
ducatur ista qualitas: quod in se-
quenti cap. decla-
rabo.

(3)

CAPUT III.

*Utrum qualitas influens producat
ab anima vel natura, an ab anima
vel anima est.*

NOtandum secundum aliquos professo-
res huius temporis, quod ista qualitas
non producat ab anima et anima est, sed
ab anima et natura. Maxime enim hoc vi-
detur probabile, non quidem per actum ve-
getandi, et per se constat à sufficienti enu-
meratione omnium actionum partis vege-
tati, quæque per potentiam pulsificam: nã
virtus hæc pulsus effectiva tantum est pro-
ductiva proprii terminus. Dicemus enim in
tractatu de Pulsibus, quod terminus pul-
sus et motus est, solum est vltimè alter ve-
rè terminus consequens, qui est distributio,
& gubernatio spiritus, ad habet cum
qualitate illa de qua loquimur. Age iam, &
physica ratione procedi. Alitro non potest
esse principium actuum alterius actionis,
ergo neque alterius terminus. Et sic neque
pulsatio, neque quæquid in pulso reperitur,
potest esse principium productionis illius
qualitatis. Neque terminus ipse pulsus, ut
sic nam ubi nullus qualitas est producti-
ua, neque terminus alterius, totum il-
lud resanditur in temperiem ipsam influen-
tem. Probatur autem esse non communi-
cari per istum influxum aliquid pertinens
ad penitas qualitates.

Solum poterat esse dubium, nam cum
in tractatu de Pulsibus assererem, sic, ordina-
ri pulsam ad perfectionem, & esse reliquo-
rum omnium motuum vitalium. In rebus
hæc ratione attingit ad cor vitaliter gene-
rare istam qualitatem, quæ possit aliter
arterie pulsante, ut ad eandem partem prin-
cipem pertinet conferre vitalitatem per
pulsam, & dare qualitatem istam, atque ut
cor vitaliter se gerat in vno actu, vitaliter
se etiam gerat in altero.

Hæcque opinionem proposui quorundam
recentiorum, tamen mihi nondum pla-
cet, neque existimo esse consonam opti-
mæ philosophiæ; imò sibi ipsis aduer-
tur.

Quod sibi aduerteretur patet; nam, po-
nunt sanguificationem factam ab hepate
esse vitalem, quia est à principio vitali, &
tendit in terminum vitalem. Et nullum pu-
tant inconueniens, quod aliqua actio vita-

lis sit transiens. Si ergo sanguificatio est ac-
tio vitalis, quæsumus, propterea istam qua-
litate influens non erit vitalissimam si qua-
litate sanguinis, & qualitate spiritus erit
fuerunt à principio vitali, quorundam hæc
qualitas illustranda non fuit à parte ar-
mata in quantum ministrat?

Sciendum itaque, quod si ex parte prin-
cipij actus sanguificatio est vitalis, etiam
productio illius qualitatis originatur à
principio vitali, ex parte termino ad quod,
ut sanguis in materiam abicit nutriti, qua-
litas hæc sit dispositio partis visentis ad
operandum vitaliter, ita ut possit nominari
dispositio vitalis.

Restat ergo, ut argumenta contraria
dissoluamus; omnia enim cõ tendunt, ut
quæramus, quæ potentia producat istam qua-
litate. Dico, non esse necessarium ad op-
erari potentiam distandam ad productio-
nem illius qualitatis; sed pars animata, in
quantum animata, habet producere istam
qualitatem ita necessarium, sicut obiecta
species per modum vsque ad sensum dis-
fundunt, neque ad hoc nisi generis) ponit
potentiam particularem, sed afferimus,
corpora esse diffusiva istarum specierum;
quorundam ergo pars animata, ut cerebrum,
&c. non potest producere aliquid eleva-
tius, quàm sint qualitates primæ, ad beatum
torius non aliter, ac multa corpora (resin-
quo speciem sensibiles) quæ diffundunt ali-
quam qualitatem superiorem ad primas,
aut aliam rationem. Si autem volueris fra-
gere potentiam, voca istam illustratam.

Et sic ad argumentum dicimus, quod
producat ista qualitas ab anima et ani-
ma est, tanquam à principio quo operante
elevatur in quod ob partem de finis pra-
stantiam. A cerebro, aut corde, ut prin-
cipio quod, animata est, potest tamen nullam
esse actionem animam, quæ procedat ab il-
la tanquam à natura solitarie, quod, cum
agam de vitalitate, explicabo.

Hæcque dictum est, quo pacto ali-
qui non probent generatorem istius
qualitatis esse ab anima et natura, & quod
posset responderi, nondum tamen meam
opinionem patefecit de essentia, &c.

quidam de influxu, vsque dum

alios opinantes

audiamus.

CAPVT IIII.

Antiqua opinio, quod partes principis spiritus mittant, ut reliqua perficiant suas operationes.

Nulla mentione facta qualitatibus alienius superioris, maior pars Medicorum credidit, solos spiritus animales aut vitales sufficere ad predictos effectus: spiritus, motus & pulsus: nam preter spiritus non est aliqua ratio efficax, quae conuincat ponere superiorem qualitatem. Secundo, spiritus sufficit ad omnia illa ad quae adiuuatur illa qualitas: disponit enim organo certo illo, & determinato reperimento, quod requiritur ad actiones. Tertio, si celeritas desideratur, ut cito partes in sua munera prorumpant, nil est in corpore, quod celerius moueatur, ac ipse spiritus: Nam si famelicentes statim ab alimento, sine vilo tempore sentib. si sentiam famem cessare, quia vapores saltem alimenti venas & arterias oris ventriculi humefaciunt, & hoc ita celescit, ut statim dolor cesset: quid mirum, quod spiritus animalis ita tenuis, & subtilis benignissime per omnes nervos corporis valeat penetrare?

Neque Argenterij argumentum aliquid probat contra istos opinantes: dicit enim lib. de Sonn. & vigil. non esse possibile ut spiritus qui sursum petit, deorsum cum tanta celeritate feratur.

Posunt tamen respondere, spiritum sursum petere, ut ignis, si relinquatur lux naturae animae legibus gubernatus omnia loca pervadit: Nam & humores gravissimi ascendunt ad nutrienda ossa capitis.

Quod si obijcias huic opinioni, quo pacto si solus spiritus sufficit, non sentiant partes in quibus abundanter colligitur, nisi iste spiritus habeat continuationem cum cerebri substantia? Quorsum infra ligaturam arteriae non pulsant, arteriae siquidem habent spiritum?

Respondere possunt, spiritum cerebri & cordis indigere continuatione cum suis principis: nam ita exolvitur facile spiritus in illa substantia, ut parumper deficiens a suo debito tenore, non sit apta ad actiones; remittitur enim a plurimis causis remittentibus, vel propria tenuitate dissipatur in aërem; & ob id continuata indiget regeneratione. Ex quibus patet non esse

necessarium aliquid amplius invenire, quod a partibus principibus descendat, siquidem solus sufficit spiritus.

Hæc tamen opinio nondum satisfacta, quia si strictly sequamur dispositionem, debet nobis assignare, quid exquirat spiritus per continuitatem cum cerebro: spiritus enim factus, & a partibus susceptus, quare non valeat in actiones, quantum obstruatur via inter illum, & substantiam cerebri: nam exolutio illius tardior multo est, quam cessatio sensus & motus: arreperatio verò illius potius est maior dispositio ad motum, aut sensum illius partis. Diximus enim ex mente Anticennæ, quod spiritus contrahitur, & determinatur à parte in quam influit: ita ut respectu illius actionis in particulari potius perticiatur spiritus, quam corruptatur: ergo dicere tenentur isti opinantes, aliquam superiorem qualitatem superaddendam esse ad predictas actiones necessariam, quæ sit proximo dispositio.

Præterea isti non respondent ad argumentum Galeni de calamo intra arteriam posito adhibita ligatura. Quo argumento probat Galenus influere per tunicas, & non per spiritus.

Argumenta verò huius opinionis non sunt dissoluta: nam ad primum dici potest, efficaciter probasse Galenum præter spiritum esse alium influxum. Ad secundum, quod spiritus non sufficit, nisi illi tribuatur illa qualitas superaddita, vel per exerta communicata.

Ad tertium, quod quantumvis spiritus celer sit, negari tamen non potest quin sit corpus physicum, & sensibile tempore indigere, ut acquirat novum locum. Quod si famelicus superto alimento statim bene se habent, non id contingit, quia alimentum ita cito transit ad partes, sed quia tenso venarum & artenarum mitigatur humiditate alimenti. Neque hoc adeo cito fit, ac transitus qualitas influxæ.

CAPVT V.

Subtilis opinio Gentilis à nullo ponderata, de quidditate rei influxæ.

Nullam hanc Gentilis sententiam examinavit, quæ pulchra est. Et licet valde rursus in locis obscure latissimè quæ sit, quasi videns dicitur, sententiam Gentilis in scribitis fere per defendendum dicitur.

Videns rei difficultatem, tamen manifeste suam opinionem explicat cap. 3. huius, de virtutibus naturalibus ministrantibus, q. 11. Postquam dixerat, quod spiritus non deserit virtutem, sicut corpus deserit aliud corpus, ut per se patet; neque sicut materia deserit formam, quia forma non efficit materiam, virtus autem illa efficit spiritum; neque sicut subsiectum deserit accidentem, nisi facultas de qua hic loquimur, est accidentem anime, spiritus autem non est animatus. Cum ergo istis modis non descendat virtus, modum alterum adinvenit Gentilis, quod, scilicet, spiritus deserat virtutem, ut reliqua instrumenta deserunt sua principia agentia: sicut virtutem artificis dicimus per instrumenta denari.

Quod si interrogas, utrum ipsa forma, quæ est in mente artificis, & ipsa facultas artificia communicat instrumentis. Respondetur, quod nequaquam: sed solum communicatur motus & modus motus; iuxta illud à me sæpius ex Aristotele recitatum: Motio instrumentorum ars est. Quod ego interpretor, ita ut sit ars in actu secundo exercito: ars enim quæ in actu primo est in mente artificis, facit arem in instrumentis taliter motis.

Ergo opinatur Gentilis, communicari à partibus principibus modum motus, per quem spiritus ad membra perveniens, eadem reddit apta ad suas operationes, sicut faber non communicat suammet formam malleo, sed motus, per quem educatur forma cultelli.

Elegans certe modus dicendi à nomine huiusque tactus, neque reprehensionis macula defadatus. Et fugit multas difficultates de qualitate influentæ, quæ certè bene dicuntur (ut sic loquar) & malè intelliguntur.

Sed non declarat subtilissimus hic vir multa, quæ secundum suam opinionem desiderantur. Primum, non dicit, utrum spiritus taliter motus sit instrumentum coniunctum, an separatum. Et si coniunctum, ut verba Gentilis explicare videntur, & exempla artificis declarant, magne oriuntur difficultates. Nam si spiritus in cerebro acquirit istam motionem, ut malleus à fabro, quo pacto ipseniet Gentilis cum Avicenna contendit spiritum in partibus dearticulatis ad proprios motus obsequios? Ita enim dicendum est, non esse instrumentum cerebri coniunctum, vel cordis, siquidem non operatur per illammet formam, quam recepit, sed per aliam partialem.

Respondere posset Gentilis, quod eadem sit præteris ratio de illustratione, aut de alia qualibet qualitate, quam alij adducunt opinantes. Illa enim etiam fit partibus, quamvis figuratorem sicut cerebri; quia inferiores determinationes non solum superiores, sed circumscribunt. Nam & ego, qui nunc recipio influxum cerebri, non illum desiro, sed ad modum recipientis recipio. Ita similiter spiritus qualitem istam recipit à cerebro, & corde, motionem, scilicet ad opera. Rursum cum in partes singulares incidit, non amittit modum illum, sed in talem motionem membra ipsa disponit; quantumvis determinetur à temperie, & forma partis. Sicut instrumenta artificis (ut ipso exemplo Gentilis semper utamur) talem modum motus servant, dum ab artifice moventur, quantumvis remittantur ab his in quæ agunt.

Et sic totus motus membri, quod libere movetur, licet ad huc debeat appetitus, tamen inter dispositiones, hæc, quæ à cerebro præstat, excellentior est, quia intimius, & proximiùs dirigit materiam ad motum iuxta formam apprehensam ab animali. In altera vero opinione, quæ tenet istum influxum concurrere in genere causæ efficientis, facilior est opinio Gentilis. Nam sicut spiritus recepit modum motus à corde & cerebro, ita ipse spiritus postea ad huc dirigit ipsa membra ad motum. In generatione spiritus istius materia suscipit formam ad movendum, seu ipsam motionem, postea vero in membris ipsi communiavit istam.

Ex his autem, quæ de motu declarata sunt, potest nos Gentilis inducere ad declaranda, quæ de alijs actionibus sententiæ ipse opinatus est. Vult enim, spiritum recipere à partibus principibus modum directionis ad omnia reliqua inferiora. Igitur nulla facultas superadditur, sed motio facultat.

Illud tamen est mirabile in hac opinione, quod spiritus tam altam habeat rationem principiorum, ut teneat directionem, & modum motus ad omnes partes sentientes & motivas; ut in hoc oportet in laudæ summi opificis sententiam rumpere. Ut enim semen talem habet eminentiam, ut directum sit à generante ad tam varias partes cum tam mirabili artificio reformandas, quas in actum deducit cum in vitro constituta: ita similiter spiritus vitalis directionem suscipit talem, ut in arteriis ad pulsus dirigat facultatem insitam in arte-

nis spiritus animalis directionem à suo generante tanquam à seminare suscepti, ut in oculo sit visus, in pede progressus, servata, ut dicebam, directione partis manū mittentis.

Sed obijcere quis posset contra Gentilem commune argumentum sapientia supra insinuatam. Si spiritus istum directionem, & modum motus suscipit à cerebro, aut corde, quæ est ratio, propter quam intercepta via inter partes inferiores, & transmittentes illam amittitur adhuc, siquidem ille spiritus manet cum illa directione, & modo motus suscipit. Valebit ergo pars ad sensum, aut motum per hunc spiritus presentem, sine hoc quod sit necessaria libertas motuum, saltem per aliquod tempus, per quod poterit ille spiritus perducere.

Respondere posset Gentilis, quod ista directio, & motus spiritus requirit actuali similitudinem, quam potest habere cum suo genere, ut lux cum Sole: sed non relinquamus exempli authoritatem, ut valeat in opus: ita spiritus nisi continetur actualiter cum spiritu cerebri, non pariter actualiter directionem, & modum motus. Modus enim iste non est illis qualitatibus, quæ perfectiores possunt in absentia agentis, nam & nullus inæcet nisi actualiter moveatur: ita spiritus tacet sine illa virtute, nisi à generante parte per illam motus directionem continetur.

Ultimo contra Gentilem arguere non desinas: nam ligata arteria transit spiritus per calum, & tamen non possunt inferiores partes. Non ergo sufficit spiritus in transitu directionem.

Responderi posset pro Gentile & eius doctrina, quod spiritus vitales, qui per curvaturas arteriarum dilabuntur, non delectantur ad motum arteriarum, sed ille qui in ipsis tunicis arteriarum residens, appropriatus nominatur à Gentile: hic vero spiritus indiget continuatione illa quam dixi, cum alio spiritu per partium continuitatem usque ad cor, ut possit continuare directio, & modus motus. Sed obijci quæstio ista continetur, sine consentu spirituum cum suo origine dirigente, nil mirum quod ligata arteria, partes infra ligaturam non possit.

Neque intelligas spiritum illum tunicarum arteriarum continuari usque ad substantiam cordis. Non enim ita intelligit Gentilis, sed quod per tunicas arteriarum possit communicari eadem motus spiritus, & di-

rectio. Quo pacto autem per tunicas insinuat cor, & per nervos cerebri, inferius attinam. Porro ergo denari directio, & per spiritum, & per tunicas.

Istum modum motus, istam motionem, istam artificiosam directionem spiritus appellare poterunt mille modis auctores antiqui & moderni, iam illustratione, quia sicut lux communicatur, iam qualitatem, iam virtutem, omnibus enim istis assimilatur. Imò dicitur virtus, quia est directio virtus, quod dicitur qualitas, quia reuera motus instrumentorum. Si consideretur ut actus instrumenti, habet se ut qualitas transiens, si autem consideretur ut tendens in terminum virtutum, est vera motio.

Dubium elegans in hac opinione Gentilis.

¶ Sed dubitabis satis subtiliter, quia Gentilis in cap. de Virtutibus, motibus, late probat musculos habere virtutem insitam, ut ex se valeant motus producere, non spectato concursu principalis membri, & ponit exemplum in civitate, quia sicut oportet, quod Rex non semper assidet omnibus particularibus actionibus Republicæ, sed alij iudices exequentes habent omnem sufficientiam ad operandum sine Rege, ita similiter muscoli movent, sine hoc quod sit necessarius actualis concursus principis superioris.

Sed iste discursus Gentilis inuoluit multa, explicitatione digna, ne tantum virum redarguamus, nam & sibi videtur contradicere, & veritati ipsius, quia ipse defendit necessitatem illius continuationis inter membrum exequens, & mandans. Secundo, quia si non explicetur eius doctrina, est opinio falsa. Quia muscoli, nec temporaria parvo intervallo, aliquid valent, sine continuo influxu, ut patet ad sensum, quia obstructo nervo cessat motus: ergo tota sufficientia muscoli est cum dependentia actuali à parte principis: neque exemplum propositum probat aliquid, nam Rex licet non exequatur opera particularia sui Regni, iam eius ministri habent actualem potentiam derivatam ab illo, & ita omnia faciunt nomine & virtute ipsius Regis, quæ pertinet ad Republicam.

Sed interpretemur virtus in nostris fluidis primus. Ad motum musculi duo consideramus. Primo illa, quæ sunt in ipso musculo necessaria, inter quæ influxum illum

illam necessariam partem principis, sine quo videmus motum deficere. Secundo, actu appetitus, praecedentem. Existimo igitur Gentilem loquutum fuisse de actu appetitus. Ille enim non semper debet concurrere in exercitio actuali ad motum, sed fufficit imperasse. Remanet enim quasi in habitu imperii illud, Decretum moveri manum ad se scribendum, & imperatum motum, sed ad vnamquamque litteram formidam non impero, nec exerceo actum appetendi, quia dummodo non sit impedimentum, sufficientiam omnem habet manus ad motum imperatum, quod in omnibus aliis motibus progressivis, immo in motu respiratorio, repetitur: nam ad quamlibet respiracionem, aut ad quemlibet motum pedis non est necessarium de novo deliberare: quem modum philosophandi sequimur esse de ad videntiam loquimur, sed de illo puncto alibi itaque quidam dixit Gentilis non esse necessarium presentiam praei membri, loquutus fuit quoad actum secundum explerum appetendi, de novo factum: at quando dicit musculos habere omnem sufficientiam, ut ex se producant motus animales, intellexit, habere omnia requisita, tam ex propria compositione, quam ex influxu recepto à parte principis.

Hincque proponitur diffinitio quo pacto opinio Gentilis possit explicari, & defendi: quamvis ipse, neque eius sequaces nihil horum subtiliter fecerint. Atque neco iudicio manet magis probabilis ista subtilitas: sed consonum est, ut alios auctores etiam audiamus.

CAPUT VI.

Rursus alij pertinaces facultatem pulsandi, sentiendi, & movendi, verè à principis derivari contendunt, & rejiciuntur.

Quamvis superius hos opinantes in eam lio miserimus, quia dicebat ipsammet potentiam descendere, tamen ut illos non solum supplicio affectos, sed eductos etiam misericorditer dimittamus, quidam nodulus dissolvendus brevitè ter proponitur.

Facultates ipsas transmissi ad pulsandis, sentiendum, & movendum: quia iste partes per consensum laborant, vegetales vero potentie non laborant per consensum. Nullo igitur damno existeret in musculo

amittit motum & sensum, si deficiat influxus cerebri: ergo sentitas ipsa descendit. Per innatas enim facultates nutritive musculi, trahit, retinet, & expellit: His ergo integris manètibz, amittit sensum & motum laeso cerebro, qui ad ipsum terminatur, vel spinali medulla affecta: ergo iste facultates descendunt per spiritus, & nervos: siquidem his morbus non potest musculi laborare per essentiam, sed per consensum.

Scrupulus tamen ille non sufficit doctissimam supra traditam perturbare: nam morbus per consensum non arguit esse, vel non esse facultatem in parte, sed arguit aliunde descendere aliquid, quod actionem impediatur, vel deficere aliquid ad actionem requisitum: Et sic mentium me diffidit demonstrasse in libris de Morbo, & Symptomate, quod morbus per consensum non est morbus, si morbus sit, & sensus pro affectu permanente praeter naturam ipsius partis vivens.

Ad rem ergo. Musculus prius sensu & motu, suam habet facultatem exequentem in actu primo, & suam sentientem in actu primo, deficit tamen illi actus secundus ob defectum influxus, à causa morbofacta in nervo, vel in medulla existeret: sicut à causa secundum naturam, per somnum prius in actu sensus & motus, non spoliato influxu ad partes non tamè dices, quod dormiens non habeat potentiam visivam in oculo, & auditivam in auribus, &c. ita similiter laborat musculus per consensum, non quia illi deficiat sentitas: ibz enim infra est, sed quia illi deficiat dispositio per influxum communicanda.

CAPUT VII.

Verum hac qualitas, qua per influxum communicatur, vel quicquid aliud sit, concurrat in genere causa efficiens ad actiones.

NOVA difficultas videtur ista alijs quibusdum auctoribus huius temporis: sed non existimo esse novam, immo antiquitus iam licet sub alijs verbis discussam. Quando quartum subtilem queritur apud Philosophos, virtus executiva musculorum sit activa, in, intelligat vel passiva, ibi haec quaestio etiam enodatur, & sit.

Omnis ista enodatur, et si quis communem opinionem colat, ista dicit, & relinquit subtilem queritur apud Philosophos, virtus executiva musculorum sit activa, in, intelligat vel passiva, ibi haec quaestio etiam enodatur, & sit.

tur, siquidem Thomistæ doctores concludunt, solum appetitum se habere effectivè ad motum animale: reliqua omnia passivè. De alijs autem actionibus immanentibus, sensationibus, scilicet, supra etiam determinatum est, quòd sola potentia attingit actionem formaliter loquendo, illa enim sola elicit, reliquæ dispositiones materiales sunt, & se tenent ex parte organi. Sed videamus vterius, si profundius læret difficultas aliqua, & se supposito, quòd non loquamur de actionibus partis vegetativæ, quæ transmutat alimentum, diximus enim supra, quòd ad istas actiones concurrunt temperies in genere causæ effectivæ instrumentalis. Loquimur autem nunc de actione pulsivâ, sensitivâ, & motivâ.

Cum verò videantur Authores tam esse necessarium id quod influit, ut posito ponatur actio, ablato auferatur, diverso modo opinati sunt de concursu illius influxus. Quidam enim adesse requirunt istam qualitatem influentem, ut dispositio ex parte passivæ: nam certum est, defectu dispositionis passivæ multas actiones non fieri.

Alij dicunt concurrere istam qualitatem, ut dispositio materialis ex parte agentis, ut operandum, non autem ex parte passivæ. Utraque opinio fertur quantum potest, quòd influxus hic se tenet ex parte causæ effectivæ. Tamen accedamus ad ponderandam recentioris cuiusdam sententiam, asserentis qualitates influentes concurrere effectivè ad actiones illas.

Rationes quibus probat quidam Neotericus, qualitates influentes concurrere effectivè ad actiones.

PRIMO, quia non concurrunt ut dispositiones materiales ex parte agentis: nam tales dispositiones ponunt aliquid in ipso agente ante ipsam actionem, per quod aliquid sequitur commodi ad ipsam actionem; ut siccatas & durities sunt conditiones materiales ex parte agentis, quia ad illas sequitur firmitudo; firmitudine autem posita, agens firmiores edit motus. Hoc tamen non potest reperiri in istis qualitatibus influxus à cerebro & corde, nam nullas poterit assignare, quæ conditio resisteret in agente ad positionem istius qualitatis, ut illa posita ponatur actio, & illa

ablata, auferatur. Atque ex consequenti non concurrunt istæ qualitates in genere causæ materialis ex parte agentis.

Secundò, non concurrunt in genere causæ materialis ex parte passivæ, ut moles Thomistæ contendunt, quia in actionibus immanentibus, idem principium secundum rem est efficiens actionis, & subiectum actionis & termini. Atque adeo non est necessarium addere dispositionem materiale ad receptionem: nam per eandemmet constituitur, per quam agit potentia, per eandemmet recipit, ut intellectus respectu intellectus. At verò sensationes & motiones pulsivæ, actiones sunt immanentes. Ergo non est necessarium ponere in illarum organis aliquid, quod pertinet ad dispositionem materiale passivæ.

A sufficienti partium enumeratione vult concludere opinator iste, quòd qualitates istæ ad genus causæ instrumentalis debeant referri; & ex consequenti ad rationem causæ effectivæ. Hoc enim nullum admittit inconueniens in Philosophia, & facile potest respondere argumentis, quæ in contrarium possent adduci.

Intendit opinator aliquas obiectiones dissolvere, ut firmior maneat, & stabilita sua opinio.

INTEGRUM ponamus modum dicendi istius recentioris, qui magis constabit ex responsione ad certas obiectiones quas sibi met proponit.

Quando, inquit, plura agentia concurrunt ad unum effectum, debet assignari in ipsis terminis productis aliquid, quod correspondeat uni, & non alteri: sed in istis actionibus immanentibus, & in illarum terminis nil potest assignari, quod correspondeat istis qualitatis influentibus: sed totum quod formaliter invenitur in terminis, refunditur in ipsam potentiam, tanquam in principium effectivum. Ergo istæ qualitates non concurrunt effectivè.

Ad argumentum istud responderet, quòd quando plura agentia concurrunt ad aliquem effectum subordinatè, nil potest in tali effectum assignari, quod ad unum agens referatur, & non ad aliud. Imò nil est productum in tali effectum, quod etiam non producat ab uno, & ab alio agente. Et sic nil potest assignari diversum pertinentis ad unum agens, & aliquid aliud pertinentis ad aliud agens.

agent. Exemplum hoc declarat respon-
sionem nam in quacunq; opinione circa
intellectionem dicendum est, nil esse in
intellectione, quod etiam non proveniat
à specie intelligibili. Ita similiter dicen-
dum in actionibus immanentibus sensus,
& pulsus, & in qualitatibus istis influen-
tibus, de quibus philosophamus.

Quod si contra exemplum adductum
argumentetur, dicendo, quod exemplum
non tenet, imò potius probat contrarium
nam ad intellectionem habet se intello-
ctus, ut principium vitalitatis actionis,
quod se habet ut gradus genericus, spe-
cies verò intelligibilis habet se ut de omni
naturam principium limitans intellectionem
ad esse huius actionis.

Hæc tamen obiectio, siue argumenti so-
lutio facillime diluitur. Nam gradus gene-
ricus & specificus non distinguuntur secū-
dum rem, sed solum per opus intellectus.
Causantur autem effectiva est realis, atque
ita est impossibile aliquid esse causam rei
quoad gradum genericum, & quod non
producat gradum specificum, quia à parte
rei eandem eorum indubitabilem con-
stituunt. Igitur intellectus adhuc gradus vi-
talis vitalitatis censendus est causa.

Secundam obiectioem proponit, que
talis est: Iste qualitates non sunt anima, ne
que potentia anime, neque instrumenta.
Probatur quod non sint instrumenta, quia
hæc debent habere actionem præquam cau-
sa principalis: sed huiusmodi qualitates ac-
tionem præquam non habent: ergo non
censenda sunt instrumenta.

Et confirmatur, quia actiones vitales
producentur à principio vitali; istæ verò
qualitates sunt naturales, & in sua opinio-
ne producantur. Naturaliter ergo nō pos-
sunt esse instrumenta vitalis actionis.

Ad hæc secundam obiectioem res-
pondetur, quod istæ qualitates instrumen-
ta sunt istarum actionum: non tamen est
necessariū, quod omnia instrumenta habeant
effectum præquam respectu actionis princi-
palis agentis: sed sufficit ut illum habeat in
alio genere. Et sic istæ qualitates habent tri-
buere sonum effectum formalem organo in
quibus recipiuntur respectu principalis a-
gentis. Quod etiam patet in aliis multis
instrumentis, que actionem præquam non
habent in genere causæ effectivæ, sed in alio,
ut dictum est: ita phantasma respectu
productionis speciei intelligibilis; & gra-
nitas lapidis respectu motus deorsum in
sententia B. Thomæ.

Ad confirmationem resp. quod ut a-
ctio sit vitalis, potius refert quod instrum-
enta sint naturalia, dummodo agentia
præcipua, ut anima & potentia, vita-
lia sint. Hucusque propositi discursus to-
tus istius opinantis; modo ponderanda
sunt singula.

CAPYT VIII.

Satisfit argumentis primis istius opi-
nionis.

NOBIS tamen placuit asserere, quod fa-
cipias in superioribus insinuatimus, ac-
tiones istas elicite fieri à facultate; respo-
siones autem, vel temperamenti, vel alte-
rius qualitatē pertinere ad organi dispo-
sitionem materiale in quo residet facultas;
atque ad hoc non se tenere ex parte cau-
sæ efficientis respectu actionis elicite.
Quicquid autem contra formalitatem huius
locutionis dicitur præcedens opinatio, im-
probabiliter proficitur, ut ex sequentibus
amplius elucefceret.

Ad primum argumentum dicimus;
bene verum esse, quod à dispositiones mate-
riales agentis ponunt aliquid in agente, ut
durities, aut siccatas in mobili, ut firmius
moueat. Et quando dubitat, quidnam
ponat ista qualitas influsa in agente, respo-
deri potest, ponere dispositionē proximo
rem, quàm sit ipsum temperamentum. Nā
ut tu concedis, siccatatem materialiter dis-
ponere agens ad agendam; ita debes con-
cedere qualitatē istam vitæ, & magis
intimius disponere: quàm is igno-
res in particulari modum quo dispone-
at, aut quid præferat agenti. Nonne aer al-
tiori modo disponitur à luce, quàm à ca-
lore in ordine ad visionem? Quod si
non acquiescis, audias superiorum subli-
tatem Gentilis, dicentis communicari à
partibus principibus modum quandam
moris, & directionem quandam per quam
agens fit aptum exire in actionem. Hoc
itaque possunt respondere qui dicunt, istas
qualitates disponere materialiter ipsum
agens.

In secundo argumento laborat mol-
tum, & nullus negat, quod actio immen-
tens recipiatur in suo efficiente. Dicimus
tamen, quod iste qualitates non dispo-
nunt ut susceptio, vel actio sunt præcisè,
sed disponunt immediatè organum orga-
num autem recipit immediatè potentiam

tanquam formam suam; potentia verò cum omnibus his conditionibus sit aptior ad elicendum actum secundum, nam ut res se habet ad esse, ita ad operari. Illa ergo dispositiones organi interueniunt ad esse potentie in organo, in genere causæ materialis, & in eodem genere se habebunt ad operari; igitur relinquatur, ut potentia eliciat actionem, & illam recipiat: atque ex consequenti illæ dispositiones de quibus disputamus, non disponunt principium suscipiunt actionem, hoc enim est potentia; sed disponunt subiectum facultatis. Vide, quomodo remore se habeant respectu susceptionis termini immanentis.

Ex his patet, non rectè concludi, dispositiones influentes reduci ad genus causæ effectiue. Sed ea, quæ ad suas obiectiones respiciunt, aliis pensamus.

CAPUT IX.

*Ex solutionibus suarum obiectionum
elegantè redarguitur prædicta
opinio.*

PRIMA obiectio optima est, quamvis dictè non probet de causa instrumentali, de qua est præfens controversia: nam neque in effectu assignamus aliquid, quod vere correspondet instrumenti cuiuslibet, quando actio, & motus superioris, & principalis agentis excedit multum materiam instrumenti. Quod est in femine ad proli generationem, quod non debeatur præcipuo agentis. Nil profecto itaq; causa instrumentalis, ut instrumentalis est, nil prius habet ad effectum, quod non habeat à suo dirigente. Et ob id non rectè argumentum procedit, intendens quæcque in effectu ali-quod, quod correspondeat instrumento, & ali-quod quod correspondeat causæ principali.

Fallere solet aliquos quedam fors instru-mentorum, quæ propriam habent actionem, ut calor hic enim sui iuris est, & sibi sinitè producit, tamen ut instrumentum ignis, nil habet, quod non acceperit, & producit non sibi, sed igni simile.

Itaque scienda est formalitas instru-menti à matericitate, & realitate illa cum qua solet simul inueniri. Sed accedo ad id quod proponit opinator in solutione pri- mæ obiectionis. Per exemplum enim ab in-

tellectione desumptum intendit, quod qua- litas influxa concurrat effectiue, quæ spe- cies intelligibilis ad intellectionem.

Exemplum certe nullam tenet similitu- dinem: nam qualitas de qua agimus, nil ha- bet cum potentia, sed cum organo: species verò intelligibilis è contra nil habet cum organo, sed forma est ipsius potentie, & prin- cipium quo, ita vt ex obiecto, & potentia fiat quoddam totum principale agens, vel obiectum mouens, & terminans, & manens in potentia. At verò qualitas influxa non fa- cit vnum principium cum potentia. Et sic exemplum non tenet. Quod enim hoc ha- bet cum qualitate organi dispositiua? Nil certe. Atque ex consequenti quantum ad substantiam actionis elicitæ nil habet hæc qualitas, nec signabile est in actione quid debeatur potentie simul, & qualitati illi. Sed tota actio immanens refunditur in ip- sam potentiam, ut elicentem; in qualita- tem remorè, ut in dispositionem subiectum in quo residet potentia.

In solutione secundæ obiectionis per pul- chrum est videre quo pacto recentior iste in nostram gratia deuenit opinio, nempe ducente, sed ipsomet suis verbis senten- tiam ferente. Nam dicit, quod non omnia instrumenta habent actionem prænam in genere causæ efficientis, sed sufficit, quod in alio genere causæ. Itæc illæ qualitates concurrunt in genere causæ formalis dis- ponendo organum, ut formæ quædam for- malizando: at rectè, sed addere oportet, quod totum hoc aggregatum ex qualita- te, quæ formaliter dat suum effectum orga- no, & ex materia organi compositum, to- tum, inquam, hoc habet se, ut commoda materia potentia, ut postea illa, si detur obiectum, eliciat actionem. Neque in hac re ego inuenio aliam difficultatem, quam illam satis vulgarem de formis naturalibus & suis dispositionibus. Licet enim agens dis- ponat materiam efficienter, & qualitates pro- ducit sint quedam formæ accidentales, quæ disponunt præuiè ad esse formæ in ma- teriora tamen materia disposita habet se subiectiue, & merè materialiter respectu formæ principalis. Itaque concedimus libenter quod produccens dispositiones, producit efficienter. Rursus dispositiones pro- ducit, ut formæ quædam concurrunt ad or- mandam materiam. Vltimò tamen respectu actionis eliciendæ, respectu ipsius formæ ma- terialiter se habent omnes istæ qualitates.

Quod si neges respectu formæ edu- cendæ dispositiones passim concurrere mate- rialiter.

terialiter; non poteris tamen negare, quod ad actiones elicendas non se habent organum vt materia, potentia vt efficiens, & susceptivum actionis, & tenuit instrumentis. Sed iam vltima responsio ad confirmationem nil habet difficile, nam contra nos nil probat, siquidem concedit, quod qualitates ille influxu, licet sint pure naturales, possunt consentire ad rationem instrumenti: hæc autem ratio instrumenti distinguenda est; nam conveniunt ad rationem materialem instrumenti, non ad rationem effectivam.

Declarat: posse prædicta opinio huius recentioris, satis diverso modo, ac ipse procedit, supponendo, quod aliqua potentie sunt corporales, dependentes non solum à materia, sed à formis accidentibus perfectioribus materiam formaliter. Ergo, quia ille parente efficitur actionem, vt aditæ à perfectioribus qualitatibus: hinc est vt possit dici instrumentaliter concurrere qualitates, non efficiendo actionem, sed formaliter perficendo principium elicivum actionis. Atque ad hoc quamvis dico, quod ille qualitates ita se habent respectu, explicari debet hoc pacto: perficiunt enim organum, sine materia, & sic facultas erit in opus, vt determinata his perfectioribus qualitatibus.

Ex dictis iam constare potest, debere per influxum aliquam qualitatem communicari, quæ vltima sit sentus, & motus dispositio; neque sufficere spiritum solum. Modò discursus ipse eò deductus est, vt oporteat declarare, an illa qualitas influens per substantiam vasorum communicetur an per spiritum, an per vtrumque simul. Quam difficultatem brevissime discutiamus.

CAPVT X.

Quid per exorta ipsa, communicetur qualitas actionibus necessaria.

Differamus præter de ipsi exortis, de nervis, scilicet, & arterijs: nam de venis nondum convenit, vtrum recipiant aliquod per influxum. Sed, vt clarius procedamus, de arterijs & nervis agamus: postea de hepate & venis. Quia in re illud certum est, qualitatem illustratam per nervorum substantiam & arteriarum, com-

municari. Probat Galenus lib. An. Corpore in arterijs continator, cap. vlt. quia si legitur arteria, quamvis transeat spiritus, non fit actio: ergo per substantiam vasorum communicatur qualitas illa. Similiter si obstruatur arteria, & non legitur, pulsant partes arterie infra obstrucentem. Sed, quod per nervos ipsos & arterias influxus penetret, docetur Galenus caprese 7. Method. cap. vltim. & 2. de Ratione vltis Comment. 47. in quibus locis asserit, quod principes illæ partes influant suas facultates partibus, quæ ab ipsis ceuantur. Et sic eoe influant illam qualitatem motorij, quæ per totum corpus disseminatur; & cerebrum nervis, qui etiam per totum sparguntur. Et hoc modo declarandus est Galenus 2. ad Gluc. cap. 2. vbi inquit, quod partes principes influant per totum corpus, id est, influant in partes, quæ per totum corpus disseminantur.

Atque recte quidem id factum est à natura, & rationi consonum, vt exorta participant qualitates illas influant emittentem quidem ex ipsa substantia cerebri, & tunicis compactis nervos enim nil aliud videtur, quam substantia cerebri ressecata, & cerebrum nil aliud similiter, quam nervus blandus mollescent, sine liquidus. Si ergo illa qualitas communicabilis est vt calor, ut lux, quorsum per illas partes non communicatur, siquidem susceptive sint, & agentia apta per ipsam partem contrainitatem commodius influant suas qualitates.

Idem de arterijs asserendum est: quoniam enim non sicut ex substat cordis, facta est ab illo promota, vt per ipsam partem continuatam qualitas transmittatur. Et sic quæstio quæ Galenus de illa communicatione verbo facit in lib. de Puls. illam vocat inalteratam, & quæ hominis transmissio est. Sed vtram per spiritum etiam transmittatur, substat aliquid.

Anticenoristæ asserunt dicunt, per spiritum etiam communem etiam aliquam superiorem qualitatem. Sed contra illorum fortiter iustur quant recessiones, putantes Galenum demonstrare non inhiare etiam per spiritum. Arque vt nota sententia in eo probavit Galenus, nisi quod infuit per uterque & nervos. Altera vero pars ingrobata manet. Quod in sequentibus

partib.

discutimus. (1)
Inq. postquam spiritus. D. 2. CAP.

CAPUT XI.

Utrum partes principes, cerebrum, scilicet, & cor communicent qualitates illustrantem per spiritus, sicut communicant per exort-

tas.

Quod non per spiritus, probatur ex Galieno multis in locis: nulla enim mentione facta spirituum, qualitatem illam, quam vocat suo more facultatem, per exorta descendere asseuerat. Sic colligitur ex 1. de Loc. affect. capit. 7. & capit. 6. & 1. libro de Semine dicebat: Qualis lux Soli, talis vis cerebro, que in nervos infunditur.

His auctoritatibus ducti, qualitatem illam non ferri per spiritus multi Medici existimant. Primum, quia corporeus spiritus est: ergo non potest moueri, nisi per aliquas cavitates nervorum: sed nullae sunt in nervis cavitates; imò substantia nervorum, qui motui deserviunt, est durissima, inepta certe tam subtili spiritui descendendo.

Secundo, Paralysis fit, quia obstruitur nerui à pituita crassa, & viscida, per quam non possunt spiritus penetrare. Ergo si non valent penetrare pituitam, multò minus poterant penetrare nervos.

Tertio, quia res corporeae non possunt moueri in instanti: sed spiritus corporeus est: ergo non potest momento ad pedes descendere, vel ad aliam partem longinquam: sed ad nutum voluntatis extremae partes momento temporis mouentur. Ergo non fit influxus per spiritus, sed per solam illam qualitatem exortis continue communicatam.

Quarto, quia ligaturae arterijs & nervis, quamuis infra ligaturam spiritus abundet, amittitur actio: ergo non per spiritus influens illa lux descendebat. Et obstructio cerebro quamuis maneat partes spiritui animali perfunditur, immobiles tamen, & resolutae redduntur. Ergo spiritus nullius momenti est ad illas actiones, sed sola qualitas illustrans exorta.

Quinto, phrenitici validos motus habent, in quibus consumpra est maior spirituum portio.

Hæc tamen argumenta non possunt euertere antiquam Auicennae doctrinam ponentis spiritus animales, & vitales, & per illos virtutem deseri: & merito quidem, nam nulla est efficax ratio in contrarium. Præterea, si spiritus est qualitatis illius simplicissimus, & cerebrum illam potest dare, quare illam non communicauit, sicut communicat substantiae nervorum?

Ad auctoritates ergo Galeni dico, in hac re Galenum fuisse varium: nam aliquando solam qualitatem influere dicit, aliquando simul cum illa spiritum admittit, ut colligitur ex 1. de Locis, cap. 7. & 7. de Placit. cap. 4.

Reliqua etiam argumenta dissolueda suo ordine proponamus. Ad primum itaque dico, quod licet nerui non habeant cavitatem ad sensum manifestam, illorum tamen substantia tota penetrabilis est, & foraminibus plena. Spiritus autem, cum tenuissimus sit, facile potest per totam substantiam nerui percurrere: Sanguis tamen arterialis indiguit cavitare conspicua, quia spiritus vitalis, licet tenuissimus sit, simul cum sanguine debebat descendere, atque adeo indiguit arterijs manifestè cavis. Spiritus autem animalis sine sanguinis miscella per nervos descendit, & sic non indiguit manifestis cavitatibus.

Si autem interrogos, unde sciant Medici nemos habere tot foramina insensibilia, & cavitates occultas? Respondetur, id colligi ex aliquibus morborum transformationibus: videmus enim febrem humoralem in commissionem transmutari, & cholericam affectionem in paralysisin, ex mente Pauli: quod nullo alio pacto euenit, nisi humore ad substantiam nervosam transmissio. Si ergo humores crassi per nervorum foramina dilabuntur, cur spiritus tenuis, & velocissimos, illas vias adire negabimus?

Ad secundum dico, quod licet pituita blandior, aut mollior sit, est tamen viscida, & frigida, & caloris nativi beneficijs maxime renstens. At nerui calido influente perfunduntur, & ob id magis patuli, aditus præbent spiritibus.

Vel secundo potest dici, quod licet spiritus suo impetu pituitam quomodolibet penetret, amittit tamen suam puritatem, & splendorem necessarium ad actiones, ut & radij solares, cum per nubes

densas

densis irradiant. Ex quo sequitur, membra, quæ tali affectione laborant, ad motum inepta reddi.

Ad tertium respondent aliqui (inter quos Andreas Laurentius) quod spiritus ita momento temporis agitur, & perturbatur; quia, ut animæ instrumentum, illius iussu statim patet. Secundo dicit, quod spiritus continua indiget reparatio- ne, & ante prioris consumptionem iam al- ter substituitur.

Contra responsiones, sed non philo- sophicæ (quod maxime detestor in dis- putationibus.) Vide prioris responsionis congruentiam, & falsitatem. Dicit moueri spiritus iussu animæ, arbitrarie ergo mouetur: atque (velimus, nolimus, sentimus si vigilamus. An detinet anima spiritus, ut non videant oculi? Nullo ergo pacto spi- ritus motiones ad iussum animæ sunt; nisi forte per magnos animi affectus, qui appetitus passionibus sunt: atque tunc ad motum cordis mouentur. (Quæ in parte non me latet quanta sit controuersia inter Philosophos, à quoniam mouentur spiritus per animi passionibus. Quod alio in loco diffusè disputau.) Non ad primum iussum animæ: & tunc non ad actiones illas de quibus disputa- mus, agitur spiritus, sed rotas ad cor, vel à corde profluit. Itaque ineptum est, asserere breuissimas esse spiritus motio- nes, quia præceptis animæ peruolare cogitur.

Secunda responsio etiam vim fugit, quia quantumuis spiritus exhauriatur, nõ potest adeo breuiter dissipari, sicut lux per absentiam luminosi; quia spiritus à contrario corumpitur, & sic in tempo- re laxa autem, aut qualitates intentionales, aut species sensibiles non à contra- rio, quia nullum habent, sed defedu gene- rantis, & confectantis, sic deficiunt mo- mento ad absentiam producentis.

Quare ego aliter respondeo: dico ergo, quod, cum vigilamus, spiritus ani- males partium sunt per omnes nervos, & illu- stratione illa continuo perfunduntur: quantum una portio exhalet, & altera accedit, ut in aere isto contingit: hæc enim mouetur semper, tamen est conti- nuarius lux in illo. Et sic considero uni- uersam substantiam spirituosam, quasi æ- rem lumine perfusam.

Hinc cum dormientes exsultant, il- lico mouent manus, aut membra, quia ali- quis, hæc panis, in sensorijs remanet spi-

ritus luce sufficienti interna priuatus, pro- pter impedimenta, quæ contingunt in somno, ut uis oclusio, onus, coalitum, & ob- structiones, quæ omnia (licet cerebrum sit semper illuminans) impediunt transi- tum lucis, ut clausa fenestra ingressum im- pediat radiorum Solis: accedente autem luce necessaria, statim in actiones prorumpunt partes; ita ut in somno non spurga- tur lux, siue qualitas illa; statim uero à som- no caligine deuoluta, momento omnes nervos & spiritus illustrat. Itaque non mouetur spiritus in instanti, sed qualitas per spiritus & nervos momento distundi- tur tanquam contrario carens.

Quod si uerget amplius, & dicas nul- lum spiritum animale remanere in par- tibus dormientis, aut paralyti affecti; solu- toque somno, & paralyti momento mouen- tur partes: dicam tibi, ne utiquam illum descensum spirituum fieri in instanti phy- sico, sed in tempore breuissimo. Debet enim considerari spiritus uolenter in ce- rebro cohereri, aut in origine neruorum, atque semper ad partes propelli, soluta- que sonni obstructione, trahere in partes: ita in paralyti. Itaque non in instanti, sed in tempore fit spiritus motio, lucis uero transfusio, & qualitatis communicatio in instanti.

Quartum argumentum non dissol- uit Andreas Laurentius: nam licet uerum sit, quod obstructo cerebro non des- cendat lux in spiritus, & sic reddantur ine- pti ad actiones: non enim tam expensæ na- tura spiritus animales propter suam sub- stantiam, quam propter lucem, siue qua- litatem illam superiorem, qua pertundun- tur: tamen non dicit uix ille, quare si transit spiritus animalis illuminans per nervos ligatos, si possent ligari, ut ligat arterias Galen. libro Aduersus Eras.) si- cut transit per calanum arteria ligata: quare, inquam, partes infra ligaturam non sentiunt? Descensum ergo est in- fluxum illum completi per nerui sub- stantiam, & per spiritus: tam enim fuit necessarius iste influxus, ut utram- que substantiam perfunderet, atque ex utroque completi natura, quod necessa- rium est pro actionibus. Quamobrem si descenderet spiritus illustratus, & per ner- uum etiam non communicaret illa qua- litas, non fieret sensatio, quia utroque indi- get organum.

Aduertendum tamen, dixisse nos, ner- uum ligatum ad modum arterie ligate:

quod intelligendum est in nervis illis, qui tantam habeant cavitatem, ut id fieri possit.

Ad quantum dicimus, quod licet motus phreneticorum sint validi, concidunt statim, quia tales motus porus orientur à reticatis nervis & spiritalibus.

Dubium. Dubitant aliqui, utrum per partes internas nervorum ferantur spiritus; an per externas. Sed supponendum in hac re, nervos esse constitutos ex parte interna, & externa. Interna pars tota medullaris, & mollis est; externa verò est membranacea; duabus enim tunicis cooperitur medullaris nervi substantia; altera crassa, altera tenui, ut & cerebrum. Crassa medullam amplectitur, ne diffusetur.

Hoc supposito dicebat Praxagoras, quod spiritus ferretur per arterias, quae sparguntur per tunicas nervorum. Ad quā opinionem inclinat Rondolertus.

Argenterius, quia spiritum animale negat, neque à virali distinguit, non per tunicas nervorum, neque per illorum medullam, sed per arterias semper discurrere spiritum contendit: contra quem speciatim disputabo inferius.

Dicendum ergo, spiritus per internam partem dilabi. Ita Galen. 7. de Placit. ubi ait, quod licet detrahamus tunicas nervorum, si tamen maneat substantia nervi interior, & medullaris, non amittitur sensus, & motus. Et licet nervi optici cavitatem ampliore habent, quam reliqui nervi (ut probat Galen. in libr. de Vsu partium, & de Nervorum dissectione, & 1. de Symp. caus. tamen non est intelligendum casus esse, ut sint arteriae, & vene, sed magis periosos, & porosos, quam reliqui existant nervi, ad enim Hippoc. testatur libro de Loc. in homine, ubi nervos sine vete esse dicit.

Quod autem spiritus per cavitates medullares nervorum diffundatur, his rationibus constat.

Primo quia videmus apoplexiam mutari in paraly sinthumor enim à substantia cerebri extens in ventriculos, & à ventriculis in spinalem medullam, & in nervos ab illa derivatos decumbit, impedito quoque est ne spiritus pertranseat. Non tamen dicendum est obturari arteriolas illius partis, siquidem vitaliter pars gubernatur, & spiritu cordis perfunditur, nutritur enim, & vegetatur.

Secundo, quia per processus mamillares

percurrit aër, & spiritus simil.

Tertio, quia obstructio optico, statim amittitur visus, quamvis per arterias copia vitalis spiritus suppeditetur.

Quarto, quia dorsi vertebrae laxatae perit sensus, & motus inferiorum partium, ob nil aliud, nisi quia premitur spinalis medulla.

Tandem, ut cerebrum per suam medullam actionem principum est origo, ita & nervus per suam medullam substantiam. Et enim de Vsu part. vocat Galenus cerebrum nervum amplissimum, & nervum appellat cerebrum parvum, reticatum & durum.

CAPUT XII.

Utrum quidam nervi ad motum, alij ad sensum facti sint.

Vulgatum est, quod ut cerebri duo sint partes, antea, or mollissima, posterior siccior, & durior; ita duo sint nervorum genera, unum ab anteriori parte pronaleans; alterum à posteriori, id est à cerebello: illud ad motum, hoc ad motum. Ita Galen. 7. de Placit. cap. 3. & 9. de Vsu part. cap. 14. & in Arte medicinali.

Hæc tamen doctrina explicatione indiget, nam si absolute accipitur, falsa est.

Primo, quia non omnes nervi sensibiles à cerebro, sed à spinali oriuntur medulla.

Secundo, nec motorij à cerebello, sed quidam à cerebro emanantur.

Tertio, nec motorij omnes duri, & sensibiles blandi.

Procedunt suo ordine propositiones istæ.

Prima, nam dissectio docet, quod nervi qui dant sensum humeris, thoraci, cervicibus, brachijs, eribus ab spinali medulla, & non à cerebro originem ducant: non ergo omnes nervi sensibiles ab anteriori parte cerebri dimanant.

Secunda, nam nervus qui movet oculum ex secunda conjugatione oritur non à cerebello, sed optico contiguus, ab eodem ferè nascitur principio. At quid dicet Noetici? multi enim asserunt omnes nervos à postica, nullos ab antica cerebri parte oriri.

Tertia propositio manifestatur; nam nervi qui longius à cerebro protrahuntur,

cō duriores; quō propinquius, cō molliores. Exen pluri est appetitus. Nam nervi ex secunda coniugatione; & ex septima moti in sunt, quia ex secunda oculum concitant; illi qui ex septima, linguam. Rursum nervi ex sexta coniugatione sensatombus dicantur, ut patet in nervo, qui ad superiores partem ventriculi, os scilicet, pervenit. Invenies autem nervum stomachi multo duriores nervis motibus ex secunda & septima coniugatione. Similiter, & nervi qui in dentes inferuntur, duriores multo sunt.

Sed Galenus aperte quæstionculam dirimit, docens quod omnes nervi sensibiles sunt, & motui: omnes enim vim deferunt illustrantem, & spiritum ad vitam; ad hunc sed prout in hæc, vel in illam partem inferunt, causat motum, aut sensum. Si enim in partem musculorum, causat motum; si in partem aliam, quæ musculis non sit, sensum tantum communicabit.

Huius rei veritatem evincit, & sensus ipse confirmat. Serta coniugatio, quæ ad sensum videtur instituta, motum etiam causat nam nervus ex sexta coniugatione in stomacho exquisitum sensum experitur; & quia nullus est musculus, non movetur.

Ex eadem autem sexta coniugatione iter nervus ad laryngem decurrit; illius musculus movens ad vocem deserunt. Ex quinta coniugatione vix nervus auditus est; aliter temporales musculos movet.

Ergo nervi, non quia dant, motum; aut quia blandi, sensibiles: sed quia in musculos inferuntur, moti in quia in alias partes præter musculum, sensibiles. Galenus autem hæc evincens est, & declarando quod motum dicit, nervos sensibiles esse molles, de aliis quibus id verum est, ut de gustibus, visibilibus, odorabilibus non tamen de sensu tactus, hic enim magis terrens est.

CAPVT XIII.

Utrum pereat sensus ille motu, & contra.

AD facultatis induriam, de quo disputamus, pertinet quæstio hæc & ob id præfata, & breviter agenda. Multum enim conducet pro intelligentia nervi paralytici.

Proponamus aliquid certum. Tres spe-

cies, seu fortes paralytici describuntur teretes omnes Medici classici. Prima paralytis est perfecta, in qua sensus, & motus amittitur. Secunda est, in qua perit motus manente sensu, quæ imperfecta nominatur. Tercia vero est imperfectissima, in qua perit sensus, manente motu. Colligitur hæc ex Galeno 3. de Loc. circa fin.

Ratio autem, ob quam contingit, ut motu ille amittatur sensus, & manente sensu dependat motus, ex amante sentiri potest. Nam si ut ad unam partem accedat sensus per unum nervum, & motus per alium: ut oculus sentit per opticum, movetur per nervum ex secunda coniugatione. Ergo bene poterit oculus amittere visionem & sensationem, lesio optico, manente motu. Ita in lingua contingit, nam lingua movetur à septima coniugatione, & gustat per tertiam & quartam. In similibus non est locus disputationis.

Dubitatio ergo est de sensu & motu per eundem protius nervum; quos passio scilicet, cum strage vis per eundem nervum descendat, vix sine alia monstratur. Pro qua difficultate per prima conclusio.

Perit motus manente sensu. Hæc probatur, quia maior visus, seu maior copia spiritus, & illustrationis respirantur ad motum, quam ad sensum: qui ad motum tanquam ad agendum maior visus respirantur ad sensum aëria; cum magis in passione consistat, non videtur tanta spirituum copia necessaria.

Sed vulgaris Medicorum locutio explanatione indiget. Nam sensatio est motus, quia in se pendet specie: necesse est ut sit passio. Et ob id hæc propositio dicitur sumpta, falsa est. Motus est alio, & sensus est passio. Imo motus tantum in seipso quæritur. Tuorum poro est passio mobilis, nam musculari non efficiunt illius motum, sed appetitus est, qui actus est motus. Atque ex consequenti, quod habet de actone tenet se ex parte appetitus, & sic sit loquens de vultu dictio non tenet, nisi amplius explicetur.

Dico ergo, quod motus animalis semper sit cum resiliencia passio; semper eo in motu sit aliquid, sed ex parte motus, sed ex parte motus, quod impeditur, ut motus sit sine motu spirituum amittitur. Nam si movetur vultus animalis, movetur per vultus resiliens. Nemo spirituum, & motus dicitur in tempore manens, dicitur resiliens. Nam si impeditur, ut nunquam quod dicitur contrarium in motu. Ergo ob rationes dicitur.

Quas contrarietatis plures spiritus exoluntur, & ob id natura semper indiget cotatu & copia spirituum. At sensatio est actio elicitā sine resistētia contrarij, ex obiecto enim & potentia paritur notitia, neque grauitate resistente, neque medio recludente. Et sic nimis copia spirituum est necessaria ad sensum.

Secunda conclusio. Bene potest in vno membro amitti sensus, quamuis maneat motus, si in tali membro discreti sint nervorum propagines, licet ab vno nemo exoriantur. Tamen (præcisè loquendo) in vno & eodem nervo non potest amitti sensus manente motu. Postrema pars illius conclusionis ex dictis patet: non enim potest corrumpi dispositio minima ad sensum, quin corrumpatur maior, quæ requirebatur ad motum. Sed prima pars probari potest exemplo illo adducto à Galeno 1. de Loc. circa finē. Syrus enim ille Paulianus nō sentiebat per cutē manus, & tamē mouebat manum; quia nervus decurrens ad musculos manus, rursus producit nervulos ad cutem. Porrit ergo deperdi sensus in cute, lætis illis nervulis cutis, manente motu in musculo, qui nervus in musculum insertus læsus non fuit.

Quidam tamen problemata dissolutenda breviter sunt, quæ concernunt quæstionem hanc.

Primò, quare in Epilepsia maneat motus sine sensu, siquidem maior copia requiratur ad motum, quàm ad sensum.

Secundò, quare in caro tollatur sensus, & maneat respiratio.

Tertiò, quare in phrenitica crescat motus diminuto sensu.

Quartò, cur elephanticus minuat sensus, & maneat motus.

Quintò, quare dormientes moveantur: noctambuli enim multi sunt.

Ad primum dico, illum motum non esse animale, sed membrorum animalium per causas præternaturales contractionum: ad contractionem enim cerebri contrahuntur nervi, deinde musculi, & membra: corrigitur autem cerebrum ad præsentiam rei moleste.

Ad secundam dico, quòd tanta est spiritandi necessitas, ut ad huc in apoplexia teneretur aliqua respiratio, coacto cerebro ad impellendam aliquantulam portuiculam spirituum ad musculos thoracis.

Ad tertiam supra diximus illos motus fieri à nervis, & partibus relictis: ad sensum enim maior mollities requiritur,

ad motum, relictatio & tensio.

Ad quartum dicimus ut supra, quòd ab humore atro & relictato laeduntur superficies nervi, & amittitur sensus, manente in nervis musculorum sufficiente virtute motiva.

Ad quintum plura dicit Andreas Lambertinus præter rationem, vt videbis fol. 167. & 164 sicut alia etiam tamj optimè. Audias verba illius: *Non sentiunt autem dormientes, quia obiectum sensus non adest. At motus obiectum habet proprium, appetitum, scilicet, qui spectra imaginationi representat. Contempsi hæc vltima verba, & videbis errorem. An appetitus obiectum est motus? An appetitus representat spectra imaginationi? Quid hoc est? Ignorat prorsus principia pueri tractationis de Anima, & Metaphysicæ.*

Dicendum ergo est (vt ego supra innuebam) non priuari partes totos spiritus, & ob id conspirare in formam apprehensionem per imaginationem: præcipue cum somnus potus & principalis obstruat instrumenta anteriora sensus, quàm posteriora, quæ origines motionum animalium continent. Sed tanquam notum supponimus spiritum animale, cum tamen Argentarius illum neget: breuiter ergo de illo dicendū est, vt iam tractatū de spiritibus sparsim in his Opusculis inuenias.

CAPUT XIII.

Utrum sit spiritus animalis.

Quòd non detur, probatur, quia vnica anima vnico gaudet instrumento, vnicus ergo erit spiritus, vitalis, scilicet; siquidem vnicus aer, vnicum alimentum, sanguis, scilicet.

Secundò, si tot sunt spiritus, confundentur illorum actiones; vnicus ergo ponendus.

Tertiò, si dantur spiritus animales in cerebro, perpetuò cerebrum suas exceteret actiones rectrices, à continuo spiritu circutatum.

Quartò, quia fundamentum, quòd Galenus assumit de pupille dilatatione, falsum est: nam dilatatur pupilla propter coactionem spiritus vitalis, & non animalis.

His & alijs subtilibus argumentis motus Argentarius putauit nullum esse ponendū spiritum animale: plura enim adducit,

quæ refert Laurentius lib. 10. Et quantumvis Argenterius irideat Galenum, quod dixerit se demonstrasse spiritum animale; & dicat nunquam se vidisse illam Galeni demonstrationem, declarabimus hoc ex mente Galeni breviter, & dilucidè.

Est ergo prima conclusio. Ponendus est spiritus. Hæc patet multis ex fundamentis. Primus Hippocrates totum corpus dicit in contenta, continentia, & imperum facientia. Galenus verò t. de different. febr. cap. 1. per impetum facientia, spiritus intellectivus.

Secundò, quia in semine spiritus sunt quid, & aerem continetur: quod si exhalet, seminis substantia marcescit.

Tertiò, quia respiratio in alicuius vili traditionem ordinatur, in aerem, scilicet, qui nos reficit: aliqua ergo est in nobis substantia, quam restituat inspiratus aer.

Quartò, quia imbecilles odonibus reficiuntur: signum ergo est, substantiam aliquam esse tenuissimam, quæ per illas exhalationes reparatur.

Quintò, quia in animi affectibus videmus eorummodò calorem moveri ad intra, & ad extra. Calor autem, cum accidens sit, non potest sine subiecto moveri: ergo aliquid est tenuissimum corpusculum, in quo calor refertur.

Sextò, quia virgines, aut laboribus defæcti, non valent ad continuationem actionum: ergo aliquid deficit in partibus, quibus deficit ad formam, & requiritur propter naturam, ut deperditam restauret. Hoc autem deperditum, non potest esse vitæ, compoñitio, aut temperies ad localis membrorum: ergo est aliqua substantia præternaturalis, ut solutio, quæ conducit ad actiones. Hæc autem est spiritus.

Secunda conclusio. Spiritus animalis ponendus est distinctus à vitali. Hæc conclusio directè respondet questionibus illam probat Aphroditus 2. Problem. 1. Problem. 1. Evidenter demonstrari debet spiritum esse, dixerat Galenus 2. Method. cap. 3. Sed Argenterius non vidit illam eundem demonstrationem nos ergo ducim ex Galeno propriè.

Supponitur dum autem præmissis est, ex Galen. 3. de fac. ult. mat. cap. 14. & alij in locis, spiritum tenuissimam quandam esse substantiam omnium, quæ sunt in corpore, & vapore, & halitu tenuissimè. Ex quo sequitur, quòd non cadit sub sensu, ut videtur, & multi vapores, & exhalationes subtilissimæ, ad eum cadunt. Hoc si negato, audiamus

demonstrationem Galeni, quam neque Argenterius, neque Andreas Laurentius videntur.

Primo lib. de Placit. cap. 5. cavitationem vacuum non est reperiri in nostro corpore: nam dissecto animali, in vetriculis cerebri nihil invenitur, sicut in vetriculis cordis, in his enim semper sanguinem reperimus. Ergo vetriculi cerebri erant repleti aliqua substantia facillimè exhalabili, quæ sensum fugiat, qualis est spiritus.

Sed dices, nondum probari, quòd illud quòd continebatur, sit spiritus animalis: sufficit enim quòd sit aliquid vaporosum, quòd implicat illas exhalationes, elevatum ex communibus, & propriis coctionibus.

Contra hoc insurgit Galenus, altera parte demonstrationis innitens 7. de Placit. cap. 3. Nam si aliquem venteris visque ad vetriculos cerebri, evaporato hoc spiritum statim amittitur sensus, & motus. Si vero partes reducatur, expectaverisque, ut spiritus regeneretur, iterum animal sentit, & movetur. Ergo evidens signum colligitur, in illis cavitationibus cerebri tunc spiritum contineri, qui non sit ipsa anima: hæc enim deficiente, non est per naturam regressus illius ad corpus: sed qui sit proximum animæ instrumentum ad actiones sensus, & motus.

Hæc est Galeni demonstratio, quæ probat debere dari spiritum animale. Spiritus autem vitalis non habet hanc evidentem demonstrationem, ut patet Salinus Sclanus ex mente Galeni, tamen sufficienter probatur ex prima conclusione.

Reliqui est nugis Argenterii dissolvere. Ad primum arg. dico, quòd licet vitæ sit anima, quæ tamen diversis habet potentias, & diversas actiones, indiget etiam varijs dispositionibus: & sic non est ipsum si egeat calore vitali, & spiritu animali, & respectu particulari partium. Næ ut vitæ est alimentum, variæ tamen coctione elaboratum, ita cum sint tres potentie præcipue, animalis, vitæ, & naturalis, confusum est, ut sint spiritus correspondentes vni cuique facultati, scilicet animalis, & vitalis: reliquus enim naturalis potius magis est in coctione.

Ad secundum negamus, quòd si confusantur spiritus, actiones dioriam deperduntur: nam, & qualitates elementorum evanescunt, & elementa in mixto deserviunt tamen virtus, & ideo aliqua elementum miscibilis. Hoc dictum sit, si concedamus permisceri spiritum animali cum vitæ: sed

Prima conclusio de spiritu absolute probatur.

Secunda conclusio de spiritu animali.

sed non permiscetur, vt per se patet. At suas origines habent, & sua exorta, per que separantur discurrant. Quod si tandem cōplectantur admixtionem, nō ob id suis actionibus priuantur.

Ad tertium dico, quōd licet spiritus animalis sit in ventriculis cerebri, non tamen tantus semper est, vt teneat potentias in actu secundo. Solet enim exhausti bona illius portio, & natura sic defatigata sese colligit, & somnum restitutorum intendit. aliquando autem obstruitur primum sensorium, siue cerebri incatus vaporibus humorum: & alimentis, & somnis conciliatur. Et sic impeditur illius spiritus motio, & facultatum operatio.

Ad quartum, falsum esse dicimus, quōd papilla dilatetur propter concursum spirituum vitalium: nam arteriæ oculorum nō vniuntur in vnam, vt nervi optici; licque nō potest esse transitus tam breuis ex vno in alterum nervi verō optici cocunt, & cōveniunt in vnum, & sic spiritus vnus brevissime potest pervenire in alterum, vitalis autem nequaquam, sed per distantia loca tardissime deveniet ad alteram partem. Demonstratur ergo est, esse spiritum animale.

CAPVT XV.

Quid sit spiritus animalis, quod efficiens, que materia.

Definit Galenus spiritum animale *o. de Vtu Part. cap. 17.* dicens quōd est exhalatio sanguinis benigni, que definitio materialis causalis est, tantum enim notat materiam ex qua fit spiritus animalis, ex tenuissima, scilicet sanguinis particula, id est, ex spiritu vitali: definit vero per causam materialem precipuam. Quamvis verum sit, acrem esse cerebro materiam suppedicare, vt simul ex illo & ex sanguine vaporoso fiat spiritus animalis.

Tamen si volueris describere naturam spiritus animalis, sic defines: Est tenuissima quædam substantia, sensum latens, ex acre & spiritu vitali generata, à virtute immutata cerebri, commune sensus & motus instrumentum, seu dispositio.

(1)

Verum spiritus animalis fiat à virtute coquente substantia cerebri.

Quod non fiat, probatur, quia coctio est perfectio caloris: sed spiritus vitalis est calidior cerebro, ergo non potest coqui à cerebro, cum potius frigeat: non enim potest per remissam qualitatem alia intendi eiusdem speciei, sed potius remitti.

Et confirmatur: nam cocta calidiora evadunt, ergo cerebrum si coquit spiritus vitales, debet illos reddere calidiores, sed hoc est impossibile, cum remissam potius remittat intensiorem. Ergo.

Propter hæc argumenta fuit opinio asserentium, quōd spiritus nō fit per coctionem, sed per simplicem alterationem, cerebro assimilantem, & operante per suam frigus. Hæc tamen videtur falsa, & contra Galenum, qui *7. de Placit. cap. 3. & 9. de Vtu Part. cap. 7.* ait spiritum vitalem fieri animale per vitiosem coctionem.

Quidam Auctor huius temporis, vt illius opinionem evertat, dicit, quōd cum omnia mixta debeant per coctionem naturaliter generari, sicut coquantur naturaliter per putredinem, confotum est, vt spiritus animalis fiat per coctionem, siquidem vitalis debet corrumpi substantialiter ad hoc, vt fiat animalis.

Certe non intelligo idem Philoosophū. Primò fallitur de vitio, dicitur, nisi ita incipere esse per coctionem: non enim incipiunt nisi per mixtionem in quibus mixta sunt, quia coctio est perfectio mixti in se. Secundo sibi repugnantia loquitur nam si illa coctionis incipitio, & definitio per putredinem, est intelligenda secundum naturam mixti, apterum est, quōd spiritus vitalis non corrumpitur naturaliter quando in animale convertitur; sed ab agente extrinseco infersente formam sibi similem quoad potius recipi in materia. Nam quōdo mixta naturaliter, vel naturali putredine dissoluntur, in miscibilia transmutantur; hæc enim proprie est putredo, altera solū transmutatio huius in hoc torunt. Itaque fallitur dicens, quōd spiritus vitalis per naturalem putredinem definit, cum in animale transit.

Aliæ ergo evertenda est opinio, & non prædicto modo, si everti inquam potest; dicendo, quōd amplius habet spiritus anima

lis

lis quam terminum simplicis alterationis. Videmus enim spiritum animalem ad tantum diuersa, & distincta opera assilum, ad sensationes, scilicet, & moriones, ad quas non pertingit spiritus vitalis. Signum ergo est, magis quam temperie differre.

Secundo, quia si per solam frigiditatem receptam differre, posset spiritus vitalis in animaletem transire per frigiditatem: quod falsum est. Nam licet dicere posses, debere esse frigus cerebri, & non alterius agentis: contra hoc est, quia debes assignare aliquid amplius, aliquant, scilicet, qualitatem secundam, quae per illam actionem producat in cerebro. Et ex consequenti mutas opinionem.

Tertio, quia non probas, quod spiritus animalis sit frigidior: si enim est mobilior, & tenuior quam vitalis, quo pacto probabis refrigerari, siquidem per frigus condensatur spiritus, & ineptus redditur ad motum? Quod autem sit subtilior quam vitalis, supra diximus: nam animalis tenuior est habitu & vapore, & fugit ob hanc rationem sensum; vitalis autem ad sensum patet arteria secunda. Omnia haec debebat dissoluere praehabita opinio. Forsan haec incommenientia inspiciant alij opinantes, qui in fatis diuersam abierunt opinionem, quam iam declaro.

Discreuit ergo, spiritum animale fieri per antiparitalis. Cum enim spiritus vitalis accedat ad partem frigiditatem (qualem cerebriam continent omnes Medici) necessarium est, inquirunt, ut retrocedat calor spirituum in se, non aliter, ac in hyeme a frigore ambionis fugat calor ad interiora terrae, & calcfacit aquas puteales. Ita etiam spiritus vitales ascendentes ad caput morantur in animales per vitioxiorem calorem acquiritum ex antiparitali.

Acurus modus dicendi, sed falsus est sine dubio, & falso innitens fundamento: nam qualitatibus nulla est antiparitalis; non enim fugit calor a frigore, aut frigus fugit a calido; hoc enim abhorret optima philosophia: quia accidentia non possunt transire de subiecto in subiectum; quo pacto ergo calor retrocedet? Certè est proferus impossibile.

Neque potest dici, quod corroboretur a contrario circumstante; quia non assignabis, quae intentio illi addatur per solam per se sentiam contrarii. Dixerim est ergo, quod ad antiparitalis requiritur detentio, vel extractio alicuius substantiae in qua resident qualitates. Calefit ergo aqua putealis per

hyemem, quia a frigido ambiente consistantur pori terrae, conspata verò superficie terrae detinentur fuligines, & exhalationes calidae, quae solebant esse actione solis (ae istae detentae calcfaciunt aquas. In tempore autem calido, & aethro aperiantur pori, exhalant illae partes calidae, & aqua ex sua natura deducuntur ad praesentiam frigiditatem semoto calcfaciente.

Hoc itaque sic statuo, ad spiritus animalis generationem devenimus. Non enim per antiparitalis fit qualitarum solutatio, quia haec est impossibilis; neque per antiparitalis supra explicatam nam debes assignare, quae substantia calida exhaletur a spiritu, quae si detineatur, ipsum reddat calidiorum. In substantia autem ita electa & laudabili aerea quid potest diffari, quod reddat calidiores spiritus non quoniam excrementum, quia in illis nihil est; neque ipsemet spiritus condensatus, quia potius subtilior est quam spiritus vitalis. Ergo nihil est per quod reddatur calidiores. Neque ibi remouetur aliquid prohibens, quo remoto ascendat spiritus ad maiorem calorem & subtilitatem, quin potius praesentia natura relicta, aliam recuperat fatis diuersam, & quae sensum fugit.

Alij opinantes dicunt, quod cerebrum sit calidius partibus frigidioribus spiritus, & ex his tanquam ex crudioribus fiat animalis per vitioxiorem coactionem a calido perficiente. Haec opinio aliquas habet difficultates. Prima, quod si intelligat de partibus diuersis integralibus, videtur falsa: nam licet mixtum aethereogenum soleat requirere latitudinem dispositionis ob diuersitatem materiae, ita ut in vna parte sit plus de calore quam in alia: tamen in homogeneo diuersa ratio est, quia forma homogenea vnam requirit dispositionem vnam intentionis. Ergo falsum est dicere, in spiritu esse vnam partem integralis calidiorum alia; siquidem est vna & eadem forma spiritus in omnibus partibus cum vna dispositione.

Neque dici potest, quod spiritus sit aethereogenus, quia diuersitas partium est propter variam operationem; tamen in spiritu non dabis vnam partem, quae sit ad aliam actionem, sed totus spiritus ad vnam rem dicatur est. Neque in vna praecisa parte sub vna esquisita quantitate constitutur sunt variae partes respondentes diuersis elementis, ex qua possit virtus immutari vna educere substantiam calidiorum in se, si per partes intelligamus partes

actuales

actuales completas, vel incompletas: istae enim non possunt esse sub eadem praesentia quantitate.

Sed relictis his omnibus inutilibus modis, qui tantum defensionem ad detinendam veritatem, ad ipsamque inuentam rursus obscurandam, memorari oportet quod sapientis dicit, coctionem propriam, & veram esse perfectionem, quam acquirit mixturam postquam factum est; & ira non mutat esse, sed perficit, ut maturationis fructum, elixario, & asfatio, quae dicitur, sine dubio ad sensum patet, quo pacto mixta ipsa perficiant ne cito corrumpantur, non mutato ipso esse substantialiter.

Alia vero est coctio satis impropria, quam communiter vocamus coctionem, quia aliquid habet cum coctione, tamen tueri potius est generatio, & mutatio vnius in aliud: non enim perficit rem coctam, sed illam mutat in aliam naturam. Ita generatio sanguinis mutatio est ex chylo in sanguinem per alterationem prauiam in tempore, quam communiter coctionem vocant; tamen tueri non perficitur chylus in esse chyli, imò consumitur; & sic non est propria coctio, quae est perfectio mixti. Sed iam vltus inuenerit, & omnes dicunt hanc esse coctionis nomine insigniendam. Et ob id facultatem, quae purè est immutatio, generatio, siue nutritio, propter illum actum alterandi vocare solemus coquentem.

Hoc sic declarato, nullum putamus inconueniens, quòd sicut lac in mammillis generatur ex sanguine calidissimo, & semen in testibus; ira etiam spiritus animalis in cerebro generetur per actum quandam immutatorium quem Medici coctionem appellant, quae facit mutari formam substantialem rei.

Hac conclusio licet non habeat euidenter demonstrationem, potest tamen probari efficaciter, quia spiritus vitalis differt à sanguine ex quo factus est, tamquam per diuersam formam acquisitam. Quare ergo animalis non etiam differt à vitali ex quo factus est per nouam formam acquisitam? ergo per immutatorium actum generatus est. Rursus quòd iste actus procedat à cerebri substantia, probauit demonstratio Galeni: nam ipso vulnerato, generatio ista spiritus laeditur.

Secundo probatur, quia facultas animalis cerebri, ut animalis est, solum est principium sensus, & motus. Ergo cere-

brum non facit spiritus per facultatem animalem, sed per aliam, quam coquentem & immutatorium appellamus: animalis enim non transmutatur materia.

Sed dices: Quare ergo dicitur animalis, siquidem non fit à virtute animalis? Respondetur, dici animalem spiritum ab effectu, & à fine in quem ordinatur: ordinatur enim in organum animalis dispositionem ad sentiendum, & mouendum. Sed argumenta contraria dissoluimus, & ex solutionibus constabit amplius veritas nostrae conclusionis.

Ad primum argumentum in principio quaestionis propositum respondetur, quòd coctio perfecta est perfectio caloris, ut dicit argumentum: coctio vero transmutatio potius est corruptio caloris rei quae transmutatur; & inductio non reperamentum, & nouae dispositionis ad nouam formam. Quamobrem spiritus vitalis non perficitur à cerebro in esse spiritus vitalis, & ob id non perficitur calor ille proprius; imò consumitur, & transmutatur spiritus, & quoad substantiam, & quoad accidentia.

Sed dices: Quare ergo non dicitur corruptio? Respondeo, quia generatur id, quòd perfectius est: ut quando generatur homo, non dicimus, quòd fit corruptio seminis. At quare dicitur coctio? Respondeo, quia alterationes, quae sunt circa contenta, aut inspectum facientia, quando sunt à membris assimulare intendentibus, coctiones appellantur à Medicis; nam & sic solet definire Galenus coctionem, dicens esse assimilationem rei, quae coquitur, ad partem coquentem. Spiritus autem, vel vitalis, vel animalis fit per alterationem quandam, qua similitudo possibilis inducitur, quam illa materia ferre potest; non quidem vltima similitudo, sed aliqua saltem.

Quare non possum non mirari, quòd aliqui recentiores asserant, spiritus ita fieri à causa æquiuoca, ut neque in accidentibus, neque in forma substantialem, neque in aliquo alio assimilentur partibus à quibus generantur. Hoc (inquam) ita mihi displicet, ut neque aures præbere vellem; quòd ut erras facile, debes leperè, quae supra docuimus de sanguificatione.

Sed ad rem se conuertat oratio. Si propter rationes dictas prædicta mutatio coctio appellatur; etiam propter hanc quam addere decreui; quia scilicet, spiritus vitalis materia perficitur per vltimo-

rem formam perfectiorum, & per approximationem ad unam finem ad quem ordinatur ex sua natura, nempe ut animæ feruiat ad suas actiones exercendas.

Colligete ergo ex dictis poteris, quod ista coctio, de qua loquuntur Medici, & potest fieri à frigido, & potest fieri à calido; nam ossa transmutant alimentum per innatam temperationem, in quo excedit frigiditas. Et alimentum ossis in termino ad quem sub ratione frigore existit, quam erat sub termino à quo. Ita cerebrum per suam frigiditatem corrumpit spiritus vitales, & conuertit in animales. Vnde iam video commune argumentum, quo pacto sit possibile, ut visio animalis sit aliqua pars, que operetur per frigiditatem. hoc de hoc satis copiose disputauit agens de generatione adipis.

Ad confirmationem similiter responderetur, cocta, scilicet, calidiora fieri conditionem perfectiorum passâ sunt: si tamen coctionem transmutatiuam, non est necessarium, ut calidiora fiant, sed ad agentis conditionem assimilantur: si agens frigidum est, frigidiora solent remanere.

Quod si dicas, quo pacto spiritus maneat iustior, si maneat frigidior: responderetur, quod iste secunde qualitates, aut tertie, licet orientur à primis, non tamen habent conaturalem connexionem renacitas cum calore, albedo cum frigore, &c. sequuntur enim prima cum eorum dispositione materię; nam & albedo potest oriri à calore, ut in calce; & à frigore, ut in lacte, & nunc. Ita aer per hyemem summè attenuatur intra propriam naturam, & multum infrigidatur, ut Boetius. Non est ergo mirum, quod spiritus animalis simul tenuetur, & refrigeret. Precipue, quod in ista generatione depuratur à sanguine, & fit magis aeris addita aliqua portio mentis noui aeris. Quod pulchrum est in hac parte: ut enim sanguis dum corrumpitur, eius tenue conuertitur in bilem, & crassum in melancholiam; ita spiritus vitalis cum sit animalis, eius tenue vertitur in aerem substantiam spirituosam, & crassum in substantiam cerebri, ut alimentitium conuertitur: nam & per arterias negandum non est aliquid arripere substantiam cerebralem.

Sed vltimam dubitationem huius Capituli attingamus de influxu hepatis in

alias partes. Et illud primum declarandum.

CAPVT XIII.

Utrum detur spiritus naturalis?

SVpponenda est solutio istius vulgaris questionis, ut pateat quis sit influxus hepatis in alias partes. Neque exilimes impertinentem esse hanc dubitationem in hoc loco: nam licet influxus illius qualitatis per exorta comunicetur, tamen etiam per spiritus, ut supra dictum est. Et sic ut recte intelligatur, vtrum secor habeat aliquam influxum; primo incipiendum est à dubitatione communi, vtrum generet spiritus naturales; isti enim si dantur, suo modo inducunt, aut iteque periculosos.

Sed ut breuiter ad hac questione discutiamus, existimo multum Authores de nomine laborare in hac parte, ut ex dicendis patebit. Primo tanquam certum relinquimus in superioribus ex doctrina Galeni spiritum esse substantiam tenuissimam vapore, sensum effugientem. Secundo certum est, huiusmodi esse spiritum animale. Tertio, quod spiritus vitales non sit ita proprii spiritus: sed magis proprie dicitur sanguis tenuissimus, & vaporosus. Hoc tertium videtur aliquibus in doctrina Galeni parum exercitaris, non ita vtrum: tamen sine dubio est aperta doctrina Galeni. Spiritus enim vitalis appellatur spiritus, quia conuertitur per arterias mouetur, quia tenuis est, quia proxima materia existit spiritus animalis; tamen stricte loquendo non est proprii spiritus, quia hac sensum visus fugit præ sua tenuitate: at vero vitalis lenibus percipitur, ut sanguis quidam tenuis.

Hæc fuit mens Galeni, quando libet de Vsu Respirationis, quærens vsum, & finem respirationis, dicebat, quod respiratio est propter naturam caloris conseruationem, & propter generationem spiritus animalis, nulla facta mentione de spiritu vitali, ad quem summopere conferret respirationem. Quod etiam confirmat 7. de Vsu part. cap. 8. & 9. Et quando desinit pulsus, dicit, quod pulsus est actio ad spiritus animalis generationem, & ad moderatorem caloris naturi. Quod lib. de Vsu puls. c.

De influxu hepatis in alias partes.

17. etiam confirmat, nulla spiritus vitalis facta mentione. Et ob nihil aliud, nisi quia sanguis ille spirituosus in arterijs & corde contentus, non verè spiritus censendus est, ut diximus, sed potius materia apta ad novam animalis spiritus formam recipiendam. Et ideo quando propriè loquitur Galenus, non vocat spiritum vitalem: ita enim libro de Vitis pulsuum cap. 2. dicebat, materiam in arterijs contentam, esse sanguinem tenuem, & habituosum; non audens nomen spiritus imponere. Sed palchre se explicat libro 1. de Placit. et 6. ubi pluribus experimentis, & rationibus probat contra Crisippum, & Erasistratum sanguinem esse, ad quod in arterijs continetur: & inquit, si ubi esset spiritus simul cum sanguine in arterijs, scilicet, & sinus cordis) proculdubio seditione facta vitam exiret spiritus, & post spiritum exiret sanguis. Sed contrarium videmus; nam statim exiit sanguis, signum ergo est usui præter sanguinem contineri, qui propter suam agilitatem, & propinquitatem, ut fiat spiritus animalis, nomine spiritus insignitur: nam quod parum distat nihil distare videtur: & priusior proxima est quo-lummodo forma. Ita semen appellamus vitæ, quia est proxima materia vitæ.

Sed alius est singularis locus Galeni lib. 5. de simplic. medicament. facit cap. 6. ubi loquens de spiritu innato, air, quod multa copia spiritus in spatij manibus partium contractur, qui non sunt veri spiritus, cum modica adhuc immutatioe indigeat, ut in substantiam veri innati spiritus mutetur; & tamen ad naturalia opera utilis existit. Hæc Galenus. Quibus verbis nobis declarat, quare fuerint spiritus nuncupati. Nam quamvis non sint verè spiritus, quia tamen sunt utiles ad opera naturalia, quasi fuerint propriè spiritus, hinc est ut appelletur spiritus. Igitur in hoc sensu volumus esse intelligendam nostram doctrinam, quando agimus de spiritu vitali; quod, scilicet, sit sanguis quidam tenuissimus, & habituosus, qui veram formam spiritus nondum habet.

Si ea, quæ ex Galeni mente dicta sunt, attente consideramus, inveniemus quid de spiritu naturali sit sentiendum. Nam si spiritus vitalis quia aliquantulum crassior est, & recedit à natura illa perfectæ spiritus animalis, ob hanc rationem non appellatur à Galeno spiritus: quid dicendum erit

de spiritu naturali, qui nihil aliud est quam sanguis tenuissimus venis ex illis multo crassior quam sanguis arterialis? Sequitur ergo manifestè, nullo modo esse spiritum naturalem, nisi velis nominibus aburi, & æquam nominare spiritum, quia est tenuior terra; & melius holiama. dominare spiritum, quia est tenuior quibusdam. Ita si vis partem tenam sanguinis in venis, & iccore castrensem appellare sanguinem, poteris quidem; sed sine fundamento: & ob id dixi in principio huius difficultatis, quod tota hæc questio refunditur in vitæ, sive in questione de nomine. Sed ipsa res intelligatur, ut multoties dicit Galenus, Nominibus vitæ quæ ut voluerit.

Argumentum meo iudicio est à fortiori in doctrina Galeni. nam si spiritus vitalis quia crassiusculus, nondum spiritus accipit naturam, quomodo sanguis venalis erit? Neque dicatur bene spiritus cum magis crassus sit. Quam philosophandi rationem respiciebat 12. Method. cap. 2. in 2. ubi ut exillimo, non dubitat, utrum sit spiritus naturalis; nam ex didis patet, quod non sit verè spiritus. Sed dubitat, utrum nomen taltem spiritus debeat usurpare sanguis ille tenuis venarum. Apponimus verba ipsa Galeni: Ergo animalis spiritus fontem cerebrum esse clarè ostendimus; qui partem ex inspirando, partim ex eo quod reticularis plexus suppeditat, alitur, atque irrigatur. Vitalis spiritus non zoque videns est demonstratio, sed tamen cum in corde, & arterijs contineri existimare, alienum à ratione non est; eundemq; nutritioni maxime quidem ex inspirando, sed tamen & ex sanguine. Quod si naturalis utique spiritus est, ut utique in iecinore & venis continebitur. Quæ verba si attentè legas, & cum alijs locis supra citatis coniungas, proculdubio intuentis spiritum animale esse propriè spiritum; & vitali esse dubitationem; & naturali autem multo maiorem dubitationem, an nomen adhuc mereatur spiritus.

Igitur conclusum sit, nihil aliud esse in iccore, & venis, quam sanguinem, qui cum habeat partes crassis, & tenes, communiter Authores vocant spiritum illud, quod tenue est. Partem autem in sanguine venali esse tenorem, dixerat Galenus 7. de Placit. cap. 1. & 6. de Vitis Part. cap. 17.

Predicta doctrina Galeni potest probari efficaciter ex parte finis, & ex parte agentis: ex fine, quia nullus est visus, neque finis nature in generando isto spiritu naturali: nam non ad nutrien-

dum

dum partes tenues viventes; quia istae reparantur per partes tenues sanguinis venalis, & per sanguinem arterialem; ergo frustra ponitur spiritus naturalis: neque ut partes operentur, nam ad operandum sufficit illis propria temperies à calido cordis actiata.

Ex parte agentis; quia securus infanz est facultatis; non enim elevatur ad actiones vt cor, aut vt cerebrum; ista enim membra generant substantias magis elevatas. Impertinens ergo est ponere naturalem spiritum; ergo iecur non induit per spiritum naturalem;

Dubium inter Avicennistas.

Siquidem de influxu hepatis in alias partes, sermo incidit, non est silentio prætereundum dubium circa quorundam verba Avicennæ excitatum. Nam inquit in Capite de Membris, quòd si obstruatur, vel claudatur via ioter partem nutriendam, & hepar, quamvis ipsa pars haberet nutrimentum, à vobis nutritiva illius partis laderetur, quemadmodum leditur sensus & motus, cum nervus ligatur, qui à cerebro descendit.

Circa istam sententiam, Avicennistæ militiam torquentur; & certè non sine fundamento; nam supposito quòd pars habeat aliquid nutrimentum tenue, modeste, & crassum, & pars est sufficienter temperata, & actiata, quæ non efficiet in alimentum, & nutritur per aliquod solum tempus, quò duraverit agens & passum proportionate?

Subtilissimus Gentilis dicit, quòd licet facultas nutritiva osis, & illius instrumenta compleat sufficientia sine, nutrimentum tamen non habet continuitatem cum hepate, & defectu illius continuitatis, non est aptum, vt recipiat actionem membri. Et dicit quòd iste modus dicendi est molestus Medicis. Et certè ego dico, quòd non solum est molestus Medicis, sed Philosophis etiam. Nam debet assignare Gentilis quid acquirat alimentum per continuitatem cum iecore. Esti vterque argumentum, concedet Gentilis aliquam qualitatem communicari ad modum latis, sicut dicebamus de cerebro influxu; quod est gratis dictum, & falsum; nam alimentum postquam generatum est ab hepate, non eget nisi vt transmutetur; qualiter autem alia qualitas, quæ illi superaddatur, præter meram passibilitatem, & consuetudinem in substantiam nutritivam, potius est impedimentum ad nutritionem; siquidem totum illud debet evincere à calore partis assimilantis. Vel debet declarare Authorem iste, quare aqua separata à fonte seruet eandem passibilitatem, & naturam ad parandum ab igne; & sanguis separatus à iecore non seruet eandem sufficientiam, vt paratur à partibus assimilantibus. Nihil enim poterit desiderare, quòd non possit procedere à principis intrinsecis sanguinis, & à calore influente cordis à quo etiam liquatur, & calescit, & obediens redditur ad nutriendum.

Displicet ergo nobis Gentilis, quia non declarat quid acquirat sanguis per illam continuitatem quam inducit.

Post Gentilem insurgit Foroliviensis, & tanquam in re difficili dupliciter respondet. Primò dicit, quòd iecur induit qualitatem quandam necessariam membris ad agendum. Et hæc amittitur anissa continuitate, & sic non nutritur paratissima via inter ipsam & iecur.

Secundo dicit, quòd iecur communicat sanguini quandam qualitatem occultam, per quam redditur aptum ad nutriendum, quæ etiam indiget continuitate cum suo principio. Et hæc addit dicit Gentilis.

Sed vterque modus dicendi mihi videtur falsus, quamvis Hugo Senecalis primum modum probet, & amplectatur. Contra primum est, quia ad tenuem partem nutritivam, licet via sit obstruata, contra isensationem; nullo enim modo sentit pars obstruata nemo. Et potest fieri supra dictum argumentum, nam nihil deficit ad hoc, vt pars transmutet alimentum quia hæc transmutatio per calorem fit, & non per aliam superiorem qualitatem.

Præterea, illa qualitas communicatur per sanguinem, quo pacto deseruit membris? Alimentum enim operatur à materia, nec disponit membra, sed disponitur à membris. Neque communicatur illa qualitas per tunicas venarum, nam tunicæ illæ manent in obstruactione, dummodò non ligentur, vt nervi; ergo per illas tunicas bene poterat iecur illam qualitatem communicare, quom inducit lacobus.

Secundus modus dicendi, cum conficiat ad qualitatem occultam, magis displicet, & præterea est contra Auicennam. Quod probatur; nam Auicenna inquit, quod est nutrimentum sit aptum, viaretur actio si clauderetur via inter partes & hepar. Ergo supponit Auicenna, quod alimentum habeat conditiones omnes ad nutriendum: hoc enim significat per illa verba: *est alimentum sit aptum*. Ergo non deficit alimento qualitas illa occulta, quæ macinatur Forthius.

Quod argumentum efficacissimè probat contra Gentilem. Voco efficacè argumentum, quod sumitur ex ipsa littera Auicennæ, cuius se gloriatur Gentilis enarratorem. Si enim dicit textus, quod alimentum est aptum ex se ad alendum, ergo non eget ex se continuitate cum iecore. Nam quantumvis Auicennista inducant spiritum naturalem, illud alimentum, quod Auicenna vocat aptum, intelligitur cum suo spiritu proportionaliter derivato ab hepate, ergo nihil deficit alimento, ut nutriat.

His relictis, asserendum est, quod iecur neque insitit qualitatem, ut probatum est, neque mittit spiritum naturalem, neque aliquid aliud præter materiam nutrimentalem pro toto. Atque hoc sufficit, ut dicatur membrum princeps, ut supra docuimus Cap. de Membris.

Quod autem de virtute sanguifica dicitur in latere iuuenietis supra in proprio capite, & propria questione, utrum sanguis generetur extra iecur. Restat videre quid respondendum sit ad dubium Auicennistarum. Mihi nihil aliud videtur dicendum, quam quod partes viuentes non possunt laborare per consensum quoad actiones merè vegetales. Tamen secundo certum est, quod illarum actio pendet ab alimento, tanquam à materia circa quæ versatur. Non est itaque difficile, quod deficiente còmodo alimento, deficiat tandè actio, ut in hydropicis videmus, defectu obiecti. Quando ergo dicit Auicenna, quod ledatur actio partis, clausa via inter hepar & partes, interpretandum est, si dures per aliquod tempus defectus transmissionis alimentum enim proculdubio vitabitur defectu obiecti, quamvis non ledatur ex parte ipsius nature membri. Et tunc cessabit actio, sicut quando laegatur nervus, cessat sensus. Sed hæc statuta differentia, quod in animalibus cessat defectu dispositiæ qualitatis; in vegetatiuis defectu obiecti in

quod agit virtus transmutatiua.

Sed in quantum prestaram deuenit dispositione propter prauiam, aut nimis sollicitam versionem? Declinat Gentilis laborare, & nos cum illo in isto textu. Doceat Gratiolus meliorem, & accuratam versionem ex diametro, contrariam antiquæ: ita ut Auicenna cum Galeno asserat, quod licet claudatur via inter partes, & hepar, non cessaret actio partium, sicut cessat sensus obstructo nervo. Legas Gratiolum, & nulla erit controuersia.

CAP. VLTIMUM.

De operationibus.

VLtimum hoc caput nobis proponit ad sciendam aliqua, quæ pertinent ad operationes, quæ oriuntur à facultatibus: hoc enim debebat huic tractati post tractatum de Facultatibus. Nos autem ponit Auicenna definitionem operationis, quia hæc ex dictis constabat; nam quando dicebamus quid esset facultas, dicebamus consequenter quid esset actio illius facultatis, sed proponit aliqua accidentalitæ, quæ pertinent ad operationes. Quæ autem sunt hæc pertinentia ad complementum scientiæ de operationibus, dicamus explanantes litteram nostri textus.

Duo facit Auicenna in hoc capite. Primo dicit, quod aliqua sunt operationes, quæ complentur ab una facultate, ut coctio; alia, quæ complentur à duabus facultatibus, ut cibi appetitus.

Secundo declarat illas duas propositiones per exempla, & aliqua remouet dubitationes. Et hæc est summa totius capituli.

Circa præmissa notant omnes, quod quando dicimus esse quasdam operationes ita singulares, ut non sunt, nisi ab una virtute, ut coctio; intelligendum est, non quod sola illa facultas efficiat actionem sine alio instrumento, & sine alijs conditionibus; coctio enim non fit à sola virtute coquen- tis, sed etiam à calore taliter directo, ut instrumento. Præterea ad coctionem etiam concurrunt facultas retentrix, non quidem præstanto aliquod essentialitè ipsi actioni, sed retinendo passum rectè approximatum agenti. Ergo illa actio fit ab una sola virtute, ad quam illa sola virtus cum suis debitis instrumentis concurre: ut coctio fit

Quid influxus iecur.

In capite proprio de sanguine in partibus.

fit à virtute coequentre cum suo instrumento, & aliz multaz actiones huiusmodi.

Quòd si dicas, virtutem viralem concurrere ad actiones nutritivas, ita vt còdio non fieret, nisi virtus vitalis, & virtus concoquens simul agerent. Resp. quòd Auicenna non negat actionem causarum vniuersalium; virtus autem cordis habet se vt causa quadam vniuersalis respectu omnium operationum vegetalium: tamen vnaquazque facultas particularis est causa suaz actionis particularis. Et de hac loquitur Auicenna in præfenti capite: hæc enim respicit vnā operationem solam; & hæc operatio solam vnā causam immediatam respicit, ad quam dicit ordinem immediatæ causalitatis.

De actionibus, quæ complentur per duas facultates.

IN secunda parte capitis alias actiones proponit, quæ complentur per duas facultates, vt fames, vel cibi desiderium. Vbi illud maximè notandum (quòd subterfugit diligentiam Auicennistarum) quòd quando Auicenna dicit esse actionem, quæ eompletur per duas facultates, non intelligit magnus ille Philosophus, quòd vna actio procedat à duabus virtutibus; hoc enim est impossibile: nam vt facultates distinguuntur, ita actiones & obiecta, & eò tra: non enim est possibile, quòd appetitio cibi, quæ proprie pertinet ad appetitum sensitivum; pertineat etiam ad tractiuam naturalem mēbrorum.

Sed dicit, quòd illud, quòd intendit natura per vnā actionem, contingit compleri per duas facultates diuersas, vnaquazque facultate conspirante ad vnum finem vltimatam, habente tamen suos terminos & obiecta immediata diuersa, v. g. ponamus exemplum ipsūm Auicennæ. Oportebat animal sentire defectum alimenti, vt moueretur ad querendam alimētā: pronidit natura, vt os ventriculi exquisito sensu polleat. Rursum vt inanitas partes traheret naturaliter à venis, venæ iugerent à ventri-

culo: ventriculus autem sentiens succiōnem & tensionē, in consensum trahit vltimariam, quæ iudicat illum tensionem esse malam, & naturæ inimicam. Rursum alimētarius appetitus præsentat formam illam contrariam, & discedentem: tamen appetitus autem fugit rem tristem, & in ista sagā ponunt aliqui formalitatem doloris famelicæ: atque cum appetitus doloris medelam appetat, & bonum quærat, appetit alimentū; & in hoc vltimo actū ponit aliqui formalitatem famis. Si dicta contentis peris, inoentis, quòd vnaquazque actio procedit à sua virtute, naturalis à naturali, sensitiva à sensitiva: tamē totum hoc aggregatum, quòd natura intencit, nempe, vt animal cibaria appetat, completur per diuersas facultates, & hoc fuit intērum nostri Auicennæ. (De fame autem, & eius causis abundè dixi in tract. de Morb. & Sympt.) Sed, quòd nostra explicatio sit purè ad mentem Auicennæ, attende esus verba: ait enim: *Et hanc quædam operatiōnem non dicimus duabus virtutibus compleri, nisi quia vnaquazque facultate iasa leditur finis natura.* Quæ verba maxime explicat quæ dixi, nō enim intelligas, quòd sensitiva appetitio cibi sit ab attractiua naturali, vt falsò inuolit Senentis; sed quia deficiente tractiua naturali deficit sensatio tristicæ & appetitio. Hinc est, vt aggregatum hoc famis animalis compleatur ex multis actibus, & ex duabus virtutibus diuersis.

Alterum exemplum ponit Auicenna in transglutione: transglutio enim, & fit per musculos voluntarie mouētes (ostio enim musculos in faucibus posuit natura, quatuor vtrinq; ad deglutionem) & per villos naturaliter operantes.

Præterea alimentum mouetur ad partes nutriendas, tractum ab attractiue, & expulsū ab expellente. Reliqua aperta sunt in hoc capite, & alia, quæ huic nostro lahorī defunt, supplenda sunt, cum de morbis agemus in particulari: ibi enim anatōsi peculiarē vniuersaliūq; mēbri explicabimus. Alia verò multa in lib. de Dieta elocidantur, quæ vidēda sunt pro huius Fen maiori luce.

FINIS.

HIPPOCRATICA

AD EXCELENTISSIMUM HERCEM
D. GALFANUM DE GOMARA, Comitem de Ojundas, Ma-
ximum Cubicularium Philippi Quarti.

AVTHORE ANTONIO PONCE SANCTACRUZ,
in Casibus Regis Castellae, Praesentis Regni



Ascendite superius, Lectores optimi. Hippo-
crates vocat ad Arcem altioris Philosophiæ.
Ascendite (inquam) & eruditi iam Auicennæ
rudimentis, illuminamini excellētiorebus, purio-
ribusquē radijs.



MATHEI.

in Casibus Regis Castellae, Praesentis Regni

UVA.BSCH

Ascendite subterit. Lectores optimi. Hippo-
crates vocat ad Arem aliorum Philosophia.
Ascendite (indam) & eruditi iam Auctores
indimentis illuminant excellenter dno-
tipulne raris.

PHILOSOPHIA

HIPPOCRATICA.

AD EXCELLENTISSIMVM HEROEM
D. GASPAREM DE GYZMAN, Comitem de Oliuares, Ma-
ximum Cubicularium Philippi Quarti.

AUTORE ANTONIO PONCE SANCTACRVZ,
à Cubiculo Regis Catholici, & Protomedicò generalia.



MATRITÛ

Apud Thomam Iuncam Typographum Regium.

Anno M. DC. XXII.

UVJ. BSCH

PHILIPPINA
HIPPORATICA
 AD EXCELLENTISSIMAM HERCEM
 D. G. MARCUM DE GRANA, Comitem de Quirós, His-
 spaniarum Cubicularium Philippici Imperatoris
 ANTONIO PONCE SANCTAEVAE
 in Civitate Sanctae Caeciliae, Valentinae, impressum.



MATRIAE

in Typographia Universitatis Valentinae, 1785.

MDCCCLXXXV

UVA. BSCH

ILLVSTRISSIMO,
AC EXCELLENTISSIMO
PRINCIPI D. GASPARI DE GVZMAN,
COMITI DE OLIVARES, PHILIPPI IIII.
Hispaniarum & Indiarum Regis potentissimi, Status OEco-
nomiaſti prudentiſſimo, atque eiufdem Sumillerio de Corps
fidiſſimo, Regalium Aedium Hiſpalerſium
Prefecto. S. D.



HYPOCRATICAM Philosophiam,
Asclepiadarum ornamentum, tractatum de
corde, vita & salutis principium, iuuentutis
noſtrae laborem, ſenectutis leuamen, exiguum
munus ad te mittimus, Excellentiſſime Comes.
Imò non mittimus, ſed ipſum ſponte ad te ibat.

Quæreturæ ſecurius propugnaculum deſerta
illa & exulans Philoſophia? Te unum poſtulat Mæcenatè, à tene-
ris annis litterarum Patronum, ſtudiorum ſplendorem. Quò pri-
mordia vitæ & ſalutis ſuſtentacula properarent? Ad te, qui Regis
& Regni vitæ & ſaluti ſic inuigilas, ut propriam deſpicias, & omnes
recuperent. Diſputationum tormenta, ſcientiarum ſulcra, quæ Pre-
ſidem in plorabunt? Te proſectò, qui poſt grauiſſima rerum pondera,
pacis & belli conſilia, ita bilaris, benignus, & conſtans ad conſabu-
lationes literarias, non accedis, ſed irruis, ut doctos erudias, indoctos
inſtruas. O ſeliciffimi ſilioli! licet tarda literariz cultura germinat,
qui poſt tot vigiliarum annos, & parturientis ingenioli doloroſa diſ-
crimina, à Dco Opt. Max. ſine dubio directi, limina Excellentiſſimi
Comitis libatis: inter mortales immortalis nominis Principè adiffiſ!
Qui in omne æuum perenni gloria victurus, non ſolum potentia &
autoritate, ſed ſapientia, a nequiſſimis calumniantium & inuidorū
iaculis, vos inconcuſſos ſeruabit, ditabit, condecorabit, extollet. Parè
tem habuiſtis mille ærumnis in palæſtra Academia Valliſoletana
agitatam. Nunc Patronum clariffimum, cui incrementa veſtri ho-
noris & amplitudinis ſecuriſſimè concredita acclamabit poſteritas.
Iã nulla adit laborioſi ortus recordatio: ſed excelsi huius refugij inde
feſſa celebratio, & aterna gratitudo. Poteritis nò, aliquam aggre-
di elogij particulam? Neutiquàm. *Senant principia dicendi, quia innu-*

*mera, & equalis magnitudinis: fines non certant, quia nulli. Tu enim ex illo vetusto emergis, excelsa, illustrissimoque Guilielmo Gu-
 demano Britanniae Duce, ex quo per legitimos gradus myriades stre-
 nuorum Equitum, Comitum, Ducum, Principum, Regum etiam Ca-
 stelle, Aragoniae, & Lusitaniae, prodysse comperimus. Et ut tot
 insignia caelestis condecoraret Sanctitudo, Beatum Dominicum, Dei
 ac Deiparae nuntium ex tua familia nobis concessit Divina Maie-
 stas, cuius fulgore uniuersa mundi climata coruscant. Sed cur Ex-
 cellentissimum parentem tuum D. Henricum de Guzman commemo-
 rem, cum ipsa laudem materia per omnium animos & ora se exten-
 derit perpetuo duratura? Iam non rerum argumenta, sed marmorea
 & aeterna monumenta Roma proclamant, in illa ad Pontifices le-
 gatione, & Regnorum Italiae gubernaculis semper inuidendis, num-
 quam obliterandis. Praesertim illis temporibus in quibus, nisi sub
 illius Prudentia, Sapientia, & Magnanimitate, quasi sub Achillis
 clypeo Regna forent, calamitatibus obruta deplorata iacerent. Ma-
 gna haec aliquis suspiciet. Sed reuera rudimenta suere naturae,
 perfectum potentissimae Ibericae Monarchiae Atlantem facere
 condiscantis. Ut in te uno sparsas tuorum progenitorum virtu-
 tes, ad tantum munus integerrime exercendum, unitas mirabili vin-
 culo coniungeret, talisque elucesceres, qualem exoptabat Hispania,
 genio factum ad omnia, virtute factum ad singula. Sed deficiunt
 verba, obmutescio. Quid hoc? Audio vocem, quasi aquarum multarum.
 Eleuant maria vocem suam, plaudunt manibus, trivernibus, & na-
 uibus innumeris (tuo consilio erectis) conculcata ad omnimodam ini-
 micorum extinctionem. Plorant Insulae Belgicae, exultat Germa-
 nia, gratulatur Hispania, regnat Iustitia, remunerantur Stu-
 dia. Inter ista magna, respice ista minima, Excellentissime Heros:
 opus hoc nostrum diuturnis lucubrationibus, pro antiquitate de-
 fendenda delineatum, tuae Excellentiae dicamus, raram, ac singularē
 erga te animi propensionem, palam liquidoque declaramus. Quem
 ceu propitium numē hoc cultus genere celebramus. Deus Opt. Max.
 te Principem Philippo Regi, Christianae Reipublicae, ac mihi protecto-
 rem, diu seruet incolumem. Vale nostrum decus.*

EXCELLENTISSIME PRINCEPS,

*Doct̃or Antonius Ponce Santacruz, Medicus
 a Cubiculo, Regis, & medicus Generalis.*

INDEX EORVM QVAE ANTONIVS PONCE Sanctacruz, Primarius Vallisoletanus in Hippocraticam Philosophiam exaravit.

A



Aerem, aut fluxum generare, nisi magnum est vitare. fol. 94. & 95.
Accidit, aut producat substantiam in in vitiose substantia, aut non producat, semper est verum, sicut aerogene productione generati in vitio-

te generantur. 74. c. 1.

Accretio & diminutio quomodo fiant, primus docuit Hippocrates. 1. 19. & 149.

Aedificatio, quo pacto insistentur, quae in nostris corporibus sunt. 1. 141.

Aeterna Hippocratis declaratur, quando dicit, Partes quae minus faciunt, plus faciunt. fol. 35. c. 1. & 2.

Aeterna Hippocratis declaratur quando dicit, Partes tribuentes alij multum magis dant, quàm recipiant. 38. & 39.

Aeterni varietatis causam docet Hippocrates. fol. 21. c. 2.

Alimenta in vitriana conversatione quare dicitur ab Hippocrate allabentia. 40. c. 1.

Alimenta necessaria esse vitiosa, probatur, & ob antiquitatem videtur nova assertio. fol. 4. c. 1. & seq.

Alimenta non possunt suscipere à nostro calore cunctum similitudinem, oportet enim ut ipsa aliquid habeant ex sua propria natura. fol. 46. c. 1. & 2.

Alimenta sunt determinatae species humanae, sed variis partibus diversitate fecerit, qui dicitur animal ut sic. fol. 45. c. 1.

Alimenta in ventriculo & in eorum cuncta motu per totum corpus perficiuntur. 47. c. 1.

Alimenta aërea appellat Hipp. feminea, calida vero appellat mascula. 48. c. 1.

Alimenta robusta & debilia, ibid.

Alimenta in nostro corpore quomodo morantur, necessitate & violentia. Ex Hippoc. 48. c. 1. & 49. c. 1.

Alimenta diversis regionibus diversis elaborationes subeunt, quas simplicia & circuitus meritis appellat Hippocraticus ibid.

Alimenti elaboratio per circuitus quosdam eleganter docet Hippocrates. 40. c. 1. & 2.

Alimentorum fatum non esse, dicitur, sed vitiosum. Contra non fatum quoniam. 40. c. 1. & 2.

Alimentorum vitiositas dicitur, cum in se habet, aut necessaria, expeditio. 1. 141. c. 1.

Alimentum sancti ad vitam esse, ut dicitur, quia ad perfectionem suam accipit. 55. c. 1. & 2.

Alimentum debet habere partes contrasolentis, postea partibus vitiosis. 47. c. 1.

Alimentum quo pacto insistentur localiter dicitur, ut dicitur, in exemplo dicitur Hippoc. 38. c. 1.

Alimentum non debet generare vitiosum, ut patet, cum organice. 40. c. 1. & 2.

Alimentum, ut dicitur, in locis vitiosis, quod, causa vitiosa dicitur. 40. c. 1.

Anaxagoras carere oppositum, quia dicitur, carere non esse alimentum. 40. c. 1. & 2.

Anaxagoras primae Genitrix vitiositas dicitur. 1. 141. c. 1.

Anaxagoras quare appellatur vitiosus. 40. c. 1.

Anaxagoras sententia de vitiosis dicitur. 1. 141. c. 1.

Androgyne quomodo dicitur Hippoc. 1. 141. c. 1.

Animales in quo dicitur, ut dicitur, vitiositas dicitur. 40. c. 1. & 2.

Animales in vitriana conversatione dicitur, ut dicitur, ibid.

Animales in vitriana conversatione dicitur, ut dicitur, ibid.

Animales in vitriana conversatione dicitur, ut dicitur, ibid.

Animales in vitriana conversatione dicitur, ut dicitur, ibid.

Animales in vitriana conversatione dicitur, ut dicitur, ibid.

Animales in vitriana conversatione dicitur, ut dicitur, ibid.

Animales in vitriana conversatione dicitur, ut dicitur, ibid.

Animales in vitriana conversatione dicitur, ut dicitur, ibid.

Animales in vitriana conversatione dicitur, ut dicitur, ibid.

Hippoc. Philosoph.

VVA. BSCH

I N D E X.

probata ad pedorem Galeni & aliquorum Hermetorum nostri temporis 164. v. q. ad 168.
Anima humana in temporis perfectionis, late diffinitur. 151. & 164.
Animalia vegeta non possunt in corpore Adami, sed in operibus Vallesius. 100. & 101.
Animalium rationales infundit post factum organizationem disposita necesse demonstrant. 88. & 89.
Animas sentientes esse aliud quam calidum, Locius Philaleus, Antonius facili defendit. 47.
Animas fieri calidum ab Hippocrate cum agit de anima mortua. & quæritur ad in eorum. 21.
Animas humanam Hippocrates calidam appellat, necesse in eorum aliquorum antiquorum. 21.
Animas non pluralitatem posse probant ex visione Exechielis. 104. & 105.
Animas duas ponit Vallesius in homine, refutat. 101.
Animalia statim à suo eorum vitentur suis membris, & causa horum contra mediceos. 52. & 1.
Animalia aliqua non bibunt. 118.
Animalia aliqua licet bibant, non reddunt urinam, & carent vesica. ibid.
Animalia talia esse quia talia habent instrumenta, non sine fundamentis putant Anaxagoras. 170. & 1.
Animalium perfectiorum & imperfectiorum distinctio Hippocrate. 41. & 1.
Appetitus inane ad finem, & appetitus finem ad materiam. 54. & 1.
Aqua non concipitur naturaliter in glacem, ut putat Vallesius. 148. & 17.
Aqua quæ potest verari in terram. Ex Arist. 9. & 1.
Aqua non potest in terram vari actione operum contra quædam in aliorum. ibid.
Aqua non efficitur à calore. ibid.
Aqua quæ modo in igne sunt in ignis. 14. & 1.
Aqua pluvialis facit putrescentiam. 18. & 1.
Aqua pluvialis magis nutrit plantas quæ alia. ibid.
Aqua sicca in solo vitentur in arenam, sicut & ignis humides. 18. & 1.
Aqua fœtente frigida & simul fluida. Contra Vallesium. 132. & 1.
Aquas & ignem maxime disparia putaverunt Hermetici & Archologus, & tamen Hippocrates naturaliter coniungit. 1. & 1.
Aquam non esse elementum ignis quare dicitur Hippocritus in libro de rebus. declaratur. 14. & 1.
Aristoteles nunquam dicitur animam formam efformare, si quid potens ad animam. 52. & 1.
Aristoteles falsò dicitur ab opinione de generat. Antonic. 1. nam Aristoteles dicit. factum fieri à venis animæ. ibid.
Aristoteles magis dicitur defensor Ecclesie Catholice. Plato dicitur. 51. & 1. & 1.
Aristoteles locus de rebus historiæ explicatur contra Finem. 71. & 164.
Aristoteles & Platonis in lege quæ documenta, non esse intendendos emerytis, vix sententiam non valent filios aere refutat. fol. 87. & 1. & 1.
An placuit de rectoria ex institutione naturæ. 136.
An quæ est in arena esse potest attingit opus 164. rectoriam. Ex Arist. & Gal. 122.
Artificiales machinas quæcumque modo motu actionis, ut horologia, & c. non dicitur sicut finem à virtute de cetero à productione tanquam instrumenta

ser arata. Offendit. & falsò contrarij. 71.
Artificialia à potestate. 110.
Artificialia à mente & arte. ibid.
Artificialium factio generatio dicitur ab Arist. ibid.
Artificialia imaginis naturæ. ibid.
Artificialia factio potestate dicitur Aristot. ibid.
Artificialia in possessione. ibid. veritas de hoc habet. contra in publicum locum virorum & familia rum balneis publicis vitentem. 138. & 1.
Augustinus de capite eleganter vitentem finem in materia. 104.
Aurum & distillationes ex lapidebus non contriunt. 47.
Aurum illud Hippocrati. Medicum morbum tollit aurum verò sua sponte sanum facit, non omnino intelligitur, sed explicatur. 133. & 1. & 1.

B

Balnetum post exercitia adhibet antiquitas. 110. & 1.
Balnetum post ludum præ. ibid.
Bona aut mala principaliter ab anima in corpus de rivant, ut putant Zenostrides. Explicatur. 171. & 1.
Bonum multis commune est finis causarum æquiuocant. 114. & 1.
Bonum finitum motum cordis est omnium actio nem corporaliu, esse & perfectio. ibid.
Bonum sanguis quomodo ad præsentiam conducit. 114. & 1.
Bonitas rerum naturalium semper stabile, quia à Deo bonitas legum humanarum & consuetudinum humana non semper stabile, quia ab hominibus. Ex Hippoc. 115. & 1.
Bonum generatio est vniuersale, & ideo potentia generatio sequitur naturam ut finis, non verò talent. 161. & 162.

C

Calidum infans quibus radiis fouetur: sicut flamma ignis ignis. 104. & 1.
Calidum immortale omnia videtur, & c. explicatur. 112. & 1.
Calidum contria pulchritudinem. ibid.
Calor celestis desinit in a nobis naturæ, ut putant Terentianus, facti desinit in a nobis. & c. 164.
Calor desinit humidum & humidum desinit calidum. 17. & 17.
Calor per se humidum, & absens. Locus elegis Hippocrati. 17. & 1.
Calor inter reliquas qualitates esse vitentur ad opera mirabilia nature. 18. & 1.
Calor ut quæ à Platonibus & Terentiano appellatur. ibid. 19. & 1. & 1.
Calor fecundum dicitur in rebus appetitum à quibus vitentur & vitentur in rebus vitentibus, variis in rebus & vitentibus. 17. & 1.
Calor quo factio in rebus quibus partes frigidas, vitentibus. 110. & 1.
Calorem actum & calorem potestatem in rebus & vitentibus dicitur in rebus: sed in rebus Hippocrates ignem apparetur, & non apparetur. 104. & 1. & 1.
Calores inter rebus potestatem appellat Hippocritus. 104. & 1.

Carum externas ad propinquitatem factas dicit
Pitago. de illarum compositionem. libid.
Capitales que sint limitis pleas ad temperandū
animā ab eodem. 97. c. 1.
Celsum luce & motu sua bona cōmunicat. fol. 14.
Celsum si nos non meretur per dicitur valuitatem
desiderare à bonitate finis. 14. c. 1.
Celsum an necessariū determinet figuram circula-
rem. 87. c. 1.
Chrysmantia limites & exordia. 171. c. 1.
Chrysmantia & phivi opacitate vana. libid.
Cibus quomodo elaboratur, & sic hanc possidet
in ventriculo. 18. c. 1.
Circulus in homini ad compositionem replicatus. 1.
Circulus triplo & cōsuetudine gubernatur totum
animal. ut ab animalis & membris. 104. c. 1. & 1.
Circulus Solis, Lunæ & Stellarū, quos dicit lib.
de Infinitis Hippocrates, explicamus. 194.
Circulos gubernari sane docent. 1. fol. 11. & in
Circulo omnia opera Dei cōnectuntur. c. 1.
Cochleones tres debent contineri, & quare Aulencia
& Acharius reijciuntur. 90.
Cochleones tres quia tres fines. libid.
Cochleones in plantis quot. Olimpo foris deservit.
libid.
Cochleones numerus que celebrantur in nostro cor-
pore. libid.
Corns an sit necessarius ad salutem. Nota dispu-
tata à fol. 184. vide ad 90.
Compositio ex duobus elementis in solis visibus
est intelligenda. 100 in m. 100. 14. c. 1.
Compositio crescentis dicitur à reprobatione Lati-
ni Tavereti circa anoni spiritus. 64. c. 1.
Congregationem aquarum quare Hippocrates in
venite cōstituit, & non in vesica venaria. 109.
Compositio variè accipitur ab Hippoc. 8. & 19.
Compositio quomodo sit contraria natura. libid.
Cor ad vitalem dispositionem alij paribus, & nil
recipit ab illis, nisi aliquid multo inferius. 39.
Cor principium vite & in 1015. 112. c. 1.
Cor per antonomasiam dicitur permutaciones pa-
tis, & neque illas producere. libid. c. 2.
Cor per somnum vigilat. nunquam quietum. 113.
Corda homines & vigilancia compent. libid.
Corpora celestia quibus modis agant in hunc se-
culum. 11. & 14.
Corpora celestia à fine medio effectu producere
quomodo intelligendum. 13. c. 2.
Corpora celestia non moventur propter se, sed pro-
pter inferiora. 11. & 14.
Corpora celestia tribunt aliquid nobis, & reci-
piunt à nobis. 14. c. 1.
Criticorum obiectio contra nostram sententiam,
qui existimamus Hippoc. cognoscere & probasse
animi nostram immutabilitatem. 108.
Curas non semper per absolute contraria perfic-
tari neque valet consequenti. Est curatio: ergo
per contraria. Explicatur. fol. 171. c. 2.

D

Dans ignis dicitur sine ardore, & obid. Theis ab
ardore. 105. c. 1.
Democritus odore mellis & panis vitam prostrat.
Quomodo id contingit. 41. & 45.
Deus amare videtur, & beatitudinis in naturalibus
& arte factis, ex Hippoc. 15. c. 2.

Deus cum sit immensibilis quare illi adimere que
mente incantant. 12. c. 1.
Deus Opt. Max. ita facit ex magna Pythagore
sententia creat, abdit. per. fol. 104.
Deus in mutato figuram generationis & corruptio-
nis. fol. 1. 10.
Dixi per opus de via potius ad pulchres. 106. 10.
Dixi per. 107. c. 2.
Dictionem & humanitatem transformatio. 10. col.
1. & 2.
Digna, modesta, & diuina presentia idem. 14.
pod Hippoc. 14. & 14.
Digna necessitas non gubernat. 14.
Dignam qual. 29. fol. Hippoc. 10.

E

Elementa in terris. 14. c. 1.
Elementa sexibus distinguuntur aut quod. 100. c.
Elementa in concretis figuram. 84. & 84.
Elementa quomodo supendant & consistunt ad
in xii productionem. 15. c. 1. & 16. c. 1.
Elementorum duodecim, in mundo & in viten-
te. 100. c. 1. & 2.
Elementum tertium quo modo generentur ex duo-
bus dissimilibus, contra quendam modum.
15. c. 1.
Empedocles opinio eleganter ab Hippoc. deservit
tot anni ante Aristotelem. Elegit deservit.
17. c. 1. 2.
Empedocles opinio & v. 107.
Elementa appellatur ab Hippoc. eleganter pe-
regit, ut dicitur in morbis pedibus. 13. c. 1.
Elementa mixta ita sunt, ut magis per vim de-
beant excipi, quam actione anima. Pulcher lo-
cus ad purgationem in morborum suis conditi-
onibus exercendam. 41. c. 2.

F

Fabrilis artis ferraria origo ex humana natura,
115.
Facultas tractrix & expultrix agere per ratione in-
digesta, contra modum ex Hippoc. (quam
vis coactrix ut imperfectio segregans modum o-
perandi elementis) ostenditur. 1. c. 1. & 1.
Facultas formatrix quod in doctrina Hippoc. 18. c. 1.
Facultas formatrix apud antiquos quod sit. libid.
Facultates formatricem non inducit Hippoc. sub
nomine facultatis, quia existimant solum spiritum
gignituum mare temperant diffundere. fol.
60. c. 1. & 91. c. 1. que opinio maxime probabilis
est in Metaphysica.
Facultates segregantes & miscentes faciunt distri-
ctionem inter alimenta & excrucianta, que con-
silia obervant. 100. c. 1. & 41.
Fatum quid sit apud Hippoc. 14. c. 1.
Fatum dicitur ab Alexand. Aphro. libid.
Fatum diffinitur à Theophr. libid.
Fatum diffinitur à Boetio. libid.
Fatum diffinitur à Mesotio Timeo. fol. libid.
Fatum complect partes vana. libid.
Fati transmutationem complect. libid.
Femina ad calidum vino late differunt. 148. & 100.
Femina qua perfectio de adunata eleatur ad
generationem diffuse disperant. 11. & 100.
Femina aliquid imperfecti potest generare sive vi-
ri contentis. 156. c. 1. & 157.

Femi-

Femina est perfecta in suo gradu. 157.
 Femina non intenditur à genere particulari quia
 vir semper desiderat virum & gener. ibid.
 Femina intenditur ab Autoc natura ob bonū vi-
 uerit, vt docet D. Thomas quod certè natura tantū
 laudem credit mulierum. ibid.
 Femina in actum se aequali concitat ad genera-
 tionem. 159.
 Femina quomodo habeat masculinam formam. 168.
 c. 1.
 Feminam esse animam occasionarum similitè à liqui
 intelligunt. 157.
 Feminam non solent à Deo, sed à particulari gene-
 rati exhibeamus intendi. Contra communem
 dicendi modum. ibid. & 168.
 Feminam factam ad imaginem Dei etiam decla-
 rat Sacra Scriptura. 159.
 Feminam imperfectam quibus diximus, vt in ve-
 uerit resurrexerunt resurrexerunt in terra viri
 subo & abstruse opinantur. 157.
 Ferraritis quinquaginta sex facit, quatuordecim, vi-
 uificat, rarefacit, mundit. exoptat. ibid.
 Fieri opinio de anima feminis locis disparatione-
 bus differunt à sol. ad. vt quæ ad 168. 98.
 Figura hoc non fit ita necessaria in rebus imper-
 fectis, vult tamen in rebus perfectis organica. 52.
 c. 2.
 Figura quomodo sit necessaria ad animæ intro-
 ductionem. ibid.
 Figura de terra nata & singularis requiritur ad indi-
 uidua specierum, & ad ipsa speciem non tantum
 ad genus vt sic. 82. & 83.
 Figura vna deum nate species formæ naturam.
 Latè explicatur 608. 1. & seq.
 Flax non generari nisi in vetriculo & paribus vic-
 nis aliqui dixerunt, & resistant. 109. c. 2.
 Flans præcipue in prima ventris regione excitan-
 tur. & ratio. 109. c. 2.
 Fœtus in vtero vtrum ore vitatur, & aliquid deuo-
 let. 16.
 Fœtus in vtero caret primo excremento, quia caret
 prima coctione. 51.
 Fœtus in vtero, & plantæ in terra similes quibus
 maxime. Vide elegantem difortum. ibid.
 Fœtus formatio non habet punctuale & exquiri
 tempus, sed variat huius causa. 124.
 Formam & actum omnē appellatur diuinitè Ari-
 stoteles, Theophrastus, & Galenus. 50. c. 1.
 Formis præexistere in materia, antiquus error tan-
 expulsi. 49.
 Franciscus Patritius reprehenditur, quia relictis do-
 ctis Aristotelis, loquitur cretium, reorum prin-
 cipium statuit. 51. c. 1.
 Fustionaria à Pistachis numeratur inter ares. 10.
 c. 1.
 Fustionaria etiam potuit orti ex lapideis terræ
 imitatione. ibid.
 Fustionaria materia. ibid.

G

Galenus est notandus, quia calidum nodum ap-
 pellat tempore mobile et feruilla huiusman-
 tione facit tamen inuestiam: alios enim docet
 Aristoteles. 47. c. 1.
 Galenus non est etiam adus, sed notandum, quod animæ
 immortalitate non predicatur, quia ante illū set

Philosophi Equidū istam assererint. 48. c. 1.
 Gemellorum differentitudinis easde magis difficulte
 ad explicandū, quā similitudinū. Quæ ad eandē ob-
 similitudinis inter Lucō & Efas. 18. c. 1.
 Gemellorum similitudinū casus. 171. & seq.
 Generari idē esse quod corrupti explicatio. 17. & 28.
 Generatio hominis in solo vtero femine celebra-
 tur, cōtra impudicas genū opinionēs. 142. & 143.
 Generationē per augmentationē & corruptionem,
 per diminutionem explicat Hippoc. 16. c. 1.
 Generationem hominis extra vterum femine insu-
 pins sollicitant Paracelsus. 143. c. 2.
 Genus reprehenditur quia dixit Auicenna bestialiter
 esse locum asserendo, Creatore dispōne pot
 potione miserabili. Pōtius elegans. 59. & 60.

H

Hæretici sententia ab Augustino adducta. 157.
 Herodius medicus antiquissimus exortū
 maximo obfector. 11. 9.
 Hieron tyrinus & insolis magno morbo oppellus
 omnes mores mutari mutata temperie. 172.
 Hippocrates reprehendit illos quos non inquirant
 casus rerum. 113.
 Hippocrates quare non addidit terram ad homi-
 nis compositionem. 7. & 8.
 Hippocrates principia conuenit rerum sublimitati
 docet in lib. de Natura humana, sed in lib. de
 Dieta solus vitentis & humanis. 6.
 Hippocrates putant manū esse ab æthero. 15. c. 2.
 Hippocrates Empedocli opinionem asse Aristote-
 lem deservit. 17.
 Hippocrates verbis Philosophorum sui temporis
 videatur. 4. c. 1.
 Hippocrates quos habuit Philosophos antesigna-
 nos maxime sære oportet ad eorū doctrinam ca-
 pendum. Enumerantur quales illi fuerunt. 4.
 & 5.
 Hippocrates ex Thalesis & Heracliti opinionibus
 contrarijs vnam veram conuertit. 8. & 7.
 Hippocrates eleganter opinionē Anaxagoræ quoad
 ponat infensum. 13. & 14.
 Hippocrates omnī generationis & corruptionis
 casus ad optima celestia reduxit rationē Sacram
 Scripturam perlegit, vt ostendat. 31. & 32.
 Hippocrates abyssus scientia. ibid.
 Hippocrates eū dicit non esse animatū, sedē videat
 nat animatum. Concoctat eum Danil. 14. c. 1.
 Hippocrati artes impatiat in animæ nigrococtis,
 vt anagias in conueniam. & c. 116. & 117.
 Hippocrates idola Gestium semper putant in-
 animata, neque vllam vocem edere posse. Cūtra
 Trimegistum quāsi Danidens legit. 117.
 Homocidum vterum quādo contingat in terra vte
 in coctio, vt feris literū dicitur ostendit.
 91. & seq.
 Homine ex igne & aqua quia ratione conuerserit
 Hipp. latè explicatur & defenditur. 5. & seq.
 Homine constitit ex igne & aqua elegit Lactan-
 tius Firmianus declarant. 7. c. 1. & 2.
 Homine pures vt be liuz operantur, i pientes
 casu ipsosmet reliquunt. 114.
 Homine natura opus, artes deponit Deū. ibid.
 Homine natura iam admiranda, vt ex eis fabricet
 imitatione are omnes procedant. Primus Hip-
 pocrates hanc aggressus sollicitatem. ibid.

I

- I**gne restitudo nil remanet in natura. Seneca. 105. c. 2.
- I**gnem & terram in principio creasse Deū, Platoni sic legenti Mosycam doctrinam multi tribunt in Thymro. ibid.
- I**gnem primum locum obtinere in mūdo, dixit Platon. ibid.
- I**gnem habere internam humiditatem, ut sit continuus opinatur Montanus & Tilius, sed latē referantur. 19. & seq.
- I**gnis apparet & non apparet apud Hippocratem quid sit. 110.
- I**gnis dux exercitus mundialis. 105.
- I**gnis non calefacit in quantum ignis, sed in quantum caliditas dicit Aristoteles & explicatur. 75. & 76.
- I**gnis quomodo omnia motat. 11. & seq.
- I**gnis quando impedit naturae portam, quando non. 8. c. 1.
- I**gnis masculus, ignis femina apud Aegyptios. ibid.
- I**gnis & aqua quomodo sufficiant sibi, & omnibus. 10. c. 1. & 2.
- I**gnis de ceterum per omnia nullo melius quam Cicero explicat, quē nō vidit Vallesius. 11. c. 1. & 2.
- I**gnis fignis quare non datus, sicut aqua calida. 13. c. 2. & 76. c. 1.
- I**gnis inquam hominis. 18.
- I**gnis in animis reperitur frigidus & humidus. ibid.
- I**gnis ille servatus in cisterna, ut refertur in lib. Machabaeorum, quāvis fuerit & quare mutatus in terram crassam. ibid.
- I**nnocentiam animae cognovisse Hippocratem, & illam presasse, exultantem, & itaque nomen proposuimus. 143. & seq.
- I**ndivisa non sunt instrumenta Adami, licet sint instrumenta Dei. Subtiliter contra Fiesum probatur. 70. & 71.
- I**nsitudo non agunt plantae neque virtutes vegetales. 58. & 79.
- I**nsistū agere, & agere ex iudicio sibi differūt. 78.
- I**nsistens naturalis quid sit. ibid.
- I**nsitumēta varia enunciantur, quae habent primum quid ad effectum. 76. c. 1.
- I**nsitumēta subtilitatem sibi aut omnino frivilla, non agunt in se. ibid.
- I**nsitumēta esse alia separata, alia coniuncta demovētur a heretico Fiesum. 71. c. 1.
- I**nsitumēta ut sic constituntur per quid generantur: at insitumēta separata & coniuncta per quid specialia. 74. c. 1. & 2.
- I**nsitumēta si careant subtilitate, non agunt actione corruptiva. 76. c. 1.
- I**nsitumēta separata rei creatae constituuntur per virtutem permanentem participata. 70. c. 1.
- I**nsitumēta composita cum per virtutem motu successivam constituuntur. ibid.

L

- L**abores & cibos commensurare primum Hippocrates docuit. fol. 2.
- L**abores & cibos habere contrarias virtutes explicatur. 4.
- L**actantius Fiamianus eleganter primum testitur

- Hippocrates explicat. 7. c. 1. & 2.
- L**atinus Tancidius notatur, quia dixit spiritum vivere, nec aliter sit explicatus motus illius in animalibus. 62. c. 1. & 63. & seq.
- L**eges aliquae & consuetudines contrariae naturae, & causae errandi in Philosophia, ut lex Manuorum. 18. & seq.
- L**eges respiciunt bonum universale, non particulare. 29. c. 1.
- L**iber de Infans ad lib. de Dieta pertinet. 4. c. 2.
- L**ibri de Dieta Hippocratici sine dubio. ibid.
- L**inguae laudes & munerā. 135.
- L**innæ mutationes variae, corruptionis & generationis causa. 10. c. 2.
- L**ux caelestis bonorum inferiorum causa. 14. c. 1.
- L**ux Orci, tenetur sibi, & quid apud Hippocratem. 31.
- L**ucus effectus & laudes. ibid.

M

- M**as à minori corrumpitur, & contra. 35. c. 2.
- M**edicus non potest multos mederi. 4.
- M**edicus debet amittere famam. ibid.
- M**elancholia aqua dicitur ab Hippocrate. 11. c. 2.
- M**ixta non generari per coctionem late probatur contra Vallesium & alios neotericos. 26. & 27.
- M**ixta in quantum mota an requirant aliquid coactionis. 35.
- M**ixtio quo fiat pacto superatis elementis, contra modernum quendam declaratur. 15. c. 1. & 2.
- M**ixtionis modum primum docuit Hippocrates, & Aristoteles ab ipso sumi possunt. 15. c. 1.
- M**ixtionis configurationem quo pacto possimus coextemplari sibi subtiliter. 35. c. 2.
- M**ores animi tribus modis autem quae parantur vultum tunc esse Platoni. 171.
- M**ores moderari sapientia Galenus docuit, Hippocrates videtur. 171.
- M**ores per diem mutari possunt quoad effectum, non quoad affectum. ibid.
- M**ores animi an per diem mutari possint. 169.
- M**ortuos sentire visus Hippocrates primum docuit. 45. & seq.
- M**otus quo locales sequuntur ad motum appetitum in eius passionibus, & quales, & quis primum. 62. c. 1.
- M**otus celi quo pacto causa reliquorū. 31. c. 1. & 2.
- M**undi minoris & maioris comparatio Hippocratica. 104. c. 1.
- M**undum animatum & materiā aqua dixit esse auti qui, & ideo aquam in medio positam. 66. c. 2.
- M**undum fusticā Deo factū tenetur obtemperare ceteris antiquioribus propeo Concilio. 25.
- M**undum fuisse factum esse de fidei, tamen id possimus ostendere dissolvens argumenta Philosophorum contrarium sentientium. ibid.
- M**undus animatus stans extrematus constituuntur à Mercurio Trimegisto, & infernis indom. 26. c. 1.
- M**undus animatus Zenone constituitur. 11.
- M**undus immediato influxu gubernatur à Deo. 11. c. 1.
- M**undus sufficiens Deus est sibi ipse, dicitur Chrypsippus à Hippocrate de mūdo. 10. c. 1. c. 1.
- Mutus

M^o ex infra 116.

Mors omnes lances. Similis imitatio. 361.

Multum ceteris non aduenit Hippocrates. 161.

Mutatur mores imitatio corporis. 170. col. 1.

N

Natura vniuersalis damnis particularibus feruatur. 19. col. 1.

Natura tota in vniuersis explicatur. fol. 105. ca.

Nutritio subtilitudo erga quos tractandos. Hippocratis curam appellatur. fons de infirmis. cetera a hinc potius esse impudentiam. 117.

Nympham cum gargulione comparat Galen. 109. col. 1.

O

Oculus microscopus. verus. 105. col. 1.

Oculi naturalium sunt plures quam poli terrestrium animalium. 105. c. 2.

Opera Deumata sunt respectu hominum vulgarium. sed mirifice loquuntur respectu sapientium. ex Hipp. 115. col. 1.

Operatio quae sic peraxa qua videtur visus. an tracta. an pulsa. an nitro. 55. & 60.

Orbis. in quos abeunt corrupta. quid sit. a fol. 12. vsque in 16.

Ordo causarum a prima causa. vsque ad immediatum. 81. c. 1.

Organica dispositio non ad operari (vt multi tenent) sed ad ipsam esse autem in materia. est similitudo necessaria. 90. & 104.

Organicam dispositionem precedere ad animae aduentionem aperte probatur ex facis literis. Locis elegans S. Augustinus. 104. c. 1. & 2.

Organica. & perfecte fabricata primo homine. vbi inde sequitur. eodem modo nunc debere produci. vt falso putat quidam modernorum. 161.

Organicum est ad quatuor subiectum animae. si in late vero inadeguatum. 84. c. 1.

Organizatio praece non est actus vitalis. 81. col. 1.

Organizatio enim precedit animam plantae. 161.

Organizatio fit in partibus distinctibus. non in partibus. vt falso dicit aliquis. 161.

Organizatio in diuerso genere cauae sequitur & periculis. 85. c. 1.

Organizatio hominis multis rationibus dilata a brutis. 85. c. 2.

Organizatio propria viventium. 85.

Organizatio varia in plantis. & animalibus imperfectis. 85. & 86.

Organizatio necessaria omnem simul aggre duntur. naturalis in centro non impedita. 85.

Organizatio necessaria ante animam. ex eodem locis Sacrae Scripturae probatur. quae conuicta optimo prole aduenit. quod certe elegans est. 91. & 92.

Organizatio & generationis carnis magnum discrimen ostenditur. 96. c. 1.

Organorum diuersitas inter hominem & bruta late ostenditur. 161.

Orgones subo purant celum visere. & stellis esse capaces visus. & vni. 144. c. 2.

Ora substantia. hypochondria. scyphura. cynosura. vni. 155. 156.

P

Pacci absurda opinio de sexus generatione refutatur. 161.

Partes nostri corporis an final generentur. disputatur. 97. & 100.

Partes vniuersi agunt inter se (in mundo maiori) ad corruptionem: sed in mundo minori agunt ad perfectionem. Subtiliter explicatur ex Hippocrate. 102. 1.

Partes in nostro corpore aliae sunt quae dant alijs. aliae quae recipiunt. Explicatur anigma Hippocratis. sic uti. plus facere quae recipiunt. quam quae dant. 102. & 107.

Partes quae non generant sibi similes vniuersi generantur. paratib. 4. c. 1.

Partem Beatiorem & immensatam semper Virginius Martius de curam carum in codice eximio. D. B. 104. c. 1. & 2.

Partem declinetem celebrant Virgilius. & Ovidius. 161.

Partem dant lectum mensis Homerus. 161.

Partis hominis an detrahatur certum mensum. 145.

Partis septimembris rationibus fulcitur. 161.

Partis non mensis defenditur. 161.

Partis decimi mensis a Salomone profertur. 161.

Partis decembris expectari iussit Remulus mortuo marito. 161.

Partis perfectissimum non mensis. parna perfectus septimo contingit. 161.

Partis purissima & sine vilo peccato concepit Virginius quo mensis contingit. abunde explicatur. 147. c. 1.

Passiones & mores animi mutari possunt per distantiam quantum ad materiale. 170.

Passionibus animae quomodo insistant sanguis & spiritus. 65. & 66.

Perfectione post adquisitionem esse erumpunt. & ita non recte aguntur a perfectione adesse. 83.

Phylognomia certissima in plantis. certa in brutis. dubia in hominibus. 171. c. 1. & 2.

Plantarum ventrescitas terra. Contra Olympiodorū. 102. c. 2.

Plantarum variae configurationes vnde ortu. 85. & 86.

Plantae calidissimo sole consistit quare non germinant. Locis ex Plutarcho. 161. & c. 1.

Platonem Hereticorum confutacionem appellat Tertullianus. 11.

Plutarchi locis elegans ad. explicacionem Hippocratis de natura animae introducta. 36. col. 2.

Potentia aliqua carent organo. sed non carent modo. Explicatur hoc doctrina Averrois. 59. c. 1.

Pons an tendatur in palmonem. 105. & 109.

Pregnantis infallibile signum docet Hippocrates. 173. c. 1. & 2.

Prægnantis alia signa. 161. & 119.

Proles numerosa causa. 175.

Procedencia diuina quid sit. 111. c. 1.

Puerorum mores malis imitantur viciis. 171. col. 2.

Pulsus finalis causa per se exaeque ab Hippocrate cogitata fuit. non quae a medicis circumferretur. sed alia propria & primaria a D. Thoma explicata. 111. c. 1. & 112.

INDEX.

Q

- Q**ualitas febrilis, qualis est hectica, male à medicina confertur habitus, aut habitus, 171.
 Qualitates elementales non possunt esse habitus, aut esse finem habitum, ibid.
 Quæritur dicatur anima alterabilis in animi passionibus, eam si inalterabilis apud Hippocratum, 168. c. 2.

R

- R**ationes feminales comprehendunt virtus et passiones, & rationes obedientiales, quid, fol. 63. c. 2. actus, 69. c. 1.
 Rationes permodales, quid, ibid.
 Rationes feminales, ibid.
 Rationes quare dicuntur, ibid.
 Riolanus defendens calorem creberrimum refutatur, 9. c. 2.
 Respiratorius de reno quædam erat species exercitacionis apud antiquos, 119. c. 1. & 120. c. 1.

S

- S**anguinem mulierum calidiores dixit Hippocrates, Contra modernos explicatur, 130. c. 2.
 Sanitas à natura & sanitas ab arte, eisdem rationibus, 122. & 123.
 Sanitas à natura sola, ab arte sola, à natura & arte simul, 121. c. 2.
 Sanitatis factam à natura duo procedunt satis diu uterque recuperatio reperietur, & hæc est actio naturalis, sententiæ, resistunt ipsa, sanitas à principio vitali, & hæc est vitalis, 124. c. 2.
 Sanitas è fieri à facilitate quomodo intellexit Aristoteles in Metaphysica, 121. & 122.
 Scalliger falso putat semen viri & femine differre specificè, sunt enim partes pertinentes ad vnam speciem, 166.
 Scientia triplex, scientia Dei, scientia sapientium, & scientia vulgarium, ex Philostrato, 113. c. 2.
 Semen diuersas habere partes, diuersa in locis dixit Hippocrates, 56. c. 2.
 Semen per intrinsecam quæ habet, respondet omnibus suis causis, 77. c. 2.
 Semen habet omnia requisita, vt verum sit instrumentum separatum, 76. c. 2.
 Semen habere principia actiua à parente derivata ostendunt, & falsi contrarij, 75. c. 1. & 2.
 Semen habere animam rationalem absurdè putat Argentæus, contra quem est discussus, 60.
 Semen è illius spiritum operari procepto creatoris dixit Auicenna, Explicatur late, 19. c. 2.
 Semen, antequam generetur tenuia ambè, & post tunc per productionem, quid habeat, 17. c. 1.
 Semen non vnit, ex doctrina Hippocratis, 31. & seq. contra Valesium.
 Semen masculinum & femininè præfari à viro quomodo intelligendum apud Hippocratem, 48. c. 2.
 Semen vniuersum quod per se, secundum mores est causa partialis, sed parentis secundum rationes

- formales animatum sunt adeoptata cause & per se, 165.
 Semen non potest generare nisi in vtero, & solius ratione contra Pæcium, ibid.
 Semen quo modo conueniat potentiam, actum, materiam, efficiens, ibid.
 Semen vniuersum quo pacto roborari potest feminis, 162.
 Semen robustissimum quod est in corpore, quare, 174.
 Semen respectu primæ causæ sunt instrumenta conuenientia, 70.
 Seminales rationes quæ dicuntur, 69. c. 1. & 2.
 Seminales qualitates esse ordinatas vt instrumenta transformationis, probatur, 70.
 Semen & embriones differentia, 81. c. 1.
 Seminis forma quæ sit, cum non sit anima, 61. c. 1.
 Seminis actiões & actiões vniuersitatis facti, quæ diuerso modo exprimit Hippocrates, 61.
 Seminis opera omnia naturalia, non vitalia, metaphysicè defenduntur pro Hippocrate, 61.
 Semen inuolucrum quomodo à motu inducitur, 37. & 38.
 Semen vniuersa natura perpendiculari late, 37. & sequentibus.
 Seneca varias opiniones referri de anima essentia, 41. c. 2.
 Senectute veram causam vniuerso verbo docuit Hippocrates, Quia motus alimenti est tardus, & resolutio est celeris, Subtilissima sententia, elegantibus difficultatibus exornata, 141. & seq.
 Sexus differentia, licet sit proderit manifeste, tamen eius formalitas & ratio animæ petenda, ex sententia Abulensis, 169. c. 1.
 Siccitas lima frigoris, & lima caloris, Locis elegans Galeni, 21. & 22.
 Similitudinem in specie procedere à matre putat Andreas Laurentius, sed falso, late explicatur, 177.
 Similitudines à longis generibus solent deduci, 31. c. 1.
 Similitudo naturæ ad parentes non fit ab anima existente in femine, contra Fiesum, 77.
 Similitudo in speciem non potest procedere à mera causa materiali, vt opinatur Laurentius, 177.
 Similitudo gemellorum in conditionibus individualibus, 178.
 Similitudo ob similia alimenta quomodo fiat, ibid. & 179. c. 2.
 Similitudo ob identitatem loci, ibid.
 Sol quomodo producat calorem, 13.
 Sol quomodo ad longissimum & brevissimum tendat, 10. c. 1.
 Spiritus Domini ferri super aquas quo pacto intellexerit Valesius, examinatur, 11. & seq.
 Spiritum neque vitalem, neque animale, neque spiritum viuere, probatur extremè, contra Scalligerum, 62. & seq.
 Spiritus in planta, semini vita caret, sed spiritus implentus animalis, aut viuus, generatur, 94. c. 1.
 Spiritus complantatus viuens vtrum assumatur ad opera vitalia, ibid.
 Spiritus & humores non sunt partes viæ hominis, sed complectes illius naturæ, Eleganter ex Galeno contra Litanum Cæmentanum, 64. & 65.
 Spiritus moeet ad diuersas partes in se, sed ab alio, quod est motor, & non forma, 65. c. 2.

Splen-

INDEX.

Splendor animi quid sit apud Platonem. 173.
 Splendor animi an procedat à femine calidiori. 171.
 & seq.
 Splendor animi apud Hippocratem vitilitatis quædam liberalis ipocritæ ad magis & gloriosa inclinans, propria vix morum perfectionem. ibid.
 Splendor animi quid apud Hippocratem. 174. 6. 4.
 Splendor animi cum fortitudine coniungitur. ibid.
 Superfluitates aliquæ esse adlocuntur. 180. c. 1. & 2.
 Suro. 12. 25. quæmodo limitatur naturam. 111. 6. 1.

T

Temperati corporis anima an apior à sapientiam dispositione definit. 181. & seq.
 Teopetici naturæ an emitti per elementa possit. 169.
 Ter Dent ad omnia convertitur, sed ad hominem peculiariter quærit. 109.
 Terram & aquam unum globum constituisse colligitur ex Genesi. 108. & 109.
 Terram & aquam conglobari dixit Hermes. ibid.
 Terra in medio positam & aquam in suisbus terræ. dicebat Zoroaster, & hoc à Patre Aitimo factum fuisse. ibid.
 Thales opinio de principiis rerum forsàn à Sacra Serpente desumpta. 104.
 Triada appellabat iustitiam antiquitas. 101.
 Triada in anima. Triaditas in corpore. ibid.
 Triaditate gubernatur mundus. ibid.
 Triaditate gubernatur homo. ibid.

V

Vallesius hæc resistitur, quia dixit, quod ignis elementis omnia penetrat. 10. & seq.
 Vallesius reprobenditur, quia dixit aquam naturæ in gelu consistere. ibid. & fol. 11. & seq.
 Vallesius resistitur, quia dixit, ignis elementis intrari à Sole. 10. & seq.
 Vallesius defenditur contra alios modernos afferente spiritum & sanguinem esse instrumenta anime ad illius passionem. 65.

Vallesius nocetur, quia dixit plantam fieri per partem. 99. c. 1.
 Varietatem desiderat natura in matris, in viventibus in animalibus, in specibus, in individuis. 1. c. 1. & 10. c. 1.
 Varietatem pro ducendam causæ addebat Hippocrate exarantur. 21. c. 1.
 Varietatem ex his que intelligentia carent. 117. & 118.
 Varietatem ex moribus vitæ. Aëginata pulchra ex Hippocrate. ibid.
 Varietatem diversâ genera enarrantur. 116. c. 1.
 Varietatem quid. 117. c. 2.
 Varietate animalia, homines superant in sensitivitate. ibid. & 118.
 Venæ causas quas appeller Hippocrates. 104. col. 1. & 2.
 Ventriculum terre & aquæ globum continere explicatur. 104. & 105. c. 2.
 Ventriculum, ut mare, aliquo vivificare, aliqua in temperate, quo pacto intellexit Hippocrates ex mente Heracitii. ibid.
 Ventriculum in medio ut mare possit natura. Comparatio sumpta ab Heracitio. ibid.
 Virilitas in quo consistat. 169. c. 1.
 Vivere est mori. & mori vivere. Ex Hippoc. 13. c. 1.
 Vivere alimenta, ut quid est necessarium, si visum debent mori, ut nutriant nostra corpora. 4. c. 1.
 Vivens ut adquirit qualitates de predictis, siæ in rationis, inveniatur ut in xum, neque necessario ut vivens. 121.
 Viventia differunt à non viventibus, quia viventia emittunt à se instrumenta separata, & habent etiam instrumenta communita: at verò non viventia solum communitis gaudent. Locus Caietani, & Dni Thomæ. 74.
 Vivum ad omnia, & omnia ad vivum quomodo fit intelligendum. 28. c. 1. & 2.
 Voluptas non in motu, sed in quiete existit. 118.
 Voluptas quo pacto à motu & à magno motu constituitur. ibid.
 Voluptas Dei. ibid.
 Voluptas circumstantia. ibid.
 Voluptatis natura hæc perpenditur. 118. & seq.
 Vivæ coctæ quare dicantur mala ab Hippocrate. 18. c. 1.

FINIS.



DE

HIPPOCRATICA PHILOSOPHIA.

HIPPOCRATIS ADMIRANDVM (IN
suos de Diæta libros) Proœmium.

S I quis mihi ex prioribus, qui de diæta humana ad sanitatē conferente scripserunt, rectē cognouisse, ac omnia per totum, quantum humana menti possibile est, conscripsisse videretur: satis mihi esset, aliorum laboribus, quos nossem rectē habere, uti, prout singula vitia esse viderentur. Nunc vero, multi quidem iam scripserunt; nullus autem rectē nouit, quidnam fuerit ipsis scribendum; et alij quidem aliud assequuti sunt: verum totum nullus adhuc ex prioribus. Immerito autem ullus aliquis ipsorum reprehendatur, propterea quod inuenire non potuerunt: imo laudandi potius omnes, quod inuestigare conati sunt. Itaque redarguere ea, quæ non rectē dicta sunt, minime institui. Verum his, quæ sufficēter cognita sunt,

De Hippoc. P. 1. c. 1. p. 1.

testimonium præbere, animus est. Quicumque igitur quidem rectē a prioribus dicta sunt, ut non sit possibile, me aliter conscribere, rectē conscribam: quicumque vero non rectē dixerunt, siquidem redarguam hæc, quod non sic se habent, nihil profecero: verum exponenda quæ de causa singula ipsorum rectē mihi habere videntur, declarare volo. Propterea verò hunc sermonem præpono, quod multi homines, ubi audierint aliquē prius de re aliqua exposuisse, eum qui de his posterius disserit, non recipiunt, non cognoscentes, quod eiusdem intelligentia est, ea, quæ rectē dicta sunt, posse iudicare. Ego igitur (ut et dixi) rectē quidem dictis testimonium præbebo: quæ verò non rectē dicta sunt, ac cognita, qualia sunt, declarabo. Quæ autē nullus ex prioribus explanare tentauit, ea etiā ipsa, qualia sunt demonstrabo.

A COM-

COMMENT.

Exclament, qui Critici dicuntur, librum à Galeno 1. de Aliment. cap. 1. tanquam spurium reliquum, explicadum à nobis. Dolendum certe, quam facile enuntient, necio, quibus argumentis conuicti. Sententia aliquas difficles, & enigmatice huius operis nō est ausus Galenus inspicere: Philorimoquē tribuit, e. 1. eiusdem libri, quia ex duobus elementis hominem formauit, non ex quatuor, vt in libro de Natura humana: Quia in corde præcipuam animæ sedem collocauit; non in cerebro, &c.

Ego verò aliter sentio: ex illo enim totum illud opus esse Hippocraticum, & grauisissimas sententias continere; acromaticum, micrologicum, senescentiam ætate, matura meditatione conscriptum: à quo diuina Aristotelis dimanarunt. Atque solum hoc diuinum opus immortalitatis nomen, & æternam admirationem peperisse. Neque ob Prognostica, Aphorismos, aut alios libros, diuinum Hippocrate appellari: sed ob istos de Dieta, à Theodoro eruditissimo celebratos. Quid magis diuinum, morbi præsentis exitum prædicere, an futurum dignoscere, & victu præcauere, ne accideret? Sanum conseruare, senescentiam retardare, an morbos curare? Equidem magis diuinum est, insensibiles defectus coercere, quàm manifestos derurbare: illud ad Deum, hoc ad hominem videtur pertinere. Quod si illud præstat Hippocrates in hoc opere, alimenta & exercitia edocens, (quod nullus ante illum ausus est tentare) quid dicendum postrema verba: *Quia nihil ex prioribus explanare tentauit, ea ipsa qualia sunt, plene monstrabo.* Quia sunt ista: recte mandata per cibos, & labores hominem in longum seruare, neutrum decidit, ne cadat, continere: nascens pueruli primordia corrigere; ino ante ortum temperare: sexum mutare; mores illustrare; & ad meliorem statum traducere. Hæc, & alia mirabilia per dietam perfici, quis non miratur? legas, mireris; quod si non miraris, non legisti.

Author igitur est Hippocrates: quia nec alius poterat talia promittere: quia omnes sententia veritas, magis, & animissima, & alia Hippocraticis consonæ. Modestia, docilitas, beneuolentia huius Proemij poterant autorem indicare.

Desiderant aliqui tam vniformem modum loquendi in Hippocrate, vt si aliquando à consuetudo discedat, non ipse, sed alius

aut hor loquatur. Quod mihi semper risu dignum videtur: quasi eadem sollicitudine verborum, & eadem breuitate oporteat loqui. Aetates enim, monera, & officia solent nobis diuersum modum sermonis imponere. Cum ego docebam in scholis paruulos illos tyrones, loquebar vt paruulus, & forsan sapiebam vt paruulus, vt me intelligerent: cum verò ad aliquam lectionem vniuersitas concurreret, totus immutabar: cum Hippocratem explico, alius sum; cum Auicennam, alius. Quid ergo mirum, si aliquando inuenieris in libris Hippocraticis sermonis varietatem? dummodo consent res ipse, & cohereant authorij, nihil amplius desideres. Quod si legas Theodorum eruditissimum, inuenies multoties Hippocratem negligenter fuisse loquutum, dummodo ipsa veritas dilucidè appareat.

Antiqua librorum de Dieta inscriptio erat, De Natura humana, & de Vitæ ratione, & merito quidem, cum vtrumque edoceat Hippocrates: vt in altera parte Proemij explicabit.

Sed non aduertis pijsissimi hominis sermonem. Antiquos laudat, quamuis in aliquo defecerint: docens, ne scriptores didicera & se omnia interferant, sed grauius scribant, maiores vententur. Quod si ab eis sit discendum, id modeste fiat, & quasi suspicientes antiquitatem, tantorum bonorum dilectissimam matrem.

Altera pars Proemij institutum continens: pulchra, à nullo præmittenda.

Sane eum, qui de victu humano scripturus est, censeo primum quidem totius hominis naturam nosse, ac diiudicare oportere. Nosse quidem quod in corpore dominatur, aliter enim non poterit ea, qua homini conducunt offerre: hæc igitur scriptorè cognoscere oportet. Deinde de verò ciborum, ac potuum omnium, ex quibus victum habemus, facultatem, quam tandem singula habent: & secundum naturam, & secundum necessitatem, ac artem humanam. Oportet enim scire, quomodo fortium natura vim detraheret

trahere oporteat: prout singulorum occa-
sio se obtulerit. Et si relata iam etiam
cognouerit, nondum sufficiens est hominis
curatio: propterea, quod homo edens sa-
nius esse non potest, nisi etiã laboret: con-
traria enim inter se mixta conseruant ad
sanitatem: labores enim ea, quæ insunt,
consumere solent: cibi autẽ & potus ea,
quæ euacuata sunt, replent. Oportet au-
tem, velut par est, laborum vim perios-
cere, tum naturalium, tum eorũ, qui per
viam sunt, & qui ex ipsis carnes in au-
gmentum præparant, & qui in defectũ:
& non solum hæc, sed etiam mensuram,
ac proportionem laborum ad multitudi-
nem ciborum, & hominis naturam, &
corporum staturas, ac ætates, & ad tẽ-
pora anni, & ad mutationes ventorũ,
& ad situs regionum, in quibus degunt,
& ad anni constitutionem, ac statum.
Sed & astrorũ ortus, & occasus cognos-
cere oportet, quo mutationes & excessus
ciborum, ac potuũ, & ventorum, & to-
tius mundi, ex quibus sanè morbi homi-
nibus oriuntur, obseruare sciat.

Cum autẽ hæc omnia cognouerit, non-
dum sufficiens inuentũ est: siquidẽ enim
supra hæc, inuenta fuerit ciborũ mensura,
& laborũ ad vnãquãque naturam nu-
merus, ita vt excessus neque supra, neq;
infra modũ fiat, inuenta sanè exactè fut-
rit hominibus sanitas. Nunc vero prædi-
cta quidẽ omnia inuenta sũt, qualia sint:
hoc vero inuenire, impossibile est. Siquis
dedit igitur præfens quis sit, & inspiciat, co-
gnouerit vtiq; hominẽ exuentẽ se, & in
gymnasijs exercitatẽ, vt custodire sanũ
possit, alia detrahendo, alia apponendo:
verũ non præfens impossibile est, cibos,
ac labores exactè præscribere: nã quan-
titũ possibile est, inuenire, à me iã relatiũ

est. At enim etiã si valde parũ defectũ no-
stora, quã alia fiant, in multo tẽpore ne-
cessi est corpus ab excessu superari, & ad
morbu peruenire. Alij itaq; hucusq; inqui-
re conati sunt, & neq; hæc dixerunt, ac
prodiderunt. A me vero hæc inuenta sunt,
priusquã homo aprotet, vt ab excessu, in
vtra tandẽ partẽ factus fuerit prænotio
contingat. Non enim de repẽte morbi ho-
minibus accedunt, sed paulatim collecti
aceruatim apparẽt. Priusquã igitur in
homine sanitas à morbo superatur, qua
perpetiuntur homines, à me inuenta est,
& quomodo hæc in sanitatem restituere
oportet. Hoc autẽ vbi accesserit ad ea,
quæ scripta sunt, ratiocinationum huius
doctrina conatus perficitur.

COMMENT.

TRIJ libroũ de Dieta materiam propo-
nit. Cũ fieri nõ possit, vt corpora nutri-
tur, nisi ex his, quæ partibus cõponẽtibz
sunt similia: quia sumus, & alimur ex eisdẽ;
necessariũ est, naturam & cõpositionẽ ho-
minis exactè prius perpendere: vt si partes
debitũ habeant statum, in eodẽ cõseruetur:
si vero deficiant, reducantur. Igitur in pri-
mo libro hominis constitutionem explicã-
dam aggreditur, vltimũquẽ præscribit.

In 2.º proponit alimẽtorũ, & potuũ facult-
tates, & quã ex arte subeat d. fieretũ in or-
dine ad humanũ corpus, vbi artẽ cuius nãriã
nõ leuiter cõmendare videret, nõ ad deli-
cias, sed ad necessitatem frõgũtur enim ali-
mẽti fortioris vires, vt melius à nostro calo-
re vincatur, & varia alimẽtorũ mixtione v-
nũ tẽperatũ cõfertur, & partes variã, non
mirũ, quod vario & multo iplici alim. torũ
cõplexu seruentur. Vnde Seneca ad suum
Luciliũ, non est, cur ita acriter cõtra alimẽ-
torũ condimenta, & mixtionẽ philofophẽ
tur nõ enim in hoc artificio læret morbo-
rum causa, sed sanitatis: eõ tamẽ deuenit in
continẽtia voracitũ, quorũ Deus vltet est,
vt quod natura & ars ad necessitatem (vt
hic docet Hippocrates) inuenierit, ipsi ad
delicias, & ad mortem, quod idem est, iuste
pidẽ vsupent, nunquam satiati.

Sed neque hoc sufficere docet, vt exa-
ctam victum cõsignauimus, oportet eorũ

laborum, & exercitiationis vim perpedere, iuxta cuiusque naturam, & consuetudinem, & necessitatem. Quæ dux sunt exercitatio nis species, aut modi.

Contrarias, inquit *habent vires labores & cibi*. Quæ sententia licet aperta videatur, cum quadam temperie est explicanda, ab- solutè enim labor resoluat, & dissipat: eibus reparat, reponit, & restaurat; atq; adeò habent se quasi contraria. Non tamen omnis labor cibi destruit emolumenta, sed qui me- tà excedit. Qui enim legibus Philosophiæ gubernatur, ad cibi elaborationem, ad cor poris robur, & incrementũ conducit, eun- dem finem, ac ipse cibus attingit. Unde re- cte Galen. cap. 7. 1. de Sanitat. tuend. homi- nem dicebat, ex sua natura totũ ad exer- citia esse. Ut miser, quare Asclepiades, & Erasistratus exercitiationes damnent: quos Cardanus sequutus est, nulla efficaci ra- tione permotus: quem errorem suo loco destruemus.

In 1. libro egit de victu cuique temporì opportuno: de excessu, qui ex multitudine ciborum prouenit; & ipsorum excessuum curatione, antequam ad morbum sensibi- lem deveniant, magnã, scilicet, aut acutã.

Sed neque cuncta prædicta suscipient, vt exactè victum Medicus præferbat; cum necessarium sit, perfectam mensuram & proportionem scire laborum ad cibos. Quod eiam nec di- ei nec ferri possit, idcir- co ab Hippocrate est prætermisum. Ar- tem enim nil aliud difficilissimam, aut con- iecturalè redditi, quàm in errorem quan- titatis: quòd aurea Hippocratis verba lib. de Aliment. confirmant. Quantitas, inquit, ali- menti ad vires comparata, magna res est. Quam sententiam etiam de exercitio cõ- scripsit lib. 2. de Dieta, circa fin. Sed lib. de Veteri Medicina elegantissimè idem asser- nit. Quamobrè Hippocrates, vt minimus fiat error, aut nullus, consulit, vt Medicus assulas sanorum exercitij, laboribus, & ci- bi: vt hanc cõset, quàm necessariis sit op- timus Medicus, quando per sanitatem il- lius opera indigemus. Quod inspiciebat Celsus lib. 3. c. 4. dicens: Vnum Medicum multis nõ posse mederi, cumque (si artifex est) idoneum esse, qui nõ multum ab agro discedat. Ratio verò est in promptu: cum enim eorum, qui sanitate fruuntur, exer- citatio terminum exposcat, qui excremen- torum expulsionem, non autem humidæ, insitiquæ subaridæ membrorum dissipa- tionè attingat: hinc autem terminus à vul- go agnoscì nõ possit: à Medico verò noti

admodum facit: hinc fit, Medici præsen- tia plurimò indigere eum, qui sanitatis est studiosus. Eadem ratio de ciborum men- sura, pro laborum proportionem est exhiben- da. Hæc pauca dicta, ad tanti Procerum ex- plicationem: illud tamen non prætermis- tam, lib. de Insomnijs ad istos libros perti- nere, vbi Hipp. ex somnijs dispositiones corporis comprehendit, & morbos præ- causet. Nunc ad difficiles accedamus sen- tentias.

TEXTVS PRIMVS.

Constituantur quidem igitur, cum animantia omnia, tum ho- mo ipse ex duobus concordibus, & com- modis vasa, differentibus verò faculta- te, igne scilicet, & aqua.

COMMENT.

Quam variè sentitè antiquitas de rerum principijs, nullus est, qui exactè explicauerit oratione quàm verus ille Arist. qui vt refert Cicero lib. 2. de Inventione Rhetor. veteret scriptores vnum in loca condixit, & nominatim eunq; præcepta magna conquisita cura perip- tuè conscrip- sit, atque enodata diligenter exposuit, ac tantum inuictoribus ipsis solitate, & bre- uitate dicendi præstitit; vt non o- borum præcepta ex ipsorum libris cognoscatur, sed omnes quicquid illi præcipiant, velint in- telligere, ad hunc quasi ad quemdam multò cõmodiorè explicatorem reuertantur. Quo Ciceronis iudicio motus, antiquoni dogmata, non ex Platone Hesiodo, & Ho- mero, sed ex Aristotelis libris dicenda cu- raus, nec inter illos primos, nec postiores clariorem, breuiorem, & vtiorem in- terpretem inuenire potui. Erit ergo Aristot. dux noster.

Cum itaque tẽpore Hipp. tot essent opi- niones de rerum principijs, consensu nem videtur aliquando ex vna, aut altera verba desumere. Nõ quòd consilis, & verus Hip. variè sentiat, sed quoad possit maiorem suorum sententiam, insequens, vel salti ad meliorem sensum traducat, & librum faciat suæ aratis honestibus gratum. Quod aperte inferius præbit, Anaxagore veròs vrens, & illius opinionem in nominatè au- thore complectens.

Ante Hipp. Thales floruit, quem primum ait Arist. lib. 1. Meta. c. 1. quòd, vel primus fuerit qui de natura sentierit, vel primus qui

qui relictis negotiis ad solam contemplationem facit cunctis, multa ex Hebraica illa & vera Prophanorum Philosophia addiscens, nullumquæ alium magistrum habens: cuius hæres tertius post Anaximandrum, & Anaximenum, clarissimus pullavit Anaxagoras, ut refert Clemens Alexandrinus primo Stromatum. Ig. tor ante Hipp. hi omnes, & Heliodorus ille, Homerus, & Empedocles, Hipocritus, Heraclitus & alii, quorum decreta, si exactè nos teneamus, ignoto profectò quo pacto inter huius libri argumenta possumus mittere Hipp. indagare. Hoc dixerim, ut causa dignoscatur, propter quam hic liber tanquam spiritus relictus à quibusdam, ab alijs commentis absurdus indignè ledatur, ignorantibus quid Hippocraticum sit, quid Anaxagoreum, quid Merapontinum, quid Heracliteum. Sed his præmissis, Deo duce, sententiam Hipp. explicare aggredior, ab Aristot. lucem suscipiens, illius temporis dogmata antiquissima percurrentes.

Rectè cum proposuero sibi sine, primum disponit textum Hippocrates, hominis alimenta institutus, eius compositionem prius alloquitur. Si enim ex eisdem somis ex quibus nutriuntur, quosomodo nutrimenta exhibenda cogitasset, nisi partes nutriti prius intelligamus?

Prima difficultas circa textum.

Sed quòd Hippocrates hominem constituit ex igne & aqua, omnibus admirationem iunctis, tantis hæc sola ratione opinantibus non esse librum Hippocraticum; quòd libro de natura humana quatuor demonstraverit præcipia.

Secundò, enuslibet sit sententia, multis opprimitor argumentis. Nam ad mixti generationem, non duo, sed quatuor elementa esse necessaria probavit Aristot. lib. 2. de Ortu contra antiquos.

Tertiò, quia si per ista elementa intelligamus calorem naturalem & humidum, in quo subicitur, non videtur vero consonum, eum ignis in præterita quidam natura portio sit, ut ait Plinius, de qua dubites, an plura absumat, quàm generet, calor verò naturalis plura generat, & pericit, quàm absumat.

Quartò, nam si Hippocrates in his libris, ut videtur instituit, compositionem prius narrat corporis alicui, cum alimentis exhibeantur, non solum ut partes ig-

neas & aquas, verum etiam et terram & æreas reperiuntur, an eis alienum elementum esse explicanda natura, quæ non solum datur, sed omnia quæque respirantur, ut vivens constrictur.

Quintò, nam Aristot. 2. de Generatione animalium, cap. 3. iniquum illam pronuntiant sententiam, à Fernelio totius vociferatam ad finem calorem calidissimum præsum dūdicēs: Inest in igne omniū, quod facit ut secula sint femina, videlicet, quod calor vocatur, idque non ignis, non visus, cultus aliqua est, sed spiritus qui in semine spirituosus est, & corpore continetur, & natura, quæ in eo ipsa est, proportionate respiciens elementa omnia, quæ sunt: quomodo enim ignis nullum animal generat, & c. Ergo est calor vitalis supremus, eorum ortus exoritur, nō est autem ignem elementarem ad tantam perfectionem conuocemus.

Hic & alijs multis argumentis iudicatur aliqui, ut credant non esse librum genuinum Hippocrati, quia ad hunc propriam sententiam, & contra veritatem ex igne & aqua componit argumenta. Alij verò ædifici temporis audaces, sic esse Hippocrati eam sententiam conuincunt, ut quamuis nolit natura, ex istis duobus elementis mixta omnia subsistere posse existimare. Modum vero, quo tale contingat opus, si cere non grandæ, ut sine terra censatur, sola ipsa opinio nōdū saluberrima, & ratione indigna manifestetur. Dicat enim quòd, quod ignis qui semper habet rationem efficiens, ignis in aquam tanquam in materiam, quandam portionem attrahat & conuertit in ærem, alio peritiam intrahat, & transit in terram, aliam intradam relinquens cum sua forma aquæ. Hocque modo ex igne & aqua generetur & elementa & mixta, atque adeo ista duo ad omnia producenda sufficere, ad hoc autem errore progredebis, cum Arist. sine Aristotele constaret dissipare. Tamen, eti huius dicti absurditas et ratio euincet, de illa ad Tyroes aliqua decimas, cū rariore contra naturam vestram factas desolamus, si breuius prius mentem Hipp. & veritatem ostendamus.

Certe videtur hic liber Philosophis tanquam argima relictus, atque prius hæc sententia intendit Hippocritum inueniat primo lumine exanere, immò conuertit elementa solam constituentes ad humanam productionem. Quæ ita venientibus huius se inueniam detestentur, ut Homerus, & notus flumini Volcanum phisicè in-

Opinione.

Textu expli-
cato.

ra confingat. Et Archilochus fraudem in contraria se vertentem explicabat, dicens: Altera manu ignem ferebat, aqua vero altera. Et apud Perlas supplicacionis genus efficax maxime cenfebatur, si interminaretur duplex, ubi exadisset vortu, in profluentem se immiffurum ignem, tanquam horrendam efferet malum tam inimica cōtingere. Hippocrates igitur ista duo, quae antiquis ita difparata, ita diffimilia videbantur, tali temperat concēntu, vt ignis in aqua visat, aqua in igne.

Nota. Illud ergo vnum animaduertere licet, quod nullus percipit, Hippocratem in suis libris compositionem naturae viciat. Principialiter indagare, cuius ratione homo nutritur, et enim alteratur vt corruptibilis, variè mouetur vt animal, discunt vt hominidic etiam vt animantes ab inento frunt. Hanc itaque solam rationem profundè inueniens Hippocrates, vix tantummodo principia commemorat, ignem scilicet, & aquam, quae ex ipsius verbis inferioribus est ealdum & humidum apertissime patet. Atque vt Hippocratem ipse Hippocrates interpretetur audiamus eius verba libro de natura humana sic simul primum d. loctur argumentum: *Nonne talis est, tam animalitas, tam ceterarum rerum vniuersalem naturam: omnia similitur generantur, similitur interant omnia, quae sunt ex his natura ratiōnis ex praedictis omnibus, & desunt in ea praedicta, in id vnumquodque vna est compositione fecerunt.* Videt quomodo antequam philosophetur Hipp. de omnibus naturae constantibus. In hoc vero testo de solis animatis, inquit enim: *Compositum anima omnia tum homo ipse, &c.* Si enim de omne illis loqueretur, vt mixta sunt, diceret: *Compositum omnia tum etiam animalia, & homo ipse: at quia de solis vniuersalem sermoneum aggreditor, aut de ho mane, vt vivens est, illa sola principia considerat, quae ad vitam conducunt, & illam seruant, quod aperte in libri discursu patet. Nec verbum de inas viciat profertens. Quomodo ridicula semper misa vicia quomodo vna imaginatio anxie quae vntum mysterium generatione ex illis duobus elementis, quali mixta subintelligeret Hippocrates.*

Igitur constituantur animata ex illis duobus tanquam ex principalibus vix principis, quae se tenent ex parte materiae, igne & aqua, alido, scilicet aer, & humido. Neque parandum est sententiam aut quorum violentiam persequendo illam coherentem

quod potest interpretatur, & ad bonum sensum, & aut bonis mentem; sic enim aliquando sumimus ille Aristoteles Ana vago re opinionem ad bonum sensum traducit, vt lib. 1. Metaphys.

Eo autem magis artificum Hipp. mirari licet, quod libro de natura humana vniuersalem considerans mixtionem, quatuor probat principia contra multos sui temporis Philosophos vnum elementum tantum constituentes. Hic vero vitalia principia inquit ens sumit ex antiquis, quae suo compositum sunt, & simul conueniens mirabilem efficit viciat. *Decibat enim ante Hippocratem Thales ille primus, omnia fieri ex aqua, nam cum ex eadem res componatur ex quibus mixta sunt, videri musque cuncta sursum mentem ab aqua suscipere, nam scimus plantam, animalia omnia humido generantur, & generantur, & viciat. et o ex aqua omnia sunt.* Haec erat huius Philosophi opinio, vt colligitur ex Aristot. loco citato. *Quam (vt exillius) ex libro Meteor. et Meteor. ca. 1. la discussio in auctore desumptam omnia facta esse ex aqua inquitur. Illa facta verba capitis primi Genes. Et Spiritus Domini ferebatur super aquas. Vbi per aqua viciat materiam mundantem amegat Sa et Voces, quae Spiritus diuino condita, in quibus bet formam, erat parata & non solum viciat ex aqua principia tenent potest, etiam de conferant omnia, & interuenit tum, sic enim eodem libro cap. 2. Et erat fias attendat, & terra irrigata viciat facit terra. Quae aqua omnia facta condantur. Quod ergo mixtum, si Thales huc addiderit, vt credit Clemens) opinatus fuerit omnia fieri ex aqua, quod Viciat. 3. Georg. dicebat:*

Uicium viciat patet, & viciat ferebat.

Rutilius enim fere omnes illos temporis parant mundum esse animalis, si referre Albertus Magnus, consequenter aqua & humido eius partes mixtur dicebant, & ad hanc finem in medio medi esse aquam, vt aequaliter viciatlo inpartiretur, vt in mundo mixtum sit, in quo nutrimentum mundum coepit omnia, cum agitur Hipp. videret tanti huius opinione saltem in viciatibus viciat tenere, illam quod potest amplectitur.

Praxerod viciat Thaletem, vt ex Chronologia tantum oritur, floruit Heraclitus Ephesius, qui opinatus est omnia fieri ex igne, cuius scilicet fuit Hipatus Metapontinus, quos laudat Arist. c. 7. lib. 1. Metaphys. quia

quia rem subiectissimam & tenuissimam fecerint termin principium. Certè cum Hippocrates hanc contempserit opinionem, nec desistere, nec insequi deceruit, sed ex tam contrariis sententiis vnam verissimam educere, quod omnia animata, & homo ipse consistantur ex igne & aqua. Quae duo dicit Hipp. esse diuersa praedita facultate. Nam ignis calidus & siccus est, aqua frigida & humida, sed ita se se vniunt & concordant, vt admixtam aqua aliquid commoderat igni, ignis vero aliquid commoderat aquae, vt postea explicabit. Quae concordantia verba ex opinione Empedocles desumpsit, qui praeter quatuor elementa concordiam, & discordiam ponebat, dicens commoda quidam amicitia vni elementa propter bonum mixti.

1 Sed quia rectè illas duas opiniones Thales & Heracliti complexus fuerit dominus Hippocrates percipi potest ex eleganti discursu Lucij Celij secundo de origine et rotis cap. 10. cuius verba, quae maximè explicant mentem Hipp. subnectere placuit.

2 Duo igitur illa principalia inueniuntur, quae diuersam, & contrariam sibi habent potestatem, calor, & humor, quae mirabiliter Deus ad sustentandam, & gerendam omnia excogitauit. Nam cum virtus Dei sit in calore, & igne in ardore, vni, eius admixta humoris frigorisque materia, nec nasci quequam, nec coherere potuisset, quin flammam constitatione inter se, quidquid esse cepisset. Vnde & Philosophi quidam, & Poetae discordi concordia mundum constare dixerunt, sed rationem penitus non viderunt. Heraclitus ex igne nata esse omnia dixit Thales Milesius, ex aqua, vt et quae vidit aliquid, sed erravit ramentum, vt quae, quod alterutrum si solum fuisset, nec aqua nasci ex igne potuisset, neque rursus ignis ex aqua. Sed et verus simul ex utroque permixto cuncta generant, ignis quidem permisceri cum aqua non potest, quia sunt utraque inimica, & si quominus veniat, alterutrum quod superauerit, conficiat alterum necesse est; sed eo non substantiae permisceri possint. Substantia ignis calor est, aquae humor. Rectè igitur Ouidius.

2 Quippe, vltimiperis sanxerit hanc, ut calorque.

2 Conciuntur, ab his orientur cuncta duobus.

2 Cumque sit ignis aqua purgata; vapor hancidus emittit.

2 Recreat, & distorsit concordia factus in apta est.

2 Alterum enim quali masculinum elementum est, alterum quali femininum. Al-

terum adiuuans, alterum peribile, id est, a veteribus institutum est, vt sacramento ignis & aquae nuptiarum foedera iunctantur. Quod factus amantissimum calore, & viuore corporatur, atque animatur ad vitam. Cum enim consistit omne animal ex anima & corpore; materia corporis in hoc more est, anima in calore, quod ex anima factibus datur sensu: quae crassi humoris plenus, nisi opifex calor fouerit, neque humor potest corporari, neque corpus animari. Ex his quoque ignis & aqua interdicti solebat: adhuc enim videbatur, eas, quamvis molestas tamen homines supplicio capitis ataceret. Intendit igitur vni eorum vitam, quibus vita constitit hominibus, perinde habebatur, ac si esset qui cum sententia exceperat, morte multatus. Ad hoc illa duo elementa prima sunt habita, vt nec ortus hominis, neque sine his vitam crediderint posse consistere.

Notam alteram nobis commune est eam ceteris animalibus, alteram solum homini datur. Nos enim quoniam calidè & immortale animal sumus, igne viuimus, qui nobis in argumentum immortalitatis datus est, quoniam ignis caeco est, eius natura quia mobilis est, & furiam mittit, vita continet rationem. Ceterum animalia quoniam tota sunt mortalia, tantummodo aqua viuunt, quod est elementum corporale atque terrenum. Cuius natura, quia mobilis est, ac deorsum vergens, signum mortis ostendit. Ideo pecudes neque in calidam suspiciunt, neque religionem laetitiam: quoniam ab his vitiis ignis abest.

Vnde autem, & quo modo Deus, haec duo principalia ignem & aquam, vel accenderit, vel obliquauerit, solus scire potest, qui fecit.

Haec autem Firmiana. Qui sciet Hippocratem non commemorat, eius opinionem amplectitur, & elegantissime declarat, quasi textum nostrum aliumque interpretet eodem.

Hippocrates autem [vt semper te ipsum vsque ad vltimam manum deducam] dicit hominem componi ex terra, aqua, & aether creditis in arte, quibus non sunt dicenda vulgaria, sed illa potius, quae solum figunt. Moyses accensit ad populum ridem sentiens docet, quae facile percipiat, sic facit, hominem non ex igne & aqua, sed ex limbo terre fabricatum: quod magis aperte videretur, Deum, scilicet, quod amicitia signum ex limbo humanam flammam constitit.

insile. Et cum videat populus in huma-
ni corporis dissolutione prevalere maxi-
mam terrae molem, reliqua vero elemēta
scilicet fugere, merito ex terra formatū
hominem, & in pulvere redigendum ef-
se, ista innoent eloquia Hippocrates au-
tem, terram tanquam notam relinqueas,
& aërem, quem inspiratione vitam lenire,
& omnes plantas aëri continere senti-
mus, ignem & aquam solum commemo-
rat; quoniam concensus in nostris corpo-
ribus, quanto explicitus difficilior, tanto
magis adruant licet.

Nec solus Hippocrates ignem & aquā
continuit, nā idem sensit Archileus Apo-
lodori filius, ut refert Plutarchus lib. de Pla-
citis. dicebat enim raritatem, & spissitu-
dinem circa aërem insinuatam versari, &
omnia constitueret raritatem ignem appel-
labat spissitudinem aquam.

Ex his patet quid argumentis responde-
dum sit. Nam auctoritatem libri de natu-
ra humana pro nostri textus interpretatione
adduximus, & in fauorem Hippocra-
tis.

Ad secundum dicendum est, ut explicui-
mus in hoc libro, non considerari mixta,
ut mixta sunt, sed viuentia, ut alimentum in di-
gena. Et ob id Hippocrates, qui ante Arist.
quatuor elemēta probauit) hic solum duo
illa assumit, quorum operatione manifesta-
tur, siue saluatur vita. A quo, ut multa alia,
etiam hanc doctrinam mutuatus est Arist.
qui in Paroisi naturalibus ex illis duobus ele-
mentis, causas vitae, & mortis explicandas
assumit.

Tertium diluitur, quia nosse Hippocra-
tes non dicit, ignem in ista vnione seruare
suum impetum conditionem; imò illam
aëque complexu coeetere. Sic enim ait in
textu suo. *Ignis suscipit humiditatem ab
aqua. Aqua vero siccatatem ab igne.* Aperte
insinuans se sic temperare, ergo ignis im-
proba naturae est portio, non cohibitus. Si
vero temperetur, vitalis est, & omnium bo-
norum principium, nā generat, auget, mo-
uet, &c. amittit enim in viuente antiquam
vitalitatem, & in feminam committitur est.
Loquutio est Aegyptiorū, qui in vnoquo-
que elemēto marem, & feminam conside-
rabant, ut refert Sene lib. 3. quæst. natu-
c. 14. ita ut ventrum marem, vterulum ve-
ro, & incertam aërem feminam appellarent.
Sic etiam flammam masculinam, ignem ve-
ro manibus contractabilem feminā dice-
bant, ergo ex aëre cessu, & mixtione ef-
fectum est, ut ignis viuentem fortitudinem re-

linquens, multè breui mansuetudinem re-
ciperacrit.

Neque quarta obstat obiectio, nō licet ista
duo elemēta principaliter in viuente cō-
sideremus, tamē quatuor qualitatibus præ-
ditum alimentum exhibemus; non quod
medicamentum sit, sed mixtum, & varium
pro varia partū diuersitate creum scilicet,
quod qualitas alimentū restaret omnes
partes elementares, quia tamen, ut vitam
foveat necessarium est, ut calidas, & humi-
das habeat, & reficiat; hinc est ut præci-
pias partes arbitretur Hippocrates ignitas,
& aqueas.

Discursus contra Fernelium.

Quintū arg. explicatio Arist. exposcit,
2. de Generat. animal. Quæ quia occurrerit
legit Fernelius, & alij Neo reni, in quidam
descendunt opinione in fati a veritate,
& ab ipso Hippocrate, & Arist. alienam.
Machinatus enim in viuentibus quendam
calorem elementarem, alium calestem, tā
diuersarum passionum, ut vnus sine alte-
rius alteratione, alteretur. Ita ut valeat Fer-
nelius lib. suo 4. essentiam febri inquirētem,
cō deuenisse, ut dicat nullo pacto calo-
rem calestem in febrem posse conuerti.
Sed dicant mihi calor calestem inuen-
tores, quæ munera potest hic calor præstare,
quæ non etiam a calore elementari valeat
proficere) Forſan nō vident quō modo car-
nes elixatione coquantur, torrefiant, asser-
tur ab igne quædam artificialiter moderato.
Sic vrag; sicut as vrag; ignem temperat,
ut optimus excipiat effectus, ita & natura
pulcherrimè cohibens ferum afflu-
quit elementum, vitam, & vitæ diuersos
gradus, & multiplices obit functiones. Ig-
neam itaq; esse nostrum calorem, & ab igne
originem ducere semper existimauit, appella-
ri tamen elementarem, ut ab igne exiliis
animatum, ut ad animatas actiones assumi
tur animale, ut ad animales elemētū, cale-
stem verò (ut iam Aristotelem interpre-
ter) quia quemadmodum atra caret cō-
trarietate, quia simplicissima sunt, neque
constant contrariis illis elemētis, ita et
calidum nostrum tā perfecta mixtione
contrariarū proficiscitur, ut non dicas
aliquid elemētū reboceere. Tō sit ad v-
ritatē redacta, quod in sensu ratiū perfectio-
ni modo cōsiderant philosophi. Tūc quæ sen-
sus index cōtrariarū qualitatū opponitur
ut inuenis existeret, ne per aliquā cōtra-
beretur

heretur qualitas, quam nullo pacto indicaret. Inrus enim existens prohiberet extraneum. Igitur propter hoc dicitur celestis, quia maximè temperata; quod innuat Arist. dicens, proportionem respondentem elemento stellarum, quod vnum, & simplicissimum est, & superioris naturæ inalterabilis. In doctrina verò Platonicæ, & maximè probabili, corpora celestia ex quatuor elementis compacta sunt, sed tam arctissimo vinculo, vt neutiquam pugnent, tanquam depuratis qualitatibus: vt opacitas sine obscuritate, densitas sine gravitate, tenuitas sine leuitate, splendor sine calore presulgeat. Ad istam ergo supremam corporis imaginem humanam, diuinus artifex confixit naturam, alterabilem tamen, & mortalem, in primi erroris supplicium, & vt ne superbiat animal adeo perfectam, sed ad æternitatem beatitudinis aspiraret.

Huiusque igitur visum est sufficere calorem ignis, hoc vel illo modo temperatum, omnia animata producere, & gubernare, si variè assumatur. Impertinentique esse adducere nouum calorem, cum natura, quæ per pauciora valet, per plura efficere nunquam soleat. Sed illud vitium aduertere licet apud meam sententiam, aberrare opinantes qui tam sterilia asserunt esse corpora celestia, vt non possint producere calorem citra ignis elementaris combustionem, vt ostendit in tertio textu aduersus Vallesium. Dicimus tamen non esse in animatis istam caloris diuersitatem collocandam, sed solum vnicum, & specificum calorem, pro hoc, ut illo animato variè directum, & temperatum. Sed Fernelium, & sequaces conchadimus. Differre illos calores quàm maximè, asseuerant, non insipientes, quod vnum vni soli contrariatur, ergo quamuis illi calores reperantur in rerum natura, in vnam coire debet specificam naturam, vt pore quod vtrique frigidas sola contraria est. Quod iam sensus manifestat. Videmus enim nunc, & à sole, & ab igne tepescere, & liquecere, vnus igitur calor est, qui frigiditatem depellit. Quomodo autem sol producat calorem, alius loci disputatio videtur. Nunc eliciendum, ad mentem Hippocratis exarandam, calorem ignis diuersimodè temperatum, & sub aliam animatam producere: nec aliud esse excogitandum, præstabunt verò superna corpora conservatiuam illius caloris influentiam, & ob id cause superiores simul cum illis elementis generare dicuntur particulares effectus.

Ex quo etiam colligi potest, quantum debeat Fernel. nam calor ille celestis, eiusdem est speciei cum calore elementari, ergo potest inueniri, & ergo potest extraneari, ergo potest ad febrem conueniri. Neque Riolanus nouum propinquulum adducit in suis Fernelianis annotationibus, immo in maiores incidit difficultates: nam dicit calorem celestem esse efficientem, elementarem materiam: Rursus ibidem tamquam diuinum, & inalterabilem non misceri. Quæ omnia absurda sunt, & gratis dicta, atque (vt existimo) oportet argumentis contra Fernelium prius responderi, vt reddè doctrinam Fernelij defenderet. Quod cum non faciat Riolanus, suscipiat nostræ veritatem, mihi credat, quæ facile succurrit, & facilius contraria dissoluit. Non igitur calor celestis est efficiens respectu caloris elementaris, sed vterque calor vnum complet calorem, quem vocant adæquatam, qui se tenet vt instrumentum ad esse suum, si à causa aliqua assumatur: & se tenet vt materia, si alium colloces in materia, illam disponendo, & efficiendo.

Sed iam ad illos accedamus, qui sufficere ista duo asserunt, tum ad alia duo elementa, tum ad mixta producenda, qui propriam vocem ignorant videntur, quando vnam declarant, quia illa sunt. Nam dicunt, quod ignis, qui rationem inducit efficientem, ex vna parte aquæ per intransitionem facit terram, ex alia facit aerem per ardensationem. Similem etiam errorem habuit Sigeonicus controuersiam primæ, ubi ait atram bilem factam per assensionem ex flama hęc esse frigidam. Quis tanta audet, qui nō videt, si sicut rudimenta tenet Philosophi esse Mens non capit, quod aqua crassetat ab igne, est enim tota vaporabilis, & coctio non fert, quia non fert in crassationem. Arist. adiebat 2. de gener. animal. cap. 1. Aqua calida non fræscit. Præterea impossibile est, quod aqua veritatur in terram à superante calore, cum in termino ad quem necessarium debeat remanere calidior, terra autem prope superficiem sit frigida. Solus autem Deus potest facere, quod calor non producat calorem, quæ absurda non intelligens, sed timens Aristoteles, non dicit terram generari ex aqua per actionem caloris, sed per illius remissionem, & corruptiorem iam vt agentibus illis duobus elementis, solus agit frigiditas & siccitas, caliditas verò & humiditas patitur, & corrumpitur. Itaque ex illis patet non habere rationem efficientis calorē ignis, non enim sperat,

sed superatur à frigiditate aque. Doctrina est satis nota ex Arist.lib.2.de Ortu, ubi de elementis dyssymbolis disputatur. Scio Auicem. enarratorem modum quemdam insinuasse, quo defendi porell, ex igne, scilicet, & aqua posse fieri mixta; vt est videre lib.1. Auiceni. fen. 1. doctri. 3. cap. 1. ramen de hac re egimus 1. 1. Auicem. nane verò impugno modum istum dicendi.

TEXTVS II.

HAEC autem ambo simul sufficientia sunt, tum alijs omnibus, tum mutuo sibi ipsis. Vtrumvis vero seorsum, neque sibi ipsi, neque ulli alteri sufficiens est.

COMMENT.

EX precedenti (quem consutauiimus) et tunc multi alij oriuntur, tanquam ex trunco rami, quos facile dissipabimus, vt nostra interpretatio solum Hippocraticæ veritati consona præstet. Dicunt itaque ad hunc textum quidam, quòd ideo sibi ipsis sufficientia ista duo elementa, quia ignis vel immediate, vel mediate ex aqua reliqua generat elementa. Adducunt quendam ex Galen. & Platone, ita extra Hipp. mentem, vt obsecrare seipso reddant Hippocratem. Sed cur non explicant, quare ignis seorsum sumptus sibi non sufficiat, cum videamus sine aqua conservari? Non enim aqua est materia ignis seorsum sumpti, nam habet ipsæ suam materiam propriam. Hæc quæ tyronibus sunt nota, si ignorentur, magnos posse germinare solent errores. Audiamus ergo geminam textus explicationem, cui statim assentes.

Ista elementa duo munera possunt exercere, nam & mundum tanquam partes constituant, & vitens similiter componunt. Sed hæc est differentia. Quòd quando mundum exornat, proprias formas habet, suis locis gaudens, ita vt vtrumvis seorsum sufficientia sit partialiter concurrere ad vniuersi machinam. Nec vilo pacto opus est, vt simul miscantur. At verò in viuentibus formas antiquas amittunt, & taliter ad vniuersitatem redacta sunt, vt nec calidum sufficiens sit sine humido, nec humidum sine calido. In mundo maiore ignis non sicut aqua, viuente proprio humido fouetur, in mundo maio-

ri elementa diuersa occupant loca, in viuente vnum, & eundem.

Itaq; cū Hipp. consideret ista elementa, vt partes nature viuentis, coram sufficientiâ explicat, dicens, quòd ambo simul vniuersi cōtra ac in mundo sufficientia sunt, tum alijs omnibus viuentibus producendis, nō etiā mutua adinuicē sibi actione. Hoc est quòd per hanc vniōnē acquirunt, sufficientiâ, scilicet, vt sint partes viuentiū. Nam humidū sine calore nō sufficit sibi, vt sit pars animati, imò intentē exponitur putrefactioni; calor similiter sine humido, nullo pacto ita re potest, enolat enim defectū materię. Si verò seuuēta ista elementa colloces, licet vt partes vniuersi ad se conservanda sufficiant, non tamen vt sint vitabilia. Ergo seorsum sumpta, mundi loca exornant, continētā verò, & sibi, & alijs vitam acquirunt. Sibi, quia à solo esse elementari, quo fructus tur, ad esse vitale promouentur. Alijs, quia quæ separata erant, iam amicitia vinculo obligata, viuētia generant.

TEXTVS III.

Vim igitur, ac facultatem vtrūque ipsorum talem habet. Ignis enim omnia per omnia mouere potest. Aqua vero omnia per omnia nutrire.

COMMENT.

COgnitis viuētia elementis, quid vnumquodq; illorū præstet, docere aggreditur; & prius digniorē naturā cōmēnorans, ignem dicit omnia per omnia mouere; agēs minus tribuit igni, patiēdiā verò aque velut materię, hæc verò vincula conditione matrimonii inter ista elementa stabilitur; quòd in impijs insinabat antiquitas (vt Plurarch. refert 1. problemate Romanorum) iungebant enim ex ritu ignē, & aquā, vt intelligeret supra maritū ignē fore, omnia mouētē, & ordinātē, ipsam verò subleui tūquā subiectū. Vide ergo quā aliē, & subtiliter Hipp. ignē, marē; aquā verò, formā efficiat. Sed quid alij circa hunc textū sentiant, prius discutiamus oportet, vt veluti cōtrarijs dispositionibus sublati, melius nostrā sentiat animo inter pretatio.

Eruditiſſimus Franciscus Valletius, quē in disputatione cum maxima voce veneratione in subtilissimō de facta Philosophia libro hunc textum explicandi, adducit, ad illa verba: *Esſpiritus Domini*

*Deſcendit ad
traſ' alij.*

fira.

ferretur super aqua. Vbi ignem putat per omnia ferri elementa. Quod Platonium assertit subtilissimo suo ingenio ita cõdecorat, ut probabilis fiat opinio, quæ mihi aliquando ita placuit, ut ræuicili percitens ardore, in scholis publicè et parrocianis defenderem. Sed nunc tempus est, ut maturos iam fructus in bonum posteritatis colligamus, cum nulla nos obstringit dogmat. ea proterma.

Ergo ad hanc rem pertinentes aliquas propositiones reperim in sapientissimo Vallesio, quas scilicet euoluere, clarioris doctrinæ gratia operæ pretium duxi, quarum prima est.

Ignis elementaris reliqua omnia penetrat, & per illa differtur.

2. Ita ut huius præsentia aquæ fluxiles sint, & eius absentia concresecant, & in gelu vertantur.

3. Conuertitur aqua in gelu naturaliter, nam cum primum frigiditas sit, nulla frigiditas est ei præter naturalis, ita ut perfectiùs motu concresecat. Quod si à tanto magis ro inquiras, quo pacto ignis per omnia insinuetur: respondet diuersis in locis eiusdem libri quartam assertionem constringens.

4. Attrahi ignem à luce solari, propter subtilioris similitudinem, atque (nò aliter, ac lux ipsa) omnia percurrere, ita ut sol nullum nobis præbet calorem, nisi illas partes igneas adducat quibus calefaciat, generet, moueat, & forcoendo quodam spirita viuificet. Et hoc modo omnia per omnia mouere ignem, explicat acutissimus Vallesius.

Primam assertionem (si, ut iacet, stricte accipiamus) falsam esse probauit Seneca lib. 2. quæst. natural. cap. 3. Si verò amicè interpretemur, ut non ignem ipsum descendere per omnia dicamus, sed calorem sufficere tanquam omnium mixtionum instrumentum: Cicero eloquentis pater elegantissimè id demonstrat, quali rem in qua sumus peruenidit, ex opinione Zenonis, & multò plura ex sententia Cleantis adducens, lib. 2. de Natura Deorum, exi stimantium mundum esse animatum, quod totus calore vitali perfundatur. Et post multa ad aquam deueniens, inquit: Atque aquæ etiam ad mixtum esse calorem, primum ipse liquor tum aquæ declarat effluuii, si que neque congelaretur frigidibus, neque nunc primumque concreseceret, nisi eadè se ad mixto calore liquefacta, & delapsa difunderet. Itaque, & Aquilonibus, reliquisq;

frigoribus adiectis deficit humor. Et idè vicissim mollitur tepescidus, & tabescit calore. Atque etiam maria ita ventis agitata tepescunt, ut intelligi faciliè possit in tantis illis humoribus inclusum esse calorem. Et paulo post subdit.

Iam verò reliqua quarta pars mundi ea, & ipsa tota natura feruida est, & cæteris naturis omnibus salutarem impertit & vitalem calorem. Si ergo Vallesius ignem omnia mouere dicit, quia calor omnia agit, & concitando viuificat, non est cur in dispositionem, eius opinionem conuocemus. At quia ex eius discursu substantiam illam purissimam ignis elementaris deferi per omnia colligitur, temperie quadam indiget tanti viri arguites. Nam Hippocrates in nostro textu non dicit, ignem omnia per omnia mouere in mundo maioris, sed in vi ta fruentibus, ut hunc locum non adducat in suam opinionem Vallesius; nec ista interpretatio ad libitum data est, sed ex ipsa Hippocratis mente excipitur. Si enim in veris antecedenti scriptis omnia animata ex igne & aqua consistat, & nunc ait ignem omnia mouere; nonne Hippocraticè loquemur, si eadem sint ab ipso constituta, & mota? Ergo ignis omnia animata mouet, quia & nutritionem, accretionem, & generatiõnem perficit, & reliquas his inherentes actiones.

Quod verò in secunda propositione cõrnetur, quæ ex prima cõsequitur, aquas absentia istius ignis gelari, in erologicè loquendo, non sic contingit; sed per absentiam, & magni corporis solaris recessum, aqua ad maiorem permouetur ex sua natura frigiditatem; cumque illi adiungatur ab extrinseco aere siccitas, congelatur necesse est: itaque in calcidi copore, & aere, est perpetua huius effectus causa, quid inquirere oportet ignis elementaris delibatum? Adhuc (obscuro) atente quæ breuiter dixi. Siccitas aem frigori conuandam efficere concretionem, non quod existimem, hanc solam esse causam concretionis (de qua te diffuse aliàs disputabo) sed philosophiamur de aqoe in glaciè confectione: hæc enim fit à celo tanquam temonente prohibens, discedit enim sol ad alterum tropicum, per solistia lyemalis, & non calefacit aqua, ut solebat. Rarus ipsa aqua se ad maiorem frigiditatem reducit, quæ cum nunquam sit sufficiens causa ad sui concretionem, quantumvis iurea datur, nisi accedat siccitas aeris; sic profectò, ut à proprio frigore non concresecat, sed

Primum fun
damentu Val
lesii est, quod
cum sol non
habet calore
debet reduci
sua calofactio
in aliquam cau
sam per se ca
loris proxi
mam, sicut
in igne. Qui
res, quod suffi
cit, ut illius
habet virtute
iter. 2. falli
tur putans ef
se reducendū
causam, ut ef
filiū accidit
talem ad cau
sam per se pro
ximam, quod
operte docet
L. Titus. 6.
Met. 9. 11.
ur. 1. referre
Et andria.

sed exponatur apta, vt aeris siccitas illam immutet.

Quod si rectè cõsideras, nõ inuido in illorum opinionem, que dicebat, fieri glaciem positivè à causa caelesti per influxum frigiditatis: hanc enim reputamus falsam; nulla siquidem causa potest habere maiorem frigiditatem, quam habeat aqua. Præterea nulli enti est dispositio, tam intensa frigiditas, vt excedat aqueam, ergo non est ponenda in calo. Solam itaque siccitatem videmus esse necessariam, nam frigiditas simul humorum nunquam concretionem talem producit.

Quod si Vallesius, cum Cleante & multis alijs philosophis, opinaretur, Solem igneum esse, & calidum, ab isto omnes tales proficisci effectus, assensuisset. At quia tenet, nihil posse præstare calorè, præter ignè, aut ignita (vt in libro citato conspiciunt) in hanc descendit sententiam; cuius veritatè breuiter enucleamus, si tertiam propositionem prius perpendamus.

Naturaliter in gelu migrari aquam dicit, si non moueatur ab igne, quia cum primò sit frigidiorum, nulla frigiditas est ei præternaturalis, atque ex consequenti summa frigiditas & glacies simul perfectio & naturalis motus aduentus. Ex Galeno desumpsit certè suam opinionem Vallesius, ait enim 1.

- de Natur. comment. 3. 9. Nam si prorsus frigidam & humidam aquam singas fieri, nõ manebit iam aqua; concreset enim mox, & subsistet, & fluere desinet. Ita terram si prorsus frigidam & siccam cogites, erit id adamantum corpus durum.

Sed alitero hanc multis rationibus euidenter conuincitur, nam Arist. in Meteor. de gelu tanquam de quadam meteorologica impressione pertractat. Tales autem impressiones, iuxta imperfecta sunt, & rudimentum naturæ mixta perfecta facere cõdicentis. Si itaque aqua cum concreuerit, ad mixti naturam mutari incipit, quomodo potest in sua elementari natura persistere? Constat enim tantùm de sua natura perdere, quantum ad mixti dispositionem accedit.

Præterea cum aqua durefcit, proprietates suas amittit, nõ non humefacit actus, propter quam conditionem, non humida, sed vda appellatur à Plutarcho in Synopsi. Decad. 3. problem. 3. à quo mutatus est Tilelius. Ergo cum siccitatem sibi adiungat, non video quo pacto persistat.

Tamen si ex facis libris licet argumentari cum Authore sacram Philosophiam

proficente; aquas currentes appellat sacra Scriptura, viuas: quietas autem & stagnantes, mortuas. Si ergo tanta perfectio mediante motu aqua succedit, vt viuere dicatur, & attingere infimum viuendum (vt ignis, qui more animalium & mori & viuere dicitur) constat, aquam (licet sit primum frigidiorum) omnem suam perfectionem in motu melius seruare. Siquidem eo mediante ad vitæ similitudinè aspirat.

Vltimò, quia per congelationem quiescens ventilatione caret, quæ per fluxum paratur, & ob id inquinatio, & putredini obnoxio, quapropter procedit ab Hippocrate aquæ glaciales damnantur, tanquam præter naturam afflicte, lib. de Aquis & locis. Dices afflicte præter naturam, respectu nostræ nutritionis, & quoad nos, non tamen in se ipsa. Sed licet hoc gratis sit dictum in hac opinione; vrgentius tamen contra illam procedamus. Nam tenetur dicere, aquam in primo instanti sui generationis, concretam generari, siquidem debet produci cum sua naturali dispositione; à causa enim extrema non potest in illo instanti calefieri & liquari. Contrarium tamen sensus demonstrat. Nam videmus aquam ex vaporibus gigni, fluidam, & frigidissimam, vt in hyeme.

Sed respondeat quis pro Vallesio, & ostendat nobis rationem, propter quæ per diem gelatur etiam aqua, vt in qualibet parte nostris. Quod non sic contingeret, si Sol partes igneas raperet in poris atque on tentas: interdiu enim, cum illas ad nostræ hemisphærium deducat, nunquam aqua concreset, in qualibet verò parte nostris cõcreset. Quæ omnia contraria sunt his, quæ quotidie experimur.

Neque Vallesii argumentum quicquid probat. Nam rectè potest summa frigiditas in aqua motu persistere, nec necessariò in glaciem verteret. Illa enim aqua tam ab omnibus celebrata apud T enarium præ sua frigiditate vas fortissima rempens, fluit certè, & cum tanta frigiditate continuo motum coniungit. Sed hæcenus compressa occasione hæc dicta sunt.

Quarta propositio subtilissima est, quæ explicat modum quo ignis per omnia deferatur, à luce, scilicet, à radiis, & allecijs. Sed reuera (nisi tanti viri autoritas pro demonstratione sufficiat) philosophica ratio contrarium prorsus conuincit.

1. Nam si tota ratio, propter quam lux attrahat ignem, et, quia ambo fulgida sunt, Hoc

Hoc fundamentum non ita vnanimiter à Philosophis stabilitur. Quia Anaxagoras 4. Cæli tex. 32. ex professo proat accidere huic igni ratione nouæ commixtionis, nõ quatenus ignis est. Et Alexander idem sentit 1. Meteor. & Algæales ex mente Auticennæ; qui omnes negantes luciditatem ignis, etiam negant ipsam attractionem.

2. Tamen fit luminosus omnis ignis, de-
cui enim corpus inter elementa perfectis-
simum perfectiori modo condecorari, vt
& lucem, quæ similitur calori, & locum ele-
uationem contineret) an ob hanc rationem
debet à luce solari in terram comocari?
Non equidem, nõ quando videmus lumẽ
magnum, aliud partem obscurare (vt tacto
respondent argumentis) non obscurat,
quia ad se se trahat. sed quia magna flamma,
v. g. aerem circumstantem ita disponit,
vt non sit debitum refrigerium, quo pars
flamma debet fermari. Seruatur enim qua-
libet flamma acris certa ventilatione, qui
mediocritatem obtineat, nec multum spul-
sus, nec multum tenuis. Igitur cum flamma
maior dissipet magis, & attenuet aere-
m vicinã, necesse est, vt flammula exha-
lectur, quæ si minutiam acris amittit, homi-
nes autem putant non dissipari, sed allici.

Si itaque inter ista luminosa tam fallax
est natura, vt nõ alliciat, sed dissoluat, quid
(obsecro) dicendum est de illa suprema lu-
ce, quæ quanto superioris corporis virtus,
tanto censenda est efficacior?

3. Sed quid motor, est ne aliquis qui probauit, vel probabiliter, vel apparenter, lumen aliud trahere? Nullus, quem viderim, aut legerim. Pone magnũ ignem prope quãdam scintillam, experire (obsecro) vtrũ attrahat scintilla: nunquam certè. Vt quid ergo debemus credere lucem Solis ignem elementarem ad se allicere? Quod si rē penitus contemplerur, libentius concedam ignem altero igni associari, conseruationis amirare, quã à luce solari attrahi. Arguere vterius posset quis, quia nunquã vidimus incensam flammam ad motum Solis moueri, sed semper ad superiora conari. Ergo Sol non allicit ignem: tamen quia Vallesius de igne elementari philosophatur, argumeta nostra punctũ ipsius opinionis proximè attingunt.

4. Gratis tamen concedamus, attrahat Sol ignem, & à sua sphaera deducat, an forsã à media acris regione frigidissima non corrumpitur, aut saltem frigeſcet, antequã ad nos descendat?

5. Præterea, si attrahentium ea sit condi-

tio, vt ad se trahant, non ad longinquum repellant, vt quid Sol suspensum iuxta orbẽ caelestem non habet ignem, vbi maior est attrahentis efficacia, sed ad terrã remittit?

Neque obstat vulgare quoddam dictũ Medicorum: Calor attrahit, ergo & flamma trahet flammam, saltẽ ratione caloris. Et præter hoc tractio fit ratione similitudinis: ergo lumẽ aliud trahet propter similitudinẽ. Vulgaria sũt hæc, & multiplices falsitate referta: quæ à magistro nõ sequitur perspicua, & tenèri inuenturẽ in scholis seducit. Quod in textibus inferioribus me facillè demonstraturũ spero. Sed dicemus hic illud sine exoptat. Non igitur ignis omnia monet à luce conuocari, vt probamus, sufficiensq; calor omnia alterans, vt dicebat Cicero. Neque est necessariũ, vt ille talis calor ab igne semper producat, vt credit Vallesius.

Est enim potens corpus caeleste illud producere propter eminentiã illã, & vniuersalẽ facultatẽ, quæ posset. Suprema philosophia id exactissime docet, esse, scilicet, propriũ causã vniuersalium, producere effectũs particulariũ agentiu. Quo argumẽto (inter alia) probant sapientes, Deũ posse facere aliqũ effectũ sine causã, quæ secũdas vocat. Et argumenti forma talis est: Sol tanquam causa vniuersalis, & superior producit calorem sine igne: ergo multo melius Deus habere poterit quilibet effectũ producere sine inferioris causæ cõkursu. Doctrina est S. Tho. lib. 3. contra Gentiles c. 99. Neque intelligas velim, Solẽ producere calorem absq; vilo prorsus medio: hoc, enim solus Dei est, tanquã primi, & vniuersalis inũ agẽtis. Sed quemadmodũ Sol producit animalcula imperfecta ex terræ sordibus, sine vilo feminis cõkursu; ita etiam effundit calorem sine ignis affluxu, licet alia plurimè recedat, vt situs eiusdem corporis solaris, lux, reflexio, terræ dispositio, & status. Nisi velis nõ media luce caleſcere, de quo alitè.

Non est tamẽ inferendũ, an antiquoru erorem nos distrahã, opinantiũ suprema illa corpora ignea esse, & calidissima: atq; vocatitate ignis illius amulari, & hominũ a poribus motiri, & tandem pecunã regeneratione resuscitare, vt flamma, quæ per momenta innovatur, licet præ celeritate nos læreat, vt dicebat Democritus. Ista enim dogmata, prima quiddã vestigia sunt inchoantis & balbutientis philosophiæ, ab vno Aristotele satis constat, a nulli nostris tẽporibus iternũ tales pullularent errores, quos Bernardinus Tescius sine vilo effudit fundamento, lib. 1. de Rerũ naturã:

*Nota atterit,
ne contradi-
ctionem inu-
nia in ma-
stris dicit.*

tamen nulla est aetas, quæ veritatis perspicuitatem non interturbet.

Corpora igitur cælestia triplici condecorantur conditione, motu, luce, & eminentia. Eminentia, superior virtus est, reliquas inferiores continent altiori modo, & illas ex se valet producere, lux veluti actualis est, & illam supremam potentiam manifestans, & deducens, motus verò approximât actiua passiuus, atque variè disponens & concordans astra, multiplices & varios parant effectus.

Ex quibus omnibus cum sola lux pulcherrimè se manifestet, & secum abditas illas conferat virtutes, bonorum plaurium appellatur ab Anicenna, ut etiâ docet Phœnices in sua Theologia, referente Iamblico.

Et sicut bona omnia corporea à luce Solis absque vilo medio, aut à planetis, aut stellis, quibus ipsa lux Phœbæ communiatur, suscipimus; sic etiam in cælesti ciuitate, quicquid boni habent ciues illi, suscipiunt à Patre luminum, & ab illo Sole, qui ait: *Iges sum lux mundi*. Quamobrem cum tanta præter lux in vniuerso, quid opus est, tam insinam & improbabilem causam extollere, & elementum ignis, veluti continentem causam omnibus introumittere? Sed iam Hippocratem amplector: ad cuius mentem me explicasse arbitror si hunc textum in animas debere intelligi assuecem. In quibus ignis, siue calidum naturale, omnia mouet ad similitudinem vniuersi, quoad à virtute calidi permeatur, & alteratur proportionaliter in mixtis.

Sed ostendamus quo pacto aqua moueatur ab igne in nostris corporibus. Certè à principio generationis vsque ad finem augmentationis mouetur humidum à calore tanquam à motore deducente rem ad suam perfectam naturam, quæ motus à Peripateticis vocatur rei imperfectæ tendentis in suam perfectionem. Ab ista ætate calor humidum elaborat, ut illam perfectionem ad operationem traducat: qui motus dicitur ab Aristotele rei perfectæ exercentis suam operationem.

Eadem ratione & humidum omniens calorem naturalem nutrit, omnes eius actiones concomitatur, omnia mēbra conuenit. Et hoc insinabatur, cum dicebat, aquam omnia nutrire. Nā quod Thales in vniuerso contingere existimabat, id in viuente verum esse Hippocrates probat. A quo numerus est Arist. suam sententiam 2. de Anima, (tex. 4.) dicens: *In corporibus autem sim-*

ilibus hæc duo propriè existimantur, quod alterum est nutrimentum, & alterum nutritibile. Dixerat quæ paulo antea: Aqua est nutrimentum igni, &c.

Neque ex hoc textu elicere fas est, aquam nutrire, nam communis quæstio Medicorum de aqua simplici interrogat. Tamen Hippocrates in hoc loco de proportionato subiecto & pabulo caloris loquitur, quod simul componit viuens, & calorem fouet aqua enim elementum, & ignis elementum citra mixtionis beneficium, nullo modo nutriti & nutritibilis rationem subeunt, sed se se intertunt. Quod docebat Galenus 1. lib. de Simp. med. fa. cap. 14. ubi id ex professo probat, ut locus Hippocratis maneat explicatus.

Sed iam contrarium locum adduci cōspicio ab Hippocratis scētoribus libro 4. de Morbis, ubi inquit: *Aqua non est optimū alimentum igni*: qui dogmata omnia istius libri videtur interturbare. Tamen intelligere oportet, aliquando Hippocratem melancholiam aquam appellare. In quo sensu dicit aquam, siue melancholiam non esse optimum nutrimentum igni, nam non facillè incenditur, nec acutas generat febres: nisi velis explicare istum locum ex Galeno 1. de Simp. med. facul. citato. Si enim quid senserit Hippocrat. de ista aqua communi, scire volueris, lege lib. de Cordē: *Non enim* (inquit) *humana natura alimenta hæc sunt. Quomodo enim hominis alimentum sint ventus & aqua cruda? Sed sunt magis cognata affectionibus, castigata & medela. Quæ in textum multi non intelligunt, ignorantes quo pacto aer, & aqua cognatam caloris naturalis proprietatem coercent. Sed de hoc ego in lib. nostro de Febris, ad primam quarri Anicennæ.*

Foras existimabis confirmatam uris remanere textus explicationem, & tam longo sermone vallatam. Sed adhuc insinatur Hippocrat. Dicit enim aliquis, omnia ignem mouere, quia minatas habet particulas, & pyramidalis est.

Tamen hoc dictum Platonice prudenter subaudiendum est, non ut verba iacent, quia figura tam magna res est, ut non ex necessitate naturæ rebus similibus cedatur, qualia sunt elementa. Rectè hunc discursum ex Aristoteli illustrat Montanus vir doctissimus in suis Annotationibus super Aulcan. Fallit ignis elementarius quo vrimur, qui saltim cum flammescit, pyramidalis redditur, sed hæc figura accidit, non ex natura sua, sed propter alienam materiam quam

quam depascitur. Explicat hoc satis subtiliter Julius Caesar ad Cardanum exercitatorum. Ex quibus tanquam ex notioribus (norunt enim omnes solum esse pyramidalem) deducit Plato motum inuisibilis ignis. Non quod ille puras pyramidas sit, aut terra cubica, aut aer triangularis: sed ex his debemus percipere quaedam proprietates sub illis figuris infinitas. At quo pacto elementa, & mixta figuram asperant, & illam continent ad finem perfectionem, inferius explicabo aduersus falsam quandam huius temporis opinionem.

TEXTVS III.

Particulatim verò superat, & superatur utrumque ad summum, & ad minimum, quantum eius fieri potest.

COMMENT.

Accedit iam Hipp ad explicandam vitam mixtionem, & modo quo fit: tanquam subtiliter id assequitur, ut totam doctrinam ferè ad verbum transtulerit Arist. ita ut ad nostra tempora ab unico nitidissimo Hippocratis fonte integra fluxerit. Nec post tot curricula, post tantas dispositiones aliquid addiderit inuolutis posteritas. Dicit itaque quod utrumque debet superare, & superari, ad summum, & ad minimum: hoc enim pacto ab veritate; erit natura distincta. Ignis vincit aquam in vivo, aqua vincit ignem in alio; aqua fit calida & sicca, ignis humidus: omnia transtuntantur; hæc illic, ille hæc: hæc transformatio taliter fit, ut etiam primus qualitarum gradus, quæ in summum, & viciniam immutetur, & novam conditio ad recuperet. Et hoc est quod dicit, quod hæc superatio fit ad summum, & ad minimum. Nam inquirere (obscuro) in animalibus, & peculiariter in homine, in quo ad maiorem mediocritatem redacta sunt elementa. Inquire, inquam, dimidium gradum caloris, qui verè, & propriè dicitur igneus; profectò non inuenies: nam à minimo usque ad summam gradum totus calor antiquam proprietatem amittit. Disponitur enim ad formam ignis, sed iam videtur formam insequitur, tanquam eius influentiam, igitur totus superatur, id est, temperatur; totus superans, id est, temperans.

De Hippoc. Philosoph.

Sed tolerari non potest, quod quidam puerili argumento deducti, contra Arist. an deat affirmare, particulariter, id est, per partes fieri illam elementorum coactionem, nam hoc modo agendo per partes varias aquæ generatur elementa reliqua, & omnia tandem mixta: cum notissimum sit ex ipso Hipp. terra debere non per partes superari elementum, sed totum ipsam immutari: quod Arist. à suo Magistro Hippocrate adhaerens probat ex profecto, hoc capite de Mixtione: non enim vult mixtionem appellari, in qua per partes fit alteratio, sed in qua miscibilia tota alterata viuuntur.

Neg; in hoc solium saliantur, sed in aliis incidant errorem, ut contra sensum loquatur, qui meta est physici. Dicunt enim, ex aere & terra non posse generari tertium elementum, quia aer remissum habet calorem, & actio non fit à propensione aëris, & ex consequenti non produci posse ignem, corrupto humido & frigidò, vnde enim tantus calor igneus ac cedit, cum aer remissus gaudeat, terra nullis.

Puerile certe argumentum, quo vixissime probatur, nec minima philosophæ saluti. Sine consultatione tantus desciturus est Aristoteles: Sed forsan desiderat argumentum, quod multum difficile solutorem.

Intelligere oportet, non omnem actionem considerandam esse agentibus inferioribus, sed orbibus simul celestibus, tanquam eminentissima & potentissima causa, illorum igitur virtute perficiuntur hæc omnia. Atque hoc pacto ex terra & aere generatur tertium elementum. Si enim semel humanum, ut tam perfectum attingat finem, calidum indiget inflatu, & ob id inquit Aristoteli. Sed & terra generat hominem, quanto magis hæc virtus superior considerari debet in actionibus elementaribus, quæ ex sua natura diminuta sunt: Supplet itaque celum adiuuat in elementis.

TEXTVS V.

Neutrum enim penitus superare potest.

COMMENT.

Videtur manifesta contradictio inter istas duas propositiones. Ad superans, & ad minimum utrumque superat, & superatur: & neutrum penitus superare potest. Ita non est contradictio, sed solummodo melius.

Quidam non intelligentes profunditatem Hippocratis, respiciuntur.

Exemplum verum, sicut dicitur, in libro de natura hominis, cap. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

loquendi. Nam si generatim debet proficere, tali harmonia debent ista duo elementa commensurari, ut vnum alterum superet, sed non destruat. Sic enim sagax natura varias proportionales conspexit, rerum varietatis audacissima. Remittuntur aqua & ignis à summo vsque ad minimum, non autem sic alterius omnimoda corruptio: & ob id dicebā in precedenti textu, quod tota portio elementi accedens ad illam maximam superatur, id est, temperatur; tota superat, id est, reliquum contrarium temperat.

TEXTVS VI.

O B hanc sanè causam, igni quidem, ubi ad extremitatē aqua peruenit, deficit alimentum, auertitur igitur eò runde nutrirī potest.

COMMENT.

Si attentè superiora inspicias commentaria Hippocratica, coherentia & ipsa veritate coactus in geminam explicationē tandem incidēs. Exhibet rationem euidentem, ob quam neutrum elementum debet sump contrarium omnimodè corrumpere, si ea lege viuuntur, ut animatum generetur. Nam ubi ignis ad extremitatem aquae peruenit, id est, si ad vltimam portionem suam superandam accedat (cum nullo alio modo superet, quam resoluenso, & dissipando, & in naturam aeream, & igneam transiunt and) ne cessaturum est, ut ipse ignis auertatur, & euascat defectu pabuli, in quod agat. Ut in lumine cereo videmus, conseruatur enim ignis suo nutrimento. Tamen cum necessario resoluitur, ad miratissimā cerei extremitatē descendit, iam iam moribundus, qua resoluta auertitur eò vnde nutrirī conseruatur. Hoc idem in viuentei substantia considerate conuenit pau eis mutatis; & rursus in sua prima mixtione, ut inlinuabat Hipp. lib. 5. Apho. text. 61. afferens ex defectu alimentū conumpi semen in vteris adurentibus. Ut enim plastrā, si in calidissima terra incidēter, marcescunt humido distracto: & consumptio sic etiam & nosser ignis, si ad extremum suam aquam deduxerit. Quod hederā contigit, quam Hsarpalus iussu Alexandri rex Graecia in Babylonem traxit. Sola

enim illa inter alias à calidissima terra nulla committitur, referente Plutarcho 3. de Cur. prob. Sympo. prob. 2. ex Theophrastro libro 4. cap. 4. quantumvis enota mixtē, vt cresceret, fatigaret Hsarpalus, pertinacem in eo curam ponens, tandem exiuit. Quippe qua fersida natura, ferentique solo cōstita, non ad temperiem proficisceretur. Cum igitur edere nescens calor toram abhorret aquam, & ipse etiam à vita ornamento discit. Vniuersus enim erat, dū tēperas humidam incubabar; ad vltimum verò demissana in sine primae regionis naturam commutatur.

Sed licet cum Hippocrate & Theophrastro ambiens calidam adduxerimus, à quo intemum rei vniuersi esoluitur, perelligas (obscuro) clarioris doctrinae praefatis exemplis obscura manifestat. Idem enim quod sensim in vtero adhaeret, & hederā in Babylone contigit, idem profus in ipso viuente iam constituto naturaliter accidere Peripatetica docer philosophia. Auertitur enim calor defectu humidū, in morte naturali, quam mo. eos & coeque ratio antecedit, in quam à solo suo interno calore circa externa cause necessarium actionem deducuntur. Et sic vltimam illud ferebat antiquitas: Qui necum animus, necum moritur, & qui nec viuificat, nec occidit. De qua difficultate inferius se proficiscē in Opusculo quinto, de morte naturali.

TEXTVS VII.

A Quae verò, ubi ad extremitatem ignis peruenit, deficit motus.

COMMENT.

EX vno contrario facile est alterius congnitionem indagare per contrariam doctrinam: ut itaque amittit huius nutrimentum ignis, aqua consumpta, ita & hinc naturam commotiosam exiit suffocato igne. Humiditas enim mouetur & gubernatur à calore, quae tanta potest esse, ut calorem suffocet, & necessarium distillationē impediat. In hoc autē opere ad vniuersi moris vitalis priuationem ignis vltimū aqua. Occidit enim suū motore & cōformatur.

Sicut

Sicut itaque calor seipsum destruit, subiectam humidum retolando, sic humidum participato motu expulsiat calorem suffocando. Quod in disceptato semine conspicimus, præ nimia enim humiditate sicne redditur, calore illabente. Idem saltem in veteri inspiciebatur Hippocrates in aphorismo citato.

TEXTVS VIII.

Sistitur itaque in hac, cum verò steterit, non amplius potens est. Sed ab illabente igne in alimentum, consumitur. Et propterea neutrum penitus superare potest.

COMMENT.

Extendit Hipp. explicationem, & probationem illius conclusionis superius propozita scilicet, quod neutrum penitus superare potest. Nam in illa vltima extremitate aquæ sistitur, ad eam cessat motus nutritiui, quia tam mixta humidis portio non valet calore fouere & continere: cum verò steterit, & cessauerit nutritiui, quod præstat ab aqua, non amplius potens est ignis illam vitaliter mouere, cum verò motu vitali illa non possit concitari facit quod suum est, in illam, scilicet, illabendo, & irruendo, tanquam si fuisset alimentum, tandem illam consumere: & quæ antea concentru quodam temperatè vintificabat, iam contempit. Vide quæ attentè inspicenda sunt Hipp. verba, dicebat ignem omnia mouere, nunc verò non moueri aquam, sed conflari: vt per motum ignis, vitalem actionem, per cõsumptionem verò, antiquam illam & voracem conditionem subadulamus.

TEXTVS IX.

Si verò alterutrum superetur, nihil sanè ex his, quæ nunc sunt, fuerit velut nunc habet. Quum autem sic semper se habeant, erunt, & eadem, & neutra, & neque simul deficient. Ignis igitur, & aqua sufficientia sunt.

De Hippoc. Philosoph.

COMMENT.

Inter Grecos tenetbas alimnas Hippoc. erant cum lamone effusis, natura rationa ad sui temporis philosophorum præsertim manifestata. Postabat Empedocles, vt in magno nominis Clementia ad mixturam producit non accedere amicis: finis concitata, taliter tamè coherere, vt nullis se alterationibus remitteret, sed veluti conseruata, & inuapozita. Quod propriis verbis exarabat Empedocles, referente Arist. 1. de Orta, dicebat enim: *Nulla natura est nisi hinc mixtura, & segregatio mixturæ.* Id est, nullius mixt: natura est præter quatuor elementa, sed solum quædam primorū & corporū nō alterationū. Sic explicat Auerroes hoc citato, & ex ipsa littera Arist. idē colligitur.

Falsitate huius dogmatis ante Arist. primus impugnauit Hippoc. in his rebus, quod vt perpetuè dicuntur, aliter patet opinio Empedocles. necesse erat liceat. Credebat enim chaos consisti elementis taliter coheratis, vt ad vniciū vniuersum materū conspiraret quod illis verbis insinuat, dicens: *Præter erat ante.* Hoc certe amissis qualitatibus detrahitur, & nihil in summa tranquillitate detrahitur elementa: tamen statim, ac diuersis animis incipit, priusquam qualitates accipiant, in patriam proficiscuntur, & peculiariter regionē possident, vt vniuersum componerent.

Intar tres colligamus Empedocles conclusiones, & quod in altera elementa per se solum aggregationem nesciunt cõponere, & quod vniuersum ex elementis consistere peculiaribus immixtionibus, & vltimò, quod in ista cõfusa massa, tota se miscerent, & propter nimiam ariditatem nullis se motibus agitant. Hucusq; Empedocles, cautiens satis, & mille erroribus innotuit. Sed Hipp. vniuersum mixtionem explicaturis elementa ponit alteratiora, & abesata, sed conseruata probans per omnes istos textus. Et primo præter non debere omnino de superari, & delecta aliq; de elementum nam terum varietas obferuaretur, quæ ita eiusdem natura perquirat. Et tunc omnia essent eiusdem speciei, producta, scilicet, ad elementum vincere. Ergo cum mundus varietatis potest naturaliter existeret, & sic, deest variè commiscetur ab alteri elementa. Sed taliter, quod non proceduntur, sed veluti de posita, & eandem ita possunt in se hinc hinc ad prius non coherere, nec numerum. Et hoc est nature vniuersum in abstracto.

Empedocles sententia de Hippoc. ante Aristoteli reposita.

Prima propozitio Empedocles.
Secundus propozitio.
Tertius propozitio.

Sed quid potuit elegantius dici? Aut quo pacto natura mixtionis aprius explicata sit. Certe ab Hippocrate vsque in hunc diem nihil inmutauit posteritatis philoſophia. Iſdemque verbis vsus fuit Ariftoteles cap. de mixtione: *Erunt eadem & neutra*; id eſt, in mixto ſunt eadem clementia in potentia, quae antea erant in actu: ſunt neutra, quia nullum clementium eſt in mixto ſub propria forma in aliqua determinata parte, ita vt vera ſit haec propositio: Neutrum clementium eſt in mixto, igitur erant omnia ſimul, & eadē per proprias virtutes, & neutra per abnegationem formarum. De qualitatibus etiam idem ſentendum, vt ſecundam opuſionem illorum loquamur, qui putabant qualitates eſſe formas ſubſtantiales clementiorum) ſunt eadem qualitates in mixto, nam eſt calor, frigus, humor, & ſiccitas, tamē neutrae ſunt, quia vera mixtio abijcit extremas qualitates per alterationem, & retinet remiſſas. Et ſic remanet quoddam mediū per participationem, quod neutrum eſt extremorum. Empedocles autē, non ſolum iuxta poſitionem aſſerebat, non dicebat, quod clementia erant neutra in mixto, ſed verē & proprie eadem. Sed Ariftoteles duo euidenter probauit aduerſus Empedoclem, & quod ſibi ipſi & ſenſui contraria pronunciat: de mixtione vtrō, & quo pacto elementa maneat in mixto, iā in parte naturali ſecūdo Auicenna epimus. Nunc eandem doctrinam Hipp. confirmamus.

TEXTVS X.

CAeterum utrique horum haec ad ſunt. Igni quidem caliditas & ſiccitas; aqua verō humiditas & frigiditas. Habent autem inter ſe mutuō; ignis ab aqua humiditatem (ineſt enim ab aqua humiditas) aqua verō ab igne ſiccitatem (ineſt enim in aqua ab igne ſiccitas.) Cum autem haec ſe habeant, multas & omnigenas formas, tum ſeminum, tum animalium inter ſe ſecernunt, quae nihil inter ſe ſimile habent, neque viſu, neque ſacultate.

COMMENT.

Conſtat Hippocratis mentem nos fuiſſe adaequatos. Cum in hoc textu ſuperio-

rem comprobet doctrinam, qua duo principia inſiſtauiſſimus. Et quōd de ſolis animaris verba faciat, & quōd de iſtis elementis loquatur, non vt de mundi partibus, ſed vt de vix principijs. Primum luce clariſus apparet in fine textus, vbi ſola ſemina (quo nomine plantas intelligit) & animalia commemorat, mixtis reſiſtis. Cū vt aqua ab igne accipere ſiccitatem aſſuerat, maniſeſtiſſimē inuit, in ſolo vinente hoc cōtingere. Nam in mundo maiori, quando inuenies aquam ſiccā in actu, aut ignem actu humidum? Numquam certē; quia tali lege condita ſunt elementa, vt non quilibet admixtant contrariorum exceſſum. Sicut Alexander eruditē aduertit, ignem nō poſſe denominari frigidum; quod propter illius perfectionem contingere dicendum eſt, ante enim quā talis frigiditas adueniat, corrumpetur forma. Quōd ab vno Ariftotele de ſumpſit, lib. 2. de Partib. animal. c. 2. in hunc modum aſſerente: *Aqua feruens calidior eſt quā ignis exiguus; attenuen citius, magiſq; refrigeſcit, quā ignis, quāuis exiguus, quippe qui frigidus nunquā fiat.* Ex hac igitur philoſophandi ratione deducere poſſumus ad alias qualitates diſcurſum. Nimirum quōd ſicut ignis non reperitur frigidus, ita neque humidus. Niſi velis ſanda miracula (cum magna veneratione recensenda) retorqueere, & dicere illū ignem tamdiu in puteo ſeruaſum apud Maehabaeos, in aquam craſſam conuerſum, hanc virtutem habere, & veluti quādam eſſe meteorologicae impreſſionis ſpeciē. Vanū eſt hoc, & malē philoſophia diuini luminis ſcintilla reddere poterit cauſas earum rerum, quae ſupra naturam eleuantur. Non erat igitur ignis, ſed aqua craſſa, qua aſperſum fuit ſericum. Sed ſanciam ſeruorum ſuorum fidem expertus fuit Deus Optimus Maximus, qui ignem abſconditum poſt tantos annos cum magna ſpe, & fiducia, inquirebant, quaſi ſcientes humiſſimum & pulchrum ignem, tanquam certum depoſitum à piſſimo Deo ſeruari, tandē vt illorum animos magis elaboraret diuina Maichlas, mutauit ignem in aquam, vt viderent an ex aqua effectus igneos ſperarent: at illi non quā aquam inueniunt, deſecere: ſed maſori impulſit, non ſolum ſacrificia, ſed & lapides aſperſerunt: quo facto ab aqua tanquam ab ignis potentiffimo Sileno, flagrans incendium ad illū purificatiōne excitatū eſt. Non eſt iraq; ignis humidus in vniuerſo, neq; aqua, quae actu ſiccitatem continet. In quo etiam

De igne
quem reſiſ-
ſaera ſcrip-
ra, aſſerit
in clyſtera.

ignem amalanr. Quod respiciis Aristoteles 4. Meteor. & de Gen. animal. cap. 12. a quam non posse ingrossari dicebat, & lib. de Senſu & ſenſu, cap. 4. Aqua ſola caleſcens non ingroſſatur. Quod etiam Alexan Aphro. inſequutus eſt, cum dicebat aquã caleſcentem magis eſſe tenuem, quã prius, lib. 1. queſtio. na. cap. 6. Igitur in mundo maiori licet aqua ſolſcipiat ſic citatem aliquam, eſt quidem via corruptionis, & tendentiæ in aliam formam contrariam. Nec fieri poſſet ut illa ſervaretur. Sic contingebat aquis fluentibus in ſilyris iuxta Aurariarum confines, quas indigne exhaũcebant, & in caſerna ſervabant, & tandem poſt certos dies induratas, & exicatas pro ſale vendebant, cuius maxima erat apud illos inopia. Sic reſert Ariſtoteles de Admirabil. Quamobrem melius ſi in viuentem aquam ſiccant, & ignem humidũ exſilire cum Hippocrate dicantur. Quod ita certum eſt, ut dum calor noſter humidus eſt, naturalis ſit, ariditate verò contrariũ, ad febrilem naturam conuertitur.

Quod cum inſpicerent aliqui Philoſophi, ut Albertus Magnus in noſtram ducti ſunt opin. onẽ, quamvis doctiſſimus Montanus illam deſtruere conetur, prima primi lectione 13. & 14. opincturque igni humiditatem quandam eſſe necellariã, qua conſuetur, nullamquẽ eſſe corporis naturalis continuãtatem ſine humiditate. Idem ſenſit Teleſius Conſentinus, quem ſequitur Mercenalis ſine vitioſiori rati perſeruatione & iudicio. Sed perpendamus utramque partem. Putantis cum Alberto elementum ignis nullam obſistere humiditatem, nec illa ad ſe continuandum indigere, ſed ſicut calum ſine humore continuũ eſt, & ſine ſiccitate firmum, ita ignis ſine humiditate ſuas partes conſurgit, & aqua ſine ariditate ſuo modo ſuas etiam creſcet. In mixtis e contra ſe res habet continuantur humore, duriſcunt ſiccitate, calore & frigore temperantur: at Montanus omnia corpora creata, tam calum, quã omnia, quæ ſub ipſo ſunt, humiditate continuari aſſuecit, miraturquẽ Albertum, quod non det rationem quare elementa non egeant cõtrarijs qualitatibus ad ſuam tutelam, mixta verò egeant. Sed ego dicã Montano, maxime eſſe mirandum, quod ipſe non det ſui dici rationem, & quod ipſe in Alberto miratur, in ſe nõ videat. Tuſ verbus vror Montanc, & dico, melius eſſe opinantem probare, quã ſupponere. Sup

ponis, quod probare deberes. Proba, obſecro, quod calum continetur humore, proba quod ignis, nec probabiliter id facies, quod ſi ex mixtis ad elementa argumentum tradocis. Hoc ſit in mixtis: ergo in elementis ſic contingit, negabo tibi conſequentiam, quam non probabis. Quod ſi mutes formam, dicendo Omnis continuãtas eſt propter humiditatem, probabis maiorem, ſi poteris. Preterea Montanus hac in parte, cuius docet ratione vti, magis vitur ſenſu, dicit enim, quod cum videamus ignem illam combuſtibilibus nutriti & continuari, ſignum euident eſt humore indigere, ut cõtinuetur. Quid hoc eſt? Philoſophamur nunc de vero elemento ignis, & adducis nobis ignem elementatum, qui diuerſas admodum habet paſiones? Ille enim elementaris, tenuiſſimus cum ſit, non reſulget, non caleſcit ſuas partes, non deſcendit, niſi a celo impulſus: hic verò quo vrimur, magis mixtum, quã ſimplex cenſendus eſt. Quid enim eſt ſtamma, niſi fumus incenſus? quid alia ignita, niſi carbonis ligna, aut alia combuſtibilis maxime inflammata? Hæc itaque non mirum ſi egeant humore combuſtibili, ut illud continetur inſcendium. His enim conditionibus fruatur ignis, dum ad mixta accedit materiam, ex quibus & alia oriuntur, ut ſplendescere, grauitate, ad puluim deſcendere, ſubſignibus ſuffocari, ventilatione ſervari, quibus omnibus elementum ignis nunquam indiguit. Non ergo ex elemento ad elementum valet Montani argumentum. Sed deſiderat multo magis cauſam propter quam mixta humiditate agglutinantur, ſimplicia verò non: quam quia Albertus non exhibuit, oportet nos illam inuenire, ut ſimil textus claſceſcat, quo ſtatuit Hippocrates in viuentibus propriũ ſimẽ ignem dici humidum, non autem in vaſaeris. Ratio ſtat in hoc, quia partes rei ſimilares & homogeneæ, ut ſunt elementa, ipſa ſimilitudine continguntur, & in vnum coeunt, adeo ut non egeant agglutinant, inelt enim viuicuique parti appetitus lux conſeruationis, quo ad vñionem cum toto aſpirat, & cõ quo melius conſeruetur. Hoc autem eſt eacius apparet in corporibus verè homogeneis, quã ſunt elementa, quorum partes ſimilitudinis propenſione adherent, & continentur: ita vt videamus guttulam aquæ ſolẽ orbiculantem, ſi ſola ſit, tamen ſi mixta illam ponas aliam aquæ portionem, ſtatim ſe concitat, ut ſuo ſimili continetur: at in mixtis e contra

Quare mixta humore coalcant, nõ verò ſimilia.

Diſcurſus cum vror Montano, & Teleſium.

se res habet, nam cum dissimilia in unum sint coniungenda, decur dari aliquid, quod tanquam medium, & punctum copularet extrema: quale est humidum. Ergo ignis non indiget humiditate, ut continuus sit, sed sola partium æquitate, & similitudine continuatur.

Sed illud pulchrum in laudem opificis adserere licet, quod licet elementum facillime in se se coniungitur propter partium identitatem, ita facillimo negotio diuiditur, & separatur, quod quidem propter mixtionem bonam fecit Creator, in qua debent omnia elementa diuidi, & vitium committi. Quod non sic eveniret, si humido agglutinarentur partes vniuscuiusque simplicis, quod multo exquisitius debemus in igne contempleri, tanquam in auctore mixtionis, lebet enim liquare, miscere, penetrare, refrangi, leuigari, quæ omnia (solatus cum sit & facile diuisibilis) celeriter perficit. Humiditate verò veluti ligatus, tardior ad rem ita necessariam existeret.

Sed ferre non possum, quod Montanus & eius sequaces sic res confundant, ut cetera cum inæteris commisceant. Notent, obsecro, quod humidum non est causa continuationis, sed ratio continuationis in particulari, quod si hoc perspicuum non arguet à parte ad totum. Præterea cum ratio continui superior sit, reperiri potest in aliquo corpore citra humiditatem, continuum enim, ut multis in locis allent Aristoteles, 11. Metaph. cap. 4. & 6. Physic. cap. 1. Jæsi cuius partes vno termino copulantur. Quid ergo erit magis vnum ad vniendum & copulandum, quam eadem naturæ conditio? & 4. Physic. text. Com. 26. dicebat idem Aristoteles. Continuum est idem quod continuus, volens docere maximam per contactum vnitatem: & statim in text. 27. inquit. Manifestum est igitur, quod continuatio est in rebus, quæ iuncta sunt; ut ex eis sit vnum per conuersionem. In quo igitur verior reperitur continuatio melius, quam in corpore simplici, & homogeneo? in nullo potius alio, ut pote quod in illo partes exquisitissimè se tangant.

Sed ne aliquid nostræ desit sententiæ, quando iam sermonis decursu hucusque ventum est, excelsimus fundamentum Montani, quod manifestat in solutione consilium argumenti, quod tale erat: Si ignis habet humiditatem, sequitur quod non sit corpus simplex, sed mixtum, id quidem ex contrariis consistat. Respondet, duplicem esse humiditatem, quamdam solum conti-

nuatam, aliam verò elementarem: esseque eiusdem naturæ & speciei, differre tamen solum secundum magis, & minus, quod elementaris magis abundat, & existit, & facit moliriem, at illa nil aliud præbet, quam continuatæ, reliqua verò & si faciat, non patere sensibus. Hinc usque potuit Montanus rem istam exagitare. Sed meo iudicio non soluit argumentum, quod ipse contra se proposuit. Nam si non differant, nisi ex maiore, vel minori intentione, fiet tamen mixtum tali proportionem qualitates dotatum: ut enim mixta calida experientia caloris excellunt, habent saltem aliquem gradum frigiditatis, ita & ignis mixtum dicitur, quantum illam tenuem humiditatem concludunt obducit tanta siccitate. Itaque hoc non tollit compositionem in igne, sed in particulari illa consignat.

Hæc si Telephus videret, aut si Mercurialis perpenderet, sine tantis erroribus conspicuum se præberet Hippocrates.

Sed licet nobilium animum detineat magis veritatis studium, quam contradiendi conditio: illud in hoc opere maximum faceret negotium, & mihi admodum difficile, plus temporis esse consumendum in tantis tenebris depellendis, quam in Hippocratico splendore manifestando. Ignoscant docti, dum à sermonibus fallacibus erepti ad optimam philosophiam provocantur.

Sed orationem colligo, ut ex progressa disputatione animus defessus, tantulum subleuetur. Concludit Hippocrates textum admirabili illa rerum varietate, non satis laudata, quæ ex illorum elementorum varia mixtione profilit. Inquit, quod neque inter semina, neque inter animalia quidem reperiri, quod sit simile vi fit, aut facultate. Hoc pulcherrimum. Ea quæ per mixturem producuntur, tam ætente prospicit natura, ut si possit, vnum non ut aliud producat, varietatis audissimas. Hinc tamen ordinem ut plurimum seruans, quod inter species semper intendit diueritatem, vel animalium, vel seminum sint. Individua verò specierum variè differant, nam individua plantarum ferè semper similia sunt visis, & facultate, lactuca similitudine est lactuce, pomum pomum, piper piperi. Quod licet in plantarum individualibus conspicimus, non tamen in hominum naturæ subiectis; raro enim vnum hominem alteri similem in omnibus vidimus, quod Hippocrates docebat hoc libro

perit

post medium, dicens: *Corpus semper diversum est sicut anima fit eadem.* Sed quid hoc? nonne individuum ea est conditio, ut unus accidentia non reperiantur in alio? Maxime quidem. Cur ergo individua plantarum hanc conditionem non subeant? Respondendum arbitror, perfectionem nature corruptibilis (est contra de superæstabilibus philosophandum est) ex multiplici actuum varietate consequi, ut hominis perfectionem ex tam admirabili organorum & actionum numero personamus. Et sic descendendo usque ad elementa, inveniuntur tantum ad imperfectiorem rem accedere, quantum minus obtinent varietatis. Quia ergo homo in corporibus summam obtinet perfectionem, animalia & plantas pulcherrimi varietate præcellit. Plures autem esset, diversas fortiter temperaturas, admiranda faciem dissimilitudine emergit, omnem terre locum potest habitare, omni tempore anni generare, variis alimentorum generibus vi.

Bruta verò inferiori gradu collocata, iam non tantam varietatem experiantur. Certam habent patriam, in qua generantur, & aluntur, quam si relinquunt, vitam etiam deferere coguntur. Rursum hoc anni tempore generant, illo non. Plura itaque habent limitata & determinata. Ad plantas tamen deveniendo, conspicimus nullam in suis individuis varietatem obtinere, sed visu & facultate maxime convenire. Ut itaque discursum perstringam, individuum speciem imperfectarum non tribuit naturæ diversum modum temperamenti. Cum autem secundæ qualitates à primis exordium fuisent, videret quod individua plantarum non debeant habere diversas conditiones, cum non habeant diversum temperamentum: quod etiam suo modo bruta conveniunt. Solas tamen homo rationem obtinet eminentiam, ut diversis vniat temperaturas: ergo hæc est vltima textus conclusio, confusam autem diversissimam vniuersis ea varia & ordinata vocum miscella emungere, que sunt tot tamque diversæ rerum species, & tam diversa humane nature individua.

TEXTVS XI.

Etenim cum nunquam simul in eodem consistant, & semper alte-

rentur: necessarium est etiam ea, quæ ab ipsis feceruntur, & producuntur, dissimilia fieri.

COMMENT.

Ad hæc clarioribus verbis, etiam dissimilitudinem concludit, dicit deo, quod cum ipsa elementa nunquam in eodem statu proportionis consistant, sed semper vario modo & tem diversis casti aspectibus coniungantur, & alterentur, necessarium est, ut quæ producuntur, dissimilia eadem vitæ elegas, & sumpta à præcipientibus causis tam antiquorum verba multipliciter solent explicari, & dilatarî, ut suo modo de illis posuit dici, quod Dnus Angustinus de sacris litteris, unico modo clausa, & pluribus adaptari. Placet ergo presentem sententiam ad videntiam & consistentiam extendere. Sic est enim ea varia elementorum dispensatione, & coalitione diversitate primitus viscerum ortus comparatur, ita etiam postquam in locum edita sunt, ad calidam alterationem contingunt, adeo ut ætates penes diversum status mutationis modum consistantur. Quæ varietas ætatis quædam lex communissima est, omnia insensibiliter comprehendens, ita ut licet in diuisiva plantarum similitudine sint, ut dicebam in ista respectu, hæc ipsi tamen per ætates differant. Nos id quod hæc experitur, caliditas enim à primis pro generationis usque ad fluxum licet eadem sentit gradum, tamen in quatuordecim partibus mutatur, ut sic peris. Sic enim corpus ceditur, ut docet Aristoteles lib. 3 de Genera animal. cap. de Canite. Sed melius Galeus lib. 3. de Sanitate tractanda post in diuisiva verbis: *Quatuor quidem vniat animalibus sex statum, ut scilicet in ætate efficitur, vniat tamen per annos ætates, ut caliditas, aut friguitas emittit. Sed quorum spiritus se habent in pura, & caliditate quatuordecim, sicut ad seximum incrementum movet. Vbi Galeus ostendit caloris esse æqualem, usque ad seximum incrementum, sed ex eodem id eadem plantis inquit similitudine quatuordecim esse calorem, ut per animalium in diuisivis, non absolute, sed quoad sensum, non enim diuisivis in caloris peris, ut in, usque ad corpus inclinat in mensuram animalium vitam transigit. Ostendit præterea non rudi corpus frigiditas per omnes vni-*

Notanda sunt.

tes quibus verbis insinuat per aliquas tale fieri, post consentiam, scilicet: per quas etates cum manifestetur siccitas, acuit etiam frigiditatem. Est enim (in eo iudicio) siccitas non solum lima caloris, verum & frigiditatis ꝓcivit enim calorem, ut magis intensam suam actionem repræsentet, & acuit frigiditatem, ut magis condenses, stimulet & pungat. Pone aerem, aut aquam quantumvis frigidam, sua humiditate repletam, equidem nec gelaescet, nec mordicabit: iunge (obsecro) siccitatem, certè non tolerabis mordicationem. Docuit hæc Galen. multoties per libros de Simplicibus, frigidum per contractionem mordicare, calidum per dissolutionem. Adhuc nunc, utranque qualitatem à siccitate istum aëris modum suscipere; aut (proprie loquendo) agentis conditionis istis qualitatibus magis tales producere effectus, dissidètibus verò non ita. Igitur siccitas, quæ usque ad statum erat lima caloris; iam, cum corpus inclinatur, est lima frigiditatis. Ecce quo pacto ex varia qualitarum elementorum alteratione diversa oriuntur animata, & iam orta per etates ab eisdem qualitatibus conducuntur.

TEXTVS XII.

ET enim nullum corpus perit, neque sit, quod prius non erat: verum per mixta, & discreta alterantur. Homines autem putant hoc quidem ex Orco in lucem aut lucem generari. Illud verò ex luce in Orcum imminutum perire, ac corrumpi: oculis autem magis credere oportet, quam opinionibus.

COMMENT.

Primam, & præcipuam partem huius textus aliquid cum superiori iungunt, non certè sine errore, dicentes, quòd qualitates inter se agunt, & patiuntur: in qua actione licet mixtum dissolvatur, non perit tamen aliquod corpus eorum, quæ prius erant in mixto, neque fit aliquod, quod prius non erat: sed agunt inuicem, & patiuntur tali proportione, ut maneat

semper, quæ præfuerit. Quæ adhuc pueris si offerantur ab Hippocrate mente mansè recedere patebit. Nam illa explicatio obsecrat elementa de nouo non fieri, sed exurgere per dissolutionem mixtorum, quæ antea ibi erant. Sed quid hoc? nonne vides vniuersalem hanc propositionem Hippocratis: *Nullum corpus sit, aut perit, quod prius non erat?* Quæ proposito omnia complectitur corruptibilia. Illi verò opinantes intelligunt solum elementa, quòd si inertem hunc sermonem permittamus; textus obsecrator relinquitur, quia non explicat quomodo erat aer in aqua, cum ab illa per actionem ignis extractus est. Aut quo pacto hæc intellexit Hippocrates, cum ille propositiones consequutione indegant, & explanatione. Omnia sunt ex igne, & aqua. Nil lum corpus perit, neque sit, quod prius non erat: Viderit enim magnam inuoluntate contradictionem. Sed benigniori hospitio nostrum iusepiamus Hippocratem, & ad clariorem doctrinam paulo altius orationis sumamus exordium.

Anaxagoras ille, quem venerandum antiquitatis lumen appello, quod inter Græcas tenebras prouidentie diuinæ beneficium primus manifestant, ut refert Cicero, Iulius Magister (si liceat ex discipuli ingenio, tanquam ex filio paternum de promere ornamentum) ille inquam, qui Hebraicam disciplinam à Thalete desumpsit, quantum & ab ipsi prophetis, ut probat Clemens Alexandrinus libro 1. Strom. ita in ore ferebat diuinæ mentis rebus omnibus immixtam prouidentiam, visque dum cæcis Græcis cognoscendam dederit: adeo ut nō Anaxagoras, sed Mens appellaretur. Non enim verbum sine Deo pronuntiauat, quem Mentem diuinam vocabat, à quo mulier corditer illum natus est, ut non solum diuinam prouidentiam, sed animosum immortalitatem cognosceret, quamvis opinetur Cicero lib. 1. Tuscul. questionum, animæ aternitatem à Phereclide Syro prius fuisse cognitam, & prædictam. Floruit Anaxagoras ante Hippocritum: quibus annis, ut ex solerti computatione Genebrardi in sua generali Chronographia colligi potest. Cum igitur tanta fuerit illis temporibus Anaxagoræ auctoritas, & tam celebris doctrina, mirari quisquid posset quo pacto solius veritatis amator Hippocrates, illius non meminisset lib. de Natura humana, rerum principia inuestigans; nec eius opinionem in examen cõuocauerit: præci-

Pulsoris inter Anaxagoras & Hippocratem ueniencia à Nicomachio ne digna.

precipue cum de rerum principijs improbabili-
ter fuerit philosophatus, quasi omnes ingenij vires tantum ad Dei cognitio-
nem coniunxerit. Cuius ratio (meo iudi-
cio) esse potest, quod Hipp. lib. de Natura
humana, ex quatuor elementis compo-
sitionem mixtorum probare intendens, cum
illis Philosophis decertare decreuit, qui v-
num aut alterum elementum esse principium
faciebant, aquam, aut aerem. At Anaxago-
re opinio longe ab illis distabat Philoso-
phis, neque erat necessarium eam adduce-
re eo libro. In hoc autem, ut defensorum
virare indignationem, & vicentium inu-
diam (ut dicebat Plato) verbis vitur Ana-
xagore, ita ut eius opinionem completè
videtur, quod inuenta pulchrum mihi vi-
sum fuit. Nam postquam nostram audierit
orationem eruditus, dicat, plura fuisse in
doctrina Hippocratica, intrusa, & aliena,
precipue in re philosophica, quæ ut plu-
rum sine sensu procedens plures patitur
opiniones.

Anaxagorea sunt verba hæc. Nam licet
omnis antiquitas ex nihilo nihil fieri asse-
nerauerit, & ex consequenti nullum corpus
verè de nouo fieri: tamen Anaxagoras ita
firmiter generationem substantialem neg-
abat, ut nil de nouo generari, sed appare-
re solum dicebat: esse, scilicet, omnia in
omnibus in cibo infusis atomis carnis,
osis, aut nerui, latitare quæ ræquam in quo-
dam amphissimo chaos, & per accidentia-
lem quandam permutacionem accresce-
re illas particulas, & apparere in ipsa rei su-
perficie. Quod nullus explicuit aptius quàm
Lucretius, d. cens:

*Quod magis in promptu est, ac prima fronte la-
tatum.*

Et Ouidius ex mente Pythagoræ 15. Me-
tamor.

*Nec species sua cuiq; manet, verisq; nouatrix
Ex alijs alias reparat natura figuras.*

*Nec perit in toto quidquid, nisi credide, mudo:
Sed variat, facimq; mouat, usisque vocatur
Incipere esse alium, quous quod fuit ante: mo-
riq;e*

Desinere illud idem, cum sint hæc foris à illa.
Ita ut generatio secundum Anaxagoram
nil aliud sit, quàm quædam epiphania, &
apparitio rei, quæ abscondita in visceribus
subiecti latitabat. Inexplicitissimum e-
nim (inquit Plutar. 1. de Placitis, cap. 1.)
illud videbatur, quomodo ex eo, quod
nunquam esset, posset quid oriri, aut rur-
sum in id, quod nullibi esset, interire. Proin-
de ex similibus particulis gignebat omnia,

& rursum in eadem dissoluebatur. Adhibuit
quoque primus primam causam efficien-
tem, quam mentem appellabat, omnis
experientie materia: quæ omnia ex omni-
bus educeret, ut quæ libera esset, & omni
compositionis lege soluta. Et hæc ratione
metitè ab Aristot. laudatur 1. Metæ. cap.
7. quod in illo chaos, ubi latere om-
nia dicebat, melius omnium naturam ma-
teriam adumbrare.

Sed licet pusillum digressi, vniuersum ite-
rum orationem. Existimo loqui Hippocra-
tem verbis Anaxagoræ. Quia dicere, quod
vnum est in alio formaliter latens, & quod
vnum sit de nouo, sed ibi prius erat, certè,
vel mediocriter inueniri apparebit nõ dis-
ferre loquutiones, nisi in hoc quod Ana-
xagoras fortis intellexit actum, Hippocra-
tes verò virtute.

Præterea, quia hæc verba quibus Hipp.
vitur *Permixta & dispersa alterantur*, as-
sumpsit solertissimus Galen. lib. 1. de Fa-
cult. nar. in principio, Anaxagoræ opinio-
nem insinuans. Quare ex sententia & lo-
quutione colligitur huius textus origo.

Sed sua doctrinæ consentanea loquatur
Hippocrates. Si enim omnia animata sūt
ex igne & aqua, quid ad rem Anaxagoræ
opinionem morem gerere? Diuinius profe-
dò contemplatus fuit nosse Hipp. prima
rerum fundameta, sicut & postrema. Cum
enim modum loquendi Anaxagoræ sub-
tiliter posset propriæ sententiæ inieciere,
inseruit quidem; ergo licet contraria lo-
qui videatur, obisana quàm maximè, si au-
dias, tibi videbuntur. Nullum corpus per-
nit, neque sit, quod prius non erat & latita-
bat in illis elementis, tanquam in potentia
& sufficientia. Quod Hippo. insinuat illis
verbis: *Essi sufficientia sibi & alijs*: nam ve-
res artificiales in suis componentibus po-
tentia latent latant, ita & naturales in suis
principijs. Hæc tamen inter alias est diffe-
rentia, quod artificiales ab agente artifice
disponuntur; naturales vero eorum à suis
principijs quâdo mediane alteratione ea
permixtio consequitur, quæ requiritur pro
tali forma inducenda: ut si nunc dicamus,
Plantæ sunt in elementis; quomodo ergo
emergent emergent quidem in coalterata
elementa ita peribiscantur, ut possint
plures producere. Rursus vltiorem per-
mixtionem perpessa in fructus transiunt,
rursus magis exalta in chylum, iam san-
guis, iam semen, iam animalis partes, iam
animalia sunt.

Et sic vera est, & subtilissima ratio
illa

illa Anaxagoræ loquutio, Hippocraticæ doctrinæ coniuncta. Generationes, scilicet facti videntur, quando per mixta alterantur, rursus corruptiones, cum disgregantur componentia. Igitur nullum corpus perit, neque fit torum de novo, quia sufficientia illa principia illud virtute continentur. Quod eleganter docebat Seneca, lib. 1. Quæstio nat. c. 10. dicens: Et natura partes suas velut in ponderibus constitutas examinat. Ne possint aquirare turbata mundus præponderet. Omnia in omnibus sunt, &c. Aliteratio tamen, & permutatio formas substantiales educunt ab illo materiae chaos.

Et cum hæc ita se habeant apud rectè philosophantes, homines tamen vulgares, & sententiam, & verba Anaxagoræ ita admiunt, ut credant res productas latuisse in quodam Orcu, & obscuritate illius materiae ex qua sunt, & exire iam ad superficiem, & lucem (vt ex Lucretio adducebam) corruptas verò iterum introritti ad tenebrosa viscera materiae. Sed ille iam vulgaris modus intelligendi hominū, contrarius est sensui: & ob id inquit Hippoc. quod oculis magis credere oportet, quàm opinionibus. Demonstrant enim oculi quo pacto res non obscurantur & abscondantur in corruptione, aut lateant in generatione, sed verè transmutari in alias, & realiter vnum in aliud conuertitur. Videmus enim corpora in sensibilia elementa resoluti, corruptas animalium carnes, in animalcula abire, rursus hæc in alia, & veluti circulo quodam res rebus contineri: ex semine ouum, ex ouo pullus, ex pullo semen. Iudex ergo sensus existit huius veritatis. Quamobrem rationem quætere debitas intellectus videretur Hippocrati.

Nota (obscuro) quomodo diuini senex licet modum loquendi suscipit ab Anaxagora, illius tamen opinionem, quæ iam vulgaris erat, grauiter reprehendit. Anaxagora inuocato, opponens contra illam fortissimam argumentum æsumptum à sensibus, quod in Philosophia naturali præcipuum locum obtinet, quia finis Philosophiæ est id, quod sensus indicat, vt ait Arist. 2. de Cælo. Anaxagoras etiam in hoc aberrabat, ita enim sententia infamari, vt propter debilitatem nil iudicare assensu erit, & sic semper ad rationem confugebat, vt refert Sextus Empiricus lib. aduersus Mathematicos. Quod intelligens Hippoc. noluit tacere, sed oculis maluit credere, qui curæ proprium obiectum falsi non fo-

lent, ne ab Epicuro inproperis affectetur, qui Nauphianem discipulum Pulmonem vocabat, quia hebeti sensu præditus erat.

Cum itaque ea, quorum ratio, & non sensus est index, in cætra obliuione versetur, merito aduersus istos homines sic opinantes insurgit Hippocrates, non etbra argumentatione, sed solo visu, dicens: *Credite oculis, & non opinionibus*, quando, scilicet, nec latio in organo, nec aliqua disproportion in obiecto reperitur. Illud ita meum non sine animadversione relinquendum est, quod licet istorum hominum opinio falsa sit, loquendi saltem modus non est inelégans. Vocat enim vitam, lucem, mortem verò & corruptionem, tenebras & abylium: sic enim loquitur Phurachus grauisimus Philosophus, lib. An bene lateat viuens: vbi eleganter multoties his vitit verbis, & quamdam satis elegantem sententiam, etiam discibilem pronuntiat, quæ maximè declarat antiquam illam loquendi formam, inquit, enim. Quam admodum neque corruptio est sublatio existentiæ, ad non esse, sed magis abductio rei disoluitæ ad obscuritatem. Vnde qui Solem Apollinem esse credunt, ex maiorum ac prætorum mysterijs, Delium, ac Pythium quasi manifestatorem, ac illustratorem eundem nominant, carcerem cum qui diues se partis est dominus, siue Deus is est, siue Daemon, Aden id est Orcum appellant, quod mortui in locum obscurum & tenebrosam demigremus, ad densa noctis, omnique inertis Regem. Hæc Phurachus, qui corruptionem dicit esse abductionem rei ad Orcum, & confirmare videtur opinionem illorum hominum quos hæc in parte reprehendit Hippocrates. Sed si rectè Phurachi sententiam contemplerim, pulcherrimis Hippocratis & Arist. doctrinam insinuat, nam corruptio non est sublatio rei ad non esse simpliciter, sed ad non esse tale. Est itaque corruptio, quasi obscuritas præsentis formæ, non tamen omnium formarum. Hæc enim non corruptio, sed annihilatio diceretur. Corruptio enim hominis tendit in non esse hominem, non tamen in omissionem formæ negationem, generatur enim cadaver. Igitur Phurachus cum dicit corruptionem esse obscuritatem, nomine obscuritatis non intellexit omnium formarum extinctionem, sed illius subiecti, & formæ, quæ luce fruatur, cuius loco altera generatur, & apparet.

Tanca

Tamen eo libro Plutarchus probare intendens, vitam hominibus condonatum, vt in publicam utilitatem elucescat, rectè latentibus Philosophos cõuincit, quod inu- nus hoc diuinum fegnerit recusent. Ad eò vt operari & elucere, apud antiquos idem sit: ergo sicut mortuos iudicamus, quos nulla vitalis actio declarat; ita etiam & illos, quos nullus bonorum operum splendor manifestat. Sed quæ suauiter inter ista moralia deliterat oratio, nisi Hippocratis nos breuitas desiderata reduceret.

TEXTVS XIII.

Ego uerò hac ex sententia exponā. *Animalia enim sunt & illa, & hac; & neque animal mori possibile est, non cum omnibus. Unde enim moriatur? Neque quod non est generari, cum non sit unde generetur.*

COMMENT.

Licet ad Platonis mentem dictum videtur, omnia que augentur, & generantur, animalia dici; non tamen crediderim ad mentem nostri Hippocratis. Nam præterquam, quod ipse inter plantas, & animalia manifestè distinguit per totum hunc librum; non tamen video quo pacto illa coherat sententia: nam (vt diximus in Proœmio) consentanea & coherentia loqui oportet. Quamobrem ego de solis animalibus, non de Plantis uerba facere afseuero. Quod iam declaro.

Hippocrates intendit in istis uerbis, & se quentibus probare contra illos homines vulgares, quo pacto oculi non saluantur, qui dicunt vnumquodque fieri ex alio, & in aliud rursus transire. & nullo pacto in eam Creatam abire corrupta. Hac autem antiquissima philosophandi ratio extitit, nihil fieri nisi ex præsupposito subiecto. In quem errorem uisus est incidere Cicero, quem eleganter oppugnat Firmianus lib. 2. de Origine erroris, cap. 9. Videbant enim, quod ars humana nil poterat cõstruere, nisi subiectum haberet in actu, quo, tanquam materia uteretur, vt cuius vt ad domum fabricandam lignis & lapidibus indigeret sic & natura, quæ ars diuina dicitur, tanquam magis elucata, si non ex ente in

De Hippoc. Philosoph.

actu, vt ars humana, ex ente tamè in potentia formas educit. Et sic veluti inductione quorundam omnia fieri ex aliquo, & nil ex nihilo dicebant. Hoc natura sic inuenit philosophabantur circa naturam ipsius mortuorum, vt est videre apud Aristotelem. Si enim generatio est mutatio, prærequirit subiectum vtrique termino commune: ergo nihil generatur ex nihilo, implicat enim contradictionem, quod sit mutatio, & non sit aliquid mutatio. Ab hoc principio exorsus Aristoteles, ad defendendâ mundi æternitatem descendebat. Cuius opinionis ante illum author fuit Hippocrates. Tamè sanctissimum & supernaturale fidei lumen, naturalem doctrinam subtilissimè illustras, alio modo & ueriori philosophari docet. Sic antiqua lumina, à Spiritu Sancto effusata & incensa, articulum fidei fecerunt.

Ita enim in Symbolo: *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cali & terra, visibilium omnium, & invisibilium; vt supplementum, quod puerile nostrum ingenium præterire nequit, exhiberet fides. Fatemur ergo immensam Dei potentiam, quæ ex nihilo mundum produxit, & producere quidam potest: & solueremus argumenta philosophorum oppositum sententiam, si res ex professo tractaretur; persuasi fueris legibus Concilij Lateranensis XI. sessione 8. quibus pijsimè disponitur, vt aduersus Philosophos Gentiles creationem explicemus, & eorum argumenta & principia dissoluamus, & exarentus. Tamen cum Hippocrates hic non ita alius petat principium, sed solum generationes & corruptiones examinet, mundo iam sic constituto, merito nos diffusam istam quæstionem de mundi origine relinquimus, ab antiquis toties tractatam, sed à Iohis Philosophis Christianis perfectè disputatam, & intelledans præcipuè à Diuo Thoma 1. p. q. 46. art. 2.*

Readeamus ad textum: cuius scopus est probare istam vicissitudinem transformationum. Exemplum confirmat in animalibus, more magno ram virorem conspicuis exemplis res difficiles manifestantur. Magis enim conspiciuntur uita, & mors in animalibus, quam in vegetabilibus, vt docebat Aristoteles lib. de Anima: in animalibus ergo explicat suam sententiam, dicens: *Animalia sunt & illa, & hac;* cum quæ uulgi gratia suam interpretetur opinionem Hippocrates, videtur loqui more communis; dicebant enim aliqui (vt colligitur ex Platone in Prothagora) in visceribus terre latitare animalia, & præviden-

via diuina in lucem emergere. Igitur Hippocrates ad veram philosophiam ista enigmata traducens, inquit, quod illa animalia, quæ iacent in amplissimo Marcerie chaos, non ibi sunt acta, sed in potentia; expectantque agentis efficientiam, à qua in lucem educantur. Animaliaque appellantur cum isto addito: itaque non ex nihilo, sed ex materia emergunt. Rursus hæc animalia, quæ viuere modò videmus, quis neget animalia esse acta? Nunc dispone sic textum: animalia sunt, & illa (mortua sit fas appellare) & hæc viuia; illa quidem, quia citò viuunt, & quod parum distat nihil distare videtur. Et neque animal ita mori potest, vt omnia cum illo pereant, nam hæc non corruptio, sed annihilatio diceretur. Non itaque est possibile vt animal cum moritur, etiam materiam amittat, nam vnde posset materiam amittere, cum non sit in rerum natura potentia aliqua, quæ possit annihilare? Hoc enim insipientiam requirit virtutem. Cum itaque in omni corruptione salua semper maneat materia, consequens est, vt semper sit subiectum vnde res generentur. Dicit verò: *Et neque animal mori possibile est non cum omnibus*, quasi affirmando, non est possibile, vt animal pereat cum omnibus partibus quibus fruatur. Grecis enim duæ negationes affirmant.

Quòd si alio pacto, vnicò modo clausam sententiam aperire volueris, Zuingerus, vt alia multa fuit assequutus, duo inquit esse loca animatis plena (nam, vt dicebat Mercurius) mundus est templum Dei immortalis, animatis statuis exornatus, alter obscurus, cui Pluto præbet; alter lucidus, cui Iupiter. Animalia itaque sunt & illa, quæ in inferis, & hæc quæ hic degunt. Nam cum totus mundus animatus sit, debent & partes eius esse animatae; facit ergo argumentum Hippocrates; Mundus est æternus; ergo & eius partes ergo modò ad Orcum per corruptionem, modò ad lucem per generationem transeant, impossibile est vt omnimodè moriantur, & annihilentur, cum sint partes eiusdem æterni subiecti.

Tamen vt hæc interpretatio vera sit, debet inniti nostra prima explicacione, arque in eundem conceptum conspirabunt, quod nos quàm maximè reddit alacres, consentire, scilicet, cum

vires doctis.

(?)

TEXTVS XIII.

*S*ed augetur omnia, & minimum, ad summum & ad minimum, quantum eius fieri potest.

COMMENT.

Postquam probauit Hippocrates non omnino reperire corrupta, nec omnino de nouo emergere generata; incipit explicare, quæ mox ex professo explicabit: Dicit ergo, quòd illæ mutationes magis videntur accretiones, & diminutiones ad summum, & ad minimum. Quod enim corruptitur, videtur minus vsque ad minimum. Et rursus à minimo, id est, à materia per virtutem generantis, accrescit vritus, sic vt ad summum punctum, & vltimò dispositionem formæ introducendæ deducatur; quantum in eius natura, quod generatur & corruptitur, fieri potest.

TEXTVS XV.

*Q*uid verò intelligam per generari, & corrumpi, vulgi gratia interpretabor. Nil aliud, scilicet, quàm commiseri, & secerni.

COMMENT.

Non potuit magis clarè docere modum generationis, & corruptionis mixtorum viuientium, quàm per eos motus per quos ipse instantaneæ mutationes consequuntur. Generatur enim aliquid per commixtionem & vniionem partium; corrumpitur per putredinem, id est, per separationem partium constituentium. Et hoc non solum apparet in mixtis, quæ per elementorum miscellam coalescunt, & ad illorum separationem desinunt. Sed etiam in animatis perfectis quæ maiori & elaboratione commixtionem generantur, & secretionem partium humidarum à fecis pereunt per naturalem interitum. Quæ doctrina antè inspicenda est. Nam eius defectu multi Neoterici in puerilem errorem lapsi sunt, credentes, per quandam conditionem mixta generari. Quos iridebat Magister meus Petrus Henricus. Primò, quia cœditio eò perfecte sit, præsupponit esse ergo prius esse mixtum,

mixtum, quæ esse cõditum. Secundo, quia est cõfundere mixtionẽ, quæ est miscibilium vniõ, cum cõditio, quæ est iam vnitorum perfectio. Tertio, quia debes signare, per quam speciem cõditionis incipiant, an per mutationẽ, vel per cõtationem, vel per affariõnem idiculum certè per aliquam illarũ alterationem emergere mixta. His concludat Henricus, mixta non generari per cõditionem, sed per mixtionem; in hoc textu docet Hipp. Vide quàm antiqua sit hæc philosophandi ratio, vt vnico Hippocrati tribuenda sit, à quo postea mutuatus est Arist. Meteor. Memini me cõsideratissimo Francisco Valleſio, de his & alijs grauioribus rebus disputasse (quãdo cum Philippo II. in Vallisoleta curia demoratus fuit) in multis enim suorum operũ locis eam habere assertionẽ, quàm modò euertimus. Sed dicebat mixta in duplici stare differentia. Quãdam immediate ex elementõrum pullulant miscela, quæ propolisimè non per cõditionem, sed per mixtionẽ productũ turbalia verò ex mixtis, per quãdam formas medias mediante cõditioe exoriuntur, vt embrio ex semine per vteriores enim feminis cõditionem embrio generatur. Hæc Valleſius ad nostrã argumenta.

Tamen mihi (cũm non iurauerim in verba magistri) nunquam talis assertio placere potuit. Vt quid forsã semen in vtero coqui dicemus, cõ porius corrumputur? Præterea cõditio perficit rã factam; esse primũ acquirũtum per mixtionem, & accidentibus quibusdã eleuans, conseruans, & perficiẽs; at verò semen in vtero in terrã transmutatum naturam, primã deserit, ita vt colligas cõditionem antiquam formã religare, & arduioribus finibus continere potius, quã illi destruere. Ergo mixta perfecta non produeuntur per cõditionẽ, sed per mixtionem, & generationem, vt hic docet Hipp.

Falsit Valleſium & multos, affinitas, quæ est inter cõditionem, & mixtionem; cum mixtio sit vniõ, & cõditio sit vnionis modus, facillè vtrinque idiomata cõfunduntur. Ergo propriè loquẽtes cum nostro Hipp. dicamus, omnia mixta, sã imperfecta, quã perfecta, per mixtionẽ generari, illa per primam, hæc per secundam; & magis elaboratam, atque semen in vterum mixtionem transire pro animalis gignendo.

Sed quid moror? Honoris tanti Valleſij dicta, dicentes non loquuntur fuisse stricte, sed largo modo. Multa enim dicimus coqui, & perfici cõm corrumputur, vt cibos in ventriculo, & sanguinem in partes

cuasurum, & multas alias res medias, quæ in vteriores terminos, tãquam in fines ordinantur, vt semen in embriõne; quia tunc res perfici dicuntur, cõm ad proprios fines conducantur: quia ergo semen ad fortẽ ordinatur, perfici & coqui dicitur, cum per corruptionem in illum trãsit. Alimenta in Ventriculo, licet vt nutriant, corrumpi debeant, perfici & coqui dicuntur, quia ad talem mixtionem & perfectionem euoluuntur, vt suo sine fruatur ad quẽ succre destina, nempe ad viuẽtis alitionem. Illud tamen maneat indubitatum, mixtionem esse, quæ mixerũ formas in materiam adducit; cõditionem verò, quæ perficit.

Sed quia Hippocrates, vt eminentis principum tonus philosophicæ, subtilitatibus possentatis etiã exordia dedit, sine dubio intellexit in illo textu, non solum opus generationis ad calorem esse tantũmodo reducendum, sed ad virtutẽ aliquam motiuam localiter, quæ vnit & segregat, artificiosè figurando putant enim aliqui, formatricẽ esse loco motiũ; tamen quo pacto hoc sit intelligendũ, dicam, cõm de fortis formatione inferius agam; nunc solum insinuo ex illo textu, etiam viuẽtium generationem includere motum localem partium feminis.

TEXTVS XVI.

Habet autem se res hoc modo: *Generari, & interire, idem est. Idem commisceri & fecerui. Generari, augeti & fecerui, idem est. Interire, minui, fecerui, idem est. Unumquodque ad omnia, & omnia ad vnumquodque, idem sunt.*

COMMENT.

Quod sã in scholis vulgariter profertur, generationẽ esse corruptionẽ, illud antiquũ habuit principium. Licet enim in se formalis generatio nõ sit corruptio (vt scholasticè loquamur) in sensu tamẽ idẽti co hæc propositio est vera; generatio est res quæ est corruptio, vt actio est res, quæ est passio. Eadẽ enim, quæ est generatio castaneis, eadẽ est corruptio hominis. Rursus vniõ miscibilis, per quã fit generatio ipsa, vniõ (inquã) est secretio & separatio respectu alteri. Vt vinũ fit per putredinẽ multũ,

illa enim mixtio musti, quæ est quiddam inferior modus vini, respectu forme vini, est etiam separatio respectu partium vini, ut exodidit Empedocles, cum dicebat:

Vinum est putrescens sub ligni cortice lymphæ.

Et Hippocrates has easdem mutationes con-

fundit, tanquam idem sint, ut in Protrethi-

ca Com. 2. tex. 24. dicebat: *Et urina colla*

malæ. Cum enim nullus infirmus apud Hip-

poerata mortuus fuerit, quæ urinas bonas,

& easdem perscrutantes habuerit, nec mæda-

cem Hippocratem dicamus, asserendū est,

per urinas easdem putridas intelligere. Fuit

enim hæc multorum antiquorum phrasia lo-

quendi, ut refert Celsus in Proœmio, illos

memorans qui putredine cibos elaborari

in vetriculo acerbant. Quod etiam sensus cõse-

mat, videmus enim quæ quod putrescunt, facilius

concoqui, carnes enim, quæ semiputride

sunt, facillimè à ventriculo elixantur, quod

incepta fuerit via coctionis. Quæ causam

ioueniebat Plurarch. lib. de Causis natural.

cap. 2. *Propter quid aqua caelestis magis plan-*

tas nutriunt, quia, scilicet, cum facile putres-

cant facile coquantur, quia coctio illa, quædam

est putrescens. Ecce quam euidenter liquet,

quod generari est idem quod corrumpi.

Separari & putrescere, idem quod vni, &

concoqui, & e conuersio.

Sed si dicas, facillè intelligi, quod genera-

ri sit corrumpi, & cõmissio sit feceri, nõ

tamen quod minus sit augeri, & augeri sit

minui. Sed hoc ita intelligendum est, ac ex-

plicationis in text. 4. Videtur enim, ut sicut

corruptio fit per diminutionem rei (ut de se-

ne dicit philosophantur, quæ nil est aliud,

quàm diminutio viuientis, tendens in ultimam

corruptionem) ita generatio fiat per acre-

tionem id est, per quandam augmentatio-

nem dispositionum inductum formam.

Hinc quæ patet quomodo vnumquodque

fit ad omnia, & omnia ad vnumquodque.

Nam cum quodlibet mixtum minuitur,

putrescit, separatur, aut corrumpitur, certè

vnum est ad omnia elementa, nam ex illius

Cui dubio hæc sententia respondere lice-

bit: *Non quod, ad omnia. & omnia ad vnum-*

quod; idem sunt. Terra enim, quæ ab alijs

videtur absumi elementis, antiquam æqua-

litatè recuperat, à multis mixtis dissolutis

augmentum suscipiens. Eademque manet

iuuencens senectute finium illorum, scilicet

mixtorum, si cum Hesiodo terram ma-

trêm appelladam censeamus: ergo si colles,

& montes, varijs procellis conteruntur, rur-

sus natura sagax, exhalationibus & vaporibus

iuxta positus defectum refarcit, ita ut

vnumquodque mixtum, elementa foueat

& regnetur, & omnia elementa ad eam

producendū prorsus idem faciant, vniuersi,

scilicet, conseruationem. Hæc & alia multa

parturunt nosse textus.

TEXTVS XVII.

Conuetudo enim in his natura

contraria est.

COMMENT.

A Nigmaticus multis visus est text. iste,

& adeo obscurus, ut in ridiculis inci-

dictant explanationes. Quibus omnibus reli-

ctis, Hippocratem ex Hippocrate & Gale-

no interpretemur.

Et ut ad explanationem textus ardentius al-

pires, opponamus aliqua difficilia. Et pri-

mò, quid hoc est quod Cornarius, vocali u-

lum hoc, *Nomen*, variè trãtulit. Hoc enim

textu venit: *Nomen id est, consuetudo contra-*

ria est natura. Et lib. de Genitura, inquit:

Nomen id est, lex omnia corroborat. Eodem

etiam pacto venit Mercurialis, *Quæ isthæc*

variatio.

Præterea si lex, aut cõsuetudo omnia cor-

roborat (ut lib. de Genit.) quomodo natu-

re cõtrariat? Dicet tamè quod sentio, Voca-

bulum hoc, *Nomen*, licet sit lex apud Græ-

cos, eò tamen deuenit ut eius significatio

extendatur, quod omnibus ferè vocabulis

accidit; hoc enim propriū fuit hominibus:

ut licet prima vox ad tñd forsitã significan-

dum inuenta fuerit, tandè ampliatioe plu-

ribus accõmodetur. Sic *Nomen*, institutū,

& legem, qua res omnes gubernantur, signi-

ficat. Tandè cum lex sit ratio quædam ab in-

tellectu directã, ecce ista lex significat cõmu-

nam hominum opinionem de aliqua re, ut

expresit Galen. explicat lib. de Nat. huma-

ter. 9. ubi Hippo. proponit se naturã homi-

nis traditurã, & secundam legem, & secun-

dum naturã. Sed proponamus Galeni ver-

*Nec vobis
pretermis-*

sum,

amant

ba. Aut ergo *Pro lege igitur est, quod homines a potant. Et arbitrantur, quod loquendi rationem præfici Græci vltimè pare. consueuerunt.*

Aliquando etiam, *Nomos*, significat communem consensum, qui pro lege reputatur, & cum vlt plurimum loquantur homines secundum illum modum, illa consuetudo taliter loquendi appellatur etiam à Græcis, *Nomos*. Et hoc fundamentum fors in inuixi Cornarius & Mercenialis, *Nomos*, consuetudinem significare contendunt. Accipitur vltimò pro quodam iustitie moderamine, quo remissiore, & acutiore cantu voces contemperantur. Sum pte verò initium est eo, quod leges solent decantare pueri, & hinc Cantilenæ leges dicebantur. Vnde Terpantri *Nomos* apud Græcos celebratissima fuit, quod prin ceps fuerit huius cantus.

Communiter tamen ab Hipp. solet vsus pari, aut pro nostro modo opinandi (vt diximus) aut pro lege qua res naturales, in hac mundi republica Deus stabiluit.

Igitur quibus significationibus vtitur ad nostram textum declarandum, quidem his quibus Hippoc. vsus est lib. de Natura humana, lib. de Genitura, & lib. de Aere, & in hoc lib. de Diæta, textibus inferioribus, & elegantissimè in lib. de Aere, aquis & locis de Macrocephalis verba facturus, inquit: *Licet leges & consuetudinem à natura differre aliquando videamus. Tamen cum ipsa natura aliquando conspiraret, in Macrocephalis, qui alio similes posse generant capi tibus longis.* Ergo seipsum explicet nunc Hippocrates. Cum dixisset homines putare res esse in Orcum abire, hanc legem & consuetudinem loquendi obseruabant. Cum autem naturam rei & generationis iam explicaret, inquit: *In his rébus consuetudo hominum falsa loquutione, est contra verba natura & rei veritati. Illi enim affecti sunt credere res corruptas abire in Orcum, quoniam talis probatum iam sit, & stabilitam res omnes adiuuante in alias per generationem transferta ri* Ecce quo pacto lex & consuetudo contrariantur naturæ, que vna caesa potissima est erroris & fallacie in Philosophis, vt refert Diuus Thom. Opusc. de fallacijs. Sunt enim multi qui prauis, & perversis legibus insinuat, ea credere afflicte, que iuxta propriam legem consonant; alia verò nequam, vt Mahometani, qui in suo Alcorano habent, casti quoddam esse papyracæ. Vide obsecro, quam barbarè in Philosophia discurrent, cum à teneris vnguiculis his erroribus imbutantur, & legem & con-

suetudinem contra ipsam naturam profitentur.

Sed pluribus modis aperitur tauri Hippocratis dicta. Audiamus iam veteris interpretationem, acutissimam certè, licet progressam sitis, iuxta Hippocratis mentem susceperis.

Postquam itaque contemplari duas naturas alteram vniuersalem, alteram particularem. Naturam vniuersalem nil aliud est, quam vniuersum hoc omnibus suis partibus pulcherrimè exornatū, omnibus speciebus varietate floridū, & aspectabile. Particularis autè naturæ pars est peculiaris vniuersi, vt ele mentum aque, aut planta, & c. Ergo vniuersalem naturam tali legè gubernare, & regere decreuit diuina maiestas, vt, si licet, omnes adiuuicem partes inter se agerent, & parentur alternata moderatione, consonantiam hæc producere, vt superiora ad inferiora fluere, inferiora ad superiora ascenderent. Et ipsa clementia vicium proprias partes amittendo se tota, & totū tandem seruarent. Hæc itaq; lex non est cõtraria vniuerso, imò pro eius meritate seruanda sic stabilita, vt sine tali lege periret, est tamen contraria particulari naturæ, que necessariò corrumpitur, nam quod sit generatio & corruptio, optima lex est, vt natura humana corruptibilis seruetur, est tamen cõtraria huic insidiata, quod corrumpitur: ita etiam hac lege rectè seruetur ignis & aqua, non tamen hæc partio ignis, & hæc partio aque. Quam naturæ legè simulata est politica gubernat: omnes leges pro vniuersa republica seruanda fulcuntur, licet aliqui ciues dantur & puniuntur, quia lex que seruat ciuitatem, suspèdit facies, homi cidias occidit, inimicos pelat, perturbatores opprimit. Ecce quo pacto lex his hominibus contrariatur, tuctur tamen & compassiua est. Habes igitur quomodo conducto, & lex vniuersalis contraria sit naturis insidialibus. Quorum contrariata & peccati susceptione ieruntur vniuersum. Sed nisi prior interpretatio magis placuit.

TEXTVS XVIII.

*S*eorum autem omnia, & diuina, & humana sursum, ac deorsum vicissitudinem habent, ac transeunt. Sic et) nox ad summum & ad minimum: sic & Luna ad summum, & ad minimum.

Elegant. tex. explicat.

De Hippoc. Philosop.

COMMENT.

Vide coherentiam nostrae praecedentis explanationis cum hoc textu. Explicat enim legem, qua vniuersa haec machina seruat, varia, scilicet, & mutua transmutatione. Supponitque duplicem naturam, alteram, quam diuinam appellat, alteram vero humanam. Diuinam intelligimus corpora caelestia, & supremum elementum ignis, supremamque aeris regionem, nam haec omnia apud Hippocrem diuina appellantur, quod superiora sunt à quibus alteramur, & afficimur, aliquando occultè, & latentè, aliquando manifestè. Humanam dicit naturam à praecipua parte, homine, scilicet, denominationem suscipiens, subiuuans omnia ista inferiora, quibus ipse homo vtitur, terram, aquam, aerem hunc, plantas, animalia. Inquit igitur, quod haec diuina, & humana, licet seorsim sint separata, ita vt alia eleuata sursum, alia deorsum iacere conspiciantur, nihilominus tamen vicissitudinem habent, & transmutationem, ita vt superiora descendant suo influxu, & calore viuifico, & veluti suo spiritu in omnia ferantur, vt diximus super. Inferiora vero ad superiora ascendit tanquam calidorum corporum nutrimentum in vaporibus conuertitur, & sic transeunt haec ad illa, & illa ad haec. Tamen ista mutatio qua vniuersa agitur, non solum comprehendit corpora subiecta, sed adhuc ipsi primum corpus, & astra resurgunt, ad quae, tanquam ad primam causam corporalem, mutationes istae referendae sunt. Conueniens enim fuit, vt corpus alia conuictatur varietate etiam experiretur. Quod vt probet Hippocrem, exemplum ponit poeris manifestissimum. Inquit enim, *Nox, & dies ad summum crescunt, & ad minimum decrescunt.* Ista autem d' erit, & noctium variatio est effectus corporis solaris, variè se circumuoluentis. Sed vide Hippocrem profunditate. Ponit exemplum, licet patet fisticum, tamen in his quae causa sunt generationis & corruptionis, de quibus mutationibus ex professo pertractat, de diuina & humana transmutatione. De diuinis tanquam de supremis moderatoribus, de illis tanquam de subiectis gubernandis. Ergo, nox & dies ad summum, & ad minimum, id est, crescunt, & decrescunt dies, quae videtur magis conspicua & prima mutatio corporis caelestis ad generatōnes, & corruptiones continuandas, vt pote quod ista variatio dicitur fieri à corpore solari in cir-

culo obliquo, à quo omnis rerum ortus, & incrementum dependet, per accessum enim ad tropicos ista contingit perpetuo.

Rursum Lunae varietatem adducit, vt dicebatur, quia superiora & mirabilia, & mutationum principia esse declarat. Luna enim ita variatur ad summum suae plenitudinis, auctione sua res augendo, & rursus ad minimum, ita decreuit res minuendo, & debilitando, vt proxima causa tertius, & interitus videatur. Iam silens, cornuta, grauescens, dilata, decreta, inanis, exhausta, iam corniculans, gibbosa, non sinuata non diuidua, pratumida, iam orbe pleno porium integroque circulata. Quae omnes facies rerum inferiorum faciem mutant, & eali mutationem declarant.

TEXTVS XIX.

Ignis accessus est, & aquae. Sol ad longissimum & breuissimum: rursus haec, & non haec.

COMMENT.

Alia exempla proponit huius mutationis, augmenti, scilicet, & decrementi rerum: cum enim ignem & aquam praecipua stauerit principia, maxime corroborata, vt haec non desicerent. Atque idcirco incrementa probat, non quomodoocumque, vt mireris artificium Hippocrem, sed ex aeterna, & firmissima causa, argumentum deducens, à corpore, scilicet, solari, dicens: Sol ad longissimum, & breuissimum. Non quidem, quod Sol per motum quotidianum insurgat ab Oriente, & in Occidentem descedat, nam Hippocrem vt augmentum ignis & aquae, & reliquarum rerum ortum, & interitum probat, sufficienter ratione se adduxisse est arbitratus ex motu proprio corporis solaris, non ex communi ad raptum primi mobilis, siquidè per magnos istius accessus, & recessus, temporum & aeris varia temperamenta conuergunt, quae propriè anni partes nō occuparet, in quibus vnumquodque elementū augetur, & generatur, vt mundi seruetur aequilibrium. Tam fuit isti effectus superioribus rationibus subordinari.

Notandum quod loquitur de istis igne, & aqua, ut de diuinis artificibus istis, ut si putant.

TEXTVS XX.

Lux Ioni, tenebra Orco, lux Orco, tenebra Ioni. Accedunt, & transmutantur. Illa hinc. Haec illuc.

COM.

COMMENT.

Quid per istas contrapositiones intelligat Hipp. ischtant se inuenisse quidam cum rectè illas primis intissuauerit Theodoros Basilientis. Ego verò non tantum contendo quid dicat, sed quàm coherentè suis principiis, & quàm multiplicè doctrinam continent verba vno solo modo prolata, & quàm profunda, & solida iaciat philosophiæ fundamenta.

Sed cum tantam diuinitatem tribuat laici Fraciscus Patritius, vt propter illius encomia, veram Philosophiam, & Aristotelis impugnet principia: quid ad Hippocratem dicit? Quid ad euidentissima argumenta, quæ sicut lucis obtenebrant radios? Aggressus est vir iste hoc tempore Aristotelicam euertere doctrinam, & tanquam inimicam, & nostræ sacrôsantæ Fidei aduersam iridet, peritiquè, vt beatissimus Summus Pontifex iubeat, ne Aristotelis libri, in scholis legantur, sed tanquam perniciosi proficiantur, associatq; illustrissimos Cardinales huius negotii Protectores. Quid hoc est in tanta datina te condaxie propria phylantia? In tantis tuis luminibus iacentes oculos amisti, optime Fraciscet? Certe crediderim (vt ex tuis libris collegi) per multos te annos in obscuritate, & ignorantia disciplinæ Aristotelicæ iacuisse, atque repente ad istos tuos ignes, & luces veluti à Nerone aduectum, tandem in omnem certitatem incidisse. Non miseris, quod Hippocratem explicando, Aristotelem defendam. Vna est doctrina à parente in filium deducta, eadem dogmata, eadem philosophandi via. Quid nunc tantam notam extollis Platoniam, ab Hermete, & Zoroastro dedendam Philosophiam? Omnia hæc vidit Sacrosancta Ecclesia, primum enascens, & Platonicos, & Aristotelicos contemplata; Aristotelicam potius elegit, & comprobauit doctrinam: quod Aristotelis paucissimi sint errores, & conspicui; cætera verò per vim demonstratoris edocet, atque contra Gentiles, & Hæreticos validissimè pios adiunt Christianos. Platoniam verò viam desertam esse voluit, quod Plato sine demonstratione, sine viribus, ad diuinam demonstranda aspirauerit, & quæ ab Aegyptiis desumpsit, neque intellexit, imò obscuroserit conscripserit. Quapropter Tertullianus (alioqui Platonis studiosus) considerans, cunctas hæreses, ad eam vsque diem ex eius doctrina, vel or-

tas, vel corroboratas, omnes ad illum (quasi ad caput) refert his verbis, libro de Anima: *Doleo bona sile, Platonis omnium hæreticorum commentarium factum.* Hæc dixerim, vt cum maxima veneratione tantus suscipiatur Aristoteles; nec aliquis malus Dæmon mittat in cor alicuius, vt illius deserat principia, & alios seducat. Incepit Pa-racellus sequutus est Telesius, nunc Franciscus Patritius, satis inter se disticti, & principis, & doctrina à verò Magistro Aristotele deuantres. Valeant, & ad ista lucè Hippocratis videndam accedamus.

Humana hæc transfusari, & transfusionibus diuinorum corporum dependere dicebat Hippocrates, adduxitque exemplum, quo omnes conuincit, Solis, scilicet, latitudinem, qua varia consurgunt temperamenta, vt enim substantiæ spirituales suo ordine infimæ à superioribus reguntur, vt proportionaliter diuinae providentiæ beneficium, vsque ad minimum Angelorum descendat; pari ratione inferiora corpora, per superiora disponuntur. Duorum autè luminarium, quibus maxime orbis caelestes exornantur, meminit Hippocrates, Solis, scilicet, & Lunæ, quæ nocti, & diei præfunt, vt dicebat Moyses alterum maius, alterum minus quod ita sequutus est Aristoteles, vt sola ista alia videatur commo-rari, tanquam in alterando potentissima. Ergo videns Hippocrates diuinam hæc carenam subordinatarum causarum, duas enumerauit, maximas, & conspicuas (oc-cultas autem consulo relinquens) scilicet, motum, & lucem: quando enim dicebat: *Sol ad longissimum, & breuissimum, & Luna etiam, &c.* motum caelestem dicebat, qui tanquam primis omnium motuum censendus est causa. Cum verò ait: *Lux tota tenetæ Oris*, alteram manifestam causam docet, mutationem, quæ occultas illas corporis supremi virtutes, tanquam in pulcherrimo curru, in ista edocuit inferiora. Quod si influentias occultas auferas, vt multi credunt, & solum tribuas celo motum, & lumen, certe dices Hippocratem, vtramque causam elegantissimè in his textibus explicuisse; subtiliterquè illas coniunxisset quia nisi coniunctæ neutiquam quidquam mutare, generare, nec corrumpere valent. Quod licet tantillum explicare, præcipuè hoc seculo, quod nouas suscipit, & falsas doctrinas, veram rationis lucem fig-gentes.

Duo sunt, quæ manifestè experimur à superioribus, motum, & lumen, vt ætatem ve-rò su-

tò supremam, & eminentem medio motu, & luce occultè suscipimus, nam conspicitur illæ elementares alterationes sensibiliter corpora afficiunt, modo magis, modo minus, prout à corporibus celestibus aguntur. Motus itaque calorunt, de quo hic disputat Hippocrates, prima causa est omnium motuum inferiorum. Non agimus nunc de prima causa, quam per illos motus consequatus est Aristoteles. Deus enim est, qui per se mundum regit (vt Spiritus Sanctus 14. Job. *Quem posuit alium super orbem quem fabricatus est*) Vbi inquit Gregorius: *Mundum quidem per seipsum regit, qui per seipsum condidit.* Sed aduertendum est, quod quantum ad exceutionem, inferiora semper per superiora dispensat; ergo motus orbium celestium, & præcipue Solis, & Lune causa est omnium motuum.

Primo, quia ille motus in sua natura est simpliciter primus.

Secundo, quia est motus corporum, omnia corpora in sua perfectione præcellentium.

Offenditur primum, quia motus cæli est motus localis; ille autem est primus inter omnes motus, non solum tempore, quia solus potest esse perpetuus, vt probat Aristoteles 8. *Physic. text. com. 54.* verum & naturaliter, quia sine motu locali nullus alius potest esse, nec augeri, nec alterari; nam si motus prærequiritur, vt agens & patiens appropinquant quod sine motu locali fieri non potest. Præterea perfectione est primus, quia motus localis, est actus rei perfecte momentis se ad aliquid extrinsecum, nec variat rem secundum aliquid ei inhaerens, & ob hanc causam perfectissimus motus censendus est.

Rursum inter motus locales circularis est, qui primum obtinet principium, quia solus ipse potest esse perpetuus, vt probat Aristoteles 8. *Physic. text. 64.* Præterea, est magis simplex, quia totus videtur vnus, nec distinguitur rectè in principium, medium, & finem. Deinde est magis perfectus, quia semper reflectitur in principium. Et quia motus regularis nullus alius inuenitur, sicut motus cæli. Sol enim à principio mundi ad longissimum & breuissimum regulatur motus est, & motu raptus regularissimè gyrans, omnes res inferiores alterat, reliqua verò omnia, graua, aut leuia, iam velociori cursu, iam tardiori mouentur, ergo ex natura, & conditione motus cæli, colligitur quod sit primus; cum autem sit primus, debet esse aliorum causa, qua

primum in vnoquoque genere debet esse reliquorum causa.

Est tandem primus, & causa omnium, quia corpus exiit, quod mouetur, reliqua præcellit corpora. Primum, quia caret contrarietate. Secundo, quia magis similitur spiritualibus creaturis, & propter incoeruptibilitatem, & quia ab eis immoediè mouetur. Tertio, quia magis appropinquat Deo, qui immutabilis est, cælum vero non mutatur nisi vna specie motus circularis illa tamen inferiora diuersis experiuntur motus species. Ergo inter mobilia magis accedit ad immobilitatem corpus celestis. Hæc & alia multa causam istam primam celestem probare valde poterunt.

Examinatur autem excellentissimò bono, nempe luce, que conspicit nobis contemplatur, mota, scilicet, & vario modo illuminans; si enim lux dispersionum cælum debet esse causa, hæc quidem à motu accipit tanquam à conditione sine qua non. Vide quanta comincant verba hæc Hippocratis, qui prius motum cæli, deinde in eam demonstrat. Ergo, quia lux exemplis lucidis circummouetur ad generationes rerum, & transformationes causandas, alio inquit Hippocrates: *Lux Iouis, id est, Hæmisphærium hoc, cui Iupiter præest, luce illustratur, & tenebris obscuratur; motu hoc, modo illud experitur.* Deus autem, qui equali mensura omnia compendat, idè vultu accidere loco inferiori, quem Orbem vulgus appellat, non enim desistunt lumine exiit. Sed quamuis inuisi sint, apud longissimam partem noctem, expectant à Deo Optimo Maximo amabilem lucem. Sic enim cap. 1. Ecclesiasticus. *Generatio præterit, & generatio aduenit terra autem in æternum stat.* *Oritur Sol, & occidit, & ad iterum suum reuertitur.* Non potest grauiora, nec maiori honore plena verba aduocare, ad Hippocratis textum interpretandam, quàm illa, que videntur ex profecto Hippocrate, & notum intentum elegantissimè manifestare. Omnia narrationem rerum refert Hippocrates in motum luminis celestis, atque in illas æternas circulationes, quasi libros Sacros legit, & forsan legit. Hoc, nullò motu apice, suscepit Peripateticus. Corpora obiecto, corpora, & c. in imago verba ita Hippocritum illius verba ita est scriptura: *Sed ad longissimum, & breuissimum, huius huius, & non huius, huius huius, huius huius, & c. contra. Accidit, & transitur omnia illa; hæc huius generatio præterit, & aduenit, terra autem in æternum stat.*

Criticus

Quæ Sol, occidit, reuertitur, reuertens gyrat in Aquilonem & Meridiam, per quæ tandem eius spiritus, id est, lux ignea, & uniuersa perlabitur, ut nihil maneat tanto dicere priuatum.

Vides motum ad sollicita, motum diurnum, lucem, & tenebras, vides circulo omnia agitari. Sed audias iam meo iudicio vitam consonantiam istarum sententiarum, & exactam Hippocratis explicationem: *Generatio præterit, & generatio aduenit*, idem est ac si dicas: *Lux Iouis, tenebrae Orco; lux Orco, tenebrae Ioui.* Nam (vt ex Plutarcho addidimus tex. 12. vbi de Orco & luce egimus) per lucem vitam intelligimus, & ortum rerum, per Orcum obsecrationem, id est, corruptionem, & abduccionem rerum ad non esse. Ergo lux & tenebrae, siue, esse & non esse, sic transformantur, vt corrupta lux adueniat, quia ex illis alia gignuntur in lucem & Ioui, qui pater est vitæ, id est, viuentibus omnibus, suæ tenebrae aduenit, mors, scilicet, & propriae essentiae obscuritas. Ecce quomodo quæ sunt, in corruptionem tendunt, & quæ non sunt nisi in obscura, & remota potentia materia, generantur, & adueniunt in lucem: *Generatio præterit, & generatio aduenit*, vt sic mundus cum omnibus suis speciebus seruetur tendentibus indiuiduis in Orcum, & in corruptionem, aliis de nouo in lucem excitatis. Hoc mihi visum est, voluisse insinuate Hippocratem; nam prima illa explicatio, licet exactissima sit, vicerius tamen debet redire textus, vt tantam miremur Hippocratis abyssum. Tanta enim est: *Et abyssus abyssum inuocat.*

Quod si ex naturalibus istis rationibus, volueris aliquando ad moralia sermonem traducere; poteris rectè nam hic vitam dicere esse mortem, & mortem vitam, quasi vivere sit mori, & mori vivere. Socrates enim ex Euripide in Georgia Platonis dicit hæc: *Quis nouit utrum uiuere sit mori, mori autem uiuere?* Respondere possumus cum Hippocrate, contraponi hæc omnia, & velle esse commixta. Nam licet cum Ioue vivere dicimus, & luce frui; tamen sepulti sumus, vt mortui. Anima enim diuinius pater nostra sepulta est, & à tua lucidissima patria, in carcere corporis femota, & ligata, & Orco obscurissimo conclusa. Et ob id lux nostra hæc tenebrosa quædam censenda obscuritas, & Ioui, id est, vitæ celestis contraria. Rursum, lux etiam tributa est Orco, id est, mortuis; qui mortalitatem exuentes beatior luce fruantur. Poterat discursus iste ex Mercurio Trimegisto

pulchrè dilataris; sed naturalis animus Philosophum, non conuincatorum.

TEXTVS XXI.

Omnino tempore transigent, illa res horum, hæc autem illorum; & quæ quidem faciunt, non sciunt. Quæ uero faciunt, scire sibi uidentur. Et quæ quidem uident, non cognoscunt. Attamen omnia ipsi sunt per diuinam necessitatem, & quæ uolunt, & quæ non uolunt. Accidentibus autem illis hæc, his uero illuc, & inter se permixtis, unumquodque destinatum fatum explet: & ad maius, & ad minus.

COMMENT.

Circulo res generari, & seruari, docebit in textibus antecedentibus. Nunc discursum profecquitur, hæmoniam diuinam vniuersi declarans. Considera ergo diuinam prouidentiam, vt in Dei laudes vehementer exardescas, quæ nihil aliud est (vt rectè diffinit Albertus Magnus 2. Phys. tract. 2. cap. 19.) quam immobilis ac simplex forma rerum gerendarum. Dispositio igitur, vt omnia quoad possent in continuo essent motu, vt aliquantulum ei assimilarentur; non quidem, quia ipse Deus mouetur; sed quia purus actus cum sit, uidentur aduari ea, quæ mouentur, & aliquid agere, & ob id illi assimilantur, & præter hoc quia (vt dicit Averro. in suis disputationibus cum Al gacelo) res motæ simulantur Deo, quia perficiuntur, & quanto perfectiores, tantò Deo similiores. Ergo propter hanc similitudinem sunt res naturales omni tempore transigent, & transformantur. Corruptibiles quidem contraua regeneratione, serua-ta speciei perfectione. Incorruptibiles autem, vt orbis celestes, non sui rellauratione, sed vniuersi perfectionem in eodem tempore seruant, atque hoc pacto diuina, & humana exequuntur Dei prouidentiam. Sed corpora celestia manifestissime inter creaturas emittant gloriam Dei, iusta enim illius, perpetuam nobis obsequium præstant. Sic scribit Averroes, in suis de intellectu 2. inquit enim: *Prouidentia celo-*

*rum ad inferiora, non est necessaria eis in esse
eorum, & mouentur à iubente, quod eis est cor-
pus, & iubens est Deus gloriosus. Quod ma-
ximam nobis ingerit confusionem, cum
enim calis non sit necessarius motus ad il-
lorum esse; ita tamen exequuntur diuinam
voluntatem, ac si medio motu propriam
conservationem pararent. Igitur corpora
caelestia mouent ista inferiora, illuminant,
& virtutes generatimas excitant & sic mit-
tunt ad nos sua bona. Verum subiecta hæc
corpora non aequè beneficium recipiunt
sunt. Certe vt finitæ magis, & limitatæ vir-
tutis, remittunt quidem vapores, & exhalationes, quæ in noua elementa, actione calis
transmutantur. Hæc itaque tam infima re-
tributio mundi adiunxerit conseruationem,
ex ea enim aque pluuiales veniunt, & omnes
meteorologicæ impressiones dependent,
quæ fructus terræ, elementorum augmenta,
& alia multa bona producere valeat.
Sic enim Spiritus Sanctus cap. 55. Hæc:
*Et quomodo descendit imber, & nix de celo,
& illius vis nra non conuertitur, sed inberiat ter-
ram, & infundit eam, & germinat eam facit,
& herba seruent fertati, & pascua comedenti. Sic
enim erit verbum meum, quod egredietur de
ore meo, &c.* Vides quo pacto meteorologi-
cæ illæ impressiones ex vaporibus eleuantur,
& coagulatæ, ad prolificandam terram des-
cendunt. Et licet non reuertantur (vt in-
quit facer textus) in forma nimis, reuertuntur
tamen iterum ad superos in forma va-
poris, & exhalationis: sic circumuoluunt
suprema, & infima; hæc ascendunt eua-
porata, illa descendunt influxu, luce, & po-
tentia; vnicuique finem insequuta, vniuersi,
scilicet, varietatem, ornamentum, & conser-
uationem.*

Reliqua verba nostri textus, licet aper-
ta videantur (ostendit enim Hippocrates
omnium rerum potentiam obedientiam,
qua suo creatori subiiciuntur, & finem
sibi ignotum, Deo tamen præsumptum in-
stantur, quasi viderent quò tendunt) meo
iudicio magna Philosophiæ arcana conti-
nent: quæ si Auicenna, & multi philosophi
contemplarentur non in tantis erroribus in-
cidere. Nam cum viderent caelestia cor-
pora, tanto ordine, & cōcentu circumagi,
atque ab illis vitam, & ordinem illorum in
feriorum dependere, credebant (non absq;
ratione) animata esse, & sensu prædita, & vi-
dere quæ agant, & propter finem sibi co-
gnitum moueri; quæ opinio ad eò antiqua
fuit, vt Anaxagoras contrariū censens car-
cere fuerit opprellus: Archenis, referente

Laetio in Anaxagora, & D. August. 18. de
Ciuitate Dei, c. 14. Quæ errorē inter Philo-
sophos Christianos excitauit Origenes; ad-
dens lib. 1. Cōmentariū in Ioannē, stellæ
& Solem capaces esse virtutis & vitij, & in
actionibus studiosis proficere, & deficere.
Sed Hipp. veræ Philosophiæ parēs sui tem-
poris tenebras rumpis, & futuras impellēs,
insensibilia facit, & vitæ experientia suprema
corpora, dicens: *Quæ quidam faciunt, nam
sunt pascua fieri sibi videntur, quasi legere
Hippocrates Damudum carnem.* Sic enim
Psalmo 135. *Qui fecit caelū in intellectu.* Id
est, ita Deum procreasse caelestia corpora,
tam ratum ordinem, tantam constantiam,
& proportionem corum indidisse moti-
bus, ac si ea intellectu prædita fecisset; ita
vt quæ faciunt, scire sibi videntur. Quid
igitur extat tam æterni ordinis fundamen-
tum? Certe nihil aliud, quam obedientia
creaturæ, quæ diuinam insequitur volunta-
tem mouentem, & ordinantem. Nō enim
vniuersi æternitas, & ordo à creatis arbi-
trio, & voluntate dependet; moueretur enim
se caelum aliquando in mundi dissolutione,
aut ordinem perturbaret libero vtens mo-
tu, & in hunc sensum, explicant verba illa:
*Qui facit Solem suum vtriq; super lunas, & ma-
ris.* Qui facit, ad est, qui compellit Solē oriri.
Pædet itaque diuinæ necessitate, id est, à di-
uina voluntate, quæ talē illis corporibus
propensionem condonauit, finis conscia.
Quæ sententiam (vt exillimo legit Plato,
siquidem in Tymæo dicebat, componi nū-
dum ex intellectu, & necessitate.

Sed dubium proficit ex verbis Hippo-
cratis, dicit enim omnia fieri per diuinam
necessitatem, & quæ volunt, & quæ non
volunt. Quid hoc est? Diuina ista neces-
sitas, agentium libertatem depellit; Minime
quidem; sed coherentem loquens Hippo-
crates, cum à principio de ortu, & interitu
rerum differere inueniret, inquit istam cie-
cularem transmutationem omnia experiri,
nihil enim est, quod mutationis subiectum
non sit, aut liberū, aut naturale. Et hoc est
quod dicit, omnia fieri his per diuinam ne-
cessitatem, & quæ volunt, & quæ non vo-
lunt. Aut si interpretetur hoc pacto, contin-
gere certibus plures mutationes, omnes à
prima causa ordinatas, alias veluti appeti-
tas, & perficentes, quas vocat volutas, qua-
les sunt motus perfectissimi, qui in perfectio-
nem rerum ordinantur. Abas verò corru-
ptiæ, & desinentes, quas minime appe-
runt, nec volunt, imò detestantur, quas li-
cet contrarias, & corruptiuas) diuina le-

ge inuisibili exequuntur, propter bonum totius, nisi enim res corrumpentur, neuti quæ alia generentur. Et ob id diuina necessitas ad vitæ; mutationes entia naturalia cogit, & ad eas quas non volunt, & ad illas quas volunt. Has solum confidens æterna & infallibili voluntati Dei, illas verò per necessitatem media deducens.

Concl. sit Hippocrates textum, dicens vnumquodque adimplere proprium fatum, ad maius, & ad minus, & loquitur de rei cuiusque natura, & propensione, & de causarum naturalium ordine, & conexu, quæ vniuersum hoc circulari catena continet. Hæc enim ambo fatum significat. Inquit ergo vnumquodque adimplere proprium fatum, id est, suæ naturæ finem, & ordinem. Sic enim Alexander Aphro. lib. de Fato cap. 1. *Fatum, & natura idem sunt, solo nomine differentiam habentes*, & Themistius primo Physic. tex. 43. *Fato, inquit, iussive dicitur id quod naturale est*. Et Boetius libro 1. Top. *Fatum est præcellentium causarum, & consequentium perplexo quadam, & cetera morte constantia*: & ut ait Trimegillus, referente Alberto Magno 2. Physic. *Fatum idem est, quod causarum amplexio, & providentia prima causa dependens*. Quod etiam Seneca & Apuleius sentent. Ex quibus colligitur potest, res suum fatum complere, nihil esse aliud quam propriam naturam ex superiorum causarum ordine in destinatos fines deducere. Ergo multipliciter videmus res suum fatum adimplere, nam partes mundi, dum partis officio funguntur, fatum explent, totum componentes dum transmutantur, dum mouentur, dum coarumpuntur, fatum explent: omnia enim ista fines sunt à prima omnificia causa ordinati. Quod verò inquit: *Ad maius, & ad minus*, ego interpretor ex loquutione Hippocrates in hoc libro, id est, explent fatum, & ad generationem, & ad perfectionem hæc enim intelligit per maius) & ad corruptionem per motum enim ad maius & ad minus, generationem, & corruptionem, intelligit in superioribus textibus. Est enim consonum (vt diximus sapienter) adimpleri rei cuiusvis corruptione, fato ordinante noua inurgant generata.

Quod ait Hippocrates: *Accedentibus illis, & interse permixtis*; licet Zuingerus, non præter rationem interpreteris, adducens duo loca, à nobis superius insinuata, Orcus, & Inocum, quæ viuentia transmutant, & vicissim cum miserant, modo huc, modo illuc. Ego tamen superiori

explicationi cohæreo, & textum sic declaro, quòd accedentibus superioribus, virtute, & efficacia, & istis prestantibus materiam, consurgit vniuersi pulcher ordo, & vniuersisque fati complectentur. Sed opus est ad alium textum accedere.

TEXTVS XXII.

Corruptio autem omnibus mutuo interse est, maiori à minore, & minori à maiore: & augetur maius à minore.

COMMENT.

Hoc est dicere, quòd adimicem omnia interse agunt, & patiuntur, & adimicem corruptionem experiantur; maius corrumpitur à minore per remissionem, minus corrumpitur à maiore per actionem victoriz: & licet hoc sic contingat in actibus corruptiuis, in adhibitis tamè, quas perfectius possunt appellare, maius augetur à minore, vt viuas per nutritionem adueniente alimento.

TEXTVS XXIII.

Reliqua autem omnia, & hominis anima, & corpus velut anima ornantur, ac gubernantur.

COMMENT.

Postquam de generatione, & corruptione egit vniuersali sermone; iam incipit ad ipsum hominem orationem conuertere, exemplum constituit in subiecto, propter quod tota tractatio inuenta est. Zuingerus illum textum cum precedenti coniungit, excipiens talem sensum; quòd Hippocrates dicat hominis animam similiter, vt animas reliquorum animalium, auget, quòd nihil aliud sit anima hominis, quam calor naturalis. Quod aliqui, vt in Zuingero legit, sine alia consideratione probat. Sed ego tanto Hippocratem amore profectus, vt crediderim asseruisse animæ immortalitatem, cum Anaxagoræ & Pherecidis Syri præcederet opinioniones, qui per totæ Græciam

ciam aternitatem animæ exclamant. Tamēn hoc in inferioribus textibus spero cōstabit, ne tractationes anticipemus. Nunc elegantem audias huius textus explicatiōnem, iuxta Mercurialis translationem, qui textum non immutat. Dicendum itaque, quōd cūm in superiori textu, de corruptiōne & generatione differat absolute quæ fiunt inter duo contraria; hic non generaliter, sed in particulari sermonem perstringit. Est autem maxima differentia, si attendas: nam in mundo maiori, contraria corrumunt se se, & mutuo pugnantia digladiantur, semper malum parantia, & nunquam se perficientia. Ignis nunquam aquæ pugna pericitur, sed extinguitur. Aqua nunquam ignis vicinitate exornatur, sed exoluitur. Et hoc est quod dixit in textu antecedenti: *Corruptio mutuo inter se est.* at verò reliqua omnia, animalia, scilicet, & homo, & eius anima, tam abest, ut corrumuntur illa contrariōrum actione, quinimo melius gubernentur, & exornentur; ita ut quod in mundo maiori est motus corruptio, in nobis sit motus perfectio: sunt enim in nostris corporibus, sicut in mundo maiori partes adiuuantes agentes, & patientes, calidæ in frigidis, frigide in calidis contraoperantur: ex qua actione tēperies resultat, quæ corpus exornatur & vivit, & anima incolpatè suas edic actiones, ita massa hæc corporis excoquitur & pericitur, ut anima possit suas spirituales, & corporeas actiones exercere, alioquin nullas tales exercet, ut in pueris, qui corpus non satis habent excoctum & subactum: ergo patet quōd anima nostra ab illa reactione exornatur, quia elaboratum, acquirit in instrumentum; & corpus etiam, quia ad perfectiorem finem expolitur. Bruta licet actionibus careant rationalibus, tamen per ætates temperamenti varietate exornantur, ad alias actiones perfectius exercentias.

T E X T V S XXIII.

Incipiunt autem in hominem partes partium, tota totorum temperaturam habentia, ignis, scilicet, & aqua: partim acceptura, partim datura: & qua quidem accipiunt, plus faciunt; qua verò dant, minus.

COMMENT.

Prius accipit aliquando animam, & veluti dupes facit errorum collationes, ita ut non statim verum explicationem aggrediamur, quin prius oportuerit ridiculis manifestare conclusiones. Ergo dicunt quidam, intelligi textum de partium delineatione in vico, ita explicantes: *Incipiunt in hominem partes, id est delineantur.* Exultamus certe, vel Grammaticis conspicuam esse errorem. Præter quàm quod inferius de futuri sermonem instituit Hippocrates, hic verò de alterationibus particularibus, & generationibus, quæ quotiescūq; sunt in nostris corporibus, vniuersalem doctrinam excopticam. Sed ut explicet quo pacto plus faciunt partes quæ accipiunt, & quæ dant, minus inquit illi, quod ventriculum, v. g. conficit vnam libram cibi, aliam scilicet partem aliquam, aliam eorūm in excrementa, & residua (v. g. in diuersis libra) in lectur expellit. Ecce quo modo iocundum facit vnam alimentum sicut ventriculum. Sed manifestum eorum contradictionem involunt, & verba ipsa Hippocratis perturbat. Hippocrates dicit, quod pars quæ datur, sic minus & illi probare incendant, quod ventriculum facit magis quam lectur: ergo contra Hippocratem hoc manifestum est ventriculum esse partem dantem, & iocundum recipere chylium. Videtur quàm puuilliter obliqua per falsa, & obliquiora declinat? Sed iam iterum concludo mentem Hippocratis in hoc textu, vel ex illorum explicatione. Nam in vltimis verbis aperte agit de alimentorum concoctione, quoniam partes operantur ad sui conseruationem. Quis enim ergo in primis verbis de formatione factus tam extra rem deberet agere? Sed nostram, & gentium solentiam iam aperiamus.

Dictum superius est, multa huius libri Anaxagoræ sololere doctrinam, quod illi tempore Hippo. celeberrima existeret. Loquitur itaque nobis scire quod potest ad mentem ianti vti. Ergo audiamus Platarchum elegantissime Anaxagoræ opinionem exprimentem, ut nostri textus oratio excipiat. Sic enim lib. 1. de Placitis cap. 1. Anaxagoras Clazomenias principia rerum simpliciter esse statuit. Vnde datur cuius ipsi vehementer iudicant esse, quomodo ex non existentibus, & de nihilo quid fieri possit, aut corrumpi in id quod non est. Alimentum itaque

*Eleganti
cui Platar.*

affinitas simplex & uniformis, velut Cerevis in omni panis, & aquam bibulam, atque ex hoc alimento nutriuntur pilus, vena, arteria, nervi, ossa, ac reliqua partes. Quæ cum ita sint, considerandum est, quid in alimento, quod affinitatem, omnes res habent, & omnes res se ipsis generant, & in illo ipso alimento partes sunt sanguinem generantes, & nervos & ossa, & alias partes ratione perceptibiles. Neque enim omnia ad sensum reducere oportet, quod panis & aqua id faciunt, sed in his sunt partes, quæ ratione percipi possunt, &c.

Hæc Plutarchus. Quæ maxime prima verba Hippocratis explicant, qui cum Anaxagora faretur partes nostras alendas in alimentis latitare, vixit quod similibus nutriamur. Igitur inquit: Irrepunt & latent ingrediuntur in nostra corpora partes alimenti, quæ propter similitudinem quam habent cum nostris partibus, in eas tandem, & in nostram substantiam transformabuntur. Sûnt enim in pane, &c. nervus, arteria, & ossa, quæ insensit latent ad nostram reparationem: hoc est, in alimentis sunt partes, habentes vnicuique corporis nostri quandam temperiem, & singularium partium, scilicet, ignis & aquæ. Nulla enim est temperies partis, nec totius, quæ ad ignem, & aquam tanquam ad principia vitalia non debeat reduci, ut ex Hippocrate colligebamus in primo textu.

Ergo illæ partes, quæ in alimentis latent, tendunt certe in nostri corporis partes, partim in partes daturas, partim in partes accepturas. Sunt equidem varie in nobis partes, aliæ, quæ dant, cæteris impertientes, ut cor, iecur, cerebrum, & testes, quæ partes publicæ nominantur, quia ad commune bonum huius corporis aliquid præstant: aliæ verò sunt partes particulares, quæ à

Græcis Idiotæ appellantur, quia sibi solum laborant, privato munere fungentes, recipiunt enim, & nihil reliquis donant, quales sunt glandulæ, carne, &c. Compositur itaque corpus nostrum ex daturis & accepturis, non aliter, ac mundus maior ex corporibus celestibus semper dantibus, & insistentibus, & ex infimis corporibus semper recipientibus. Est autem dubium, quomodo dicat Hippocrates quod partes quæ dant, minus faciunt; ille vero quæ recipiunt, multo magis faciunt. Contrarium certe videtur sentendum, nam partes publicæ non sibi solum, sed toti corpori operantur; partes privatae solum suam nutritionem inten-

dunt. Ergo partes quæ dant, magis faciunt, quam quæ recipiunt.

Non indiget longa oratione discussus hic, si consideremus vnicuiqueque partis munus. Nisi dicas operanti esse accipere beneficia, quam dare, ut eximavit Seneca libro 6. de Beneficiis cap. 42. Eò eadem iniqua operis est hoc quam illud, quod maior diligentia respiciatur accepta, quam dantur. Stouici vero responderent huic dubio, æqualem esse operationem, quando utroque adus à virtute insita procedit. Credebant enim omnia recte facta esse paria, dummodo à virtute proficiscerentur. Sed ex naturalibus ad moralia transgressi, iterum orationem reuocamus.

An forsitan vocat partes dantes, nervos, arterias & venas, quæ spiritus & sanguinem portant ad partes alendas, & vivificandas? Nihil enim aliud sunt quam vehiculum, & ferè nihil faciunt in alimentorum partes autem nutriente ipsum rostratè transmutant, & sic quæ recipiunt, magis faciunt.

Sed hæc explicatio non est Hippocratica, aliori enim modo philosophatus est Hippocrates. Nam vehicula non dant, sed portant. Iecur (proprie loquendo) dat sanguinem, venæ ducunt, cor dat spiritus, arteriæ vehunt.

Quamobrem dicendum arbitror. Primum, quod partes quæ recipiunt, transmutant in sui substantiam alimentum; partes verò quæ dant, non sic transmutant, v.g. iecur generat sanguinem per venas fluxum, partes vero ipsam sanguinem in se continent. In hoc iecur præcellunt partes recipientes, quod faciunt ut alimentum actu viuat, iecur verò solum, ut possit viuere.

Sed iam arguet aliquis, dicens, quod etiam partes dantes alimentum ipsi transmutant ad vitam, siquidem ex ipso nutriuntur: ergo in hoc æquales sunt partes recipientes, & partes mittentes.

Respondetur tamen, quod dupliciter consideramus partes principes: vno modo, ut vivunt, & hoc pacto recipiunt in se alimentum, & illud transmutant sicut reliquæ partes privata: alio modo, ut mittunt aliquid toti corpori; & hæc ratione minus faciunt quam partes private, quæ omnimodè illud ad suæ substantiæ perfectionem adducunt. Ergo comparate admittentem partes mittentes, ut mittentes sunt; & recipientes, ut transmutantes, multum magis faciunt partes recipientes.

tes, id est, maiorem inducant alimentis perfectionem.

TEXTVS XXV.

Secant homines lignum ferrā, alter trahit, alter trahit. Idem autem faciunt; & minus facientes plus faciunt.

COMMENT.

Quam aperte constat, non de fœtus formatione (vt illi malè censebant) sed de nostri corporis gubernatione, & virtutum consensu circa alimentis dispositionem agere Hippocratem. In hoc enim textu manifestum se ostendit disputantem de alimenti motu, vt explicauimus superius; & licet dicat aliquis, quod exemplum non requiritur veritas, sed satis esse, vt exemplum partim adæquet, quod intendit Author probare. Tamen ego sic Hippocratem suscipio, vt nihil sine omni veritate proferat, nullamque adducat exemplum, quod omnimodè, & adæquatè non exprimat rei veritatem. Quid verus, quid aptius adduci poterit, ad explicandas facultatum actiones, & alimentis motum, quam hoc exemplum? Adæquat enim omnino rei veritatem. Igitur alimentum in corpore à facultate pellente, & virtute trahente agitur sicut lignum, quod homines diuidunt, alius enim trahens, alius ferram pellens, sinem circa lignum consulantur. Sic & partes nostri corporis, alie trahunt quod alijs partibus necessarium est, alie trahunt. Sed quare dicit, quod idem munus est vtriusque partium, cum tam diuisideant pulio, & tractio? Rectè quidem; nam sicut diuidentes lignum diuersis medijs vnā sinem consequuntur, scilicet, ligni diuisiōem: ita prorsus partes trahentes, & trahentes, licet varia videantur agere, idem tamen faciunt totius, scilicet, cōseruationem per nutritionem, ad quam semper aspirant.

Illud autem dubitant multi, quid sibi velit Hippocrates, cum ait: *Et que accipiunt plus faciunt*; respondet aliqui, quod diuisidentes lignum, minime alius quantitatem, & plus faciunt adaugentes numerum. Et hoc in alimento ne intellegendum, quod licet ab vna, & alia parte

comminuatur, tandem adanget ipsas partes.

Tamen ego existimo eleuariōem homine philosopharum fuisse Hippocratem. Dicit Zuingerus quod voluerat. Audias ergo (cul acquiesces) interpretationem. Docet Hippo. quod contenta trahuntur, & pelluntur à virtutibus naturalibus ad bonum totius. Fit autem, vt partes recipientes ipsa contenta seu alimenta, corrumpantur, & ad maiorem perfectionem adducantur, nempe ad vitam, vt dicebam in superiore textu. (Non obdites, obditero, quod apud Hippocratem, sem inuolūta, & corrupta, in hoc libro, pro eodem solet vti parari.) Ergo partes, que recipient humores, & hinc res spiritus, aut phlogos, aut trahos, ipsos minuant, & corrumpunt, & ad substantiam viuentem eleuant; & sine dubio plus faciunt; vt exemplum nostrum ferramentum omnimodè adæquet mentem nostri diuini sensus. Colligamus igitur, quod partes minus facientes appellantur ab Hippocrate, quia omnimodè corrumpunt, & minuant, alimentum in aliam formam transfundendo; quod exemplo posito elucescit; nam sicut ferrantes minuant lignum, & ad libitum diuisant, intendentes plus facere, vt vis, scilicet, talibus lignis, ad perfectiorem sinem consequendum, vel ad domos, vel maiorem imagines, sub quibus formis magis perfectum est lignum, quam sub forma sola lignis: ita similiter natura sic agit alimentum, & ad maiorem redigit, vt ad vitam trahat, & vitam inducat perfectam. Vide quantum præcedunt partes, que omnimodè transfundunt, & minuant alimenta (dico quædam ab hoc minus.) Sed iam textus sequens explicetur, qui hinc nostre explanationis adducet complementum.

TEXTVS XXVI.

*Te & hominis natura partim pel-
lus partim trahit; partim accipit,
partim dat: & alij quidem dat, ab
alio vero accipit: & alij tanto plus
dat, ab alio tanto minus accipit.*

COMMENT.

Prima pars textus ex dictis magis elucet, concludit enim comparationis

ver-

veritatem. Secunda verò pars (vt alia multa) prætermissa est ab omnibus.

Dubitat itaque aliquis circa textus verba, quomodo partes quæ dant, tantò minus accipiunt ab aliis? Rectè quidem ista contemplantur est Hippocrates. Nam videmus carnes, vitam à corde recipere; interrogo quid retribuunt cordi? Certè multò minus; forsitan aliquam attemperatorem, & modificationem caloris. Ecce quomodo quantò magis dat pars, tantò minus accipit. Sed adhuc doctrina hæc vera est, si partes principes consideremus inter se (quod pro textu explicando elegantius videtur) quantò enim partes principes perfectiores sunt, tantò plus dant, & minus recipiunt. Cor impartitur hepatis vitalem spiritum & calorem; & non recipit ab hepate nisi imperfectum quendam sanguinem: quasi dixerit: Hepar recipit à corde formam & adum, & retribuit materiam. Rursus, cerebrum, quod perfectius membrum est, tribuit reliquis partibus sensum & motum, à quibus minores accipit perfectiones. Et hoc est, quod dicit Hippocrates: *Et si quis tactus plus dat, ab aliis citò tantò minus accipit.*

TEXTVS XXVII.

Locum autem unumquodque suum tuetur. Nam quæ ad minus tendunt, ad minorem locum fecernuntur: quæ verò ad maius proficiscuntur, admixtione aliarum in maiorem classem fecernuntur.

COMMENT.

Egerat de partibus agentibus in alimentum; nunc de ipso alimento verba facit. Inquit ergo, quòd sagax natura ita disposuit fabricam animalem, vt varia distinxerit loca, per quæ ingressa alimenta diuagentur; arteriæ, & venæ excipiunt alimentum magis elaboratum, languinem, scilicet, excoctum, tendentem iam ad vitam, & illam citò adeo consequitur, vt multi, animarum esse sanguinem dixerint. Præterea substantiæ alimentitiæ membris appositæ, etiam hanc regionem inveniunt, & istam perfectionem obtinent. Hæc igitur, quia ad illius termi-

De Hippoc. Politicis.

num perfectum elaborantur, dicuntur ab Hippocrate tendere ad maius; & ideo in nobilitorem locum, & maiorem fecernuntur; nempe in partes omnes viscères. Ista verò, quæ non verè coquantur, sed corrumuntur, & ad minus tendunt (qualia sunt excrementa) consonum est, vt ad minorem, & ignobilem locum fecernantur, quales sunt partes quæ in nostro corpore colligunt excrementa.

Verè autem aliquis in dubium, quomodo alimentum, aliorum admixtione, ad maius tendit? Quod facile diluitur: nam sanguis, vt ascendat ad maiorem locum, & perfectionem, scilicet, ad subtilitatem naturam sanguinis arterialis, indiget miscella acris, quam calor coelis pericit; rarius vitionis mixtione, in aërialem spiritum transferitur. Videbis quanta contineant obscura hæc verba nostri Hippocratis! Sed maiora specta.

TEXTVS XXVIII.

Peregrina verò diuersis moribus prædita; ex aliena regione pelluntur.

COMMENT.

Consideret textus nostræ interpretationi. Peregriua, id est, nostræ nature aliena (qualia sunt excrementa, diuersis moribus & qualitatibus prædita, quibus nobis contrariantur) pelluntur tandem à natura, & eiciuntur foras, ne regionem inhabitent, quam mundam & param, & à stilibus excrementis liberam requirit natura; vt melius huic exerceat operationes. Et sic trahit per ambitum totius, sordes, sudorem, pilos, à ventre feces, à capite permixta quæ habet emundiora, nars, aëres, petrosiores, sua etiam excrementa, à corde per alia, à iecore per iugula, à toto genere venoso per vrinam.

TEXTVS XXIX.

Vnaquæque autem anima, & maiora, & minora habens, suis ipsas partes circumambulat: vt quænis nec appositione, nec detractione par-

d 2 tium

tim indigens: verum augmento, & decremento earum, quae iam sunt, opus habens.

COMMENT.

Cryſippus dicebat libro primo de Providentia, ut refert Plutarchus libro de Stoicis contrar. *Mundum ſolum, eſſe ſufficientem Deo ſubſiſſe, quia omnibus partibus, quibus indiget, praeditus eſt, & ſuſtinetur ex ſeipſo, & augetur, alijs partibus motu ſe impetentibus, ac confringentibus.* Huc, utique Cryſippus. Ergo mundus iſte minor omnes partes habet quibus indiget, quas anima non ſolum occupat tanquam forma, ſed tanquam motor. Sed quorſum hic de alimentis diſtrens animae motum commemorat Hippocrates? Redde quaeſdem. Nam poſtquam diſtrens de partibus, quae inſtrumenta ſunt augmenti corporis viuents, & de alimento, tanquam de materia circa, quam natura operatur; rationi conſentaneum erat, ut cauſam primam efficientem operum vitalium, quae eſt anima, oſtenderet. Haec enim maiora, & minora loca corporis continens, omnes partes veluti circumambulabat, informando, viuificando. Et ita omnibus numeris abſolutum fecit hoc opus diuinus artifex, ut non indigeat anima appoſitione nouarum partium, aut detractioe earum, quas iam habet (ad mundi maioris ſimilitudinem) ſed ſolum augmento earum quibus a principio exornata eſt. Augmento indiget anima, quia non ſolum corpus, verum illa id ſuas exercendas operationes debita indiget inſtrumenti quantitate, quae accretione conſequitur. Sed quo pacto indiget anima diſtinctione aliquarum partium? Indiget certe, aliarum, ſcilicet, quae aetherem, & diuinam ſuam mobilitatem impedire poſſunt, quales ſunt terreſtres, & frigidae partes. Iſtae enim animae operationes impediunt, quae eleuationi igne peraguntur.

TEXTVS XXX.

Locum vero ſingulis preparat, & perficit, ad quem perueniant, & allabentia ſuſcipiant. Non enim poſteſt quod diſſimiles mores habet, in diſcordibus locis permanere.

COMMENT.

Preparat quidem natura partes alendas medio calore vitali, perficit vero virtutibus naturalibus, ut attraſiua, quae ſimile tantum adducat. Sed notare hec, quod alimenta iam excoſta, & ſubacta, partibus alendis proxima, vocat Hippocrates allabentia: quia cum alimentis, tanquam in ſinem ordinentur ad noſtram nutritionem, iam non videntur accedere lenſo curſu, ſed allabi, & irruere in membrorum capacitates, tanquam in centrum. Viſtima pars textus reddat pulchram cauſam, ob quam anima tali indiget ſollicitudine in ſuis locis preparandis; quia excrementa, & omnia diſſimilia (quae vitalibus adſonibus obſtant) eſſent commixta cum optimo alimento, niſi anima ſuis poterit illa ſepararet, & in propriam regionem relegaret. Et praeter hoc impoſſibile eſſet, ut excrementum permaneret in varijs, & diſcordibus locis, quoniam partes iſtas male afficeret, & perturbaret.

TEXTVS XXXI.

Oberrant enim velut ignota, permixta vero inter ſe cognoscuntur.

COMMENT.

Alimenta, & excrementa conſuſo modo oberrant, & non cognoscuntur, quae ſit excrementum, quae ſit alimentum, ut eſt videre in venis ſanguine repletis. In viſa enim illa ſanguinaria oberrant purum alimentum & vitiata, admixtum murtis, & ignotis, ſed quando vniſumquodque ſimili ſibi permixtur, cognoscitur tanquam opereculo ablato. Haec autem ſeparatio, & diuiſio ſit medijs potentijs, ut diſtinctio renes vrinam, paulatinè partem partem addendo, & ſic cognoscitur portio vitiata ſemel, quae antea oberrabat diuſa. Et eodem pacto alimentum (quod purum eſt alimentum) ſecernitur à reliquo, & permixtur ad partes alendas, & vſque dum aliquam permixtionem habet diuerſam ab antiqua, non dum cognoscitur, an verè alimentum ſit; & ſic videmus ſanguinem permixtum ad naturam toris, ut partes alant, ſic bilis ignota erat, quando reliquis humoribus erat diuſum permixta. Tamen cum illa conſideratur

inter, & suas partes iungit, cognoscitur, & apparet sola, ut est in cisti fellis, aut in cute icterica, aut in alijs excretis.

TEXTVS XXXII.

Concor enim concordia adhaeret, ac asidet: discordia verò rebel- lans, ac pugnans, & à se dividun- tur.

COMMENT.

Iste textus explicat antecedentem, obet- rabant enim simul omnia alimēta, & ex- crementa, certè agendo, & pariendo for- titer, tanquam inimica, sed propter bo- num totius simile simili adhaeret, sanguis sanguini, bilis bili; & sic diuiduntur, & in destinata loca recedunt.

TEXTVS XXXIII.

Quapropter hominis anima in homine augetur, in alio verò nullo: & aliorum animalium magno- rum anima similiter.

COMMENT.

Ex illa harmonia, quam habent alimen- ta & humores in nostro corpore, elicit perfectiorem subiecti diuersitatē, qua dif- fert ab animalculis imperfectis, quæ non habent certum modum generationis, neq; augmenti. Animalia enim perfecta, sicut vnum habent modum generationis, scilicet ex femine, ita habent vnum modum augmenti perfectum, ex suo sanguine in il- lorum generato, ita vt ab illis & in illis cō- ficiantur alimentum. Animalia verò imper- fecta ex putri & incerta materia nascuntur, & multa non augentur nisi in alio anima- li maiori, vt est videre in vermibus, qui nas- cuntur in alijs animalibus magnis, & illorū sicut eis conseruantur. Dicit ergo, quod anima hominis, & aliorum animalium perfectiorum augetur in proprio corpore, & non in alio: nam vt mundus maior sibi sufficiens est, in semetipso nutrimentum habens, vt dicebat Crisippus; sic ani- mal perfectum suum facit alimentum, & se auget.

De Hippoc. Philosoph.

Videntur autem, quod communi ali- quorum antiquorum opinione doctus, ani- mam facit, nihil aliud quam calidum natu- rale; siquidem illas augeti dicit. Quod insinuat 6. Epid. part. 5. cum dicebat: *Anima hominis semper producitur vsque ad mortem.* Tamen quid sentiat de anime natura, & eius immortalitate, inferius de- monstrabo vbi magis suam sententiam manifestabit Hippocrates.

Licet variz opinionum antiquorum de Anima extiterint, illas tamen eleganter complexus est Seneca libro 7. quaestio- natu. capit. 24. dicens: *Multa sunt, quæ esse credimus; qualia sunt, ignoramus: habere nos animam, calor imperio, & impellimur, & remouimur, omnes fatiscun- tur: quid tamen sit animus ille restat domi- nusque nostri, non magis scio quisquam ex- pedit quam cæci sit. Alius illam dicit spi- ritum; alius, tantum; alius, vim diui- nam, & Dei partem; alius, tenuissimum aë- rem; alius, incorpoream potentiam: non deerit, qui sanguinem dicit, qui calorem. Adde animo non potest liquere de ceteris re- bus, et adhuc ipse se querat.* Vbi opi- nionem tributam Hippocrati etiam addu- cit, quam videtur hoc loco insinuare, & inferioribus textibus, dicens, animam ha- bere temperamentum ignis & aque. Ad quam accedit Galenus lib. Quod animi mores, & e. vbi puerilibus rationibus probat animam esse tempericm; quamuis 6. de Morb. popu. nihil certum audeat affir- mare, & ignorant se fatetur. Idem lib. de Substantia facit, & libro de Rigore. Quod quidem peculiariter aliquo animi stupore contingit credo, vt cum alijs tam mira- bilis sit Galenus, totus se rebus sensibilibus traderet, nec diuinam hanc disputatio- nem de anima rationali intelligeret, postquam tot philosophi ante illum istam veritatem è medijs tenebris exce- perent.

Sed ad Hippocratem venio, vt enim ex alijs locis colligitur (vt libro de Insom- nijs) considerabat perfectum quoddam calidum, ita eleuatum, & diuinum, vt reli- quas omnes partes vniuerse; & non solum hoc, verum futura præuideret. Vt enim in generatione animalium perfec- torum, ex vi instrumentali tempera- tura feminis, elicitur quædam anima sensitua, mater affixa, non aliter, ac si fuisset calor quidam perfectus, qui ad defe- ctu subiecti & pabuli euanesceat: ita aliqui antiqui decoquebant elementa, vt quod-

dam resisteret, quod in animæ perfectissimæ naturam abiret. Cum enim viderent calorem eleuatum effluere phlegma, rursus magis perfecte mixtum effluere carnes & sensum, rursus alioqui mixture expositum, animam humanam constitutæ posse asseuerabant. Quam opinandi rationem ex Anaxagora desumpsit Hippocrates, cuius doctrina eo tempore maxime florebat; animæ essentiam constituebant Anaxagoras, ærificormem, & corpoream, vt refert Plutarchus libro 4. de Placitis Philosoph. cap. 1. Quamobrem ex principis naturalibus illam exultram dicebat; nam vt refert Aristoteles 1. de Anima cap. 2.) Philosophi aliqui motum animale in insipientibus, animam dicebant esse, id quod in istis inferioribus esset maxime motuum. Alij vero cognitionem animæ contemplantibus, credebant principia rerum cognitionem esse, animam constituentia animam. Et sic dicebat Empedocles

Terram nam terra, lymphas cognoscimus ornam.

Ergo Hippocrates inter istas opiniones, cum omnia constare ex quatuor elementis probauerit libro de Natura humana, & in hoc libro nihil fieri ex nihilo cum reliquis antiquis asseuerauerit; constare illum loquitum fuisse more communi, animam dicendo temperem quamdam existimam esse. Si enim motus debet esse causa, ex igne debet constare, cum solus ignis sit, qui omnia per omnia mouet, vt dicebat textu 1. Si vero anima debet seruare omnes sit corporis partes, temperetur ignis & aque mixture, vt quoddam resisteret, quod partes frigidæ, calidæ, humidæ, & siccas foueat, & simili alitu conseruet, & auget. Non itaque solum respiciebat antiquas opiniones, nam ad hunc solum ignis fuisse motum, nam ad hunc solum ignis fuisse motum, nam ad hunc solum ignis fuisse motum. Loquitur ergo et secundum opinionem illam sui temporis; quam Lucillus Pindarus nostra ætate excitauit, & argute defendit libro 2. de Anima text. 1. in particulari digressionem, qua probat animam sentientem, & vegetalem nihil esse aliud quam calidum naturæ. Sed ista omnia de structa fati relinquat Angelicus Doctor libro 2. contra Gentiles cap. 43. & 44. Igitur quod anima sit calidum quoddam temperatissimum, clarè constat in illis dixisse; sed hoc putamus non esse ex propria illius opinione; sed loquendi modum Anaxagoræ imitatum. Quod inferius latius explicabo. Nunc hæc tanquam prælibanda fuisse ad hunc textum elatorem, in quo

agendo de inferiori animæ parte, nempè de agente, & nutriente, nihil mirum scilicetissimam & diuinam naturam non manifestari. Faciet autem posse, non sine confusione Galeni, qui adhuc in Hippocrate clarissima vestigia non cognouit, quibus diceretur in animæ licem excellentissimam.

TEXTVS XXXIII.

Quæcumque verò aliter, ea ab alijs per vim discernuntur.

COMMENT.

Dixerat in textu 31. quod concors eundem adhaeret, & ab alijs discernitur; quibus diuiditur, loquens de alimento, & excremento: circa que duo, facultates naturales versantur. Nunc ait aliqua esse, que discernuntur per vim & potentiam animæ. Quia tam prænaturaliter se habent in nostris corporibus, vt neque coqui tanquam alimentum, neque corrigi tanquam excrementum possint, vt sunt homines venenosus lapides, & alia si fuerint, que beneficium naturæ recusant. Talia, inquit, discernuntur per vim: non dixit, per animam, aut eius virtutem, vt insinuetur vim paritaturam, nisi discernerentur extra corporis regionem. Impediebant enim naturam potentiam, animæ motum, vtriusque augmentum, & perfectionem.

TEXTVS XXXV.

Atque, vt cætera animalia prætermittam, de homine saltem narrationem insituum. Irripit in hominem anima, ignis & aqua temperamentum habens; partem corporis humani.

COMMENT.

Quam consensu philosopharum suis principijs. Cum enim dixerit nihil fieri de nouo, quod prius non fuerit, saltem in potentia materis (vt explicauimus) nunc in alimentis quibus utitur, laetenter animam

nam intrare declarar, si enim sanguis spiri-
tuosus animam alit, & temperiem nostram
seruat, certe alimenta, quæ in sanguinem,
& in nostram substantiam possunt conuer-
si, animam habere dicuntur, inclusam sal-
tem, & obscure latentem. Hæc autem ali-
menta, non quæcumque mixta sunt, sed
ea quæ ignis & aque temperamentum ha-
bent, nec quodlibet temperamentum, sed
quod possit esse pars corporis humani. Et
hoc expressè vult Hippocrates. O mira fe-
nis profunditas! ò admirabilis & diuina
Philosophia! Docet nos in præsentis textu,
aliquam debere esse similitudinem inter
alimentum & nostram substantiam, & quod
hæc similitudo debet esse in tali ignis & a-
que temperie, ut possit esse pars corporis
humani, & eius substantia. Non enim lapi-
des, aut metalla in partes nostras abire pos-
sunt, quia hæc sint mixta, non illud tale te-
peramentum nata sunt, & ob id non in il-
lis anima irrepit.

Quod si adhuc Hippocratis diuinitatem
magis volumus admirari, docet nostra ali-
menta talia debere esse, quæ possunt animam
suscipere, sed quæ melius suscipient, quam
quæ aliquando habuerunt. Certe nulla, quia
illa talia perfectissimam, & similiberè mix-
tionem sunt consequuta. Quomodo enim ego
in ea semper fui sententia, ut indubitanter
crediderim, nil posse nos alere, quod non
sicut viuens. Si enim aliquando vitam, aut
vegetalem, aut sentientem non habuerit
mixtum, impossibile est, ut nos possit nu-
trire, nil interest, quod nunc, cum in ventri-
colam ingeritur, vita careat, imò non po-
terit metum substantiam reparare, nisi prius
moriatur, tamen aliquando vitam habere
fuit necessum. Quam philosophandi ratio-
nem ab Hippocrate didici, hoc libro cum
enim in primo textu, animalia ex igne &
aqua constare dicebat, in hoc etiam loco
eandem temperie reperire vult in alimen-
tis. Ergo signum est animata debere aliquid
de esse. Quod obsecrè & eleganter doce-
bat lib. de Insomniis, his verbis: *Quando quid-
dam à mortuis animalia, & inersantia, & se-
mita supportantur.* Quibus ostendit, mor-
tuos alere visos. Veliciter enim piscibus,
& animalibus mortuis, & plantarum fru-
ctibus, qui etiam vitam habuerunt, & vi-
no, quod in vinea aliquando vixit, quam-
uis Mercurialis falsò putauerit, vinum non
nutrire. Est enim necessarium, ut perfectior
natura, perfectiori frangat alimentum, ut ita-
que planta simplicibus elementis non nu-
tritur, sed mixtis (miscetur enim aqua &

terra, ut nutriant plantas homo non mix-
tis quibuscumque, sed perfectionibus de-
bet reparari. Quod Deus insinuauit quòdo
exhibens nutrimenta primo homini pri-
mam lucè videnti, dixit cap. 9. Genesios:
*Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in
lucem quasi alera virtutis tradidi vobis omnia;*
*et vos quid carum cum sanguine suo conser-
uatis.* Quod adeò patet, ut adhuc beata, sex-
tato ordine, alimentis vtantur; aliqua soli-
lis plantulis, non carnibus, ut onocrotalia non
herbis, sed carnibus, ut Leo, & animalia se-
rocia. Homo verò omni viuente, ut rectè
aduertit Abulenſis super Genes. Igitur Hip-
pocrates dicit, quòd in hominem irrepit
anima, quæ in alimentis istis, tanquam in
potentia latitat; hoc autem nobis signum
dat, ut cognoscamus an vitale sit alimen-
tum, scilicet, temperiem habet ignis &
aque animaliorum propriam, aptam ad par-
tem corporis humani.

Sed dicis, ergo elementa simplicia nu-
trire non valent. Respondeo, certum esse
in nostra, & verissima sententia: neque ele-
menta, neque mixta imperfecta, tamen nobi-
lenti substantiam humanam alere posse pro-
prie loquendo dicant alii, quod voluerint,
non enim aliquid probant contra istam ve-
ritatem. Sed quia ista assertio præ nimis ve-
ritate noua videtur, oportet illam (dubij
fabulis) elucidare.

Dubitabis primò, nam elementa simpli-
cia non viuunt, nutriunt tamen, & mixta
multa vita carentia, ut aurum portabile, &
distillationes ex lapidibus, quibus diu vita
protrahitur. Sed Democritus cum proxi-
mus esset morti & eius Alderiani et cetera
marem ne ita citò discederet (erant enim
quædam festa publicè parata, que tanti
Philosophi morte, aut detineri, aut minis
festinè peragi debebant, dolore mellis & pa-
nis recentis, viam aliquibus prolongauit
diebus, ut referunt omnes historici. Non
tamen de dædum est, aciem istam, quam res-
pirant, vixisse, ut clarè constat, ergo falsum
est dicere, omne alimentum debere
vita perferri.

Secundò, quia mixtum fieri potest ex
vno simplici elemento, cum dispositio-
nibus qualitatibus aliorum: hoc supposito est
fæcetes probat locutus Aristoteles. Iam ceterum
simplex est capax dispositionis mixtæ, ergo
etiam mixtionis visus; nam ista nihil aliud
addit, quam maiore perfectionem; hæc ve-
rò maior perfectio potest tribui ab agente:
ergo membra nostra poterunt producere
in aqua, aut aere, qualitatibus mixtæ, di-
citur

disponēte ad nutritionem efficiat alia agentia possunt producere qualitatem in ordine ad formam solius mixti. Aut assignanda ratio, quare elementum potest fieri mixtum, sine materia aliorum, per solam receptionem dispositionis mixtæ; & non poterit conserui in vinculis per actionem viuētis producentis debitam dispositionem mixtam in ordine ad vitam. Non enim negandum est perfectiori agenti, quod imperfecto conceditur.

Sed poterit aliquis respondere, quod licet mixtum possit fieri ex simplici elemento, modo predicto, non tamen potest fieri viuens, & ex consequenti neque nutriti ex illo.

Sed contra istam solutionem roboratur ratio, quia mixtum factum ex vno simplici elemento, potest multis transmutationibus ad tam perfectum statum peruenire, vt fiat viuens; quia nulla potest imaginari repugnantia ex parte materia: ergo consequenter poterit nutrire, antequam vita fruatur, nam hæc perfectio vitalis per actum nutritionis tribuitur. Ergo mixtum aptissimum erit nutrimentum, quamuis non viuerit.

Et amplius falsicitur communis doctrina, quia alimēta (vt diximus) si nostra debent corpora nutrire, oportet prius mori, & corrumpi, vt possint concoqui, & transmutari in nostram substantiam; & consequenter debent amittere mixturem, quæ erat vitæ conseruatiua: ergo præter rationem est asserere, debere aliquando vitam habuisse, si enim necessarium est illam amittere, & simul temperiem vitalem ignis & aquæ (quam vocat Hipp.) ad quod ratio vita est necessaria, sine dubio potere videtur ad nutritionem, quod maximum est impedimentum, vitam, scilicet, alimentum. Quod ita verum est, vt carnes animalium quibus vitur ad alimoniam, & plantæ etiam, tantò citius nutriant, quanto magis distant à temperie vitali; carnes enim semiputridæ, & plantæ in fine suæ maturitatis, citissime transmutantur à calore nostro, quia ex toto ablarum fuit impedimentum illud temperamenti antiqui. Hoc autem experientia constat; ergo non est necessarium, vt alimenta habuerint vitam, sed sufficit, vt sint mixta. At si non assentimur opinioni, quæ tenet simplicia posse nutrire, necessarium debemus fateri mixta nutrimentum præferre; nam quæ vitam habuerunt, ad solam mixturem redeunt, vt valeant restaurare nostram substantiam; ergo signum est

dens est, solam mixturem esse conditionem ex parte alimenti ad nutriendum, & neutiquam vitam.

Hæc possunt turbare nostram Hippocraticam sententiam, & si quæ alia sunt solutionibus prædictorum etiam clarificent. Sed antequam proposita dubia debeat: offendamus quare elementa non valeant nutrire.

Certe ob nihil aliud, nisi quia sunt aliqua entia, ex propria natura incapaci ad suscipiendos terminos aliquos, & mutationes ad illos: quia non quodlibet fit ex quolibet, sed determinatum ex determinato. At illa quæ debent nutrire, debent coqui à nostro calore; terminus autem coctionis est qualitas secunda perfectiua, orta actione caloris insistentis humidum cum siccò, in ordine ad corpus viuens. Cum igitur elementa non possint coqui, nec terminum adquirere talis perfectionis, impossibile est, quòd nutriant: quia naturaliter loquendo, ubi sunt media impossibilia, etiam finis est impossibilis. Ergo licet impossibilis coctio, est impossibilis nutritio; aqua verò non potest coqui, quia nec partes habet inerascibiles, nec miscibiles, vt supra dicebam ex Aristot. Idem de aere, terra, & igne asserendum. Vnde ratio Valletij est fragilis; dicit enim, quòd aqua non nutrit, quia est fluida, & non potest adherere membris: non quidem habet efficaciam, nisi nostra imitatur ratione; quamuis enim fluida sit, si tamen posset coqui, affigeretur, & conueteretur in nostram substantiam.

Ex hac ratione potissimum iocunde, quare mixta immediate facta ex elementis, vt lapides, metalla, aut saltem, quæ non longè distant ab elementis (ne dicas metalla aliam compositionem habere) non valeant nostra corpora nutrire: quia, scilicet (quamuis aliquem contineant humorem, & siccitatem) non tamen possunt pati coctionem à viuenti, nec suscipiua sunt qualitatis illius perfectiue. Hoc enim non est nouum. Nam interrogò, quare vinum mixtum est friabile, & aliud non? (lege quartum Meteo.) non est ergo mirum, quòd lapides non sint coctiles, aut metalla, quia (vt ex illo) humiditas in primo ortu omnino fuit terminata à calore, vt contingit in ossibus, quòd inferius eleganter declarauit Hippocrates: non enim restituta est humiditas, quæ posuit seruicere de nouo à calore agente, aut ore possit locum mutare; quæ duo necessaria sunt, vt talia mixta, etiam coctionem à viuente subeant;

& c.

& ex consequenti sunt incapacia talis nouæ perfectionis hæc via acquisita. Si attentè cõsideres quæ dixi, nulla remanebit hæsitatio: nam talia entia si debent suscipere nouam mixtionem, necessarium est, vt partes humidæ sint eleuabiles, & carminabiles, & localiter mobiles: quia aliter est impossibile fieri in illis nouum modum mixtionis. Cùm igitur calor in primo lapidum ortu, omnem humiditatem tali modo eleuabilem consumperit, relinquit materiam inhabilem ad nouam humidam motionem, quod alijs verbis dixit Hippocrates: *Auertatur igitur, quia iam non inuenit quomodo nutriripotest, inã habitibus præsentibus cellar motus: ergo est impossibilis coctio defectu materiae* (naturaliter loquendo). Ergo impossibilis nutritio, supposito ordine nature, quod nutriticia prius debent à facultate naturali viuens euinci.

Vnde ad dubitationes respondeo. Ad primam, quod simplicia corpora non nutriunt ob rationes dictas: aurum autem distillatum, aut alia metalla, etiam neustiqua nutritiua, conducere tamè possunt ad vitam, productis qualitatibus, quæ patredinem inhiæcant, prout ergo medicamenta, non alimenta. Quod si extractions (quas vocant chymicæ) sunt cum aliquibus liquoribus alimentarijs, dicendum erit, nutritionem non præstari à lapidibus, sed à talibus liquoribus. Idem dico de vita Democriti: potuit enim prolongari odoribus, non quia nutritiebatur, sed quia calor naturæ corroborabatur. Quod si dicamus, ex melle & pane receri vapores extractos esse alimentitios, non erit abs re, siquidem sunt partes tenues alimentariæ.

Ad secundam dubitationem dictum est, quod elementa & mixta imperfecta sunt incapacia coctionis factæ à viuentè propter ineptitudinem materiae, & diximus in quo consistat ista ineptitudo, non itaque defectus sit ex parte agentis: vnde quamuis possit fieri mixtum ex vno elemento, non inde sequitur posse fieri viuens per mixtionem nouam; vnde quæso sequitur: potest fieri mixtum: ergo poterit fieri viuens? Sed ratio fundamentalis explicata iam est, ex qua patet ad illam replicam. Ego enim non nego possibilitatem transmutationum mixtorum, & elementorum, sed dico in particulari, quædam esse intransmutabilia in viuentia: nam lapides non transmutantur naturæ in plantas, ob rationes supradictas: ergo necque in nostram substantiam. Quod si tot taliquæ

imagineris transmutationes ab alijs agentibus, vt tandem lapides deficiant esse, & noua mixtio fiat cum alijs portionibus aquæ, &c. fiet nouum mixtum, ad alendas plantas, & rursus planta poterit nutrire nostra corpora. Sed hoc ego extorqueo, vt, scilicet, mixta imperfecta prius subbeant naturam viuentem, vt possint nutrire.

Difficilius est soluere tertiam dubitationem. Ad quid est necessaria vita, quæ debet amitti? Respondeo, quod in alimentis expectimus vitam tanquam signum. Explico. Vita non seruatur nisi cõmodo temperamento iouis & aquæ: id est, calido tali, & humido tali. Ergo mixta, quæ non habent vitam, carent etiam isto tali temperamento vitali. (Sic licet appellare). Igitur sola viuentia maiorem habent aptitudinem ad nutriendam humanam corpora. Rursus cùm talia viuentia moriuntur (vt nutriant) adhuc remanet portio debita temperamenti vitalis, non ad vitam illorum, sed ad vitam hominis nutriendi. Ostendo efficaciter, quia semper ex anima libris, aut plantis emittitur superat aliqua humiditas, capax vitalitatis nouæ, quia potest suscipere nouam eleuationem, & mixtionem, ad formam viuentem: ergo talia mixta elegit natura, vt vita ablata antiqua, nutrirent nostra corpora. Vis scire, an in animalibus mortuis remaneat aliqua humiditas vmbilis ad aliam vitam? Vide, quod animalcula exant putredine illorum animalium. Signum euident, vestigia remansisse illius temperamenti ignis & aquæ (vt dicebat Hippoc.) quæ licet non fuerint sufficientia ad continendam vitam progressam; sint tamen capacia ad nouam mixtionem in ordine ad aliam vitam.

Igitur non dicimus, vitam esse necessariam in alimentis, nisi quatenus, si non vixerint aliquando, proculdubio non remanebit portio aliqua illius temperamenti, quod desiderat natura ad nutritionem. Ergo rectè Hippocrates dixit, ex mortuis soppeditari alimenta. Et in nostro textu, nisi alimentum fuerit vitalitatis capax, aut eleuabile ad mixtionem vitam, non poterit nutrire.

TEX-

TEXTVS XXXVI.

Feminea autem, & mascula, & multa, & omnigena nutriuntur. Nutriuntur autem, & auferunt per diatam qua homo vitatur: necesse est autem omnia, quae ingrediuntur, partes habere. Cuiuscumque enim pars non incipit à principio, augeri non poterit, nec multo, nec modico alimento ingrediente. Non enim habet, quod auferere faciat. Id vero, quod omnia habet, auferat, unumquodque in suo loco.

COMMENT.

PROSEQUITVR varietatem partium nutriendam, & simul etiam conditionem alimenti: est enim quam maxime necessarium, & tanquam fundamentum diæticæ partis, considerare, scilicet, comparationem & similitudinem partium alimenti ad partes corporis humani. Iste autem variæ sunt, non solum penes reusperiem, verum & penes sexum. Igitur cum omnia membra, tam multa & omnigena, & varij generis, vel mascula, vel feminea debeant nutrirî eadem diætâ, qua homo nutritur, necesse est, vt omnia alimenta, quae corpus nostrum ingrediuntur, tam varias, tam omnigenas habeant partes, vt ex Anasagora, textu 25. deduximus. Nam si à principio hoc est, antequam alimentum ingrediatur non habet partes auferendas, impossibile est, nec modico, nec multo alimento ingrediente auferere; non enim habet quod auferere faciat, scilicet, caret partibus similibus, quibus nutrirî, & auferri fit. Si autem alimentum ex sua natura istas partes secum non fert, impossibile est, vt illas omnino suscipiat à nostro calore. Sicut enim semen nisi partes contineret gerendas, non esset semen, nec perfecta aliqua natura ex illo pullularet: ita etiam alimentum non potest se attollere in partes hominis, nisi illas aliquo modo contineat. Cuius signum est, quod in suis locis ad conditionem destinatis auferat, hoc est incipit iam in partes manifestas mutari. Nec videatur alicui nouum

in istis textibus, quod mutationem alimenti vocet Hippocrates augmentationem ipsius alimenti: nam in superioribus augeri idem faciebat quod generari, & nisi idem quod corruptum, vt ibi explicuimus. Attende igitur, quod quando hic Hippocrates insinuat in vltimis verbis textus, quod vnumquodque alimentum auferat in suo loco, debes intelligere, non quod panis, v.g. auferatur ad maiorem quantitatem panis; sed quod partes homini similes, quae sunt in pane, auferantur per coctionem & novam perfectionem, quae mutatio ab aliquibus antiquis & Neotericis, varijs nominibus insignitur, ab Hippocrate generatio, & auctio eleganter nominatur.

Dixit: *Vnumquodque in suo loco*, nam inferius docebit diuersa loca in quibus calor alimentum elaboratur, iam in prima coctione, iam secunda, iam tertia, per quosdam circuitus & labores quibus in veram vitam adducitur.

Sed videamus (cum dixit nutrirî feminea, & mascula, & omnia membra eadem diætâ qua homo) an hæc loquutio non est identica? quæ forsitan diætâ speciei humane est, quæ non fit etiam propria nutrirî, & vitatur quæ his, quæ non debentur speciei? & si de solis membris in vnicò subiecto loquamur, quæ diætâ debentur illis, quæ non debeatur homini cuius sunt partes? Sed vera est Hippocratis sententia, quæ docet vitium quædam esse perfectum (modo quo explicuimus) qui debetur speciei humane, & ex consequenti partibus illius sunt autem partes & differentia diuidentes hominem, in quantum animal. Sexus, masculus & femineus, rursus, aliæ partes, quæ magis componentes sunt, quàm diuersificantes substantiâ, vt caput, pedes, ossa, vena, &c. rationabile igitur videtur, vt diætâ humane nature suis partibus competat; tamen hoc debet intelligi vniuersaliter loquendo: femina enim & masculus, quæ sunt homo, eodem alimento nutriuntur: tamen quia tales sunt, debet diuersum excolere vitium, & sic Hippocrates mirabiliter in hoc eodem libro ex natura sexus diuersam sumit naturam alimenti, & aliam tribuit femine, aliam viro; hic tamen omnia ista alimenta sub alimento comprehendit quod competit speciei humane, tanquam vniuersaliter loquens, ad aliam particularia postea venturus.

TURTAS.

(e)

TEX.

TEXTVS XXXVII.

Porro alimento ingrediente, & ab aqua, id quod siccum est, ab igne verò, id quod humidum est: à temperato, alia quidem introcoguntur, alia verò foras pelluntur. Quemadmodum fabri lignarij lignum ferrâ dissecant, & alter quidem trahit, alter protrudit, idem sanè facientes: & qui inferius regit superiorcm trahit, neque enim aliter deorsum pellere posset: si violenter rem agant, à toto opere aberrabunt. Similiter & circa hominis alimentum se res habet: aliud trahit, aliud trudit: intra autem coactam foras repit. Si verò importunè & violenter cogatur, omni successu destituitur.

COMMENT.

Nulla poterat excogitari elegantior sententiâ, nec res obicura, & grauis, tam apposito, & communi exemplo dilucidari. Inquit ergo, quod alimento ventriculûm & iecur ingredientem, sunt ista membra, quæ magnam in alimento mutationem efficiunt: attemperatur ignis & aqua pro ratione corporis alendi: aqua, id est, humidum alimentorum, accipiens siccitatem aliquam ab igne: & ignis, id est, calor humidus reddim: ab actione aquæ, ut diximus in primis textibus, in quibus Hippocrates naturam ipsam viuentem ex ista secundâ elementorum combinatione componit, & nunc eandem (quod fieri potest) insensibile docet in ipso alimento, quod in veram hominis naturam transire debet. Igitur factum iam alimentum, & ista visifica temper & foratum, & parim continuum sibi concepti motum, per venas, & arterias: idè, ut eius perfectio in continuo motu ita videatur, & eius corruptio in quiete, ut Galenus est lib. de Rigore, ubi satis elegantem de ationem insensibilis istam textum, intelligendum. Alia ergo intrâ, alia & strâ mouentur: alia ad partes eatimas fouendas, alia ad interiores con-

ferendas: per vigilias magis ad exteriora, per somnum magis ad interiora pelluntur. Agit igitur magis manifestè de calido influente, & sanguine venali, quæ duo sensibiler per corpus mouentur. Sed illud non sine animaduersione transire possum, quod Galeus Hippocratis scilicet accerrinus, cum in lib. de Rigore de calido agit, ita mobilem substantiam istud consiuit; ut per se mobile dicat, nihilquè facultatis moticis reconderit à qua agitur: ut quid enim sanguis, aut spiritus mouentur, nisi aut attrahantur aut pellantur? Quod satis euidenter declarat Hippocrates hoc textu, exemplo accèssio dantisimo. Vt enim duo homines siccitates lignum, terra taliter vtuntur, ut non se impediunt, sed alter trahit, alter dimittat: eodem pacto circa alimentum contingit aliud enim membrum trahit aliud dimittit ita prouidens natura, ut quod vnum trahit tanquam familiare, aliud protrudit tanquam ibi superius. Et hoc opus ita concinne exequitur, ut si importunè, & violenter adiuucent membra diuersa vnicum alimentum attraherent, certè finis rationis, & humane conservationis frustraretur. Expediit ergo, ut in idè opus partes consisterent diuersa appetentes, alie pelentes, alie trahentes. Quod si forsitan ita cogatur isto motu primum alimentum, necessarium est, ut foras pellatur; ut videmus edaces & plenos homines, vel per vomitum, vel per venarum oscula coactum alimentum effundere, non valente natura illud sufficienter huc illic mouere.

TEXTVS XXXVIII.

Singula autem tanto tempore eundem ordinem habent, donec locus non amplius suscipiat, nec alimentum sufficiens, ad extremum usque aquarum habeant. Postea locum primum in externam regionem, tam feminæ, quam masculæ, eodem modo violentia, & necessitate persequente.

COMMENT.

Prosequitur motum alimenti, ut dixit aitque, quod singula membra ferant eundem

eandem ordinem, vel attrahendo, vel pel-
lendo, donec locus nutriendus non am-
plius suscipiat.

Videtur Hippocrates euidam philoso-
phiandi rationi principium pulchrum pre-
bere, quam ego solco contra aliquos Neo-
tericos demonstrare. Existimant enim po-
tentias naturales animæ vegetantis agere
in quantum possunt, & semper eodem mo-
do, vt elementa faciunt. Semper enim ig-
nis calefacit quantum potest, & ex se e-
odem modo applicat sitam actionem, sic et-
iam attrahit, expultrix, & concoctrix, &
retentrix agunt merè naturaliter, & in quâ
temporibus, nulla ratione habita finis. Quo-
doctrina insuntur, qui opinantur virtu-
tem pulsantem non esse vegetatiuam, quia,
scilicet, pulsus, pro ratione finis varian-
tur.

Sed isti toto calco aberrant, Hippocrate
contrariam sententiam insinuante in hoc
textu, vbi dicit alimentum motum cessare,
quando locus non plus suscipere potest. Et
ipsa ratio physica id demonstrat, nam cum
esse sit propter operari, necessarium est, vt
perfectius esse perfectiorem producat ac-
tionem. Cum itaque elementa ita alliga-
ta sint modo operandi, vt semper eodem
modo agant, neque possimus dicere, nunc
magis, nunc minus agere: viuētia verò per
fectiorem naturam sortita, eleuatiorem
debent habere operandi modum. Quod
apparet in exemplo Hippocratis in hoc
textu, non enim natura semper attrahit,
eandem vim apponens, sicut ignis in calo-
faciendis: nam satiate partes nullo appeti-
tu animal molestare. Cessant enim ab ope-
re attrahendi, alijs perperam fame labora-
rent animalia, & plantæ continuo appeti-
tu alimenta eodem modo à terra perqui-
rereff; quod è contra euenire conspicimus,
animalibus, & plantis, vno tempore
magis, quàm alio attrahentibus. Ita vt ma-
nifestissimè finis perfectio ostendatur. Fi-
nis autem perfectio in naturalibus ex mul-
torum mediocritate ad illam ordinatorem
complexu à posteriori elicitor argumen-
to. Conferentio verò, & generatio viuē-
tium, multiplicem requirit mediocritate eor-
dinationem, inter quæ computatur iste
modus operandi, vt quàm possibile fue-
rit, secundum exigentiam finis, facultates
vegetabiles operentur, qua in re attingere
videntur infimum nature scilicet, quæ co-
gnitione præua ducitur. Vt in vniuersum,
vera sit toties à nobis celebrata sententia,
quod ipsimum nature supremam attingit

supremum nature infima, vt ex diuino A-
reopagita deducitur. Nec quicquam va-
let, quod scioli possint redarguere, dicen-
tes facultatem concoctricem hoc modo agere;
coquit enim calor quantum in se est,
vt ignis facit. Non inquam valet, nam inter
potentias vegetabiles ministrantes,
concoctrix est, quæ magis videtur in hoc
assimilari qualitati naturali; nam cum totum
suum opus calore persiciatur, magis
habet de modo operandi elementum, adeo
vt secundum aliquos ipsa elementum mix-
tio, veluti quadam coctione peragatur, aut
saltem actione multum simili concoctri-
cità latè pater coctio: ita verò attrahit,
retentio, & expulsio, non solo calore exer-
centur, sed alio etiam instrumentum, ita vt
in hoc eleuatio operis conspicitur, & ex
consequenti non ritum, si membra, quæ
non amplius suscipiunt, non amplius tra-
hant, vt dicit Hippocrates. Concludit tan-
dem textum, dicendo, quod quando ali-
menta reperitur incubum tepidum, ita
vt non egeat eo tempore nouo alimento,
ad aliam membrorum regionem permi-
tantur, vt finem explant, & hoc accidit
omni alimento, tam famineo, quàm ma-
luculo, id est, tam famineo, in quo præci-
net aqua; quàm masculo, in quo præcel-
lit ignis alimenta aquea tanquam debilia
appellat Hippocrates feminea; alimen-
ta verò magis calida, tanquam fortia, vo-
cat mascula. Sic in libro de Genitura
(vt scripsum Hippocrates interpretetur, se-
men aliud vocat debile, aliud forte. Et est
notandus locus elegans. Nam dicit, quod
in viro est semen femineum, & masculinum;
quasi dicat non semper à viris præstari se-
men forte, & prolificum, sed pro ratione
alimento quibus viuunt, & pro ratio-
ne mutationis temperie, & debile, & forte
generari semen. Eandem igitur loquen-
di formam seruat in alimentis, alia robusta,
alia debilia appellans. Nec multum distat
semen ab alimento, cum eius superfluum
sit, & ab illo feceratur, vt loco citato in-
quit Hippocrates. Necessitate, & violentia
persequente, hæc omnia fieri dicit. Sa-
pienter quidem, nam hæc alimenta finis
necessitate à facultatibus vegetatiuis mo-
teantur, vel attrahit, vel pulla, vel retenta,
etiam violentia patiuntur aliquam, cum
quædam grauiascendunt, ab alia leuia des-
cendant virtutis impulsu. Sed taliter per-
fectio finis viget necessitate, vt illa vio-
lencia, violentia non sit, quemadmodum
enim aqua ascendens, ne detur vacuum,
duci-

ducitur violentis, & necessitate, violentia quidem, ut grauis necessitate verò, ut ad propriam conseruationem vniuerso se se vniat, & arctissimè coniungat. Ita alimentum mouetur ad necessitate vniuersalioris finis, nutritionis, scilicet, animalis, licet aliqua sit violentia particularis, cedit tamen vrgentiori necessitati.

TEXTVS XXXIX.

Quæcumque autem destinatum fatum expleuerint, ea primum seceruntur, ac simul commiscentur: singula cum seceruntur. Omnia autem hæc commiscentur.

COMMENT.

Existimant aliqui, quod destinatum fatum alimentorum est coctio: ita ut dicat Hippocrates: Quæcumque alimenta fatum fatum expleuerint, id est, cocta sint, ea primum seceruntur, &c. Sed vltimus debent prospicere: non enim coctio fatalis finis est alimenti, sed vltima conuersio in substantiam viuens. Neque qui Hippocratem interpretantur (dicendo, quod alimenta postquam destinatum coctionis fatum expleuerint, seceruntur, & tendunt in ambrosia corporis, ut partes nutrant) quidquam ad authoris loquantur mentem, de quibus Dignus Hieronymus ad Paulinum: *Quæ ad fatum debilius intellectu sententias antiquorum ac commodantur, ita ut iam non antiquas, sed falsas loquantur interpretes.* Nam Hippocrates in textu 15. per commisceri, & seceri dicit se intelligere generari, & corrumpi: et igitur secundum illa verba tanquam secundam regulam Hippocraticam debemus reliqua interpretari. Dicit itaque, quod alimenta, ut fatum destinatum optime nutritionis expleant, ea primum, id est, antequam vltimè nutriant, seceruntur tanquam vtilia, & commiscentur medio coctionis opere: quæ actio veluti quædam generatio est facta per quædam mutationem, ut supra diximus, miscet enim calor per coctionem, & secerit, quæ duo bene possunt appellari largo modo generatio, & corruptio simul, ut dicebat Hippocrates textu citato. Singula igitur alimenta seceruntur, omnia autem hæc commif-

De Hippoc. Philosoph.

centur, & perfectissime coquantur, ad quas transmutationes sequitur nutritio, quæ est destinatum fatum alimentorum. Nam licet sit appositio, & agglutinatio alimenti ad membra, omnia hæc sub coctione particularium membrorum continentur, tanquam quædam conditiones necessariae, ut vitium adueniat terminus. Ita ut in illa appositione, & agglutinatione, semper sit seceri, & commisceri alimentum, ut vltimè conuertatur in substantiam aliti.

Hippocrate ex Hippocrate interpretato, docere opus est dicte rationis veritate (quamquam hoc habeat consona authori doctrina, ut non eget demonstratione.) Vide iam, quod alimenta, ut alimèta sunt, ad viuens scilicetandum creata sunt, & sine hoc naturali adeptio perficiuntur. Quod insinuat Hipp. per verba: *Expleuerint fatum*, quasi ad illud adimplendum, tanquam ad finem suum naturalem, quodam impetu deducantur. Cum itaque alimentorum coctio sit medium ad finem consequendum, certe toto celo aberrant qui media finem faciunt. Poteras negare destinatum fatum alimentorum esse nutritionem, e quidem negabis ipsam rei naturam, & creatoris ordinem, hunc finem tribuentis alimentis, ut superius insinuaui super text. 16. Sed qui hæc sacra non percipit, saltem vocabulum percipiat, alimentum enim non à coctione, sed ab alendo dici videtur, ut plurimum autem à sine, & à manere nomen rei imponitur.

TEXTVS XL.

Postquam autem regionem permutauerint, & adepta fuerint harmoniam rectè habentem symphoniam tres, sono comprehensim per omnia penetrante, videntur, & auferant, & auferant quibus etiam antea. Si vero harmoniam non assequatur prima symphonia, neque grana acutis consona fiant: aut si secunda generatio, aut si ea, quæ in toto est: uno deficiente omnis tonus vanus est. Non enim concertum habent, sed transitio fit à maiori ad minus, ante destinatum fatum, id quod nesciunt quid faciunt.

COMMENT.

Concludit inceptum discursum de alimentorum motu, & de ordine quo nutritio perficitur. Elaboratur enim alimentum tribus circuitibus, & coctionibus, quas symphonias vocat nunc Hippocrates. Musica igitur harmonia assimilatur alimentum elaborationem, sicut in musica, nisi gratia acutis consonent, perturbatur concentus; ita nisi facultates primorum membrorum, & posteriorum, ad istam elaborationem secundum suos gradus consonent, finis nutritionis frustratur. Et præterea, sicut in musica voces acutæ neutiquam possunt supplete defectum gravium, sed tono in primis deperdit tota destruitur modulatio; sic etiam in coctionibus contingit. Si enim prima coctio non recte exerceatur, neutiquam potest ab actione alterius membri suppleri; cuius ratio est, quia mutata parte coquere, & finis & instrumentum actionis variatur. Dicit ergo Hippocritus quod postquam alimenta regionem coctionum permittauerint, & addepta faciunt elaborationem per tres illas symphonias, in ventriculo, in iecore, & venis, & in partibus, tunc quidem necesse est, ut vivant tanquam iam cõversa in altera terram, & quod nutriantur, & augetant ista dem alimentis, id est, similibus. quibus etiam antea totum animal alebatur. Si vero prima coctio, & symphonia non recte exequatur, aut si secunda (quæ per arterias, venas, & iecur perficitur, quæ generatio ab Hippocrate appellatur, quia ibi magis manifestè mutatur alimentum.) Si, inquam, hæc non rectè exerceatur, aut si quæ per totum ambitum sit, vnaqueque deficiente totus finis, & tonus frustratur, & transitus fit à maiori ad minimum, id est, fit corruptio alimentum ante destinatum satum nutritiois. Imò, & ipsæ partes afficiuntur atrophia, & corrumpuntur. Nesciunt enim quid faciunt, nam si scirent, aut emendarent defectum præcedentis coctionis, aut antequam id aggrederentur, in coctum pellectent alimentum.

Numerus coctionum.

Tamen de numero istarum coctionum in plantis & animalibus diversa aliqui sentiunt, quod præcisè absolbam. Inter Arabes Avicenna prima primi doctri 4. quatuor coctiones statuit. Primam in ventriculo, inceptam in ore; secundam in iecore; tertiam in venis; quartam in membris. Et inter Græcos Actarius eundem numerum constituit. Tamen Hippocratis sententia,

hæc in parte, tanquam summæ philosophiæ parentis amplectenda est; quam sequitur ubique Galenus: tres, scilicet, coctiones celebrari in nostro corpore; primam, quæ chylus producitur in ventriculo; secundam, quæ generatur sanguis in iecore, & genere venoso; tertiam, quæ convertitur alimentum in viralem substantiam, quæ in toto perficitur corporis habitum, id est, in omnibus partibus seorsim nutritiois. Nam (ut rectè Montanus contra Avicennam lococo citato) quotiescumque partes consonant ad alimentum mutationem, ita ut omnes eandem formam intendant; talis actio, si est à pluribus diversis partibus præfertur, solet appellari vna totalis, quia omnes eandem habent finem, & à fine media specificantur, & ideo omnes illæ particulares actiones pro vna reputantur, quia omnium vnus finis est. Sic alteratur, quæ fit in ore, quæ in ventriculo, certè ad vnam tendunt formam chyli inducendam; & ob id non duplex, sed vna coctio censetur. Eodem pacto iecur generat sanguinem; vent, & arteria si non generant, saltem perficiunt, quia ergo, & à iecore, & à venis vna expentur forma sanguinis pro totius consonatione, hinc est, ut vna deatur coctio, non duplex, ut dicebat Avicenna.

De plantarum vero coctionibus inter gratissimos viros disceptatur, nam cum in actionibus naturalibus cum animalibus plantæ conveniant, videtur rationi consonum, ut & ipsæ tres habeant coctiones. Primam in radicibus, secundam in stipite, tertiam in ramis quæ ventriculi, iecoris & membrorum coctionibus analogia respondent. Huius sententia fuit Olympiodorus lib. 4. Meteor. & Albertus Magnus, penes quam sententiam non solum in animalibus, verum & in plantis tres symphonias ab Hippocrate nunc decantatas invenire licet.

Tamen (ut verum fatear) nunquam Olympiodori sententia ita mihi placuit, ut Aristotelis & Hippocratis vestigia desererem, lib. enim 4. de Morb. Sicut membra surgunt ex ventriculo, sic planta ex terra. Coctio igitur prima in plantis in terra ponitur celebratur, quæ ad plantas eandem habet rationem, quàm ventriculus ad partes. Sicut enim membra surgunt ex ventriculo coctum chylum; sic radices à terra coctum alimentum, calore ipsius terræ mutato à corporibus celestibus; quo fit, ut hæc ratione infans dum in vitro gestatur priuatur primo excremento, quia priuatur prima

Olympiodorus deservit

prima coctione qua fit in ventriculo, iuxta Hippocratis dictum lib. de Alimento: *Primordiale alimentum emollicum*. Quod est dicere, non solum infantes alimentum per os dum vtero geruntur: ac ex consequenti, & prima coctione, & primo excremento prius antequam per venas, & arterias umbilicales sanguis transmittitur.

Ex qua Hippocratis doctrina facile de- regitur error illosum, qui dicunt necesse esse, ut concepto animali tot ac tanta ex- sistant excrementa, quot ac qualia fieri iam absoluto a vultu foetus consueverunt. Nō legunt divini Senis loca, natura enim nunquam denegat vnum excrementum, quin denegat etiam precedentem coctionem. Sed forsitan Democriti & Epicuri sequuntur sententiam, qui fixum in vtero per os ali censabant; vide statim natus, ore ad mammas fertur, esse enim in vtero quadam papillas, ac oscula, per quæ alitur, ac bibant. Sed illosum opinio, tanquam sensui & rationi contraria, derelicta fuit ab Hippocrate & Stoicis, ut refert Plutarchus lib. 4. de Placitis. Quod infra demonstrabo text. 42.

Sunt itaque viscentia quam simplicissima, infans in vtero, & planta in terra. Ille expof- cens à matre vique dum certam obrineat magnitudinem & calorem, ut aerem exter- num, & solidius quietat alimentum; hæc vero semper terrenis visceribus inhaerens. Nec dispar est hæc similitudo; possumus enim ex longis generibus similitudines pe- tere vt docet Theophrastus lib. 1. de Cau- sis plantarum appellavit enim Aristoteles in poetica Phialam Sentum Bacchi, & Scutum Phialam Martis, iuxta interpreta- tionem Petri Victorii quod non est asse- quitus Roboretus. Sed redeo ad Hippo- cratem, quem sequutus est Aristoteles, il- lius proles sententiam transferens lib. 2. de Partibus animal. cap. 1. ubi expressè ali- mentum primum confectum à terra plan- tas suscipere latè probare videtur. Et quā- vis Hippocrates in hoc libro de omnibus animatis sermonem instituerit, iam ad si- nem descendens, de homine solum pertra- ctare constat, propter cuius diutam vni- versâ dispensatio iuventa est, ut patet textu 36. huius libri, & expè alibi. Atque adeo in vniuersum vera est Hippocratis sententia, tres esse in nostro corpore, iam extra vte- rum symphonias, per quas alimentum ita debet modulari, ut tandem tandem diuine anime locus sit.

De Hippo. Philosopho.

TEXTVS XLI.

Ceterum cur utriusque, tum masculus, tum femina, generentur, in sermone processu declarabo.

COMMENT.

Hominis efformationem enarrandam aggreditur in genere, & in communis postea verò promittit causas particulares lexis enotare.

TEXTVS XLII.

Quodcumque autem horum har- moniam assequitur, cum humi- dum existat, mouetur ab igne: motum significatur, & alimentum attrahit ab ingredientibus in mulierem cibus & spiri- tus.

COMMENT.

Postquam Hippocrates docuit elabora- tionem alimenti, quæ fit in homine iam constituto, merito aggreditur primordia- lem efformationem: debebat enim suppo- nere alimentum perfectè dispositum per symphonias tres, cuius residuum semina esse docent philosophi, cum dicant semen esse superfluum alimenti. Melius tamen omnium desinit Hippocrates dicens, in hoc rexta, semen esse, quod tres illas har- monias fuerit assequitum, & per illas ex- cultum. Ergo hominis generationem per traira principia explorare aggreditur. Atque vt in mundo maiori, prius cõspectum fuisse ignem, & illius adionem prius elu- cescere dicebat Pythagoras, & ante illum Empedocles (refertur Plutarcho lib. 2. de Placi. cap. 6.) sic Hippocrates ab ignis ope ratione factus exorditur fundamenta tria, quæ proponit consideranda in semine in vtero contento; primo, quod humidum mouetur ab igne. Secundo, quod id quod motum est, significatur. Tertio, quod tanquã necessarium consequitur ad vitam cõser- uandam, vt, scilicet, alimentum attrahat ab ingredientibus in mulierem cibus & spiri- tu. Quæ omnia firillatim perpendere ratio- ni consonum videtur.

Quid semen non cibus in doctrina Hippocratis.

Et primò perpulchrum est considerare ordinem illarum mutationum, quas cum multis segniter relinquat, in aliquis opinio nec incidunt nondum probabiles. Atque ut hæc authoritas eluceat, patere quidem potest, semen non esse statim animatum, vt multis placet nostri temporis authoribus: esse enim necessarium, vt mutationem subeat nouum, ad hoc, vt anima pullulet vegetatima, quod Hippocrates satis clarè docet, dicens: *Humidum mouetur ab igne, deinde sustum visificatur, tandem attrahit. Quasi dicat præcedere prius actionem caloris mouentis, & concitantis materiam, atque ad illam dispositionem succedere vitæ primordia: quod libro de Natura pueri visus est probare ex præfatio (vt mea fuit sententia) nam totus est in explicanda illa commotione à calore producta, qua semen statim elaboratur, & ipumescit, exemplo posito in omnibus combustibilibus, quæ spiritum & statim emittunt. Idem explicat libro de Genitura. Ergo ex Hippocrate sit conspicuum, non statim visificari semen. Credebat enim animam altioris ordinis formam aliquam prærequirere, dispositionem, elaborationem in materia: quod Aristoteles absque dubio infectatus est. Nam libro secundo de Anima, textu 10. duo corpora excludit à ratione animatorum, semen, scilicet, & cadauer. Semen quidem, quia nondum possit cadauer autem, quia eam abiecit. Quo loco omnes Interpretes idem sentiunt. Nec quisquam valet vulgaris distinctio, vivere in actu primo, non tamen in actu secundo. Nam Aristoteles in eo textu, de actu primo philosophatur, tanquam inuestigans essentiam animæ, quæ in illo actu primo propriè consistit, & de isto actu loquens, inquit, quod semen ad illum habet potentiam, non tamen illum habet, vt alimentum est in potentia animatum: quia conuertitur in carnem, quæ potentia licet dicat subiectum aptum natum, excludit tamen habitum formæ. Quod si Aristoteles alit in locis semen vivere narret, explicanda est illius sententia. Solet enim in libris non auscultatoris non sic exactè loqui, præcipuè circa ea, quæ alibi subtiliter est contemplatus. Vbi ergo docebit ex propria sententia, quæ corpora habeant animam, certius quam in libris de Anima? Certè in nulla alia parte. Auscultatorij sunt libri de Anima, vt censet Aulianus, in quibus microlo-*

gicè, & demonstratinè procedit Aristor. Tamen cum semen ad eam temperiem euectum sit, vt proximè vinar, hanc est vt alii quando Arist. vita sua dicat, quia quod parum distat nihil distare videtur: & priusio quæ antecedit formam, dicimus quodammodo, & largo modo forma. Maneat tamen res intellecta nullo pacto formaliter esse animatum semen, si Hippocrates & Aristoteles vestigia insequenda sunt.

Sed validum Vallesij ingenium concitat antiquum argumentum: habet potentiam generatiuam: ergo est viuens nam hæc propria passio altricis animæ censenda est.

Rectè quidem, si illam potentiam haberet semen, vt agens principaleat illam non habet, nisi vt instrumentum taliter dictum, quantumobrem omnia habet tanquam motum, virtualiter, scilicet: vt sagitta impulsæ, quæ mouetur in absentia Impellentis: neque ex hoc sequitur, quod moueatur à proprio principio actiuo: sed quot sunt, quæ, licet communicentur, non tamen communicantur principia à quibus proficiunt: Multa certè habent calor: non necessariò habet ignem, habens torporem à frigore communicatum, non habet piticè. Quis ergo vetat communicari semini impulsam, & virtutè à principali agente sine hoc quod anima indatur? Igitur descendit, quod semen, dum sub forma seminis est, habet in potentia proxima actum primū animæ vegetantis, & ex consequenti omnes potèrias, quæ ad talem actum consequuntur: inter quas numeranda etiam potentia generatiua, vt expressè docet Arist. 7. Metaph. c. 3. vt inferius explicabimus.

Sed iam video obijcientem, asserre sententiam supra explicatam trigentesimam quintam, quæ Hippocrates, vel secundum propriam, vel secundum aliorum opinionem animam esse calidum insinuat: argumentumquè conficitur non debile: nam si anima nil aliud est, quam calidum natium, & huius fons in semine existit, atque ab eo tanquam à principio per totam vitam effunditur, consequens est, vt semen per solum calorem natium in numero animatorum constituendum sit.

Præterea, quæ in textu 37. dicebat Hippocrates: *Incipit in hominem anima, igni & aqua temperamentum habens.* Si igitur (vt ibi explicauimus) animata faciebat alimenta Hippocrates ex igne & aqua consistit, vt talia etiam nutrit: quanto melius, & verius, & consensè fons principis, dicemus: Exiit ab homine anima in semine, ignis & aqua

Obiectio.

Responsio.

& aquæ temperamentum habens. Si enim propter istam temperiem vitæ dicebantur alimenta, quanto magis semen, quod exculturam, elaboratam, & perfectiorem partem par conditionem, adeo ut calestem, illam appellaverit Aristoteles? Ergo semen nullum est, nisi animatum in doctrina Hippocratica.

Sed hæc non perturbant veram Hippocraticam sententiam; nam quamvis animam nil esse aliud, quam calidum naturale credi dicit Hippocrates, diceremus, quod est certus gradus, & certa & peculiaris modus ratio caloris, quæ dispositiones præcisè conlocitur ratio animæ vegetatiuæ, quibus sublatis amittitur anima. Idem de anima sensitiva dicendum est, eleuato tamen & magis sabado calore, & per varia organa dispersio. Quod non sic explicauit Lucillus Phylalteus, cum illa de animæ essentia sustineret opinionem. Excipimus verò (vt postea dicemus) animam rationalem, quæ à diuina potentia per creationem exorsâ, in corpus dispositioni insilit. Ergo (his suppositis) dicendum est, quod semen, quamuis calidum sit, & spirituosum, tamè nondum illum gradum, & modum caloris acquisiuit, ad quem anima consequitur, vsque dum ab ipso calore motum, excodit, & maturatum fuerit, & ob id inquit Hippocrates: *Prius mouetur, deinde vivificatur.*

Ad terram obiectum respondetur facillimè, si idem verbis Hippocratis, nã sicut irreptit in hominè anima latrans in alimentis, in potentia remota ita etiam irreptit in semine in potentia magis propinqua; quia in semine magis exculta est ignis & aquæ miscella: adeo vt Arist. comparauerit calorem feminis elemento stellarum. Neq; ab elemento ignis originem trahere, vt explicamus in textu primo. Tamen plura, quæ huic disputationi deesse videntur, in sequenti textu explicare censemus.

Sed iam opus est, vt huic textus particulæ valedicamus, si prius breuiter aduertamus, quo pacto humidum feminale moueatur ab igne. Nam si attentius inspicimus Hippocratem, inueniemus duplicem motum, alterationis, scilicet, & localem. Nam & calor variè partes disponit, & spiritus in elusus iam exiliens, iam verò introcoactus humidam substantiam concitat. Doctrina est Hippocratis in textibus sequentibus, & libro de Genitura, & de Natura pueri, & Aristot. in lib. de Genera. animal. & Aucienæ cap. de Generatione embryonis.

Sed vtrum talis spiritus motum habeat

De Hippoc. Philoſop.

peculiarem, & vtrum producat de articulationem, vt calor id faciat, vel vtrum ambo instrumenta sint superioris formationis potentia, sunt genitrix huius loci difficultates, quæ in sequenti textu dissoluitur: quia magis in eo explicat suam mentem & sententiam Hipp. Quamobrè reliquias huius textus particulæ accipe explicatas.

Inquit Hipp. quod statim ac semen vnicificatum est, attrahit cibos ingredientes in matrem. Rectè quidem docet Hipp. ab attractione vitam incipere; poterat enim esse quæstio, quænam sit prima actio, quam viues acquirunt? Cum enim tandem sit viuens, quamdiu nutriatur; videtur non ab alimenti attractione, sed simul cum ipsa vita nutritionem incipere: ergo nutritur genitura ex proprio humido, postea verò ad illius reſtaurationem attrahit alimenta materna. Præterea ex duobus, quod facilius est faciendum elegit natura, sed multò facilius est transmittere ex toto corpore sanguinem ad vterum, vt semper solet: ergo hoc potius facit sagax natura, vt tantum opus non pendat ex tam debili & anticipari feminis attractione diuisi quæ sit operis sollicitudo, corpore debitum alimentum inferuiente, & artifice facultate perfectioni muneris incumbente.

Tertio, quia potius ab expulſione noxiæ, quam ab vtili attractione debet incipere reſtam quod noxiæ est, potest vitales actiones perturbare: ergo sicut dispositio naturaliter præcedit formam introducendam; ita expulſio illius, quod præter naturam est, debet præcedere attractionem alimenti: Consonè quæ videtur, vt statim ac genitura viuunt, expellat aliquas (etsi paruas) partes excrementitias vaporosas, aut fuliginosas, quæ ex propria ebullitione, & ex loco in quo est, contraxit, ac tandem illis expulſis nouum attrahat alimentum.

Quarto, quia cor in primo instanti sui esse, non fuit productum cum dispositione præter naturam: ergo nec est calore immode-rato; & sic neq; attractione, neque dilatatione indignum. Probatur illud antecedens, quia repugnat cuiilibet formæ, vt introducat cum dispositionibus sibi repugnantibus: ergo immèdiatè post primum esse cordis non est dilatatio. Tunc sic, sed immèdiatè post debet moueri: ergo relinquatur, quod talis motus sit compressio. Hoc argumento mouetur Gentilis lib. 3. Aucienæ, Ven. 10. traçt. 10. c. 7. Dub. 6.

Et confirmatur, quia cor generatur in ea dispositione, quam habet post dilatatio-

*Dubium.
Que operatio
sit prima.*

nem; ergo restat vt conuertatur ad cōtra-
dictionem propter finem necessariò eleua-
tos.

Vt tamen quid sit magis Hippocrati
& veritati consonum, intelligatur; aduer-
tendum est primo, nullam esse demonstra-
tionem, quæ probet motum à quo exordia
tur natura. Sunt enim omnes rationes pro-
babiles, sed fortan efficaciores eligimus ad
nostri textus amplioreñ enodationem.

Secundo est notandum, quòd Aristote-
les in lib. de Morte & Vita opinatur, quòd
inceperit natura à dilatarione. Et probat
sic; quia in morientibus postremus motus
est compressio, & exspiratio: ergo post
primum instans postrix nature prima opera-
tio fuit dilatarione, & inspiratio, propter le-
gem contrariorum. Hoc argumentum Ar-
istotelis, tanquam seledum & conclu-
dens adducunt moderni, & inter illos An-
dreas Laurentius vir optimi ingenij & pro-
bare doctriinæ. Ego verò quamuis senten-
tiam Aristotelis tanquam magis probabi-
lem amplectar: eius tamen argumentum
mihi non placet. Nam fallaciam habet
hæc consequentia: Primum motus nascen-
tis est dilatarione: ergo vltimus motus mo-
rientis est compressio. Non valet (in-
quam) quia poterit aliquis dicere, quòd
illa vltima compressio, non est motus fa-
ctus ab anima, sed punis de sensus mem-
brorum à propria gravitate, quæ sola ope-
ratur post illud instans mortis. Et sic pati-
tur illa consequentia multas fallacias; imò
videretur absurda, vt dixi.

Praterè nullam habet connexionem
necessariam licet concedamus vltimò fieri
compressionem) hæc consequentia:
Compressio fuit vltima; ergo dilatarione fuit
prima. Quæ non bene sequitur: In vltima
parte vite fuit maior necessitas expellen-
dæ fuliginis: ergo in prima parte vi-
tæ fuit maior necessitas attractionis aeris.
Præsertim cum possit fieri demonstratio,
aut saltem ratio efficacissima ad proban-
dum, non esse maiorem rationem de vno,
quàm de alio. Quæ talis est: Anima tunc
deserit cor, cum accedit dispositio sub qua
non potest esse, & immediatè ante illam
poterat esse. Sed sic est, quòd in tempore
immediato ante hoc instans non potest
conflare, cuius motus sit maior necessitas,
quoniam accedente dispositione vltima
corrupta, ita poterit corrupti animal,
sive immediatè ante indigeret dilatario-
ne, sive indigeret compressione: ergo non
est maior ratio quare vnus motus sit vlti-

mus, & alter non; sed poterit multoties al-
quis mori ante compressionem, quia scilicet,
tunc fuit introducta vltima contraria
dispositio. Hæc cum non videat Lausen-
tius, conuincitur argumento Aristotelis.

Tertio notandum est, nonum esse quòd
omnia appetunt, esseque finem omnibus
entibus propositum tanquam bonum, ad
quod totis viribus aspirat, ergo esse genera-
ti, natura enim sollicitat, adeò vt aliqua
proposito ordine faciat, dummodo cito
forma adueniat desiderata. Sic in vtero li-
cèt aliquæ sint feminis evaporationes ex-
crementitix, illis posthabitis, formam vi-
uentem perquirunt auida natura: quæ con-
sequuta, postea plura agit in formæ conser-
uationem.

Hus suppositis opinatur, quòd incipit
natura ab attractione, quia cum tota ratio
existenter anime in corpore pendat ma-
terialiter, ex certa ignis & aquei commu-
tatione, & hæc faciliè obsolescat nisi ad-
uentus similis conferretur; hinc est, vt (se-
liquis oblitis) attractionem præcedat redi-
tur natura. Quod expressè declarat nosse
textus, dicens: *Motum significatur, & ali-
mentum attrahit.* Et sic prius fuit dilatarione,
quàm compressio cordis; & inspiratio,
quàm exspiratio. Quod probatur etiam,
quia generatio spiritus tam essentialem
partem habet in causâ finali pulsus, vt pro-
pter illum reparandum, non quascumque
differèntias efficiantur, sed laboriosas ad-
modum, ita vt pulsus maximus postre-
mo apponit conatu. Sed sic est, quòd post
illud instans generationis, maior se offert
necessitas generandi spiritus vitales, & ani-
males: ergo propter hunc finem incipiet
natura prius à dilatarione. Non enim suf-
ficiebat (vt tacite obiectioni responderam)
spiritus copia à matris visceribus deriva-
ta, si propriis spiritus deficeret, quem appro-
priatum vocant Anticennales.

Sed contra istam conclusionem rursus
arguit in hunc modum: Ad hoc, vt sit dila-
tatio, debet esse calor præter naturam; &
ad hoc, vt sit calor præter naturam, debent
præcedere fuligines, quæ illum producunt;
ergo de primo ad vltimum debuit esse pri-
mò necessitas contractionis ad pellendas
tales fuligines: ergo contractio fuit prior.
Respondetur concedendo anteceden, &
negando consequentiam, quantum attinet
ad præsens punctum, & ratio est, quia li-
cèt fuligo præcedat, est tamen in tanta quã-
titate, quæ valer calefacere, & non in ista,
quæ compressionem expostat.

Ex

Ex his patet quid dicendum sit ad argumenta. Nam primum argumentum, licet efficaciam habere videatur, solutionem apertam habet. Illa enim communis sententia: *Tamen visum, quædam nutritio, non sic intelligenda est, ut conuertatur nutritio & vita, neque possit vita sine nutritio persistere, quia hoc non admittit optimus philosophus.* Nam nutritio, quædam mutatio est & aggeneratio instantanea, quæ in durationem vitæ ordinata fuit à natura: vivere verò nihil aliud, quàm esse viuendum. Non enim consistit vita in operatione accidentali, sed in esse substantiali, ita vt animal esse viuū sit prædicatio substantialis. Latè hoc probat Sanctus Doctor, & eius schola 1. p. q. 18. & q. 34. art. 1. ad 2.

Quod si rursus magis ex sensu rem velis pernotare, intelligas, Peripateticos, distinguere viuens generationem, aliter tamen quod generatio est prima participatio calidi in humidum, vitam autem, quod sit illius calidi in humido permansio: quibus verbis materiale quod se tenet ex parte corporis designatur. Et hoc semper intelligendum, quamuis dicamus illam permansioem esse vitam. Colligamus itaque, quod dommodo calidum naturale existat in suo humido simpliciter vita dicenda est, quamuis nulla tunc ex alimentis suppeditetur nutritio, vt in rabidis videmus, qui magis viuunt ex proprio humido, quam ex alimentis, & in Atrophia laborantibus qui affectus in defectu nutritionis consistit. Bene verum est, quod dicitur non perfecte rabit animal, nisi ab alimentis per nutritionem suppeditetur pabulum. Tamen illud maneat indubitatum, permansioem istam calidi, in suo proprio humido vitam immediate conferuare, nutritionem verò accedere postea. Nunc rursus inter nutritionem & attractionem controuertitur, quæ illarum prior sit in vitæ subsidium. Certè si non contingunt rationes supraposita, saltem hæc apparebit clarior: nam nutritio est transmutatio alimenti in substantiam alitè ergo si non est alimentum, non erit nutritio. Tunc sic. Nō præcedit attractio. Ergo non est alimentum quod conuertatur, quia attractioem eligitur simile, conuertendum in substantiam viuentem: ergo impossibile est præcedere nutritionem: ergo viuens ab attractione exorditur, vt possit nutrirī, & conferuari.

Secundo argumento respondendum videtur, quod quamuis cōcedamus, facilius

esse pelli humores ad vitæum, imò sua granitate necesse posse ad foetum alendum; tamè si virtus attractiua genitura oriaretur, nullo pacto perfectum opus exiret, sed vel suffocaretur, vel informe aliquid semper generetur: nam cum non haberet simile alimentum quo nutrireretur, proculdubio corrupteretur. Hoc autem simile à sola virtute attractiua inuenitur. Ergo nihil aliter, quod totū corpus pellat ad vitæum: ex hoc enim quod aduenit, virtus hæc eligitur quod magis simile est in foetus alimentum.

Nec tertia obiectio aliquid probat, si aduertamus, quæ dicta sunt. Nam licet cōcedamus, quod genitura statim ac viuat, vtrumque appetit, & expellere fulgines, & attrahere simile tamen hoc prius exequitur, nam melius sumi conuenit finem, quia attractio nouo alimento fouetur, & rē peratur, & roboratur ad fulgines pellendas. Itaque, & vitam securè custodit, quod maius est, & inimicum truditur si prius pelletur quam traheverit, periculum esset, ne diftemperaretur, & ex consequenti vitam perderet; præterquam quod fulgines, aut vapores illo tempore, neque tales, nec tanti sunt, vt naturam irritent ad pullionem; ergo quia maius commodum consequitur ex attractione, quam damnum ex dimissa expulsiōe; hinc est, vt ab illa exordiat sapientissima natura. Quod intelligens Auicenna lib. 1. fen. 11. Cap. 1. inquit: *Et cor quidem nutritur cum virtutibus suis naturalibus, cum illi statione.* Quibus verbis priorem locum tribuit dilatationi, & attractioni. Quod in eodem capite iterum manifestat. Igitur rectè Hippocrates in nostro textu asserit humidum motum ab igne viuificari, & alimentum attrahere ad ingreditibus in mulierem cibus & spiritu. Quæ si meminisset doctissimus Andreas Laurentius, non dixisset in c. de Foetu, in prima illa vitæ subsidium, quia simplicissima est, & nullum patitur exhaustum, nec dispendium, sed seipsam tuetur. Hoc (inquam) non admittit rigor philosophicus, nam impossibile est, vt vita illa nullam patiarur exolutionem, siquidem calor in continua est humidi resolutione. Restat, vt tūc parum resoluat, & parum attrahat, & parū nutriatur.

Ad argumentum Gentilis concedimus, quod non generatur cor in statu præter naturam, tamen dicimus quod prius calefit præter naturam, quam suffocetur à fuliginibus; & sic prior est dilatatio ad artem perandum,

perandum, & generandos spiritus.

Ad confit. resp. similiter cor generatum esse ante dilatationem in naturali tempore, postea verò callescere, & postea dilatari. Neque opus est, terminos, *incipit, & desinit* in memoria reuocare. Clarum enim est, quod, (siccè loquendo) post illud interim secum quo habet esse cor, non potest immediate moueri propter dictum finem. Patet, quia immoediate post non potuit esse indolens calor, quia hic inducitur in tempore, & ex consequenti post illud tempus, incipit dilatio, & non compressio. Sed diuinus incipere motum statim post illud esse, quia quam minutus fuerit gradus caloris introductus, & in brevissimo tempore aspirat natura ad illum circumsimè attempandum media dilatatione. Hæ sunt probabiles rationes, quibus nostra innititur conclusio.

Hæc dico, loquendo de causa finali pulsus, quæ sicut Medici consideramus. Cui verò et philo- sopho de natura vitæ disputamus, aliam causam finalem essentialè contemplamur; e qua, si vitæ essentia ab-

Sed hæc omittis videamus quid doceat Hippocrates in ultimis verbis huius textus, quibus ostendit, nutriri foetum ab ingredientibus cibis, & spiritibus; videtur enim insinuare, factum deorare cibos, & proprio ore vitæ, & respirare spiritus matero attracto. Quod Galenus vult esse concedere, lib. Quod animal sit, quod vitæ contineatur, adducens locum Hippocratis libro de Carnibus, ubi ita inquit: *Puer in utero conparatus habet, ex utero matris fugit, & tunc alimentum, tum spiritum carni introtrahit, ebi mater respirat.* A postiori enim fallaciter arguunt ab Epicuro & Democrito, ex quorum opinione inter aliqua scripta Hippocratis illa verba malè illapsa reperitur. Cum enim videbant infansulum, nullo docente matrem appetere, & ore tam dextrè vitæ, credebant illud esse in vitæ ipsius succionibus. Præterea, quia statim natus puer facies emittit, antequam quicquam externum deuoret. Ob quas rationes in vitæ etiam deglutiebat. Quæ videtur verbis huius textus confirmari.

Sed quamvis de hac re actum nobis est superiori textu 40. ubi probauimus ex mente Hippocratis & Aristotelis, factum in vitæ non habere illas tres symphonias, siue coctiones, nunc per paucâ addenda ad non sibi textus perspicuitatem. Is enim nobis mos est, vnicuique restitui gemina ad præparationem de vna re non simul, sed diuinitate complicatas.

Equidem Hippocrates ostendit nutriri foetum, cibis & spiritu matris, non quod

sicut illa deglutit, aut respicit; sed quia nullum aliud habet alimentum, præter sanguinem matris, qui ex alimentis ingredientibus generatur. Quod in isto philosophico libro de Alimento clarius docuit, ut superius diximus. Quæ omnia hinc deinde, & citra conuenerunt, in omnibus huius seculi Medicorum & Philosophorum facile Princeps Valerius (vt alia multa) sic licèsimè illustrauit. Et non solum libro de Alimento, sed lib. de Natura pueri, Hippocrates idem attestat, dicens: *In utero carni umbilicus fabricatur per quam spirat, & incrementum capillus factum.* Et libro de Oculi mellis parte, videtur explicare hunc nostrum textum, dicens: *Videtur per quæ, & alimentum, & aer ita factus alio modo, & ingressus solus in reliquo corpore, mater habet, & per hanc vitam introtrahit in corpus partem ipsi factam.* Quibus locis manifestè præter Hippocrates, adeo, vt in libro de Carnibus, aut nouerit deest artemia, aut additum sententiæ esse tanto viro in scriptis dicendum sit.

Ego enim (vt verum fatear) nunquam credidi Hippocrati ita exactissime, quia cum ex professo factum situm enarrat tanquam oculatis testis & experis Aristotelis, ait foetum habere caput ad genas applicatum, non ad papillas vitæ, vt opinati sunt Democritus. Si enim otari non debet os puella proculdubio capitis reclinatum adiuuaret natura. Præterea, quia ipse Hippocrates hoc libro, & mille alio locis, nihil aliud clamat, quàm reijci à natura illud, quod distansile est, & præcipuum reiectioni in exilium tanquam immo cum. Quod ergo est in illis vacuitatibus vitæ, quod respicitur factus non sit excrementum? Hoc itaque neutiquam ore attrahit. Sed illud magis confirmat mentem nostram textus, quod natura non vitæ pluribus modis ubi pauciora sufficiunt. Ergo cum per vitales arterias, & venas sufficienter ministrantur alimentum, quorum ore laborat infans illis? Quod si adhuc turpet in tua opinione persistentes, procedite vitæ, & non solum per os, sed etiam per omnes totius corporis poros alimentum allici cum Alimentatione potius affocare, qui foetum dicebat, veluti spongiam, per cor, omnes poros absorbentem in hunc.

Quod vero infans statim matrem aggrahatur, non ex consuetudine, sed nature contingit impulsu, quæ ad propria alimenta quærenda conatur. Factis autem non primæ coctionis secreta sunt, sed

impuri sanguinis excrementa, quæ alienè trahuntur, & in intestinis reticèntur. Sed à hæc explicatio finem exoptat.

TEXTVS XLIII.

Primum quidem vnde quaque similiter, dum adhuc valde rarum est, à motu autem & igne siccatur, & solidum redditur. Et ignis inclusus non amplius sufficiens alimentum attrahere potest, neque spiritum expellit, propter ambientis densitatem; consumit enim humorem intus existentem.

COMMENT.

Hippocrates in hoc textu, & sequentibus delineat foetum, nullumque alium artificem nascit, nisi calorem, aut ignem temperatum, ut explicuimus; aut spiritum, qui calidus est: ab hoc enim mirandam istam factus delineationem proficere fatetur. Tamen aduertenda sunt verba quibus docet duo esse tempora diuersa, in quibus diuerso modo se habet semen, primum, an tequam exterior pellicula densetur, & tunc tota illa substantia feminalis spongiosa est, & rara, & ob eam causam omni ex parte allicit, & congregat humorem proficuum. Secundum tempus, cum iam densata extrema pars circumambiens, & indurata existit à calore exteicant, conclususque manet spiritus, neque foras prorumpere potest. Magnam enim naturam adhibet diligentiam in custodiendo isto spiritu: nam cum igneam habeat & subtilem conditionem, euolare statim, nisi densò quodam domicilio circumdaretur. Igitur ob id statim dicitur pars externa, ne cito artifex spiritus proprium deserat munus, & intro conclusus varios & pulcherrimos effectus producere conetur. Nam alimentum, & pabulum querens in humidum sibi proximum agit, ex qua actione varia coniungit delineatio. Hæc videtur mens nostri Hippocratis in præfati textu, quæ multis difficultatibus insoluta apparet his, qui non exactè mirabile artificium contemplantur.

Prima difficultas ex eo oritur, quòd in opinionem Alchizonis incidat Hippo-

crates, cum in primis verbis dicat, dum rarum est semen in isto primo tempore, quo vterò concluditur, alimentum accipere vnde quaque.

Sed hoc dubium non turbat Hippocraticam sententiam, inò magis illustrat, nam feminalis spiritus, in vtero, quocumque ex parte allicit humidam substantiam & congregat, ut in vniuersum globum concludat, licet in humidibus experimur, quæ oleo fouentur: intro ergo conclusus, allicit, & congregat vnde quaque substantiam femineam sibi congenitam, & hoc non est invidere in opinionem Alchizonis.

Sed indurari, & exteicari pelliculam primam à calido sibi spiritui apertum videtur. Tamen quo pacto à motu id fiat, non satis apparet. Quòd, ne deficerent qualitates primæ ad rerum generationem, & conseruationem, plures habent modos productionis; apud philosophos tritum est: produci enim calor à multis causis, ut probat Galenus in lib. de Caus. morb. & cum siccitas à calore proficicatur, etiam ab omnibus causis caloris oritur. Similiter & de alijs qualitatibus dicendum est, alia enim ex alijs, licet accidentiter, & ex nullis causis produciuntur, ne vniquam deficiat in mundo principium mixtionum. Sed quò motus est iste, quo exteicatur, & induratur tunica exterior, quo circumvallat reuerentius spiritus? Certè nullus alius nisi ipsius spiritus ignei agitatio, à propria enim leuitate statim foras tendit, vultus compressus, ad alimentum conuertitur, & cõglobatur; in isto motu exardescit calor, actiuæ actiuitas, & tandem relinquit siccitatis effectus, in partibus illis feminalis, ex quibus prima tunica fabricatur. Admittit etiam quæ maximè vterò calor quod eleganter explicat Galenus lib. de Semine, & nosse Hippocrates in lib. de Causis, qui liber obconitissimum quoddam commentarium videtur istonum veterum. Generam autem tam cito illa tunica ob dispositionem præterea facile indurabitur. Sic enim in Hippocrates loco citato: *Pinguissimum calidissimè usatur.* Igitur primis diebus tunica ista tenuissima infusecit ex parte ut quibusdam pinguis moderatè induratur, quam Hippocrates vidit in illa saltatrice. Præterea ipsam calidum, semper mobile est, & multo magis, quanto magis calidum, & magis solutum. Quòd satis diffuse probat Hippocrates in lib. citato, ex exemplo ignis in aere quieto existentis, vbi à nullo motu semper est in continua & cocitatione proprii loci

accidit. tex. proponitur.

De feminis natura longa redit & pulchra dispositio.

Opinio Alchizonis in an

andissimus, eundem motum contemplantur in nostro calido ubicumque sit, adeo ut motum cordis & arteriarum, in motum ignis spiritus referat, ut possis dicere, Aristotelem ex libro de Principiis mutasse illam opinionem de pulsus generatione, in libro de Spiritu, si modo liber ille Aristotelis est. Ece quo pacto sibi coherencia loquitur Hippocrates, eundem in hoc textu asseruerat moueri, quidem: rursus ex hoc motu, tanquam ex causa quadam adiuuante resultare duo: nempe, & quod calor magis exsiccet, & quod partes quae debet abire in tunicam illam, moueantur ad superficem. Sed cum tantum artificiam Hippocrates in illis textibus, in fofum calidum & eius motum refundat, videamus an deberet facultatem formatricem & animam nobis demonstrare, an sufficere solus calor tam mirè temperatus.

De formatrice virtute.

Plures fuere opiniones de hac re. Quidam enim ita diuinam hanc structuram mirabantur, ut virtutem formatricem à Deo Optimo Maximo per quamdam intelligèntiam derivari credidissent: quam in ordine decimam esse putavit Auicenna, ut refert subtilissimus eius interpres. Quam asseritorem aliquando Themistius intequitus est, ponit autem illos viros mouere argumentum desumptum ex his animalibus, quae nullo femine precedente emergunt ex visceribus putredinis. Cum enim eadem apparet membrorum efformatio, ac si per feminalem substantiam effingeretur, videtur probabile, à superiore aliquo cognoscente veritatem immitti, alioquin non est figurabile principium unde tam pulcher effectus potest proficisci.

Equidem si antiquorum dicta non maxima veneratione coluntur, & ingeniosè interpretantur, est obsecrare fontes illos primos sapientiae. Hoc dixit propter Galileum subtilissimum, qui notans fuisse Auiennam, inquit bestialiter fuisse loquutum, ponendo illam causam diuinam creatricem formatricem. Sed quo pacto interpretandus sit Auicenna, & quod fuerit eius intentum, statim dicam.

Alij verò formatricem hanc virtutem corpus quoddam esse animatum putarent. In qua opinione fuit Zeno & Leucippus, ut refert Galenus in lib. de Hilo. Philosophica. Democritus, & Sutor

spiritaem quamdam potentiam esse contendebant, sed corpoream.

Quod si Platonem in praesentia admittamus, diuinum statim dogma nobis ipse proponet; nimirum, ab anima mundi facultatem habere (ut & cuncta alia) gubernari. Diuinum equidem plenum, & cum Christiana equidem non parum consentiens. Si enim nobis (ut par est) concedatur, quod Platonem, & alios antiquos philosophos mos erat frequentissimum, subobscuris, & figuratis sermonibus vti dicemus in rebus omnibus quoque in esse, de meliore multò (quam nostra est) mente procedens, quod alet, gubernat, vivificatque singula mundi huius inferioris superiorisque corpora, quodque animam mundi Plato compellat idem omnino cum diuino à sacra Scriptura vocato spiritu. Hic enim actionum omnium est seminarium, de quo Rex Propheta canebat, dicens: *Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terra.* Quod si rem confirmare tibi opus est, accedat vnus promille, Mercurius ille Terminus, qui in sermone ad Asclepium hanc subiicit verba: *Spiritu agitur, & creatur omnis in mundo species. Spiritu subsistantur omnia, & vegetantur in mundo, & quasi organum summi Dei voluit, ut subsistantur.*

Quid nosse Hippocrates dicit in tam vario opinantium complexu? Certe aliquando naturam vocat istam facultatem, aliquando temperantiam ex igne & aqua, aliquando spiritum, aliquando ignem diuersis cetera rationibus. Naturam, quia principium motus; temperantiam ex igne & aqua, propter rationes superius explicatas spiritum, propter subtilitatem agendi, aut ob partes tenues quibus calor insidet; ignem propter calorem, qui proximum est & immediatum instrumentum quo materia disponitur.

Quae doctrina Hippocratis ut elucet, scilicet calorem inter reliquas qualitates assumi ad ista opera mirabilia, quia perfectior qualitas est, ex profecto ordinis pulchritudo, ut suprema qualitas attingeret infimum supremum, ut esset, scilicet, instrumentum perfectissimum operationum, & sic assumitur ad mixtionem rursus temperans vitium ad perfectum opus, ad perfectiorem, scilicet, mixtionem. Adeo hoc verum est, ut operationes eleuatissime, quales sunt cogitationes & sensibilibus observationes, calore excitantur, ut organi dispositione; eundem

Silentia Hippocratis de his re.

calorē assumit coëlix inferior, quæ residet in carne, aut vetriculo; & æstivatio, quæ residet in cerebro, licet diversis modo ele- vatum. Et ob id dicebat Averroes virtutes aliquas carere organo, non tamen carere medio; caret enim æstivatio organo, quia, scilicet, non habet determinatum organum dissimulare, sed in qualibet parte cerebri residet, non tamen caret medio, nam virtus medio calore taliter temperato nõ ad ipsam actionem (hæc enim immanens est) sed ad organi materiales dispositionem. Et in hoc (vt dixi) relucet pulcherrimo ordinis, cum videamus, superius potentiarum inferiorum esse temperiem, & in hæc totā suā essentiam consistere, sicut dicit Galenũ & optimos Philosophos, & illā atringere operationes superari potestiam, atq; vt vegetatio, in qualibet parte vivente residet, ita & redrices in qualibet parte cerebri, vt probabilior defendit opinio. Idem intellexit Hippocrates philosophandam esse in semine, quod spiritu mirè temperato gubernatorata vt merito omnē actionem in illum refundat. Neque necessarium putet in hoc libro addacere facultates, vbi de ipsi elementaribus qualitatibus, & illarum actionibus pertractat, prout in vivente, vel prout ad vivens. Nec mirum tyronibus videatur, quod dicamus sufficere taliter directum calorem, & taliter temperatum, ad ista munia exercenda. Hunc spiritum, hoc calidum, prout operatur in virtute generantis, voca tu potentia generativa præditum, prout efformat ex diversâ dispositione materię varia mēbra; voca formatrice exornatum, prout simulatur celesti qualitati; voca celestem, prout à vivente decitum, voca animę portionem, prout omnia agit in virtute principalis agentis; voca instrumentum separatum. Hippocrati enim placuit, nuncipem appellare, ad similitudinem vnicūm in quo omnia per ignem celestem vivificari, & efformari, atque distingui consuevit; & quia præpoller calidum (vt sæpius dixi) & artificiosa structura, quæ ab antiquis igni tribuebatur, & Vulcanio.

Sed iam interrogas, quid habet calor iste cum divinitate, vt à Platone & Trine gillo nominet divinus, & Deo obediens, & Avicenna intelligentiam quamdam assignavit, quæ illum producat, & dirigat?

Certe (vt mea sententia) isti tres philosophi confensit philosophari sunt. Nam Plato & Mercurius ab spiritu divino om-

nia regi dicebant statim. Deum causant continentem omnium rerum, qui suo influxu omnia producat, tenet, & servat. Avicenna vero sermo animale præcepto creatoris operari commendat, & per omnē intelligentiam decurrit virtutem. Quod quàm verum sit, probari potest ex ipso Gēte, qui opinionem repetebat. Iustitiam esse docti dicit loco citato, quod cum illa elementa igneant tam variis fuerit ad quos possunt ordinari, neque sciant se proportionibus certis coerceri, neque in tantis dissimiles mixtiones coniungi, oportuit, vt à cognoscente finem diuinitus disponeretur. Dominium autem hoc & maiestas, ad solam primam causam pertinere prius iam metaphysice docuit, quæ à principio ad finem omnia fortiter attingit; ergo spiritus sensibilis præcepto sui creatoris taliter conformatus, & talibus proportionibus elementorum compatiens est, pro profuse adspicendo, quæ elementa igneant; residet tamen in mente prima cognoscentis, indeque efficit diuersos motus in creaturas secundum vnicūmque entitatem, intellectuales, per tunc cognitionē & motuum ordinem, in reliquis suo cuius modo. At verò quia inter cetera sermo esse imperfectum quid est indiguit multiplici causam concursu, eius nullam virtutem supplementum, calore simili quo ab vero materno conferretur, optima rearis constitutione, optima aeris temperata, congruo corpore celestium influentia, & intelligentie motu imperio, quæ necesse à Deo Optimo Maximo dirigenda sunt omnium illarum operationum, ut quæ mediatrix inscipit, ob causam rationem primo motu concitanda movet, ad bonū omnium inferiorum, ita vt intelligit & cooperata celestia bonum intendat vnicūm, quod ad possunt primam bonitatem emanantia, quæ homini in omnibus exercituras dat, & appetit dare. Quod omnia sunt in maiestatis dante, oportebat, vt eas se deus create, quæ in perfectio omnium nunciatetur conditione, & peruenit tunc operentur perfectē; & sic ipsam ad bonum inferiorum, in suis generibus. Deum vero, & bonum speciem, & peruenit, & individualē, & bonum in se quod est extra genus, respicit vnicūm, & in bonitas. Igitur metaphysice dicitur, quæ vnicūm Avicenna, quod dicit operari sermo præcepto sui creatoris, & à quodam diuino intelligente, quæ proportionibus elementorum cognoscit, & temperaturat, & ad illa

coadunatas influxum applicat caelestem, ita ut Sol & homo generent hominem: ubi nomine Solis virtutem caelestem intelligimus, quae nomine principalissima sideris insiguitur. Dicat mihi nunc Gentilis, si proportionales & combinationes elementorum certum numerum sortiantur, ita ut decima & octo tantum sint, ut ipse adducit, & hoc solo argumento convincitur ad iudicandum aliquod cognoscens & dirigitur, quod tam multiplices, & multo plures producat mixtiones: quo modo potuit dicere bestialiter loquutum fuisse. Aut dicam latentem finitimum creatorem & intelligentiam mediatricem? Si verò haec intelligentia debeat esse decima, aut nona, aut undecima, non disputamus. Id enim in scientia de caelo discutiendum est, ubi de numero orbium caelestium, contendunt philosophi & astrologi.

Haec omnia cum antiquitas conspiceret, merito mirabatur opus hoc quod ex femine perficeretur, & ob id diuinam vocabat facultatem, diuinum calorem, ut Galenus lib. de Formis formatione, quia cerè sensum omnem excedit tam artificiosa fabrica, ab uno calore, & spiritu efformata, & praeter hoc, quia semen à caelo maxime dirigitur. Imò non solum calorem feminis, verum & quilibet formam, diuinum quid appellabant, ut i. Phys. Arist. quae Theophrastus sequutus est: cum enim res omnes per formam adueniat & operentur, quae duo ad diuinam similitudinem conspiciant, hinc est, ut formae appellauerint diuinae, & ex hac arte qua phrasim loquendi, Galen. & reliqui virtutem feminis, & calorem, diuina audeant appellare.

Sed quid dicam de Argentemii errore? Tam diuinam creati esse semen, ut adhuc in testibus animam habere rationalem sicut profectus, semenque esse hominiculum non expressis membris; neque aliter sicut explicare rationem similitudinem, neque pulcherrimam efformationem, nisi haec omnia sint ab anima rationali, ab actu exi stente. Quem philosophum non detrahet tam nouus error? Proh dolor, innumeras animas baptismatis expertes in lunam miseret homo, cum seipsum semen generet, quod ad sacrificium beneficium non perueniat. Praeterea ut quid statim à coitu non baptizatur adhuc in vitro contentum? Tertio, quia cum testes feminis alantur, si semen homo sit, homo homine alteri, atque Anthropophagi cinimus. Quarto, cum semen ante emissionem bipartitum sit, vpo-

te quod testibus in eam seimilis continetur, dicat nobis Argentemius, in duarum illic partes tantum animam habentem, an vero duas, atque vtraque suam. Non certe vnam vtraque, cum in vna forma substantialis duobus corporibus omnino seimilis inesse non possit. Et enim vna substantialis forma sine subiecti unitate naturaliter nunquam reperitur: ut vnam esse inquit, cum neque continuum, neque contiguum sit. Si dicat vnamquamque partem suam habere animam, quo pacto ex vtraque generatur foetus vnicam tantum habentem ne altera perit? Sed inde obicitur? Et vna quae illarum, cum vtraque partem habeat manendi rationem? An vero in vnam vtraque coit? Quotid, quia sicut ante emissionem bipartitum erat semens, sic in emissionem ipsa in plures partes diuidi potest, cum non semel totum, sed plures, repetitio impetu proiciatur. Itaque incertum, in seimilemque est, quod animas, semen habere debeat. Sed quid dicat de semine mulieris? Animam enim suam rationalem habebit, dualique animas numero distinctas facietur, & postea ridicule confundet, aut tollit. Pudet, tam vnam esse esse absurdum, nisi in eam inuestula ingenua facile Argentemii illecebras demulceret. Sed quid potuit hominem decipere? Certe nihil aliud, nisi ignorare quo pacto possit semen esse artifex, & opifex, nisi animam ipsam haberet generantis, quae nullas influentias continens ipsa sibi parat tabernaculum. Vnum nos docet Aristotelem in 7. Metaphysiceo, & illius interpretes.

Sed iam ad Hippocraticam accedamus, qui nullam faciens mentionem formantis facultatis, solum docet substantiam hoc feminale esse spiritum, & calore mirè proportionato, & haec operari, ad generantem similitudinem, actione quadam merè naturali, scilicet calefaciendo, esse candidam partes magis, has minus, prout respecta sitis commuebat, & prout materia exprosecbat dispartio.

Sed dabitur Philosophus non sine fundamento) quomodo est possibile, quod organizatio sit merè naturalis actio, cum potius videatur vitalis, non enim est credibile quod calor feminis tam mirum efficeret artificium, nisi ab aliqua potentia vitali intrinsece immediate dirigitur: calor enim calefacit solum, aut (si vis) excidat, fundit, liquat: si vero taliter temperatur, acquirit modum quendam in calefactione, non tamen transiens ex suo natura,

istisus ab
a errorem
gentem de
sua semi.

neq; ex vi illius reperiri, ad efficiendos tam elevatos effectus, quales sunt oculorum efformationes, & reliquarum partium structuram admirandam. Nam ille effectus respondet præcise alteri causæ similimæ, ergo cogimur constituere in semine aliquam vitam potentiam, & aliquam animam, quæ operetur, & effingat organa corporea, ne solo calore tantum minus fallaciter imitatur.

Hoc argumentum etiam corroborare videtur illa opinio, quæ de fluxibus, asserentiam semen esse animatum. Tamen Hippocrates, cõsona docens suis principiis, cum dixerit semen non vivere, nunc etiam explicatur eius operationes, aut esse calefactiones & coactiones tales, ex quibus materia pullulenti non tamen ad hoc existimavit esse necessariam animæ presentiam, sed sufficere semen operari in virtute illius, quæ virtutem explicuit lib. de Aliment. ad fuscum, dicens: *Facultas omnia nutrit, auget, & germinare facit.*

Pro cuius maiori intelligentia, & ut videant docti quæ profunde fuerit loquutus Hippocrates, notandum est quædam esse operationes vitales, loquimur de creatis, quædam vero merè naturales, quæ omnes licet conveniant in hoc, ut sint accidentales, differant tamen, quod illæ quæ sunt naturales non requirunt propriam formam substantialem à qua differunt, ut calefactio oritur quidè à calore ubi quæ sit, quamvis sit separata à forma ignis, quæ vero actiones vitales quia perfectiores, pluribus indigent, & sic non nituntur nisi oporteat ad illas esse necessariam presentiam formæ insipientis & producentis potentias & operationes. Doctrina est hæc quæ debet supponi extracta de Camis, & modo enuntiandi in Metaph. ergo cum operatio feminis naturalis sit, & non vitalis, non opus erat ponere animam in ipso, sed docere actionem illam caloris in spiritu contenti, qui est instrumentum generantis, & à genere motum. Inò vero, tam vera est hæc doctrina, ut aliqua cognoscamus accidentia, quæ non solum sine propriis formis, à quibus solent emanare, verum sine vilo subiecto operentur inos accidentales effectus. Ut in sacratissima Eucharistia, quam adoramus, ubi omnis illa accidentia producunt id quod possunt, absente proprio subiecto, nam & albedo differat vitium, & sapor linguam afficit, & calor, qui fuit in vi no, calefacit. Vides dici posse, Deum suppleri illam efficientiam & influxum formæ & subiecti absentis, propter fidem mysterij.

De Hippo. Philosoph.

Tamen respondeo, non esse confugiendum ad divinam causalitatem, ubi nulla posset necessitas. Hoc philosophamus de actionibus naturalibus solum. Nunc dicamus quod organizatio inter illas sit numerata. Eodem si opera feminis contempserit quoad proprium esse, non quoad elevationem directionis, eundem rationis sunt, cum illis quæ sunt ab extrinseco principio. Nã inductione percipies, omnia esse, aut alterationes, aut motus locales, aut educationem formæ substantialis. Attractione, pulso, motus locales sunt; separati partes crassas ad ossa, mediocres ad nervos, tenues aut molles ad carnes, motus locales sunt; coactio, alteratio quodammodo nutritio vera, & augmentatio quædam generationes, generatio vero educio simpliciter formæ substantialis in similitudinem naturæ. Ecce quo pacto, quantum attinet ad ipsum esse actionum, omnes sunt naturales, neq; in sua ratione includunt vitalitatem: at vero vitales erunt ex peculiari habitudine ad animam, ut ad principium conivitum in eodem supposito se mouente. Exemplum id declarabit aperte. Loquor non est actio vitalis nisi coniungatur principio vitali. Et sic sola loquor hominis vitalis est. Loquor vero Angeli in corpore assumpto non est vitalis, licet utraq; magnam habeat similitudinem.

Ex quibus colliges quædam diverso modo consideret Hippocrates operationes viventis iam facti, & actiones feminis. Illas enim tanquam vitales & perfectiores indicat, ut in superioribus textibus declaravi agendo de facultate attractiva, & expultrice, & de tribus lymphonij, quibus temperatur alimentum. Et merito, quia omnes illæ operationes emanant à subiecto se mouente vitaliter, & à principio conivito vitali, at vero nunc agens de femine, solam actionem naturalem nobis insinuat, ut verè demonstrat Metaphysicæ tam antiquos habere parentes. Sic potius omnes actiones feminis contemplantur & videbis merè esse naturales, & non vitales, atq; ad illas sufficere calorem illo modo temperatum taliter ab agente directum. Quid aliud putas esse organizationem fieri, quam præiis dispositionibus materiam à calore circumagi in ordine ad animam? Quomodo enim ad argumentum respondemus, actionem feminis merè esse naturalem: quod verò tam artificiosa sit, & videatur femine modum generandam vitæ, id certè ad directionem princi-

palis agentis referendum est. Et ob id recte explicat D. Tho. quo modo participet rationem instrumenti, motum, scilicet, pro fine generantis. Ad quam actionem instrumentalem nullo pacto necessarium est ut vivat. Igitur totum quod tibi videtur vitale in femine, non est vitale, sed naturale, motum in superiori modo.

Hucusque fundamenta proposuimus, ad probandum mentem nostri Hippocratis, & tacitis obiectionibus satisfecimus etiam recentiores aliqui omnia prædicta negent: quorum rationes audiemus statim, quibus digrediamur. Digrediemur tamen, ut defendamus antiquitatem.

Sed ne dicebas dubius, adhuc interroga, quæ sit forma seminis, & quid præstet in hoc opere? Facile id percipies: nam cum non sit anima, tenemur dicere esse quandam formam mixtæ, quam eruditi vocant formam mediam, quæ ordinatur in aliam; igitur forma hæc media & suam temperamentum, rationem inluunt instrumenti, ferriat tamen ordine; ita, ut immediata qualitas, quæ materia disponitur, sit calor temperatus, passibiles enim qualitates sunt accidentia, quæ proprie ad generandas substantias assumuntur. Et ob id docet Aristoteles: *Generatio & corruptio primarum qualitatum est opus*. Ille enim penetrant, & disponunt intimè materiam vique ad institutionem forme. Quod si motus localis necessarius est, ut formatio fiat, & diversa positio partium in loco, etiam à primis qualitatibus secundario proficitur; ita ut virtus alterativa, & loco motiva, tanto inferant operi. Figura verò nullo modo aliquam præstat adinuitatem, ita ut inter species qualitatis, hæc sit quæ adinuitate orbatur. Nam cum figura nihil aliud sit, quam modus quantitatis, & quantitas nullius sit adinuitatis, sequitur quod neque figura quæ doctrinam colliges ex D. Tho. 2. 2. quæst. 95. art. 2. ad 2. & 3. contra Gentem cap. 7. 6. & 3. contra Gentem c. 105. & ex multis aliis locis Philosophorum, præcipuè 12. Meta. c. 3. & 6. Ethic. c. 4. & 1. Phys. tex. 2. Cum ergo Hippocrates inter species qualitatis, qualitates primaræ ad hominis ortum tantum conducere vidisset, merito aliarum oblitus, in solum spiritum taliter temperamentum actionem reducit.

Igitur nunc textum facile intelliges, si omnia colligas quæ diximus spiritum, scilicet, calidum & igneam efficere exterio rem pelliculam, & sic conclusi interioris, & ob id neque solas exire, neque sanguinem

maternum ellicere, quousque infans adveniat in quo animetur; postea verò per determinatas vias sibi comparat adincentum. Interim tamè dum sic involuitur, non cessat agere, sed efformat semper, ut declaravit inferior sententia.

Sed quid dicent Neoterici de ista nostra philosophiâ ratione? Scilicet in suis Excerptationibus asserens spiritum esse animatum, & ab illo semen animari, irridet nostram Hippocraticam Philosophiam. Sed nunc volens temporibus quæ dicit Pterus, qui omnia quæ ex antiquitate de deo vixit asserit esse falsa & absurda, quod Cameronus noster, qui ignorat causas motus spiritus in affectibus animi, nisi spiritus ipse tantum anima sit. Sed præcedat cum Scaligero controuersia.

DISCVRSVS CONTRA Scaligerum, & sequaces, qui opinantur spiritum vivere.

SI spiritus vivat, corrumpit omnia quæ in hoc opere elaboramus. Audiamus contrarias rationes: Scaliger efficacè rationem asserit, efficacè enim iudicat Cameronum lib. de Subtilitat. Exercit. 230. Summa autem hæc est, quia anima movet corpus per spiritum, ergo spiritus est animatus. Abacum enim est, quod anima movet formam corpus, & quod movet per esse inanimatum. Quia cum sit principium interfecti motus, non potest movere per rem extrinsecam, quales erunt spiritus, si non sint animati, igitur anima, ut intrinsecè cum principium motus vitalis corporis, debet intrinsecè informare spiritum, qui est proximum instrumentum talis motus: aliter enim moveret per rem extrinsecam. Atque cum anima sit actus organi animati, movere debet spiritum primo, tanquam principium internum ipsius; & reliquum corpus per spiritum. Unde Scaliger concludit, spiritum esse partem membri, in quo est, & internum principium motionis illius.

Sed antequam videris progrediar, notare oportet Latinum Cameronum in natura tota dispersato, in suo lib. 3. q. 21. Cui obiectum sitis, verlatur circa spiritum vitales, & animales: de his enim dicitur quo præsto moveatur per motum ad causandum sitim, & alia accidentia, & concludit, non posse assignari rationem, nisi dicendo quod sunt animati. Et ad hoc probandum adducit prædictam rationem Scaligeri, quo nihil potest excogitari magis præter rem: nam ratio

ratio Senligeri sine dubio procedit de spiritu implantato, quem probauimus in parte naturali esse partem membri. At verò Camerotonus disputare debet de spiritu influente: hic enim est, qui per affectus animi permouetur: & de quo est illa celebris quæstio, à quo mouetur.

Sed rationem Scaligeri si aliquis voluerit considerare, nullius esse momenti inueniet: vt statim dicam, si argumenta ordine proponam. Sic itaque primum argumentum: Anima vitaliter mouet per spiritum, ergo spiritus est animatus.

Secundum, an- dicitur rationes Latini) Spiritus est subiectum morbi & sanitatis, ergo vivit. Antecedens adducit Anæstina lib. 1. cap. 1. Consequens adducit Aristoteles lib. de Sensu & Sensib. cap. 1. vbi ait, sanitatem & morbum non reperiri, nisi in viventibus, ergo spiritum viuere, certissimum est.

Tertium, quia febris ephimera & hectica factæ sunt, illa in spiritibus, hæc in solidis, vt docuit Galenus 8. Meth. cap. 9. Intellexit ergo spiritum proprio morbo laborare, ergo est viuens.

Quartum, quia spiritus sunt partes animati corporis, ergo viuunt. Ita Galen. lib. 11. Meth. c. 1. ex tribus partibus componit animam spiritibus solidis, & carnosis, humores enim alimentum non partes.

Quintum, Spiritus habet actiones vitales, ergo viuunt, nutritur, & augetur vera nutritio, ex tenuiore, & puriore alimento, vt docuit Hippocrates. lib. de Aliment. & Gal. 2. Aph. tex. 11.

Sextum, Spiritus mouetur ad omnem loci positionem, ergo viuunt. Docuit hoc Aristoteles 3. Phys. text. 29. & 4. Phys. text. 5. vita enim carnis, vt grana & leuis, ad suam sphaeram tantum determinatur.

Septimum, quia Galen. lib. 2. de Sensu c. 8. aliqua dicit de spiritibus, quæ non possunt rectè intelligi, nisi spiritus vitæ: nam spiritus, vt se consecrat, ad inferiora recurrit. Non enim est sicut vapor, sed animalis per se mobile principium. Quod confirmauit lib. de Rigore & tremore, &c. Vbi calidum semper & per se mobile appellauit.

Octauum, Aristoteles 2. de Generat. animal. cap. 1. fecundum semen dicit esse, propter mirificam illam naturam, quæ in spumosa parte continetur: quæ respondet elemento æthereo, &c. Ergo spiritus viuunt.

Ex his soluntur Problematæ: Quare spiritus fugit in meru ad interna? Quia cum sit animatus, fugit damnatum. Idem

que facerent reliquæ partes, si possent: tamen cum sint solidæ & fixæ, non fugere possunt.

Deinde, quare timore correptis soluitur venter & vesica? Respondent: (relictis Aristotele) quia fugit spiritus ad cor, & debilitatur recenter illarum partium ad absentiam caloris.

His suppositis, conantur illas rationes dissoluere, quæ probant spiritus esse inanimos.

Sed (vt sæpius in hoc opere dixi) calidus influens, aut spiritum animale, aut vitalem, aut naturalem (si est) necesse est viuere, contendo: & Hippocratis esse nostram doctrinam, per plures textus istius libri declarari. Nam si ipsas actiones, quæ lucent in femine, non esse vitales, cum Hippocrate dixi, quid dicendum putes de spiritu? Solium superest, tenebras illas ab Antiquis effusas dissoluere.

Ad primum Scaligeri dicam duo. Primo ad formam argumenti. Secundò, nullo pacto ad præsentem nostram disputationem pertinere: vt iam dixi. Circa primum, miror, quo pacto Scaliger, agens de subtilitate, non philosophetur subtiliter. Anima mouet vitaliter, ergo per instrumentum animatum. Latet plura absurda. Primò, non valet illatio: quia ad actiones vitales creatas (vt dicam latius in Opusculo de Vitalitate) non requiritur, vt omnia instrumenta viuam, sed requiritur, vt omnia dirigantur à principio vitali. In hoc actu scribendum, quem nunc exerceo, manifestè apparet: viuunt anima, viuunt suppositum. (Sed accedo ad instrumenta) viuunt musculus mouens manum, viuunt neruus: non viuunt calamus ille; dirigitur tamen vitaliter à meâ manu. Itaque aliqua viuunt aliqua non viuunt: sed omnia conueniunt in hoc, vt debeant dirigi à principio animato, sed diverso modo, vt ibi declarauit. Et sic non valet illatio: Est instrumentum actionum vitalium, ergo viuunt: quia vt sit instrumentum, sufficit sola directio: & vt sit actio vitalis, sufficit directio connexa principio viuente. Arque si Scaliger perit, vt anima sit principium intraneum suarum actionum: & habeat ad illas, intraneas potèntias certe est habere quiddè. Anima est intrinseca forma musculi, ibi exerceat suam potèntiam motu intrinseco. In musculo, vt in propria & disposita materia, innies componentes partes spiritum impletatum, neruum, carnem, &c. mouet igitur

anima per musculorum vigentem; & hoc sufficit, ut aliquid demus Scaligeri, sed non omnia, quae ibi concurrunt, viuere oportet: spiritus per petuum delatus non vivit, licet viuat necrus: ita similiter spiritus vitalis cordis, sed diriguntur ad actiones vitales modo quo possunt dirigi ab anima; non tamen est necessarium, ut viuant: ut de hoc calamo directo dicebamus, qui requirit actualem directiōnem à corpore viuenti: non tamen valet consequentia, ergo calamus vivit. Ita non valet, ergo spiritus vivit, ergo calor coquens vivit. Insuper Scaliger, quod anima est intrinsecū principium motus eius, in quo est. Sua instrumenta concurrunt eo modo, quo fuerint capacia ad motum vitalem. Quaedam, quia habent animam, ut musculus, concurrunt cum suo actu primo vitae, & in actu se cūōō taliter directa. Alia, quae sunt animae incapacia, concurrunt, non actuata ab actu primo vitae, sed actuata per actum secundū directiōnis, ut calor, ut spiritus, ut qualitas caelestis, quae mecum concurrunt ad scribendum. Nonne vides omnia ista modificari, & dirigi in ordine ad istam actionem? Nō tamen dices: Calor vivit, qualitas caelestis vivit, spiritus vivit: sed dices: A viuenti dirigitur.

Hucusque philosophamur stricte ponderando vim istam consequentiam, quam nullam esse declarauimus contra Latinum.

Secundū, nullomodo ad rem agit arg. Scalligeri, quia agit de spiritu implantato, qui est pars viuentis. Atque, cum semen non viuat: ut ex Hippocr. probauimus, nec eius partes viuere dicemus. Et quamquam spiritus sit semini implantatus, non vivet: non enim omnis spiritus implantatus vivit, sed ille, qui viuentis pars est. Ad altissima opera eleuatur spiritus seminalis, ex vitalibus, & animalibus acquisitū decoctus, sed nondum ad vitalia.

Possit hic longus excitari discursus: vtrum spiritus viuentis implantatus, qui vere est pars viuentis, assumatur ad opera vitalia, ut instrumentum. An forsitan est haec illa pars similis à Galeno toties repetita, per quam organum elicit actiones? An etiam & pars quae terre correspondet, suas actiones exercet per propriam temperiem, non spectato auxilio à parte sibi vicinā? Haec & alia oportebat Scaligerum contemplari: quae nos in tractatu de Morb. & Symp. & in parte naturali diffuse exarauimus. Sed alia argumenta diluamus.

Ad secundum plura dixi alibi in locis: sed nunc dico, quod adhuc laborat in equiuoco.

Tertium argum. intendit, quod siquid diaria subieciatur in spiritibus, necessū est ipsos viuere; propter locutionem Galeni: qui diuisit febrem in factam, & sientem: illam vel in spirita, vel in solidis collocauit; hanc in humoribus.

Ad prae ista rudimenta redire oportet, & scire ex Galeno, quo modo diuiserit febres. Nullo enim pacto febris est morbus factus in spiritibus; sed in illis facta est independentens causa febris. Si enim hac ratione spiritus vivit, non solum ille, sed humores quatuor (etiam putridi) distincti viuere debent. Factus siquidem calor est in humoribus (quo nihil postea dicit absurdus) in febre quacumque; humorum. Dicendum ergo, quod omnis febris est calor factus in corde; sed in hecicis independentem in diaria & humoralis, conferatur à causa, aut ab spiritibus in facto ascensu, aut ab humoribus. Sed quo pacto debeas intelligere factum & siens in febribus, non est huius loci.

Ad quartum dico, quod spiritus inficiens non est pars viuentis taliter, ut participet animam totius: quamuis sit pars pertinens ad complementum & integritatem hominis, ut de sanguine solemus dicere. Et ita quando Galenus loco citato diuisit totum in spiritus, solidas, & carnosas partes; non docet omnes viuere, sed completere naturam. Ita Hippocrates dicebat continentia, concentra, & imperum facientia. Forsan ob hanc diuisiōnem dicemus contenta viuere: Minime quidem. Sed Hippocrates & Galenus componebant naturam, ut oportebat, ad operationes. Etenim ex solidis, & spiritibus, & humoribus recte contemperatis, necessarium est ut resulet optima natura, principium optimarum operationum. Non enim ad Medicum solum pertinet animam & corpus considerare; sed ista quae ad actiones incolumes sunt necessaria: haec enim omnia indicariōnem praebent, vel suae conseruationis, vel suae correctiōnis. Et hoc totum nomine naturae intellexit Galenus cum Hippocrate. Quod si Latinus verba sequentia Galeni legeret, sine dubio mutaret sententiam. Considerauit enim Galen. 11. Metho. cap. 1. quo pacto natura indicat morborum curatiōnem: de quo pulchra dicit: & concludit his verbis: Ergo istam supra ea, quae praedicta indica-

insultatione supra diximus, virtus sola de tribus substantiis additur, &c. Non itaque consistunt spiritus vt partes viuas componentes, sed vt naturam complentes ad operationem; ita vt facultas debilitetur spiritus, vel exalato, vel dithemperato; & sic de alijs. Sed mirum vt quod Galenus non addidit humores ad naturam constituendam, vt Hippocrates; sed solos spiritus, & partes viuentes; cum temperies, & virtus illis maxime seruetur. Imò Hippocrates quatuor humores nostra elementa appellauit. Quod Galenus libro de humoribus diffuse profequitur. Tamen in Methodo declarat quo pacto natura indicet; immediatè verò per spiritum & partes dictas indicat: in his enim temperies seruetur: in humoribus remouet, quatenus spiritibus & partibus materiam suppediant. Non enim natura, facultas, aut virtus mutatur; nisi vel dicta tria, aut vnum ex illis mutationem suscipiat. Nam quantumuis mutet humores, si non motus spirituum, aut partes, nihil nature mutabit. Hæc & alia contemplator eo loci Galenus, immemor prius, vtrum spiritus partes viuas sint, quod nec formauit.

Ad sextum ex octauo Physicor. factis est responso. Non enim spiritus mouetur ad varias partes à principio proprio, sed à principio vitali, cuius est instrumentum ad actiones corporales. Neque ob hoc existimare debes, esse videlicet volentium, aut contra naturam motum illum: nam licet spiritus, vt leuis substantia, superiora solum petat; tamen ad omnes partes percurrit, à virtutibus vitalibus gubernatus, non à suo actiuo principio, vt putat Latinus: vt de alimento dicebat Hippocrates in hoc libro. Vnde non intellego, quare nolet Coniudricenses, afferentes moueri spiritus à partibus viuentibus attractos, & impulsos. Nam vt nocemus viros doctos, oportet aliquam efficacem adducere rationem: nullam adducit auctor iste; sed solum afferit, spiritus esse: per se mobiles ad omnem loci positionem. Probet hoc, quod non probant. Recurrendum enim est necessario ad partes viuentes à quibus mouentur. Quo verò pacto mouentur in affectibus animi, non dicit facile. De qua re in libro de Pulsu disputant, & in prima 4. cap. de Eph. ex animi passione.

Sed licet obinet (quando iam digres-

sio facta est) aliqua animositate. Primò, duplicem motum localem inuenio in passionibus animi. Ad actionem appetitus immanentem sequitur spiritus motus, prout fuerit actio appetitus (mirares) & motus cordis, & arteriarum. Est tamen difficultas, quis motus prior. Aliqui dicunt, spiritum primò moueri ab anima, deinde vsam mutari, & tertio pulsam hanc, vel illam sequi, prout fuerit actio appetendi, & vsus: vt in gaudio, sparsio spiritus ad exteriora, tales sicut dilataciones; & in timore, alia diuersa. Alij dicunt, prius moueri cor ad actionem immanentem appetitus, deinde spiritus per pulsam arteriarum, & cordis. Ad quam opinionem Coniudricenses cum Vallesio inclinare videntur.

Quidquid sit, alibi docuimus. Tamen in vtroque modo dicendi semper mouetur spiritus, nõ à se, sed ab alio quod tantum sit motor, & non forma: nam ab anima appetente naturali quadam sequela feruntur, recepta aliqua qualitate à eodem vbi sit appetitio, quam antea non recipiebant; vel motu dilatatio, & compressio, modificato per talem anime passionem.

Secundò, nos rursus Vallesium defendere & explicare oportet, quando illi tantum debemus. Dixi Vallesium, spiritum & sanguinem esse conspicuum instrumentum animi, adeo vt sine illo non possit animus proprias exercere passiones. Insuper quidam, afferentes, neutiquam ita esse: quia passiones fiunt sine tali instrumento: sicut siquidem actiones immanentis appetitus, ad quas non potest intrinsecè concurrere motus sanguinis & spiritus. Secundò, quia instrumentum in rigore præcedere debet actionem ipsam: at vero motus spiritus non præcedit, sed vel sequitur, vel concomitat.

Sed quàm facile deserunt aliqui antiquam disciplinam! Non videt, quod eruditissimus Vallesius loquitur, vt omnes antiqui Philosophi, de perturbantibus animi completis, que propriè totius suppositi sunt, aliquid habentes in anima, & aliquid in corpore: vt latè declarauit locus citatus ex D. Thoma. in quest. de passionibus animi. Formale ira appetitus est vindictæ, actio quedam immanentis potentie appetitiuæ: atque licet, vt reliqua accidentia, pro materia habeat ipsam appetitum, aut potentiam appetitiuam, tamen: vt

alis actio est, secum contingit corporis
 per substitutionem consequentem, quod ma-
 teriale appellari solet: unde definiunt, quod
 ita sit feruor sanguinis circa cor. Nō itaq;
 dicit Vallesius, quod spiritus & sanguis sunt
 instrumenta formalitatis passionis, sed
 complementi consequentis illarum: nam
 per spiritum & sanguinem appetitus cor-
 pus alterat, & perturbat taliter, vt fan-
 tasiam aut moribant hoc instrumento in cor-
 pore proprio producat, & non solum ip-
 sarum passionum perturbationes. Non
 enim istae passiones accipiendae sunt tan-
 quam simplices animi actiones, sed tan-
 quam de facto motrices in actu secundo.
 Vt enim imperiū voluntatis est actio im-
 manens formaliter, & virtualiter transiens,
 quia localiter mouet corpus: pari ratione
 in ira, animi actio immanens est ipsa app-
 titio, & transiens est motio corporis. Et si-
 cut in moribus voluntatis instrumentum
 est musculis: ita in passionibus istis in-
 strumenta sunt cor, arteriae, spiritus, mota pro
 ratione passionis. Illae sunt istae passiones,
 de quibus tam antiqua controversia, vtrū
 cadere possint in hominem sapientem: nō
 enim, existimant aliqui, sapientem posse
 contrahi. Sed cum studerent virum sa-
 pientem componere, truncum, aut lapidē
 considerant. Ad hominis enim perfectio
 nea pertinet, perturbationes experiri; sed
 non ab illis concitationi extra rationem
 impetu deuinci. Christus Dominus infir-
 ma sapiētia cum esset, non solum per actio-
 nem appetitus immanentem, sed commo-
 to spiritu & sanguine, per tristitias, & an-
 gustias, & decidens parēdi, eius spiritus vitalis
 ita concussus incaleuit, vt in sudorem san-
 guineū sacratissimum corpus erumperet.
 Est igitur spiritus & sanguis instrumentū
 istarum passionum, quatenus ex vi istarum
 consequi debet transmutatio corporalis.
 Atque adeo verum est, quod docuit Vaile-
 sius, constareque facili obiectionum solu-
 tio; praecedit instrumentum permutatio-
 nem corporalem: est enim paratum ad
 obediendum actionibus appetitus poten-
 tiae. Sed quis non videt actiones Domini
 nostrae fuisse perfectissimas? Nulla tamen
 in illo passio animi (quae animalis a D.
 Thoma appellatur) fuit, quae corpus
 non permutaret intra limites perfectio-
 nis debite. Pertinet igitur ad istos animi
 affectus non sola simplex operatio, sed
 exequens permutacionem corporis; ad
 quam instrumentum est sanguis spirituo-
 sus. Sed legas, obsecro, Hippocratem iuste-

rius test. 10. vbi pulchra de obedientia
 cordis ad appetitum. Quare Hippocrates
 dixit, loquens de calido iuuuente, & de cor-
 de, tanquam de origine illius, *In hoc per-
 mutatis, &c.*

Ad septimum, multoties in hoc libro
 expliciti ex mente Hippocratis, quod spi-
 ritus tam artificialis dirigatur, vt appareat
 quasi animatus, non quomodo caricatur,
 sed rationali animo. Nō enim sicut vapor,
 vt recte adducitur in argumentum: nam va-
 por est expulsa quaedam, & inanis sit-
 tuta, quae à propria leuitate forsam fertur spi-
 ritus tamen neq; leuitate, aut grauitate, sed
 cordis & animi motibus agitatur.

Sed oportet legere locum, quem addu-
 cit ex Galen. lib. de Rigore. Non enim Ga-
 lenus dicit, calidum instrumentum ab anima,
 vt putat Cancerotanus; sed esse ipsam
 essentiam animae. De qua puncto eleganter
 inuenies disputacionem in rebus in-
 ferioribus. Vtrū Galeni sint: Calidum non
 adque spiritum, aut animalis generatio-
 nis fecundum, sed primum innatum esse, & gene-
 ris principium, & quod natura, atq; anima
 nihil est praeter ipsam, vt essentiam seipsum
 mouentem, semperque mobilem, &c.

Ad octauum, multoties dicit in hoc ope-
 re, quod intelligat Aristoteles, quando ca-
 lorem seminis inter arthetas virtutes col-
 locauit. Igitur quo pacto moueretur penis
 in affectibus zuzis, cum animatus non sit,
 in nostris laboribus in chata fuisse repones.
 Nunc digressio sufficit, & accedamus ad
 examinandam opinionem doctissimi Ficini.

DIGRESSIONES NE- cessariae satis pro antiqua veritate defendenda.

PRIMA DIGRESSIO.

Foras ex illo supra resurato Argentereij
 errore, alter pullulat, nam animā rati-
 onalem semini melle descendit, vt domici-
 nū sibi patet, & conformationem conuenien-
 tem, & ex consequenti, non semini vbiocit,
 (vt Argentereus) sed in stereo, vbi admetur
 prius.

Considerari attentius, quod sit principij
 istius opinionis Ficini, aut qualitas inueni,
 nisi non exacte calluisse naturā instrumenti
 separati, neque qua sint rationes primor-
 diales, quae seminales, quae obediētiales.
 Oportet enim intelligere controversias phy-
 sicas ad primā Philosophiā deuolui, quae

hinc incipit
 de anima, &
 conuertitur.

vocans ancillas ad arces, lites dirimit, contraria melius disponit, & ad vnitatem veritatis deducit.

Propositus ergo fundamentum, quæ vocat irrefragabilia, & quid ipse respondeat ad stabilitas tantorum virorum consensu rationes, & luce clarius constabat semen per virtutem actiuam, quam habet à generatore, inoneri & mouere, vsque ad adquirendas omnes dispositiones necessarias ad animam; contrarium verò esse omnino improbabile, & multa continere cõtra sensum, qui est meta philosophiæ. Sed postquod docuerimus animam rationalem non fabricare suam materiam, neque anteedere; exhibi statim Fortunius Licetus, dicens bene posse aliquam formam esse in materia, nil illi tribuendum, (erigunt sibi forma respiciens quo pacto omnia suo placito disponantur, solidentur fundamenta, erigantur parietes, aperiantur fenestree, vacuitates permeæ fiant, spatia spiritalia dilarentur) sufficereque, vt ipsa famulas virtutes contempletur assidens, vt neque errent, neque desistant ab opere, hoc enim solet efficere princeps assidens solis præsentia. Sed omnia sunt falsa; & sine neruis philosophiæ, quia sine particulari miraculo non potest fieri, vt anima, aut aliqua forma naturalis assistat, non tribuens materię suam actum formalem: quæ omnia inferius magis clarificent.

PRIMUM FUNDAMENTUM Fieri; Semen non esse instrumentum, neque efficiens, sed tam virile, quam muliebri, tantummodo prestare materiam, & neutiquam actiuitatem; quia in semine nulla est virtus actiua conformationis, aut generationis.

Propositum fundamentum probat aliquibus argumentis. Primò, si in semine esset aliqua virtus actiua conformationis, aut esset potentia animæ vitalis, aut physica non vitalis; vitalis non potest esse, quia cum semen non sit animatum, non potest habere aliquam potentiam vitalem. Neque est aliqua virtus physica non vitalis, quia sequeretur, quòd conformatio illa, quæ fit in utero, non sit vitalis, quo nil absurdius.

Secundò, si in semine esset principium generationis, signobilius produceret nobilius, & accidens produceret substantiam, & non viuens animatum.

Si respondeas omnia hæc præfari à femine, quia agit virtute generantis. Respondeo, omnia negando, & asserendo nullum esse instrumentum taliter separatum, quod per virtutem sibi infixam & inhzrentem, absente, aut mortuo principali agente, valeat ad actiones perfectiores, omnia enim instrumenta requirere, purat, præsentiam mouentis, quia agere vt instrumentum, est agere virtute propria, sed adiuuata ab æquali influxu principalis agentis, quæ omnia confirmat quodam loco, 2. contra Genes cap. 2. 1. & ad alias antiquorum rationes respondet ea, quæ postea facillè conueniunt in vltima parte huius discursus.

Sed tertio probat, quia si in semine est aliqua virtus conformatrix, illa certe esset in utroque semine, vt tenet maior pars medicorum. Sed hoc est falsum, quia se impedirent illæ virtutes formatrices: quòd si mixto modo operarentur, monstruosus effectus proflitet.

Quartò, in adultis est virtus conformatrix, vt Galenus ait 1. de Semine, & 5. Methodi. Sed hæc nulla alia est, quam quæ à principio nos efformat: ergo est vitalis.

Quintò, si semen habet principium aliquod actiuum, ageret in se, quod fieri non potest. Et si dicatur, quòd virtus actiua est in spiritu, & agit in partes crassas sibi vicinas, multa afferet ad probandum, quòd vna pars non potest agere in aliam ad sui destructionem.

Sextò, quia sicut in femine animalis dicitur esse talem spiritum; etiam deberet esse in omnibus feminibus; quod videtur absurdum; nã quis spiritus est in ouis diu sub frigore commorantibus, & in feminibus in sereno asseruatis, in piscibus, & plantis frigidissimis, tergo sicut in istis apparet ridiculum, spiritum calidum collocare, qui agit in alias partes, ita in semine animalium perfectiorum.

Septimo, si aliqua virtus esset in femine, deberet illi ita esse vnita, & intrinseca, vt omnes partes tangere, & omnibus firmiter adherere posset; sed spiritus ob suam tenuitatem non sunt ita intrinsecus conclusi, quin non possint facillè auolare, & reuera de factis euolant, relinquendo semen infecundum: ergo tales spiritus non insunt semini, vt intrinseca pars.

Hæc

Hæc, & alia adducunt in hoc fundamento: que sicilia sunt, cætera rationia, que subsequuntur, necessario falsa erunt: cum enim non possit credere semem tale virtutem instrumentali obtinere, posse à conuincitur, esse necessarium ponere animam rationalem, que sibi parat domicilium, nã animam vegetatiuã. & deinde sensitiuam antecedere, vt committere Peripatetici plures testantur, iudicat impossibile. Nã verò mihi videtur, prius euerendum esse istud fundamentum, quod est radix reliquorum, deinde si circa alias conclusiones aliquid adnotauerim, non erit sine legentium utilitate.

Argumenta proposita facilem habent solutionem, si incipias que in hoc opere de Hippocratica Philosophia sapius diximus, quo pacto qualitates per directionem superiorum taliter modificentur, vt valeat ad opera, que non valent attingere per propriam essentiam. Sed quia aliqui exactas probationes exoptant earum conclusionum, quas ab antiquitate susceperimus, erit nobis necessarium aliquas probationes verò ad iudicem sensum deuenerimus, liberi sumus à ratione, hæc enim non est quærens: vbi sensus fidem facit. Est nõ probandum ratione, quòd ignis calefacit si sensus index est.

Primo aduertendum est, aliquos antiquos putasse esse necessarium ponere formas in materia præexistentes, & latentes, que quadam epiphania apparentes, conformant sibi tandem materiam iuxta propria munera. Cuius opinionis author fuit Anaxagoras, vt supra annotauimus, in principio huius operis. Alij omnino è contra, omnes formas de nouo aduenire dicebãt, & nil profusus illas præexistere in materia, sed à multis sine idearum, vt posuit Plato. Aristoteles medius inter illas tam oppositas sententias, probauit esse falsas, sed formas præexistere solum potentialiter in potentia materiae, ægeria verò naturalia, disponere materiam, vt educantur ab illa secundum determinatas indolis dispositiones. Hæc est doctrina generalis ad omnes formas educibiles, pro cuius probatione, & demonstratione lege 7. Metaphysic. & lib. 1. de Ortu, &c.

Secundò considerare est necessarium, solidam illam doctrinam Dni Thomæ 2. Sententiarum, distinction. 18. quæstion. 2. artic. 2. (Solidam voco, quia nulla eget probatione) vbi dicit, quòd forme naturales sibi similes producere possunt, & ideo ha-

bent virtutes feminales, & proprieque exinde feminales dici possunt. Forma ergo rerum producendarum, secundum quod in arte diuina existit, primordiales rationes efficiendarum, eò quòd ipse sit principia rerum producendarum. Porro tunc autè, que rebus indiget, ad suscipiendũ illud in se, quòd diuina volũtas disponit, rationes obediẽtiales à vniuersum dicitur, secundum quas in eis natura, vt fieri possit ex ea quicquid Deus vult: ipse autè virtutes in materia posuit, secundum quas naturales effectus consequuntur, rationes feminales dicuntur. Hæc D. Thomas. Sed explicare oportet manifestius, que sint istæ rationes feminales, hoc enim declarandum est, quando de femine est nobis sermo. Explicet le Angelicus Philosophus eodem loco citato, vbi deseruit (tanquam falsam) opinionem aliorum qui dicebant, quòd ratio feminilis est forma incoẽpleta corporeitatis, & alteram opinionem Alberti toties destrudam, asserentis, quòd rationes feminales sunt inchoationes formatæ. Decernit igitur, quòd rationes feminales sunt virtutes actiue, que reperiuntur in rebus creatis, vt virtus Solis, & qualitates primæ, que non solum in elementis, sed in alijs reperiuntur, quibus accedunt alie qualitates, que ad generationem conducunt, quæmas de prius tanquam de principioribus dicitur Aristoteles in libro de Ortu: *Generatio, & corruptio, primarum qualitatum est opus. Quæ* sententia intelligitur iuxta ipsius explanationem, non quòd sint effectiue quæ, sed instrumentale, vt colligitur 2. de Ortu, capite 9. Sed eleganter 2. de Anima capite 4. qualitatibus instrumentalem tantum rationem inuouit. Tales ergo virtutes vocantur à Philosopho, rationes feminales. Dicuntur autem feminales, non quia sint imperfectæ sicut sensus, aut sicut virtus formatiua feminis; sed quoniam sebus primò creatis tales virtutes collate sunt per opera sex dicitur, vt per eas tanquam per quadam femina producerentur, & multiplicarentur res naturales: at verò dicuntur rationes, non quòd sint in materia quasi aliquid intellectuale; sed quia ab arte diuina producuntur, & manet in eis ordo, & directio intellectus diuini, sicut in re artificia ta manet directio artificis in finem determinatum. Sub rationibus etiam feminilibus comprehenduntur, tam virtutes actiue, quam passiuæ, que perfecti possunt per agentia naturalia. Sicut etiam in generatione animalium semen extendit

nomine dicitur, non solum verum semen, sed sanguis mensurans, qui potest perfici ad terminum generationis. Hæc omnia ei citatur ex Sancto Thoma loco citato, quæ tanquam nota non probantur, sed supponuntur. Adhuc tamen, quia Deus tanquam prima causa, & infinita sapientia, proposito sine cuius summo ordine mediorum produxit universa: ergo virtutes, & qualitates, quas indidit, ad illum finem etiam ordinantur tanquam à primo artifice ordinata, finis autem iste proximus in corporalibus nullus apparet, nisi ut ad speciem perpetuam generent sibi simile. Nota, obsecro, quæ dico, nam loquor de corporalibus creaturis, ut corporales sunt, & de sine sibi proximo, in quantum tales: nō & nutritio propria, & auditio, aut qualibet alia conservatio, quæ reperitur in non viventibus, ad hunc finem ordinantur. Quod etiam cognovit Aristoteles quando dicebat: *Naturalissimum opus, &c.* Et subdit: *Ut, quoad possint, naturam divinam consulunt in perpetuitate.* Et probatur à posterioribus, nam qualitates tribuunt à Deo, sunt ex propria natura transmutantes materiam alienam, ergo signum est, ad transmutationem esse directas à primo artifice, nam aliter sufficiebat illas facere observariis propter formam: sed non solum sic, sed revera sunt instrumenta transmutandi. Ergo in operibus sex dierum hunc finem habuit Cōditor, ut, scilicet, qualitates essent quædam virtutes, quæ, sicut semina quædam, similia agentibus conservarent, aut conservarent species rerum. Et eleganter dictæ sunt à sapientibus rationes sententiales, quia veluti in semine servatur inchoatio dispositionis generativa; ita & in ipsi servatur rationalis directio, & motus summi artificis.

Vide iam instrumenta ista communia rerum corruptibilium, quo pacto habeant insubitam directionem à prima causa. Sed notandum, quod ista directio presentialem habet connexionem cum suo principio, quia hoc tam immense est virtutis, ut in quantum prima causa nunquam cesset à communicatione illius, actualiter influendo, & in respectu Dei nunquam istæ virtutes sunt instrumenta separata, quia semper habent sicut & supposita cuius sunt) communiam participationem presentialem influxus primæ causæ: quod non contingit in agentibus creatis, hæc enim desiciunt, aut moriuntur, aut absumunt, & habent sphericam adunitatis maximè limitatam: sed pri-

ma causa non potest abesse, neque vilo pacto deficere, & ubique præsens est, & nullo modo est terminabilis. Existimo itaque sensum esse iudicē in hac re, scilicet, quod qualitates rerum transmutantur, & sunt instrumenta generationis, ut calor ignis, & frigiditas aquæ: quod vero ista participant directionem à primo ente, metaphysicata non suadet, sed demonstrat.

Sed accedamus ad considerationem magis particularem. Ista instrumenta Dei, etiam sunt instrumenta creaturarum, non amittit ne cessaria illa, & fundamentali divina directione, sed potius supposita: neque inrelligas taliter fieri instrumenta creaturarum, ut in hoc etiam non sint instrumenta Dei, talis enim est amplitudo, infinitas, & potentia prima causæ, ut etiam agentia particularia, & suas directiones, terminos, & actiones gubernet; ita ut dixerint summi philosophi, creaturas esse instrumenta Dei. Si igitur creature ita subordinantur, consequenter, & creaturarum qualitates, & actiones.

Tertiò supponendum est, tanquam certum, nō sola ratione, sed sensibus comprobatur, instrumenta creaturarum esse in duplici differentia, quædam appellantur communia, alia separata; huius autem distinctionis necessitas sumitur ex diversitate perfectionis agentium, & ex natura ordinis rerum, ut rectè ostendit Sanctus Thomas 1. par. quæst. 118. artic. 1. quædam enim operantur cum medio, & sine medio, ut viventia ipsa inferioris ordinis non habent tantam latitudinem perfectionis, & est necessarium, ut operentur per se ipsa. Quam doctrinam Sancti Thomæ soleo ego explicare exemplo politico, Rex enim, aut aliquis potens, in locis longinquis operatur quasi esset præsens, per decretum à se potestati, quam tribuit Proregibus, & in dicitibus. Sed homines privati, & idiotæ sibi solum viventes, oportet, ut per se ipsos operentur non enim habent alios quibus præcipiant. I hæc ergo causæ (si causæ dici possunt) quæ virtute communicata operantur, non sibi, nec propter se, sed agentis principali, & propter agens principale, & ob id elevatori modo dicuntur instrumenta: & revera non sunt causæ, sed instrumenta causarum) hoc igitur genericum est; quod autè specificat, & contrahit instrumenta, est operari per aliquod participatum inherens permanentem, aut operari per aliquod participatum in esse successivo, ut acurè annotavit Caeteranus loco citato. Instrumenta

ergo, quæ vocantur separata, operantur per virtutem permanentem, quam habent participatam ab agente, coniuncta tamen successivè suscipiunt virtutem operandi, & ob id dependenter à suo principali agente. Serra faciens sine dubio est instrumentum quoddam, quia habet talem dispositionem prout materialem, ut possit recipere motum in ordine ad finem, non tamen est instrumentum agens usque dum successivè recipiat directionem & motum ab artifice in ordine ad scammum, aut scabellum, &c. Si tamen daretur, quod virtutem ferendi hoc, aut illo modo haberet permanentem, apertum est, quod exereret munus ferendi absente artifice, quod videmus in horologis, & aliis machinis. Itaque virtus permanentis participata (ut ex Rmo) consistit rationem instrumenti separati, virtus verò in esse successivo, id est, quæ limitat instrumentum ad esse instrumenti coniuncti, requirit actualem emanationem.

Hæc omnia si ab aliquo liberè negantur, quomodo possumus philosophari? nã quod sint aliqua instrumenta separata, quæ nullo modo exposcant præsentiam causæ, sed sufficiat virtus impressa, quæ actualiter faciat directionem, ac si causa coexistere, patet ad sensum. Nam proiectus lapis movetur ad finem determinatum à projiciente, quamvis statim moriatur projiciens ergo virtus impressa conceitavit lapidem in absentia impellentis, ergo non indiget præsentia influxu, sed sufficit primus. Ergo similiter de femine animalium dicendum est secundum sententiam omnium optimè philosophantium generant enim animalia extra se projecto femine, virtute derivata permanentem in illo existente: ergo necessarium est, ut possit operari, & operetur de facto, sine actuali influxu generantis quod, nam omne, quod potuit recipere, recepit in ordine ad finem, ergo impericiens est nova actualis directio, cum suscipiat primus influxus, in quo virtualiter continentur omnia, quæ pertinent ad finem agentis consequendum, scilicet, ut effectus similis fiat.

Hanc veritatem multis locis docuit Aristoteles, quæ citantur à Fieno: sed responderi parum refert fuisse mentem Aristotelis, si non constet ex aliqua ratione. Ergo existimo, candidenter constare ex dictis, dari virtutes separatas decisas à coniunctis, quæ operentur de mortuo agente.

Est verò notandum quid respondeat so-

lio 102. & sequentibus. Dicit ergo, quod operari per virtutem permanentem receptam ab alio, non est de ratione instrumenti, nisi de ratione agentis principalis; si enim hoc constitueret rationem instrumenti separati, omnia agentia mundi essent instrumenta primi hominis, & solus Adamus generaret, ut agens principale; & meus pater non esset nisi instrumentum aui, & tuus esset instrumentum proavi, & sic de singulis usque ad Adamum primum patrem, nam omnes habent virtutem permanentem participatam ab alio, ergo sunt instrumenta separata, & non causæ principales, quod est absurdum.

Hæc obiectiones ex dictis facillè solvantur, non enim asserit antiquitas, operari per virtutem permanentem & instantem, constituere rationem instrumenti, sed supposita ratione propria, & generica instrumenti, addit rationem præcisi per quam potest esse instrumentum separatum, aut coniunctum. Diximus ad rationem fundamentalem instrumenti requiritur, ut operetur in virtute præcipui agentis: hoc autem nil est aliud, quam transmissio quedam operationis agentis per virtutem ab illo derivatam; & ex consequenti nil peculiare querit instrumentum, sed tamen desolvitur ad agentem, non laborat sibi, sed agenti; non assimilatur sibi, sed agenti. Rursus supposita ista generica ratione, cum sensus demonstrat, mortuis agentibus, operari sua instrumenta ad similitudinem illorum, necessarium fatendum est fuisse derelictam permanentem virtutem; nam si fuisset successiva, dependeret in esse, & conservari à causa, quæ deficiente deficeret. Itaque quando dicimus cum antiquis, virtutem permanentem instrumento inherere; hoc asserimus de instrumento separato, quod illam conservat, usque diu perdurent dispositiones receptæ à generante; & ita pater non est instrumentum aui neque reliqui homines sunt instrumenta Adam; quia licet habeant virtutes permanentes, non tamen participatam per modum instrumenti, neque sunt instrumenta, sed causæ quædam accidentaliter ordinatæ in essendo, & in causando; quia utroque, pater, scilicet, & tuus, sunt eiusdem ordinis, & utroque est verè causa, cum uterque generet sibi simile tanquam quod, & independentem ab antecessore. Et ita, propriè loquendo, meus pater non egit in virtute aui, quia movebatur à se ipso, ut generaret sibi simile. Quæ omnia

omnia sunt profus aliena à ratione instru-
menti, & omnino contraria, ut per se con-
stat.

Sed miror, quòd tanquam inconueni-
ens reputetur, quòd ista agentia particu-
laria sint instrumenta primi agentis. Con-
sistere oportet primam philosophiam, quæ
docet, quòd licet ista instrumenta accidentaliter
ordinata, ut patet & auis, non sint instru-
menta inter se, tamen respectu primæ cau-
sæ (non primi hominis) sunt instrumenta,
ut supra tetigi ex Diuo Thomæ, cum hoc
tamen proprias habent actiones, ut latius
explicarem, si digressio non ita discederet
à determinato nobis proposito.

**TEXTUS ARISTOTE-
LIS 2. de Generatione animalium, cap.
1. à Fieri impugnatiõe, defen-
ditur.**

SECUNDA DIGRESSIO.

Diximus semè per virtutem impressam,
tanquam instrumentum separatum,
moueri à generante, licet absente, non aliter,
ac lapis à projectile, & creatio tamen
modo & ad eleuatorem semis. Modus di-
cendi desiamus est ab Aristotele 2. de Ge-
neratione animalium, cap. 1. ubi ex pro-
fesso rem agit, & controuertit. Postquam
autem alios modos dicendi refutauit Ari-
stoteles, difficultatem soluit, asserens, quòd
animalia sanguinea, quæ medio semine ge-
nerant, imprimant virtutem suam semini,
ut instrumento: sicut in machinis ab arte
factis, in quibus videmus rotas multas mo-
ueri, suo ordine seruatæ prioris & postero-
ris, absente artifice: quòd non potest fieri,
nisi artifex tetigerit primam rotam, aut
chordam, intra quam rota fertur, aut pon-
dera trahentia: nam impossibile est, ut a-
gens corporeum moueat alterum sine con-
tactu, ergo si tunc iste machinæ, & horo-
logia mouentur absente artifice, & gubernante,
signum est certissimum, præcessisse
contactum illius, & reliquissæ impressam
motus directionem, per impressionem vir-
tutis artificialis factam in principio: hæc
enim sufficiens est, quia gerit rotam ideam
agentis quod, licet ipsa sit solum instrumen-
talis ratio, & principium quo: ita similiter
semen recipit virtutem à generante per
verum contactum physicum & mathe-

maticum, est enim generatum ab anima:
per virtutem verè vitalem procedentem
ab anima, & in illa generatione recepit ra-
tionem vel instrumenti pro toto: quam
explicamus cum Aristotele, exemplo im-
pulsus, clarioris doctrine gratia: non enim
est impulsus, qui est qualitas localiter mo-
tus; sed sicut impetus mouet, absente im-
pellente, ad finem impellentis; ita profus
virtus impressa semini, mouet ad totum
generandum simile generanti, quamuis ge-
nerans deficiat: sufficit enim, quòd tetige-
rit, quòd impresserit, in quo opere habet se
ut motum & mouens, respectu diversio-
rum, mouetur enim, à generante tanquam
à principio quod, per virtutem descriptam,
& mouet, & efformat partes sibi subiectas,
& dispositas; & totius huius artificis est
principium quod, generans ipsum. Neque
aliud exemplum magis elegans, magis cla-
rum, & didicidum potuit adducere Ari-
stoteles, ad rem obscuram explicandam:
maximam enim habent similitudinem arti-
ficialia, & naturalia.

Impugnatur tamen exemplum Ari-
stotelis duabus rationibus, quas proprijam
loris verbis proponemus. Prima, quia ad
probandum quòd semen possit agere ab-
sente, quiete, ac non mouente patre,
deberet ostendi, quòd in illis machinis, vi-
timsæ rotæ mouerentur cessante mouente
primoræ ita non est, quia in illis primum
mouens perpetuò & actualiter mouet, &
non cessat à mouendo: chorda enim ten-
sa, aut pondus, quæ sunt primum mouens,
perpetuò trahunt; & si cessarent à motu,
vel momento temporis, etiam cessaret
reliquæ rotæ.

Secunda ratio, quia ad probandum, se-
men agere in virtute generantis, deberet
ostendi in illis rotis posterius mouens mo-
uere in virtute prioris, & ut instrumentum
illius; at ita etiam non est: quia posterio-
res rotæ non mouent in virtute priorum, ne-
que mouent ut instrumentum earum; ne-
que illæ se habent ad se mutuo, seu ad pri-
mum mouens, sicut instrumentum ad cau-
sam principalem, sed sunt omnes agens æ-
què principale, nec vna mouet in virtute
alterius, sed omnes in virtute propria. Est
solummodo est in his ordo causarum mo-
uentium, quòd, scilicet, vna moueat alte-
ram, & prima secundam, & secunda tertiam,
& sic deinceps: in qua causarum subordi-
natione, est quidem verum, vnam esse pri-
mam, & causam causarum, & motum po-
steriorem esse effectum priorum: imò ali-
que

quo modo primi moueris, sed non vt cauta principalis.

Haec sunt rationes, quae facilem habent explanationem pro defensione veritatis Aristotelice. Ad primam responderet ex iam supra dictis, quod in horologis, aut alijs machinis primotis, chorda, aut pondus, non est primum mouens, vt putat Flenus, sed vt saepius proclamatum est) artificis est mouens quod; reliquae tamen virtutes, aut directionem chordae, aut ponderi, chorda, aut pondus cum ista qualitate impressa, sunt principium quo, in absentia artificis ista mouens, quasi fuisset ibi principium quod actuale; continuabitur igitur motus in omnibus rotis, & durabit vsque dum virtus illa impressa durauerit cum illa dispositione qua fuit recepta in instrumento, sicut durabit actio feminis vsque dum virtus impressa finem perficiat; & ita falsum est dicere, quod chorda est primum mouens, et enim mouens quo illius artificiosa machina. Atque adeo posteriores rotae non debent moueri, neque moueri, nisi ad motum primae, & haec ad motum receptum a genere per virtutem descendentem, & separatum ab illo, qua cessante, & prima rota, & reliquae cessant ad motu. Idem proportionaliter inuenitur in ponderibus, quae trahunt rotas per chordas; nam illa pondera licet a sua grauitate tendant inferius, tamen esse taliter, & in tali mensura appensa in sublimi, habent ab artifice; & ita peracto motu, iterum debent eleuari motu violento, vt querant naturalem, tali mensura, vt horas mensuraliter enim si non artificiosa directione descenderent, neuiquam temporis partes siue horas percurrerent iuxta motum Sols, sed breuissimè descenderent propria grauitate. Ergo est euidentis signum, quod pondus illud non mouet rotas, & chordas pro propria grauitate, sed per grauitatem modificatam, directionem, & omnino subditam artivt semper moueat verum, artificiales machinas, quae motibus ciuotur, a virtute impressa & directa concitant tanquam quo, ab artifice vero tanquam ab illo, quod tetigit, vt dicebat Aristoteles.

Idem ad secundam obiectionem dicendum, falsum enim est dicere, quod utaqueque rota est agens principale respectu sequentis rotae, contrarium enim iam ostensum est ex Aristotele, & explicatur amplius, aut probatur: nam rotae posteriores mouentur praecise ad impressionem virtutis mouentis, quae adualiter dependet ab

ante cedentibus mouentibus: ergo stricte loquendo non mouetur per virtutem propriam; ergo non sunt momenta principalia, sed in se instrumenta & ea consequentia exemplum Aristotelis est maxime ad se, quia tota actio feminis, proprie loquendo, est generantis, quia est virtutis descendentis & descendentis ab illo, & ex consequenti semen, est principium quo, sicut primum mobile in machinis, quod absente artifice mouet. Differentia exempli nam aliqua diuersitas debet esse inter exempla, & illa quae exemplis declarantur) sicut in hoc, quod sicut machina spontanea est artificialis, machina generationis est opus naturae & sicut illa percipit solo motu locali peragitur, ita generatio praecipue intendens motu alterationis, & motu locali etiam nam congregationis & segregationis, motus locales sunt: & sicut in illa vanae reperiuntur motus locales, ita in generatione multiplices alterationes, mirabiliter ab illa prima virtute procedentes, vt a principio multiplicem virtutem generantis vnicè continentis. Quin etiam, in generatione multiplices motus locales & vanae reperiuntur. Mirandum quidem est, vt aliqui dicant, virtutem formatiuium nil aliud esse, quam loco motum.

Sed argumenta principalia Fleni, quae in hoc fundamento adduxit, id solutae rationis erit difficile.

Ad primum iam responderet, in septimo textu Hippocratico, quod semen, dum semen est, non vivit per actum, alioque antea, sed prius mouetur ab igne, deinde viuificatur, vt textu 42. expressimus, atque ex consequenti virtus illius non profuit ab anima, sed profuit; quod sufficit, vt per illam fiat sufficiens organizatio pro anima. Quomodo hunc modum dicendi putat absurdum, cum ex principis dedicatur primae philosophiae? Inferius tamen explicabo, quae organizatio sit haec, nam nota vnaquamque obiectionem authoris huius, dicimus quod est necessarium ad illius solutionem, ne eadem saepius repetamus. Nunc ad istam obiectionem sufficit dicere, quod illa virtus, qua fluxit ab anima generantis, efficit vt quo organizatiōnem ad animam, quia neutiquam est necessaria praesentia animae ad illam fabricandam, quod defamitur ex pura ratione entitatis ipsius actionis taliter directi. Quae autem sit anima haec, vtrum sit prior vegetabilis, secunda sentiens, tertia rationalis, ad alteram pertinet digestioem. Ad

Ad secundum arg. longam poteramus ex-
citare questionem, Vtrum accidens in vir-
tute substantiæ possit producere substanti-
am; sed attingam solâ, quæ oportet ad solutio-
nem huius secundi argumenti adeo valga-
ris. Reperies autem solutionem communi
inferius text. 73. ubi primam causam supple-
re dicimus (ex mēte aliquorum) defectum
instrumentorum separatorum hoc enim per-
tinet ad munus primæ causæ, atq; adeo om-
nia instrumenta, & qualitates, ex propria na-
tura separata, & ordinata ad unam formâ, si
illam non valent consequi, quia habent ali-
quam imperfectionem, roborentur à prima
causâ, ut valeant. Hæc doctrina à patre Zua-
rezio omni laude digniss. mo., est maxime
recepta, & illam dilatarâ inuenies in cômē-
to 73. citato huius operis. Sed ille mo-
dus philosophandi nō tollit verâ, & genui-
nâ rationem instrumenti separati, quod opera-
tur in virtute abiciens. Ita philosophatur,
qui asserunt accidentia nō posse producere
substantiâ in virtute substantiæ, tamē altera
sententia maxime probabilis, quæ communi-
ter in doctrina S. Thom. insinuetur, quod
ignobilis, quale est instrumentum, potest
producere nobiliss. fuerit argumentū sol-
vitur: & licet utraque supponat diuinū sup-
plementum, quo Deus causis imperfectis
succurrit, tamen S. Thomas (& maior pars
Peripateticorum) tribuit instrumentis, ut
possint in virtute substantiæ producere
substantiam, & ita secundum utramque o-
pinionem distinguenda est illa propositio:
Ignobilis non potest generare nobiliss. di-
stinguo, si adiueatur à superiori causa, bene
constat, quod sunt imperfecta, que assu-
gunt ad perfectissimam speciem, paululum
terraz certâ quadam mâcella humidâ tem-
peratam, virtute solari p. stitulas germinat,
& plura animalcula. Et potestne præcedē-
te multorum misceorum, quot emergunt ani-
malium differentiarum? Ea est vis causæ entis
trialis, ut qualitates infimas dirigat, & eleuet
ad perfectiorem finem. Si vero nō adiuue-
tur à causâ superioribus, nō poterit imper-
fectius attingere superiorum rationem per-
fectionis. Præterea secundum, tanta est substan-
tialis formæ virtus, ut ratione illius suppo-
siti producat accidentia propria, que vir-
tute ipsius formæ, & suppositi operantur,
que autē operantur virtute abiciens, simile
debent efficere illi cuius virtute operantur;
quemadmodum ex actione instrumenti in
artificio fit similitudo aris. Unde etiam
secundum istum modum dicendi tam re-
ceptum in schola peripatetica D. Thomæ,

De Hippo. Philoloph.

distingueda erit illa propositio: Senten-
tia quod imperfectum & ignobiliss. ergo non
potest generare perfectiss. Distinguitur
antececedens est ignobiliss., si non confide-
res motionem, & virtutem, quam habet à
substantia cuius est, tamē insipientia cōtra-
dictionem illam quæ dirigitur à suo substantia-
li agente, siue dubio attingit perfectissimâ
substantiæ productionem. Sed loquamur
proprie, semen, aut alia instrumenta simi-
lia, non attingunt productionem perfectio-
nis, sed agentia principalia per ipsa instru-
menta, ut sæpius diximus.

Argumentum istud secundum, est maxime
tristiss., quod adducit Scotus, ut mirer quare
Ficus ad negandū antiqua dogmata non
asserat noua argumenta. Istud Scoti argu-
mentum inuenies lib. 2. Senten. dist. 15. ubi
tenet hanc eandem opinionem., quod se-
men nō sit auctor organizationis, nec ha-
beat aliquam ædiuitatem in ordine ad ani-
mam sensitiuam educendam, & iacet ali-
a argumenta, arguit etiâ 2. Imperfectus non
est causa adiuua sufficiens perfectioris; sed
semen cum omnibus suis spiritibus est in
perfectiss. animalis generis organo.

Et si dicatur, quod semen agit in virtute se-
minâris. Cōtra, nil agit in virtute nō entis,
ut sic, sed animal à quo descendit est semē,
respectu generationis suiuis, est nō ens; tum,
quia nō est præsens, tum quia nō esse potest
pro tunc, ergo. Hæc & alia adducit Scotus.

Ad illa replicâ nō ad argumentū factis re-
sponsum est, hæc etiam suprâ diximus quâ
imperfectus est præsentia ægētis principis
sua sufficit virtus separata ab illo: imo ubi
nō est possibile, ut agens adiuua actualiter in-
fluat, ut in vetro semine, respōdet illi per
vis Caier. quæ foeculat, ter transferibâ, & si
visque ad soliditâ, scilicet illorum septus ad-
ducendum, inquit igitur q. 118. *Semen egerit in
virtute feminantia, pot. est dislocat. intelligit.*
*Vno modo, quod sit conseruatio trāsmissio, & sic
ut dicitur. Alio modo trāsmissio, quod est quod
est ipsa virtus feminantia in conseruatio, sed se-
parata, in hoc enim, ut dicitur in corpore, ar-
tuli primi eiusdem questionis, excedit virtuti
non virtuti, quod hoc habet tantū virtuti
ter suas conseruatio, illa autē habent, & virtuti
est & separata per differentiam tantū à con-
seruatio. Ex hoc enim sensu patet responsū ad in-
stantiâ, quia maior licet sit vera de agēte in vir-
tute alterius trāsmissio, non tamen intrinse-
ctiu. Hæc Caietanus. Nunc qui Scoti opinio-
ne tuerit, debet cōtra illas trāsmissioes sol-
utiones insurgere nouis, scilicet, nō prima,
(licet actus, secundum manifeste.*

Locus verò, qui citatur ex S. Tho. 2. cōtra Genes, cap. 21. ad probandū nulla esse instrumenta separata, quæ omnia requirūt actualem motionē, (sicut debet) autē legitur, nō tale continet, sed expressam & apertā confirmationem eorum, quæ S. Thom. & Ferraricnsis multis alijs in locis edocuerunt, nimirum omnia instrumenta moueri à causā principali. Verba D. Thom. *Instrumentum autem nunquam adhibetur ad tuandum aliquid, nisi per eum motū, sicut enim ratio instrumenti, et sit moueri motum.* Verba Ferraricnsis: Etiam si sint diuersa genera instrumentorū, in hoc tamen omnia conueniunt, quod nō moueantur, nisi mota à causā principali, non enim essent instrumenta si per se ipsa operarentur, agēs enim instrumentale exequitur actionem principalis agentis per actionem aliquam propriā sibi, idē enim adhibetur instrumentum, vt influentia principalis agentis perueniat per instrumentum ad illud, quod ab ipso instrumento est causatum.

Hæc sunt omnia formalia verba, quæ aliqui citant vt probent, nō esse aliqua instrumenta separata. Sed hæc ipsa propono ad stabilendam doctrinam S. Thom. nam in isto loco docemur, quid sit necessarium, & cōmune omnibus instrumentis, tamē huic genericę rationi addit S. Thom. alias speciales, vt sit cōiunctū, aut separatū. Omnia siquidem instrumenta conueniunt in hoc, vt moueantur ab agente principali, si enim sic nō mouerentur, non essent instrumenta, indigēt enim omnia actuali motione. Sed procede vterius, & reperies hanc actualē motionē per virtutē fieri impressam, permanētē, vt in semine, & machinis artificia- libus, aut per contactū artificis, aut agentis præfentialiter influentis. Itaque vtrique requirit actualē motionē modo dicto. Calor enim noster generat carnē directus ab anima tanquā instrumentū cōiunctū, semen generat viuēs tanquā instrumentū sei paratum. Ille calor actualē suscipit ab anima directionem, quod etiam Aristot. dicit bar lib. 2. de Anima, cap. 4. Paratur nutritum, & decoquitur ab anima, vt à primo mouente, & immoto, & à calido. Quasi dicere, principale agens, & immotū est anima, quæ concurrat influendo in calorē tanquā quo, calidū verò exequitur cōditionē, quamvis reparatur. Et tanquam suppositū est quod concoquit vt principale, tamē hoc valet per formā, quæ est principii omnium actionū. Et 1. Physicę auscultationis, tex. 17. specit & formā dicebat esse princi-

piū, & causam motus, quare à formā agentis, omnis virtus cōueniētia, aut separata.

Tertia argumentatio nullā habet efficacitē, nā sius Hippocrates explicuit in hoc opere quomodo motus se adiūct femina viri, & femina. Vide inferius, & in tractatu de similitudine naturō ad parēta. Expli- catio cōmunit est, quod nō se impediūt femina, sed factus pro ductioni similis in specie, quod præcipuē intenditur, tandem patri, & matri similis, secundū eas conditiones in quibus vnum semen alterum superauerit in efficacia. Quod si æqualem virtutem, & robur, ad aliquam partem obtinuerint producendam, & materia non deficit, monstruosus erit effectus. Quo patō her maphroditū solēt effingi, sed vt in plurimū tantum abest, vt impediatur, vt fiat vna causa totalis perfecta effectus perfecti.

Quarta probatio facit soluitur, quia licet virtus aliqua, quæ fuit in semine, maneat in genito viuēte, nō valet cōsequētia. Nunc in genito est vitalis: ergo in semine fuit vitalis; postquā enim anima introducta est, dispositio sibi cōnaturales cōferuat vitalitē, quod claritē dicitur de opōtione spiritus feminalis, qui femine inclusus non viuūt, postquā vero remanēs in viuente, appellatur implantatus à medicis, & verē viuūt tanquam pars mixti viuētis.

Quintum argumentū est satis cognitum, & habuit principiu in Scoto, qui credit et semē omnino esse homogēnū: sed est frivolum, nam de ocellis ramis, in parte naturalij habere partes diuersas, atque adeo pars spiritūosa agit in dissimilem. Lege disparationem de partibus mixti.

Sexta probatio nō consistit, nam in feminibus frigidissimis, asseruatis in sereno, in ouis, in piscibus, igniculus ille seruat spirituosus, ibidem contegitur, ibidem ab a- ftris fontetur: proba tū contrarium si potueris. Sed si hæc disparationes admittent loca eruditioris, quot possent ex naturalibus adduci ad id comprobandum, quomodo, scilicet, seruat natura occultum calorē in particula spiritūosa ad præclara munera certo tempore elucidanda. Lege Plinium, Senecam, & alios.

Septimum argumentum claritē diluatur, nam spiritus sedes virtutis generantis, tūc partes quas oportet tangere, omnes perambulatur, cuius tantam curā gerit diuinus opifex, vt statim negotium maximē necessariū exerceat, scilicet, concludit spiritum ne euolet, nuro circūvallat, tunica inuoluit, vt Hippocrates inferius explicat.

ITERVM PROBATA.
instrumentum seminale vere continere
re actiua principia pa-
rentum.

TERTIA DIGRESSIO.

Quamvis sensus index fuerit huius veritatis, ut supra visum est, rursus medicas rationes posterioriticas, non minus efficaces proponemus. Sumuntur autem ab his, quæ in effectu correspondent causis: et enim concludens argumentum.

Suppono primo, quod instrumentalis ratio non solum sequitur causas effectiuas, sed etiam alias causas, vt materiales, &c. (quamuis aliqui contrarium dicant, nõ, est tamẽ huius loci probare.) Sed cum hic agamus de causâ efficiente, & communiter actio instrumentalis ad efficiens reducatur, de ipsa sola agemus, de qua inter omnes conuenit.

Est difficultas, vt in instrumentalis causa præter actionem principalem agentis oblineat aliquam propriam actionem: cuius difficultatis determinationem oportet summarie interponere, vt deconsuetudinis, reuera semen esse instrumentum præditum omni necessaria dispositione, vt sit actiui ad generandum.

Inductioe autem constat, omnia, quæ instrumenta dicuntur, aut habere præquam operationem, aut aliquid, quod in effectu reluceat, correspondens entitati instrumenti. Vnde si dicatur per omnes rationes feminales corporum caelestium, & sub lunarium, videbis aliquid correspondere illis in effectu. Virtutem Solis, & omnium aliorum considerant Astrologi in omnibus corporibus taliter, vt non solum multas proprietates individuales redigant ad qualitates calidas mixtæ impetibus, vt in & durationis modum & terminum. Quod Fernelius tam stricte voluit amplecti, vt in nobis calorem caelestem possiderit distinctè ab elemental. Que opinio, licet à nobis falsare putetur, tamen negari non potest aliquid esse in nostra compositione, quod correspondeat celo: sicut in Sol & homo generant hominem, oportet fieri aliquid à Sole & astris insitum, quod permaneat in genito, quod in omnibus causis essentialiter ordinat is afferendum est.

Atque (vt loquitur ex D. Thoma dicentem)

De Hippoc. Philo. 9.

omnes cause sceleris sunt instrumenta Dei tanquam primi efficiens, siquidem ab ipsis dependent in sua operatione essentialiter, cum hoc tamen omnes habent aliquid proprium primum, quod effectui imprimant. Rursus qualitates elementales, quæ sunt rationes feminales elementorum se mutuo, apertum est habere præquam actionem ad effectus suorum suppositorum producendo: ita calor per propria entitatem disponit ad formam ignis, quibus dicitur ab ignis formæ ignis enim calefacit per ipsam formam vt quæ: virtus tamen immediato calore, vt instrumentum, vt ventriculus coquit per animam, & ambo per calorem: Scilicet facit calor, talis coctio & coctum, vt semper reuertat in effectum aliquid correspondens præter actionem instrumenti.

Sed obiter dubitabis, quomodo dixit Aristot. lib. de Sensu & Sensu: Ignis nõ est lesacie in quantum ignis, sed in quantum calidus. Que sententia videtur euertere, quæ diximus, principale, scilicet, agens esse suppositum per formam propriam. Et probatur ratione, nõ actio proprie sumpta est merito contrarietatis, vt docuit Aristot. 1. de Ortu & Inuentu, tex. 5. At igni in quantum ignis nullum est contrarium, siquidem ignis in quantum ignis, est substantia, & substantiam nihil est contrarium. Elementa vero omnia contrarietatem habere dicuntur, quia differunt eorum id est, eorum qualitates sunt contrarie, vt cenfer Aristot. lib. 2. de Ortu, tex. 24.

Et confirmatur exemplo aquæ, quæ non intrigidat in quantum aqua, sed in quantum frigida, siquidem quando est calida nõ intrigidat, sed calefacit, superfluit eius formæ: ignis illæ actiones non sunt referendæ in supposita, & in formis, sed in ipsa instrumenta: & in totum, quod resistunt in effectu, est omnino debitum instrumento, & non agenti principali. Forsitan tibi ratio conuenit: Autentiam ad constitucionem suam datorem formam.

Sed dicamus ad illas obiediones, Aristotelem afferere ignem non calefacere in quantum ignis, sed in quantum calidus, quia si aliter loqueretur, concederet, quod ignis in quantum ignis, est calefactio, et præter hoc & proprie loquendo hoc habet à formæ: vero alia calefacere ei minime cõpetit in quantum est ignis, sed in quantum calidus: & hoc veluti exemplo inueni, agentia principalia suas actiones actio minime exercere, nisi idonea fuerint instrumenta: quod aquæ calidæ exemplo ostendunt est. Nil enim agere potest sine commodis instrumentis

Dubium.

Solutio.

(demmodo Deum Optimum Maximum excipimus.) Hoc igitur docebat Aristoteles, quôd dicit: Ignis non calefacit in quôrum ignis, sed in quantum calidus, aut in quantum est actus calidus. Quomodo autem sit intelligenda illa sententia Aristotelis 1. de Partibus animalium in initio, quando dicit: *Ignis non potest infringere, nisi in hoc opere explicui* mus, frigiditas reuera ignis, siquidem mutatur in contrarium elementum frigidum, tamen forma superflua non fert tam excessiuum frigus, ut aqua tã excessiuum calorem. Galenus verò hanc mutationem ignis negaret, quia existimauit unũ elementum non posse in aliud mutari, nisi prius transiret per symbola. Cuius opinionis falsitatem non est huius loci monstrare. Sed quando locum Aristotelis ex ipsius cuius libro de Sensu & Sensus, rationem quoque positam diluamus.

Dicimus actionem corruptiuam fieri merito contrarietatis instrumentorum: & sic aqua temperata, manum temperatam minime alterat, quia instrumentorum contrarietas inter hæc nõ reperitur, quamobrem etiã actiones à toto cõposito ratione propria forme substantialis proueniant, cum hoc tamen si instrumentis contrariis destituantur, unũ suppositum in aliud agere nequit, quo fit, ut ad actionem corruptiuam celebrandã contrarietas exigatur, & huius contrarietatis ratione peragatur. Et non quod supposita, & horũ forme in se contrarietur, nisi instrumentorũ ratione, que cum hoc ita fit, forma in quantum forma per se est actiua: forma cuius est agere, & mouere, sed moueri & pati, alterius principij sunt, ut docuit Aristoteles loco citato, 2. de Ortũ, text. 50. & hæc ratione materialis forme non nisi ex accidenti sunt passiuæ, & ob id Auerroes 1. de Caelo, text. 28. aiebat: Forma elementũ, in quantum forma, mouet, sed in quantum est forma in materia, in quantum fit, formas à materia separatas dicitur esse per se agentes, cum pati eis, nec essentialiter competat, eũ omnibus formis, in quantum forme sunt, hoc repugnet, nec accidentaliter, cum non obineat materiã, que est passionis eũ transmutationis origo. Instrumenta verò nõ solum sibi similes qualitates producunt, sed in virtute subtiliori, illius productione attingunt, ut supra vifum est.

Sed redeo ad instrumentũ præcipuum, iam patuit, quod qualitates rerum bene dicuntur instrumenta, quia ob suam vram actionem dicuntur ordinẽ ad similes effectus,

inter quos annumeramus calorem nostrũ ad generandam carnẽ, & sanguinem, & qualitates feminis ad generandum.

Sed tertio instrumenta dicuntur partes aliquæ, que quã proximè declinant virtutem & operationem, ut manus & oculus. Sic Aristoteles 2. de Anima, capite 4. manum appellat instrumentum cõmuniũ, timonem verò instrumentum separatũ ad gubernandã nauim.

Quarto, instrumenta artis enumeranda, que licet non habeant virtutem ad operãdum ex se, vt late probat Scotus 4. Sententiarum distinctione 1. quæst. 5. & distinctione 6. quæst. 5. tamen non est negandũ, quia ex se & ex propria natura aliquid habeant, quod conferant.

Quinto, aliqui eruditissimi Theologi asserunt, intellectum & voluntatem prestare aliquid ad actus supernaturales, vt est intellectus ad credendum, & ad videndum Deum, & voluntas ad diligendum. Quod Theologus libenter relinquat. Sic ergo omnia instrumenta inuenies aliquid prestare ex se, cuius ratione quidam vident talia instrumenta appellare causas partiales, quantum (vt supra dixi) melius existimo esse vocanda instrumenta causæ principaliter.

His suppositis, semen habet virtutem à generate, habet (vt reliqua instrumenta secula) præuiam dispositionem adiuuam, que elucet in effectu, ergo verè, & propriè, & per excellentiam dicendum est instrumentum separatũ generantis. Patet euidenter, nam operatur per qualitates elementales sibi intrinsecas à generate, & genitum producit cum eisdem qualitatibus similibus quas habebat semen, ergo reuera est instrumentum. Si temperatum est semen, temperatus gignitur foetus, si intemperatum, intemperatus, si morbosum, morbosus, si firmum & validum, firmus etiam foetus: ergo semen reuera est instrumentum, siquidem in effectu elucet qualitates illius, omnes certè à generate deportatæ, nam & ipsam materiam instrumenti suis qualitatibus prædictis generant. Itaque in semine reperiet rationes feminales eũdem superiorum causarum, & qualitates elementales, que sunt rationes feminales corporum sublarium, & rationes feminales animalis & videret, à quo decidunt. Et omnibus his responderet aliquid in effectu: ergo semen suam habet præuiã actionem & dispositionem, vt cetera instrumenta huius census. Que omnia vni cõcepto infusa.

Infinuabat Aristoteles, analogia quadam deducens nos ab artificialibus ad naturalia 2. de Partib. animalium cap. 1. dicens, quod ferrum à calore, aut frigore induratur, sed ab arte fit ensis: ens enim principium est, & forma eius, quod per artem fit, licet ipsa sit in alio. Vnde quomodo in ens est aliquid respondens qualitatibus primis, scilicet, durities, & aliquid, quod respondet arti, scilicet, hec, figura ensis. Ita etiam in genito, durities ossium, mollities carni, & sic de aliis, respondent qualitatibus elementalibus feminis: figura vero, ordo, conexio, & reliqua pertinentia ad organizationem, respondent formatrici à parentibus decusse tanquam ab artifice.

Quæ omnia si rectè consideras, ad defensionem, quod anima rationalis ante organum dispositionem infunditur, & quod ipsa preparat sibi domicilium, non erat opus negare rationem instrumentalem separata feminis: nam vsque dum accedet anima semen operaretur vt instrumentum generantis separatum, & post aduentum animæ poterat esse consummum ab ipsa motum.

Sed ulterius dubitabit aliquis, querens magis stricte, & in particulari, quæ sint omnia quæ reperiuntur in foetu, correspondentia femini, & in femine correspondentia omnibus rationibus causalium.

Equidem licet ex dictis posse constare quod queritur; tamen clarioris doctrinæ gratia, respondeo, Deo Optimo Maximo, vt prima causa, & primo enti per essentiam, respondet esse rerum, quibus verbis includo quicquid sit, aut suppositi, aut instrumentum, aut actionum, aut directionis illarum, debet enim esse per participationem à primo ente. Causis ecclesiasticis, & precipue illis qui specialiter insunt, ad generandum semen, respondet tepor ille, & modus mirabilis temperetis, & mixtæ omnis spiritus gignitini, qui hec formetur. À testibus recepta in se à partibus principibus virtute ex commixtione omnium spirituum, additiam celum elevatam quandam modificationem per impressionem suæ qualitatis benevolæ: quæ in genito similiter resurgit.

Elementorum naturam respondent tam varia temperarenta individualium, per se in traducta. Animal ipsi à quo deciditur semen, respondet in particulari natura eiusdem prioris speciei, quam intendit animal; & consequenter si potest, leaptimit similitudinem individualem, unde nati parentibus similes generantur. Quod argu-

De Hippoc. Ppabilis.

mentum à posteriori poterat convincere neotericos, vt desererent opinionem suam: quo enim pacto potest dici semen non efficere hæc omnia in virtute generantis, si sensus ostendit, transmitti per semen similitudinem individualem generantis, organizationem generantis, individuales condiciones generantis, & omnia, quæ per tale instrumentum possunt communicari? hæc rationem diluere conatur, sed in maiora incidunt inconuenientia, vt iam explicò in sequenti digressionem.

QUOD NON SIT POSSIBILE ANIMAM RATIONALEM, AUT FORMATRICEM EFFICERE SIMILITUDINEM MATURAM AD PARENTES, INSPICIENDO SIMILACRA FEMINIS.

QUARTA DIGRESSIO.

NON possunt solui argumeta, quæ ex antiquitate proposuimus, & ita opinantes incidunt in deterius, querentes vias inauditas, relinquendo regias.

Idud argumentum, quo ostendimus semen proprie esse animalis instrumentum, (siquidem reperimus in effectu omnia illa, quæ & primum denotant actionem illius, & motionem ab animali cuius est) est prius evidens, vt alia etiam. Sed respondetur ad hoc, quod anima rationalis, ante organizationem, ingreditur feminalem substantiam tertio die, & ipsa causat similitudinem, non aliter, ac inspicendo imagines parentis, quæ sunt in femine, sicut pictor quando pingit, inspicendo figuram prototypi, sibi obiectam: anima enim introducta in istud quoddam naturalis potest illa simulacra apprehendere, & cognoscere, & secundum illa conformare.

Hæc responsio (quæ pertinet ad illam digressionem de instrumentali ratione feminis) eueni debet: nam aliter punctus de introductione formæ ante debitam organizationem, alium discursum petere nunc autem de illa similitudinis productione pauca dicamus.

In primis hic modus dicendi inuoluit contradictionem: nam dicit animam quoddam instinctu cognoscere, & apprehendere illa simulacra feminis, Non intelligo istum modum

modum loquendi (cognoscere quodam instinctu) instinctus naturalis est quasi quædam directio & propensio à superiori mouente indita ad hoc, aut illud fugiendum, aut prosequendum, præcedens electionem & iudicium, vt rectè dicebat Marcellus Ficinus in Philebo lib. i. cap. i.

Itaque inclinatio, quæ sequitur rem cognitam & apprehensam, est motio appetitus, nullo pacto instinctus; hic enim peculiariter in bruta & animalibus irritationibus à conditore est tributus, quo impelluntur naturaliter ad aliqua, & ob id dicitur *instinctus* ab *instigo*, quod est *impellere*. In his enim animalibus inueniuntur duo, nam & sunt motiones sequuntur ad apprehensibilia, & sunt motiones sequuntur ad solum instinctum: ob debilitatem enim cognitionis, illo indignentur summamque licet in homine reperitur instinctus, tamen maiori ex parte vitiorum excellentia rationis & consilij & sic satis improprij dicitur, quod homo, aut anima operatur instinctu: semper enim rationalia vt sic, operantur præcedente ratione: ita operari ab instinctu & operari à cognitione sunt satis distincta, vt utrumque autem dicat illa opinio non asserit, quod anima, vt videtur, respectu imaginis, quibus cognitis efformat, quia operatur instinctu.

Sed non agamus nisi strictè. Argumentor efficaciter: anima in illo Barn nullas habet sensuum ductus, per quos permittit sensibile: nil enim est in intellectu quin prius fuerit in sensu. Ergo est impossibile naturaliter talis cognitio, & apprehensio. Antecedens est principium & fundamentum illius operantis quia asserit, quod anima rationalis ante organizationem tertio die informetur ilam feminis substantiam ingreditur: ergo non sunt organa sensuum: neque vilius visus, nullus auditus, nullus sensus communis, nulla imaginatio, tandem nulla operatio, quæ dependeat ab organo, quia nullum organum: ergo anima non potest comprehendere illas similitudines. Restat, vt cognoscat per sapientiam reuelantem, aut insitam à Deo: quod videretur absurdum: patet, quia si non cognosceret per phantasmata speculata, quando est unita corpori, nec utquam est alia via cognoscenda, nisi per diuinam inspirationem, vt cognoscerent sancti contemplatiui, quos Deus docet supernaturaliter, in illa splendida caligine: ergo insita incidit inconuenientia prædictus modus dicendi.

Et ponderandum maximè est, quod illa nostræ rationes, si concludunt, agentes de anima rationali quæ paruo minorata est ab Angelis quid dicemus de anima sensibilibus, ita imperfecta? Illa enim controversia, de sententia etiam procedit, quia similitudo naturam ad parentes homini, & brutis communis est. Si igitur anima rationalis non valer illa simulachra cognoscere: ergo neque sensibilia. Præterea (vt magis constet impossibilitas istius opinionis) simulachra parentum, quæ sunt in semine, non sunt in actu, sed virtute: nulla igitur apparent, nec vltim ignam ad illi apparitionis. Quis ergo pacto possunt cognoscere, que non sunt, quomodo possunt depingi? Deinde de ea, quæ continentur in suis causis, neutriquam cognoscitur, nisi per diuersum: eorum cum similitudines parentum sint in semine virtualiter tanquam in causis virtualibus, non est possibile cognosci, nisi adhibito aliquo ductu sensitivo: ergo animam dicere intra se: Semen illud habet in potentia oculos glaucos, pectus glabrum, nasum acutum: ergo enim cognosco, quod pater habet similia signa, & eadem impressit, licet non apparent, quia est magna diuersitas inter ea quæ sunt in potentia, & ea quæ sunt in actu. Volo ergo depingere ad nutum parentis, & secundum dispositionem materię emergent illa simulachra. Vides animam sensitiuam tam doctam, & eruditam, vt ab incunabilis talia cognoscat: quid ergo erit quando adueta, per experientiam tam illustriam principia confirmauerit?

Idem dico de anima rationali, non est possibile, vt effectus cognoscat in suis causis, nisi effectus, est enim tunc tanquam tabula rasa in qua nil est depictum: quo ergo modo poterit in illo tenebricoso carcere, cognoscere, quæ vbi sunt in actu? Ea quæ sunt in actu extra suas causas non potest cognoscere, vt supra probauit: ergo multo minus ea quæ sunt recondita in potentia causarum, qualia sunt simulachra seminaria: ergo ridiculum est taleam causam similitudinis adducere.

Illud autem, quod responderet ad rationem quartam suam, minus probabile est, nam dicit formatricem vti instinctum, & per instinctum (qui non est vera cognitio) comprehendere simulachra: diximus enim supra instinctum pertinere ad animalia: neutriquam ad plantas, minus multo ad plantas non vitales. Quis vnquam dicit plantam operari per instinctum, nisi dicas cum

illis Philosophis plantas animalia quodâ
esset Non est itaque necessariû ponere im-
propriam cognitionem informatricem, quia
formatrix non format comprehendendo
(hoc enim ponitur sine necessitate, & cõ-
tra rationem), quia formatrix mouet, & for-
mat vt mora, vt qualitas, scilicet, pertinens
ad instrumentum. Opinatio vero supponit
e le necessitatem in semine comprehensio-
nem simulachrorum factam ab aliqua po-
tentia superiori feminis. Sed nequaquam
hoc est admittendum, quia talis compre-
hensio solum debet esse in artifice, vt su-
prâ dicebat Aristoteles: debet, scilicet, esse
in alio, & non in instrumento. Sicut ergo
motio instrumenti non admittit cognitio-
nem aliquam eorum, quæ in effecta debet
proficere, quia sufficit quod artifex talem
obtineat cognitionem, ita similiter in na-
turalibus sufficit, quod idea generandi sit
in efficienti, quod & ab illo comprehensio
dirigat semen. Quomodo iste modus phi-
losophandi sit conformis principis opti-
mæ philosophiæ, extèsius alibi reperies, for-
san in hoc libello quando agamus de si-
militudine naturæ ad parentes. Nunc
enim suffice dixisse, quod formatrix non
est comprehensiu, quia est naturalis potè-
tia communis pluri, directâ ab alio, quod
suprà ostendimus. Atque adeo non com-
prehendit simulachra, sed efformat ad mo-
tum, & directionem efformatis: quod de-
cisâ fuit. Errore enim illius operantis in isto
puncto oritur ex primo, quia cum semini
neget directionem instrumentalem separa-
tam, anxus querit quid sit in generatione,
quod efformet tanquam principia quodâ,
immediatam, sed non inueniet.

DISCURSUS QUINTVS,
*in quo defenditur antiqua doctrina
Sancti Thomæ, organizationem sci-
licet, præcedere animam ra-
tionalem.*

SI artificem debebat esse esse ista opinio ad
fabricandam organizationem, nullum
profecto potuisset inuenire animam rationalem
excellentiore sita sollicitû, vt dixit Hippo-
crates, quod anima omnia per omnia vi-
det, omnia mouet nonquam quærens.
Optimæ conditionis artificis. Quamquâ, vt
iam tetigi, idem debet philosophari de ani-
mâ brutorum quantum ad ea de quibus
hic agitur, sola adhibita differentia, quod
anima rationalis omnino spiritualis, im-

mortalis, & æterna à parte post vt ex men-
te Hippocratis probò in isto opere, quod
nominè exillimo) non educitur à materia,
sed creatur à Deo, & vitur congrua ma-
terie. Atverò anima sensitiu, omnino edu-
citur, sicut alia forma materiales, ex vilce-
ribus potètia passiuæ prædione generâtiis.

Dicit ergo ista opinio, quam impugna-
mus, quod anima rationalis est prima, quæ
ingreditur virtute continens alias. Secun-
do, quod ipsa sibi efformat debitas disposi-
tiones organorum, & ex consequenti sen-
tentiam Sancti Thomæ absque dubio iam ap-
pellat: sed (Deo fauente) monstrabo breui-
ter Sanctum Thomam loquentem fuisse
tanquam principem Philosophorum, cõ-
trariam vero opinionem esse falsam.

Clarioris doctrine gratia, prius argu-
menta statuemus illius opinionis, & illis re-
pulis, aliquid de necessitate organizatio-
nis dicemus.

Primo à sufficienti partium enumera-
tione. Deus non est efficiens organizatio-
nis, non intelligentis, non anima mundi,
non vterus, non anima parentum, non ani-
ma feminis, non alia virtus feminis: ergo
anima introducta.

Secundo, conformatio est actio vitalis,
ergo ab anima: sed non ab anima feminis,
non ab anima parentum, neque proxime,
aut remotè; ergo ab anima iam introdu-
cta.

Tertio, embrio per totum tempus suæ
conformationis nutritur, & augetur: ergo
ab vno principio vite.

Quarto sensu & experientia, quia vidi-
mus, quod in planta sit conformatio ab
anima introducta, quia tam citò ac semen
geminat, ostenditur auaritia, & tamen
tunc nulla ferè est facta conformatio illius
geminis, quia passat in radices, rami, folia,
herbes proinde actus ergo anima iam intro-
ducta hæc efficit.

Quinto, in ista adione, scilicet, in illa pri-
ma germinatione nature, non fit confor-
matio totius fibre (v. g.) quæ nû est anima-
ta, quia illa pro maiori parte putrescit in
terra, vel conuertitur in alimentum germi-
nis: sed conformatur solum illud nonnum
germen, quod iam viridescit, est quæ anima-
tum, reliqua parte fibre remanente infor-
mi: ergo anima est, atque cõformans illi, quia
si vel anima feminis, vel aliqua virtus ad-
iuta feminis conformaret, conformaret vti-
que totam semen. Hoc autem non fit, nam
totum semen manet informe, ac conforma-
tione videtur attrahi, & absorbere per
modum

modum alimenti in ipsum germin. Atque in solo vno puncto feminis incipit fieri cōformatio, nimirum in illo in quo anima incepit educi, & pulsulare ergo à simili dicē dum est in generatione hominis.

Sexto, aliquæ sunt auctoritates, quæ id videntur confirmare. Galeni de fortis formatione capite 16. & 17. Aristotelis 2. de Generatione, cap. 3. Avicennæ libro 16. de Animal. cap. 1. Alexandri Aphrodis. 2. quæst. natur. c. 26. Themisij 2. de Anima, c. 22. Marfil. Ficin. in Thimesij Plati, &c.

His argumentis propositis, si interrogemus, quæ substantia est illa non organizata, in quam anima ingreditur rationalis, hinc ex qua feminina solum educitur in brutis perfectis? Responder illa opinio, quod est ipsa substantia feminina masculi, & semen feminæ, quæ statim, ac in vtero decidunt miscentur, & coniunguntur, & tunc antequam aliqua fiat organizatio, adest anima.

- ¹⁰ Formalia verba sunt hæc fol. 208. Ad hoc
¹¹ vt anima introducat, non est opus alia
¹² actione, quam, vt femina in vtero, virtute
¹³ ac calore eius miscantur, fermententur, &
¹⁴ adsentur, coactio, in medio eorum in mi-
¹⁵ nimam particulam, à Deo Optimo Maxi-
¹⁶ mo introducit, seu potius increatur ani-
¹⁷ ma rationalis.

Ex quibus bene constat, feminam in illa adnatione non animasse formam feminam, nec suscepisse aliquam organizationem, sed solum maiorem calorem; & (vt explicamus in textu Hippocratico, exemplo car bonum ignitorum vni alteri sibi mutuo, ad eundem finem epem ferre) negari non potest conclusio istius opinionis. Concludit enim, quod in femine antequam formam animat feminam, inducitur anima rationalis, & nob id dixi in principio quasi tantum esse opinionis Argentinam illa opinio in vtero femini existenti, & suscipiēti aliquem calorem & modum à reliquo femine, animam inducit.

Quia tamen commune fundamentum, & omnium reponso est ad prædicta argumenta, quod anima est alius coarporis organi, atque ex consequenti requirit præparatam organizationem: insurgit illa opinio negando omnia, & sic visum mihi fuit loco argumentorum illas reponsones proponere, ne possent recedamus ad illas.

Septimo, non est necessarium vt præcedat organica dispositio. Paret, quia illa præcipue consistit in figura, sed figura solum est necessaria pro forma artificialibus, nequisquam pro naturalibus. Ergo ad intro-

ductionem animæ non debet præcedere talis organorum dispositio. Probatum illa minor, quia neque forma substantiarum indiget figura, vt in elementis patet: neque accidentales, vt calor, frigus, lumē, raritas, lenitas, calor, sapor, &c. neque intentionales, vt species colorum. Est apertum, quod nullam determinatam figuram exposcunt: ergo neque anima talem requirit.

Octavo, si figura esset necessaria ad formæ receptionem, esset, quia partes quantitativæ materia deberent applicari modo peculiari partibus quantitativis formæ: sed anima non habet partes quantitativas, quia est indivisibilis, saltem humani: ergo.

Nono, si requiretetur figura in subiecto ad receptionem animæ, requiretetur certa & determinata, quia ad quamlibet formam, non quælibet dispositio, sed determinata est necessaria: sed sic est, quod neque pro introductione animæ vegetativæ, neque pro introductione sensitivæ, requiritur vlla determinata figura; ergo neque pro introductione animæ rationalis. Minor probatur inductione, quia illæ animæ sunt indifferentes ad omnem figuram, & conferuntur in qualibet figura. Vegetativæ, est in fungis, absere, thimo, quercu, & infinitis aliis, quæ maximè differunt figura. Ita sensitivæ est in animalibus tam diceret figura, quæ trapedibus, piscibus, &c. Ergo non requiritur determinata tam figuram talis anima, ergo neque figuram: ergo similiter de rationali est dicendum.

Decimo, figura est effectus formati, ergo non antecedit, sed sequitur. Probatum antecedens. Figura nihil est aliud quàm modus quantitativus terminatus: sed forma est, quæ terminat quantitativam sui corporis. Ergo illam efficit figuram.

Cōfirmatur, quia forma facit augmentum animalis, aut partem ad determinatam figuram. Formam passivam, facit excrecere passivam ad talem figuram, &c. ergo figura est effectus formæ.

Vndecimo, si cōformatio esset prælia dispositio ad animam, cessaret organizatio, introducta illi animæ, sed non sic cōtingit, quia post animæ introductionem, durat opus organizandi, vt apparet in dētibus, quia post introductionem animæ formatur, & plantæ in animalibus.

Duodecimo, si requiretetur cōformatio ante animam, non fiet tã magna, id est, non fiet rotæ partes similes, quæ non requiruntur ad animæ receptionem, vt brachia, pedes, aures, &c. ergo organizatio non requiritur ad animæ introductionem, sed solum ad exercitium operationum suo transpore faciendatum.

Decimo-

Decimotertio, si organizatio esset necessaria, quanto anima est nobilior, deberet precedere nobilior & perfectior organizatio, ita ut sensitiva alioquin requireret organizationem, quam vegetabilia, & rationalis multo excellentiorem, quam sensitiva: sed non sic contingit, quia eadem apparet conformatio in emersione brutaliæ in humano. Ergo signum est, quod nõ requiritur organizatio, ut prævia dispositio ad animam.

Decimoquarto, in hoc argumento iterum inculcat, quæ sæpius opposuit. Nam dicit: Efficientis conformatio debet esse anima, hæc autem, aut præexistit ante conceptionem, aut post. Ergo, quolibet modo dicitur, anima præcedit organizationem.

Decimoquinto, anima per se primò est in partibus sensibilibus, & non organicis, quia in organicis solam est in quantum consistat similitudo; et similes nullam habent figuram: ergo anima nullam requirit corporis organizationem: non enim est anima in ossæ, ut est longum & rotundum, neque in vena, ut est causa & longa, sed est in ossæ, ut est os; & in vena, ut est vena.

Decimosexto, anima in nutritione introducitur in alimentum non organizatum, sed informe: ergo figura, & organizatio non prætequitur ante animæ aduentum.

Hæc sunt argumenta, quæ committunt Auctorem hunc ad descendendam virosam nominatorum & sapientium demonstrationes, & sumas rationes per tot secula elaboratas. Et quod maxime mirandum est, illud certè, quod agens de autoritate, opponat Veigam, Capitecum, & Mercarij, Aristoteli, Sancto Thomæ, & vniuersæ scholæ Peripateticæ. Vellem moderatis verbis vti, cum disputo, sed non possum tam dissentiantem modum loquendi tolerare. Vniua sum dignus, quia laboro pro de factorum honore. Antiqua veritas suis se firmat fundamentis, sine dubio non corruet, patietur, sed nõ deficiet. Deus, qui est prima veritas, etiam veritates scientiarum defendet.

Hoc dixerim, quia in istis digressionibus solum opus est dilucere argumenta contraria, ne tyrones decipiantur. Stabilire vero quod per se notum est, nihil aliud vilius quam adum agere. Quare pauca circa hoc, aut nulla.

Debilia admodum argumenta distulsi. Ad primum dico, quod Deus est eticiens primum, licet virtute proximum; deinde

intelligentia, ut mouens causam; tertio calum per suas influentes qualitates; quarto parentes, immediatum principium & causa quæ, per sudanum, dicitur, virtus derelicta ab illis tanquam quæ, in sentiente, quam virtus adiuuat per suam caliditatem, & loci commoditatem.

Ad secundum, probatum supra est (præcisè loquendo) organizationem non esse actionem vitalem, prout dicit conuictum principium quod vitæ, quia sufficit ut sit actio à virtute derelicta ab anima tanquam decilla ab ære sine.

Ad tertium dico, diuersa esse tempora emersionis & seminis, ut supra dixi ex D. Thoma, & ex ipsa rei natura. Semina complexa, & vitata non sunt embryo, illa neatriquam virtus formaliter, & in illo semine incipit conformatio, utque dum embryo fiat. Itaque non valet consequentia ad emersionem ad semen, non enim quod dicitur de emersione dicimus de semine. Itaque illud argumentum debet procedere de conformatio, quam illa sibi oporreo intendit fieri ab anima seminis.

Sed quæritur argumentum (quod non deducit ad sensum) inspicimus. Dicimus, quod etiam ad formatum sub essentiali platura præcedit organizatio; sed tam parua, ut singula semina; anima plantæ subleptur ad istam necessitatem conformatio, quam opinatur non audeat negare, quia nec nullam dicit apparere; postea forma plantæ alias partes ad perfectionem & organum efformat, sed ante præcedit necessaria à virtute seminis facta, ipsam non perfecte distinguat.

Ad quintum dico, contingere in semine plantæ quod & in semine animalium, cum enim semina omnia vitata formentur parte quædam inuenit conformabiles virtus illa, quæ resider in spiritu, alias tenet. Et ita est indubium, quod proportionat, scilicet, totam substantiam debere efformare. Germen igitur sit ex similibus & partibus parte seminis, ut dictum est, & ita incipit esse anima, postquam debita formatio est facta: hæc autem non fit in puncto, ut sibi dicit, sed in parte adæquata, consistens ex varis particulis formabilibus.

Ad sextum, auctoritas Galeni nõ nõ ad rem, quia neque copponit naturam animæ, neque virtutes distandas à quibusdam elementibus. Et in omnibus est doctus, quia in hac parte neque Platonem, nec Aristotelem fuit adæquatus, hæc in alijs partibus Philosophiæ fuit strenuus. Et arguendo

tum quod proponit, hoc idem demonstrat. Nam dicit, quomodo est possibile, quod animal motu natum, aut poterat fieri ut membris suis, nisi anima ipsa membra efformaverit? Vide poterit rationem. Quasi statim ab ortu non habeant animalia sensum (sicut confusum) boni, & mali, ut fugere, & profecturum, ut moueant membra, aut retrahant, ut euentia animalia ab utero, statim toto nisi ad vbera confugiant; quasi in vita primordij non eluceat directio inclinationis non errantis, suppletis illam cognitionem confusam in ordine ad conseruationem.

In Aristotele nihil legitur ex quo possit elici animam efformare, sed partem animæ, vocare autem solet sic virtutem ipsius animæ, ut clare supra dixit.

Locus ex secundo de Generatione animalium cap. 3. potius probat contrarium; non enim dicit, quod anima efformat, hoc enim erat impossibile, & sibi contradiceret, sic enim ait. Fit à facultate animæ, &c. Lege (obscuro) locum, expresse enim dicit, à virtute animæ peragi, sicut artificata per motum æris.

Auicenna idem fatetur mille in locis, sed sic quæ citat opinatur ex 16. Animal. est expresse pro nostra veritate. Nam dicit. Et postquam illud coagulatum fuerit anima trahit, mouebitur anima in illo ad complendum membra. Ista sententia desumpta fuit ab isto libro de Dieta, quia loquens Hippocrates de semine, inquit: Prius mouetur, deinde viuificatur, & alimentum trahit, &c. prius mouetur à virtute generantis ad necessariam, & primam, licet rudem organizationem, deinde animatur ab anima, & tertio exercet operationem.

Idem dicit Auicenna: Postquam illud coagulatum fuerit animatum (supposita, scilicet, motione prima ad organizationem) mouetur anima in illo ad complendum membra, sed ad complendum, id est, ad vltimam perfectionem in lucendam; supponitur enim magnus Philosophus primam organizationem simpliciter necessariam ante animam, & post hanc indusam, complementum organizationis, firmitudinem, distinctionem perfectam, stabilitatem.

Sed quot facie anima postquam indusata in materia perfecta, sed omnia ad perfectionem eiusdem.

Ad septimò vide duas illationes: Figura folium est necessaria in artificatis, ergo non in naturalibus. Imò è contra proba-

ret: Figura est vna ex dispositionibus ad formas perfectas naturales, ergo & res artificiales, quæ emulantur naturam, etiam debent habere vnam figuram. Est enim natura fundamentum, & origo artis. Quando verò dicit, quod elementa, lux & alia huiusmodi, non habent determinatam figuram, non inde inferitur, alias res perfectiores, illa debere carere. Rigorem rationis vellem in disputationibus. Audi consequentiam: Elementa non habent figuram, neque accidentia habent figuram: ergo ad formas substantiales perfectiores non requiritur Forma imperfecta non requiritur determinatam figuram: ergo neque perfecta. Unde sequitur: Quis vnquam argumentari poterit ab imperfecto ad perfectum, ab accidenti ad substantiam? Non disputo nunc de veritate illius propositionis: Elementa non habent figuram, &c. quia solius demonstratione imbecillitatem insularum obiectum.

Ad octauum dico, quod figura non requiritur in corpore ad anime inductionem, eo quia anima applicari debeat partibus quantitatis (hoc enim est falsum) sed requiritur tanquam præcipua pars organi, & organum, ut ad æquum subiectum animæ. Organum autem requiritur propter talem operationem, que nullo modo potest fieri sine illo: itaque aut anima sit extensa, aut sit indistincta, propter dictam rationem requiritur figura. Et in hoc apparet veritas huius responsionis, quod figura non sequitur formam extensam, aut non extensam, sed abstrahit ab vtraque, & solū sequitur organum tanquam modus ipsius organi, ad animam suscipiendam, quæ in illa sit.

Ad nonum dico, quod procedit ex confusione generis cum specie; cum sint maxime distincta. Concedimus, quod requiritur determinata figura. Sed negamus quod in planis non reperitur determinata figura. Et ad inductionem respondemus, quod omnes illæ plantæ sunt indiuidua specierum plantarum, quarum vnaqueque requirit determinatam figuram speciei propriæ. Tymus, fungus, lactuca, sunt plantæ particulares, sub sua specie, sub sua determinata figura, & cõformatione; equus, boves, capra, leo, sunt indiuidua stirum specierum tam distinctarum, ut per se patet, requiruntque suas figuras ita distinctas, ut nobis à posteriori deseruiant ad distinctionem, & ad cognitionem: itaque genera sunt indeterminata, tamen sunt determinabilia per suas dis-

differencias, differentiæ verò taliter contrahunt & limitant, vt ad suum complementum sint plura inferiori necessariò requisita, inter quæ est illa, aut illa positio partium, pro hac forma ad hanc operationem. Et ita ad formam argumenti, facilis est responsio. Nam ad animal vt sic, ad plantam vt sic, non requiritur figura determinata, sed requiritur ad plantam contractam in hac specie, & in hoc indiuisio, & ad animal huius speciei, siquidem utraqueque species suam habet determinatam figuram, quæ alteri non possit competere. Sed de necessitate organizationis, & de causâ finali illius, statim aliquid dicam.

Ad decimum, est responsio communis, quòd organizatio quam sequitur figura, in diuerso genere causæ præcedit & sequitur. Nam in genere causæ materialis præcedit formam, vt dispositio materialis, tamen inducta forma, conferuat suam organizationem, & omnia ad illa pertinentia in genere causæ formalis, & in hoc sensu habet se per modum effectus illius: taliter quòd oculus mortuus non sit oculus, sed requiritur (vt dicebat Aristoteles) quia amittit effectum illum formæ; actus enim organi, est anima (vt postea propter tyrones explicabo) ergo amisso actu amittitur esse organi, & ita illa consequentia non valet.

Similiter responderet ad confirmationem, quòd augmentum est accretio partium præexistentium ex noua matris suscepta materia. Ad eandem ergo formam pertinet conservare figuram sui organicum sua quætitate, & illam adaugere ad maiorem perfectionem: & ita non debes arguere, ex figura producta ob perfectionem, ad figuram quæ sit requisita ad esse forme in materia. Nunc producit istas perfectiones, ergo prius produxit illas in esse: non valet, quia ante formam inductionem fuit necessaria ex parte dispositionis materię, & ita prior. Sed post inductionem formam, fuit necessaria eius accretio ad perfectionem, & ita posterior.

Ad undecimum, iam dictum est sapient quo pacto aliquæ perfectiones erumpunt postea tempore necessitatis. Dentis non erant necessari in vtero, quia alebatur foetus sanguine matris, atque statim post exitum, quia tenera subtilitas quam simillimo debebat recipere alimentum, vt lacte, quod non indiget oris digestionem per dentes, ergo non erat consonum erumpere, vsque dum natura pueruli, solidioris cibi auida, masticare desideret: ob hoc igitur, prouida ars diuina, non omnes partes simul fa-

brefacere docuit, sed ista maiorem, aut minorem necessitate, quædam inuoluit ante animæ inductionem, quædam postea ad melius esse.

Duodecimum argumentum videtur replica responsioni antè tradita. Sed facilis est solutio, quia virtus illa feminis, à perfecto & completo principio directæ, omnes, vt diximus, aggreditur partes necessarias efformare, pedes, brachia, ceterè adhuc in vtero sunt necessaria, vt suos motus faciat factus suo tempore ad exitum, & statim se exerceat, & adiaceat ad motus extra vterum. Non dico quòd progrediatur in vtero, sed moris tempore illis partibus vitatur, vt impetum faciat, similiter reliquas partes efformat, quæ pertinent ad integrandam naturam. Si enim absque nato formaretur, à principio deficeret ille sensus: quod est maximum inconueniens. Si igitur monstrum fugit quoad possit natura, oportet omnes istas partes efformare. Nisi velit ista opinio, quòd post natiuitatem debeant exire nares, aures, pedes, brachia. Elegans emendatio datur.

Decimumtertium argumentum non potest tolerari. Estne possibile quòd sit, qui dicitur bruta, & hominem eandem habere, & exposcere organizationem? Diuinum animal rationale ad similitudinem Dei creatum (non solum in anima sed etiam in corpore, vt in inferioribus reatibus ex D. Augustino reperies) altera semper ceruicè erigunt; caput ad supernam caelestem patriam dirigens, quod nullo animali est concessum: hoc ne Templum Dei non habebit distinctam organizationem, ac diuersam compositionem à brutis?

Sed non agamus Oratorem, sed Philosophum. Respondeo saluim esse, eandem esse conformationem, sed speciem diuersam & multis interuallis perfectiorem: prout requiritur anime excellentissime, immortali & omnino segregatæ à corruptione, natura, cuius operatio licet non erit organo vt subiecto, quia tamen vt obiecto, ideo nullo modis debebat etiam organizatio præcellere. Præcellit igitur in figura, quia nullum animal erecta potitur figura, sed vt terreste terram semper inspicit. Nullum animal conformationem tactus ita habet electam & perfectam, non loquitur solum de temperie tactus redacta ad summa mentietatem, quæ in nullo animali reperitur: sed philosophor de ipis partibus componentibus tactum, quæ tales sunt in omnibus conditionibus in ordine ad actionem tactuam.

zationem, ut deliramentum sit, asserere, esse aliquid animal, quod tali organo tactus possidet: quia licet reliqua animalia ad suū tactū utantur carne & nervis, sed illam et partes, & in conformatione, & in modo qualitatum secundarium, taliter reperiuntur facte ad animam rationalem, ut sit perfectissimum opus nature, & ob id homo tactu excedit omnia animalia, sicut excedit ratione, & sapientia: & ita ex perfectiori tactu hominis, elicitur melior ad sapientiam di. positio. Sed non negamus multas habere similes partes cū brutis, & ita Medici antiqui secabant animalia, ad sciendā composit. omnem internam, ut manducarentur ad hominis structuram, sed affirmamus, falsam esse quod in argumēto asseritur, eandem esse conformationem brutorum & hominū, ut inferius dicam extēsius.

Iam solum est decimumquartum argumentum, quia est probatum, quod organozatio sit a virtute seminis, quæ est virtus animæ generantis.

Ad decimumquintum dicimus, quod vnum tantum est subiectū animæ adæquatum organum, scilicet, pars verō similis habet a vnam, non quia est subiectum animæ adæquatum, sed quia composit. proprium subiectum animæ, nēpe organum: & ob id dicitur ab simplicibus inadæquatum. Expl. cabimus autem statim quare anima est actus per se organi, & adæquate, & non similis.

Ad decimum sextum dicimus, quod nutritio vivens, proprie dicitur non generatio, sed aggeneratio: quasi dicas (clarioris doctrinæ gratia) nova vitio ad re generatam, in hac autem actione supponitur anima vna organo, & ob id alimētum accedit sine determinata figura, quia illam debet recuperare in illi nutritionis partis organice. Quod si consideras organicas non nutriti. nut. quatenus comparas eas similibus, tunc alimētum per se recipiet naturam similis, & consequēter erit pars organi figurat, quia iam est comersum in partem quæ constituit organum. Et ita nullo modo alimētum debet accedere figuratum, sed sicut materia immunit ab eo, quod debet recipere. Et ratio fundamentalis est, quia nutritio in sua essentia dicitur reparatorem perditæ substantiæ, aut talis substantia sit figurata, aut non sit figurata.

Ex dictis satis patet quā integrā maneat antiqua veritas in isto puncto: solum superest pauca de organizatione addere ad dictorū confirmationem.

QUOD VNAQUEVE SPECIES FORMARUM SUBSTANTIALIUM DETERMINET SIBI FIGURAM & CONFORMATIONEM PECULIAREM, & DE HUIUS CAUSIS.

SEXTA DIGRESSIO.

Primum fundamentum opinionis, quam destrimus, erat, non exposcere animas determinatam & necessariam materie configurationem ad sui introductionem, & configurationem. Diluimus argumenta, sed ad memoriam eruditiorum non docui letandā aut augendam, sed excusandā; utinam hoc punctum satis notum, sed ignotum his opinantibus. Vide claritatis gratia, propositionibus, quasi conclus. omnibus, & totam abolitionem.

Primo proposito. Vnaqueque species formarum substantialium determinat sibi aliquam figuram.

Ad probat. omnia istius propositionis, supponendum quod in hoc opere diximus, figuram proprie non esse alicuius admittentis insignitatus dicitur intus esse certam positionem partium, quæ partes taliter positæ & figuratæ valent ad actiones.

Secundo suppono, quod talis figura & organizatio proprie, & per se determinatur ab aliquibus formis, tali & tam necessaria organizatione, & determinatione, ut naturaliter loquendo non possint prædicte forme, nec induci, nec conservari sine illa. Aliquæ tamen non sic stricte determinant, sed quasi ex accidenti. His suppositis explic. & probo propositionem; sed primo a sufficienti enumeratione.

De corporibus simplicibus est inter Philosophos controversia, Vtrum forme elementorum petant ex se aliquam figuram suæ materie? Quidam asserunt nullam prorsus determinare, quia videmus portiones element. in qualibet cōservari figura, sed & cuiuslibet animalis suscipere figuram. Aqua suscipit figuram vas, & aer, similiter & terra, & ignis servatur in quacunque, quamvis pyramidalem solet arulari. Et ita cum omnes operationes element. feruntur cum qualibet figura, credendum est nullam peculiarem esse determinatam. Nam si aliqua esset ex necessitate nature, deberet corrumpi cum contraria; sed videmus, quod elementa non alienantur a propria

propria natura, quamuis multas & varias experiantur figuras: ergo asserendum est, nullam (præcise loquendo) determinatam figuram debere elementis.

Verum quamuis hæc ita sint, tamen secundario existimare oportet, elementa appetere figuram sphericam, ob nihil aliud, nisi quia appetunt suam conservationem, quam melius consequuntur motu partium ad centrum suæ spheræ, qui motus sit à gravitate, aut levitate ipsarum æqualiter incendentiam se centro ipso appropinquare, ex quo resultat figura spherica.

Secundo, quia talis figura est magis apta conservationi, quia cum partes maximè sibi appropinquant, mutuum sibi reddunt auxilium, & ex consequenti melius fit conservatio. Quod in figura angulari contrario modo videntur, quia res sub angulari figura constituta, quamuis extenuata (saltem verius vtrumque partem) terminentur, simul tamen consistat, quòd à latera infra acutiem non continuantur, & ita non resistunt contrariis corruptentibus tam fortiter, ac si essent conglobata, & ad unicam sphericam dispositionem redacta. Atque illa breuiter de figura elementis.

Vtrum vetò forma substantialis eadè ex propria natura, & per se circulem figuram exoret, an verò in ordine ad gubernationem huius mundi, per lumen, influentias & motum, à Deo Optimo Maximo, taliter sit adaptata, non est demonstrabile. Sed adetur tamen ex eo quòd tam perfectio corpori, perfectior debet competere figura, qualis spherica. Quam etiam quidam philosophi in ipso homine contemplantur. At iste punctus non habet hic determinationem generalem. Sed incepti à simplicium formis, ut eluceret quo pacto adumbrat formis artifex necessitatem configurationis, aut configurationis adhuc in simplicioribus corporibus, ut postea paulatim illam exprimat.

CONFIGURATIO in mixtis.

Næque mixta inanimata aliquam per se exposcere figuram, propter easdem rationes, quas in elementis inlinuimus, meliones philosophi profiterentur.

Sed temperare hoc oportet iuxta doctrinam in questione de partibus mixti. Non enim mixta exposcere per se figuram, sed exposcere diversitatem aliquam

De Hippoc. Philosoph.

partium, modo possibilis correspondentium elementis, ut ibi explicatum: quia est quasi quadam fori analogia organizationis inculta, & occulta. Cui diversitati eruditi addunt diversitatem positionis pororum, in vno mixto diversam ab alio, per quam explicant multas & varias operationes & proprietates mixerorum. Vide rodimenta naturæ perfectas configurationes facere addiscunt. Quæ omnia nobis collata à posteriori, quia aliter nec generationem & modum mixtionis illorum erui, nec illorum effectus possumus interpretari, ut in questione propria videbis.

Hanc tamen doctrinam diximus esse necessariam, iuxta communem modam productionis mixerorum: tamen non repugnare aliquod mixtum fieri à Deo omnino, & perfecte simulare.

VIVENTIA PER SE, & proprie exposcere organizationem.

Accedamus ad viventia, de quibus erat sermo in digressionem antecedenti: nã Ficus opposuit nobis tam varias plantas, & tam diversæ figuræ, ut credat nullam esse certam in tanta varietate. Sed diximus esse certam pro quacunque specie. Id nunc explicamus simul, & probamus.

Quia cum anima tam superior esset sit respectu formarum elementorum, & mixerorum, non est illi negandum perfectiori modo, quod alijs concessit natura, sed formæ mixerorum petebat aliquam maiorem configurationem (sic licet appellare) quàm formæ elementorum: ergo à fortiori, formæ plantarum manifestam & variam desiderabant configurationem pro sua perfectione explenda.

Ut enim in materia est appetitus ad formam, ita in forma est appetitus ad materiam sibi determinatam cum talibus dispositionibus quibus possit perfectiones operatiuas manifestare: nam cum appetat operari, & operari variè, appetit etiam media per que id valeat perflare. Unde iuxta varias formas & appetitus illarum, dispositiones varias materiales excogitat ars divina. Discunt per plura arbores, & varias figuræ contemplantur, quæ sine dubio oriuntur ex diversis proportionibus dispositionum quas in materia appetit forma, nam quædam eriguntur à terra, quædam serpunt, quædam (topiaris dicitur) assurgunt, sed quasi manifeste

affixæ parietibus, aut vniuersa, non enim naturam fortit ut foliamentum. Aliæ pyramidem referunt, aliæ folia habent aspera, aut blanda, resinosa, aut scilla, aut integra, aut spinis vallata, & mille modis figurata. Quæ omnia oriuntur ex varia specie humoris cum certa caloris portione in ordine ad formam formant, vt latè innocies apud Theophrastum & alios.

VARIÆ ORGANIZATIONES ANIMALIUM IMPERFECTORUM.

PLATIS relictis, eadem principia innocies (sed manifestiora) in animalculis imperfectis ex putredine, aut alio modo ortis. Sed ad certum videlicet gradû accedimus: siquidem de homine est sermo, cuius organizationem cum brutis confundere nititur prædicta opinio. Ex dictis enim facile est demonstrare, ex natura formalis causæ & finalis, necessitatem determinatæ figuræ in materia pro vnaquaque specie, plantæ, & animalis.

SECUNDA PROPOSITIO.

Anima rationalis, tamquam perfectissima, & omnibus eleuatur, determinat per se perfectiorem organizationem in ipsa materia.

CERTÈ in hoc puncto non possum me cōtinere, cum videam, tam diuinam naturam ita turpiter opprimi, vt audeant dicere finalem cum brutis postulare corporis configurationem: & in memoriam veniunt verba Celsij Rodegini non contemnendi Antistitis, lib. 3. de Antiquitate cap. 12. *In corporis vtrò humani fabrica ingruunt se plurima singulari digna admiratione, qua singularem ac curiose, contemtaque, si quis ex equi curat, citè reperitur finis illius. Siquis, qua communi nobis sunt cum brutis, tantò excelsiorum in corpore humano ratione habet, vt impius omnino censetur qui artificij eminentissimi sapientiam iniqua perpermisit luce.*

Notanda verba Celsij, qui nostram Gymnasia ingressus ignorantiam multorum de pellit. Vnum continet sententia, & altera insinuat. Primum, hominem organizatione habere aliquam communem cum brutis; sed perfectiorem. Secundò, aliquod peculiare esse, quod soli animæ rationali, & humanæ competat naturæ. Ad nos igitur per-

tinere videtur, istam differentiam explicare.

Sed vt difficultas magis legendi excitet desiderium, potest fieri argumentum, ad probandum nullam debere esse differentiam in organizatione inter bruta, & homines. Quia homo vna sola operatione excedit animalia, scilicet intellectione, sed ad istam nullo indiget organo corporeo: ergo brutalis organizatio sufficit pro humanis anima. Minor ostenditur, quia non indiget corpore ad intelligendum, nisi solum vt recipiat à sensibus phantasmata: ergo dummodo organizatio pro forma sensitua sit perfecta, hoc sufficit vt anima rationalis operetur in quantum rationalis: ergo non est necessaria diuersitas organizationis.

His tamen non obstantibus, conclusio proposita est tenenda, & contraria est absurda; & ostenditur ex superiori discursu: nam incipiendo à simplicioribus, semper natura pro perfectiori forma elaborat perfectiorem configurationem materiam: ergo multò magis ad animam rationalem hoc enim modo adimpler appetitum formæ. Iste est discursus, & argumentum Aristotelis, quo procedit à minori ad maius. Est enim efficax libro 2. de Anima textu 6. *Si plantæ, que ad sensum apparent sint organa, necessariò habent organa vt continentur autem; ergo anima sentiens, aut rationalis necessariò requirit organa.*

Secundò, ex parte finis constat, quia omnes operationes humane sunt perfectiores: eo modo quo explicuimus in questione propria de temperamento perfectior n'ergo & instrumenta.

Vnde nihil aliud restat, nisi ostendere in quo consistat ista diuersitas inter hominẽ, & bruta.

DIVERSITAS ORGANIZATIONIS INTER BRUTA & HOMINEM.

Facilè id percipies ex his, que diximus in solutione ad decimumtertium argumentum contrariæ opinionis: illa enim sufficiebāt) tamè auscultata sollicitudinem naturæ, & mirare, quomodo se habuerit in parte sensitua, & in omnibus reliquis, que debebant animæ insensuæ. Cum enim nostra anima essentialiter sit alior, & perfectior sensitiua, nouum & perfectiorem modum debemus inuenire in suis instrumentis.

Tertiò,

Tertio ostendo, quia omnes excessus, aut defectus conformationis animalium, sunt in homine ita refracti, vt necessarium sit asserere, esse diuersam organizationem ad sentiendum in homine: non enim bruta possunt perfectas habere suas operationes, quia semper in illis est aliquis defectus, ex parte instrumenti: sed in homine reperitur medicoritas exacta pro nobilioribus operationibus (non dico quoad temperiem, quia hæc est excellentior: vt probatum est in parte naturali) quia in quibusdam animalibus est magna ventriculorum cerebri apertio, in quibusdam admodum stricta dispositio, in aliquibus cerebrum amplum respectu parui molis residui corporis: in aliis admodum paucum respectu magnæ molis residuæ: & ita de alijs partibus poteris philosophari. At verò in hominis conformatione, omnia taliter ad perfectionem sunt refracta, vt si parum delictant, læso & morbus sensibilibus obonatur. Si enim ventriculorum strictio adlit, vt in capite nimis oblongo contingit, solidus erit homo. Si autem nimis dilatentur ventriculi, vt in capite lato; erit homo sine vlla intelligentiæ firmitate, sed vagus. Discorre per alias conformationes, & videbis quo pacto sedula natura perfectionem lesionis internæ & externæ, & illius instrumentorũ summo opere desiderauit in homine, vt rationis intenserent; bruta verò reliquit intra suas species, sed cum minori perfectione organorum.

Vnde plura legenda in libris Aristotelis de Partibus animalium, vt conder magis ista diuersitas, & in alijs authoribus clarificis. Primò, homo solus, omnium animalium erectus incedit, secundò de Partibus animalium cap. 10. Secundò, homines inter omnia animalia maximè habent absolutam partem sinistram, lib. 1. de Partibus animalium cap. 5.

Sed tertio audiamus grauem sententiã Alberti Magni libro 21. de Anima tractatu 1. capite 1. folio 169. columna 1. *Homo (inquit) non solum specifice differentiã differt ab alijs animalibus sed etiam secundum esse generis remoti. & secundum esse generis proximi: proximum genus est sensibile, remotum cœlum.*

Hæc sententiã est verissima, physice interpretata, & non logicè, quia cum omnes isti gradus in homine procedant à tam elevato principio, necessarium est vt homo excedat reliqua viuentia in vnoquoque gradu, ita vt vita vegetabilis homi-

De Hippot. Philosoph.

nis excedat omnem perfectionem vitæ plantarum: & sensitiua perfectio multis interuallis excedat omnem lætitudinem sensibilitatis animalium. Hæc fuit mens Alberti Magni. Si ergo organizatio respicitur à forma & operatione, perfectius sensitiuum perfectius poscit organum, & perfectius viuum perfectius instrumentum.

Quartò, præterea homo inter omnia animalia, magis larum habet corpus, secundum mensuram suæ quantitatis lætitudine præportionatæ. Idem Albertus loco citato.

Quintò, de dispositione partiũ dicebat Aristoteles libro 1. de Historia animalium capite 15. quòd solus homo inter cœtera animalia, superiores partes & inferiores maximè habet ad situm orbis dispositas, & similiter de dextris & sinistris.

Sextò, solus homo ambidexter nascitur, dicebat Aristoteles libro 2. de Historia animalium, capite 1. Sed quid dicam de membrorum flexibilitate, & obedientia nulli animalium cœcessa? Homo membrorum inflexum eodemè contrario agit; quippe qui brachia retrosum flectat. Eodem loco Aristoteles.

Septimò, solus homo pedes carnosos habet.

Octauò, solus habet cilium in vtraque palpebra, & alas oppletas pilis, & pubes, quòd cæteris abest, libro 2. de Historia animalium cap. 1. Carent enim cilio palpebræ inferiores. Sed paulò inferius: Rarò pilis nonnullis exent.

Nonò, homo omnium animalium pilo capite præditus.

Decimò, homo solus titillatur.

Vndecimò, homo solus erectus est inter omnia animalia (dicebat Aristoteles 4. de Historia animalium capite 10.) quia eius diuina natura & substantia, & diuinum officium, est intelligere & sapere: quòd nõ facile esset, si vasa corporis moles assideret: pondus enim tardorem reddidit, & mœtem, & sensum communem, quam obrem enacretione & pondere grauiore opprimente, corpora vergete in terram uocellum est.

Duodecimò, homo solus, cum erectus existat, inter omnia animalia pediculis, habet etiam maxime firmas.

Decimotertio, Aristoteles de animalium incedis cap. 9. & 5. de Generatione animalium capite 2. curem hominis dicebat tenuissimam inter omnia animalia.

h 2 Decl-

Decimoquarto, solus prateret homo inter cognita animalia, tribus carnosus habet, ut ait Albertus Magnus lib. 2. de Animalibus, tractatu 1. cap. 1. fol. 10.

Decimoquinto, homo solus manibus taliter utitur, ut sint organa organorum.

Decimosexto Alber. Mag. lib. 21. de Animalibus tractatu 1. cap. 1. Solus homo inspirando odoratur. 2. de Anima, text. 93.

Decimoseptimo, solus homo propriè loquendo faciem habet, nam cetera animalia dicuntur largo modo illam habere, ut sola faciei dispositio possit mouere eorundem Philosophum, ad asserendum, maximam esse differentiam inter hominem & bruta: nec esse confundendam organizationem. Sic ait etiam Albertus Magnus 1. libro de Animalibus, tract. 2. cap. 1. fol. 6. *Facies uicem non communis nisi homini seruandum rellam rationem, & non alij animalibus.* Ex Aristoteles lib. 1. de partibus animalium cap. 1. *Salus homo inquit faciem animalibus habet, & Julius antiochus uicem insinit.* Hæc ex Aristotele & Alberto pertinentia ad partem configurationis sensitiuæ. Sed in aspectabile naturâ, & corâ que intrinsece variantur & organizationes varias, non possumus nunc transserere; quia putamus rem notam inmiscere. Sed permulta inuenies quibus differat homo à brutis in organizatione.

Ad argumentum contrarium respondetur, quod licet ita verum sit, animam rationalem, ad intellectiōnem non indigere corpore ut subiecto, sed ut præter obiectum, tamen ad intellectiōnem ita supremam actionem, non sufficient phantasmata, per organa bruta ministrata, sed per organa maioris perfectiōnis, quia (ut constat) species sensibilium à sensitiuis modificantur, & ab spiritibus animalibus, ita ut quale sit organum, & spiritus ipsius, taliter afficiatur species, ut apparet in melancholicis. Ergo cum phantasmata immutatione recipientur ex receptione in parte sensitiua, colliguntur à parte, quod si organum non fuerit proportionatum anime rationali ut ab illo suscipiat phantasmata, non celebrabitur intellectiō & ex consequenti quoniam anima nõ utatur nisi obiectis à corpore, necessarium est ut tale corpus, à quo misistantur obiecta, sit perfectissimè ad modum ipsius anime organorum. Unde rectè dicebat quidam subtilissimus Philosophus, quod si Deus uellet, per suam omnipotentiam, animam rationalem concludere intra corpus porci, ut illud informaret, sine dubio

nullam possit edere loquelam, nec aliam hominis actionem, sed actiones porci, quia quamuis libet esset tota essentia anime rationalis, potens intelligere, non tamen per tam infima organa ministrarentur debita phantasmata, & ex consequenti non posset actus secundus hominis exerceat. Fundatur autem ratio illa in communi principio philosophico: Omne quod recipitur, recipitur ad modum recipientis. Et in altero etiam communissimo: Ad mensuram eleuationis finis eleuatur media.

TERTIA PROPOSITIO.

Impossibile est per naturam, quod anima rationalis, ante debitam organizationem, uiuatur corpore.

ET quamuis de anima rationali sit sermo, communis est doctrina ad quamlibet animam, que reuera est alius corporis physici organici. Sed probatur, sicut lapeus dixi, probari possunt res per se totæ omnes forme naturales educuntur, aut inducuntur præsupposita debita dispositione materię. Sed anima rationalis licet separabilis & immortalis est uerè forma corporis etæo (sicut & alie forme) requirit prænam dispositionem: aut assignanda est ratio quare omnes forme illam requirant, sola tamen forma ita perfecta, illam non exposcat: illa maior est, principium philosophicæ: Non quodlibet fit ex quolibet sed determinatum ex determinato: quia non quodlibet agit in quodlibet, sed determinatum in determinatum. Obsecro, expleres istas propositiones, quibus per solum se habuit primorum principiorum fit assensus. Ergo si determinata fit ex determinato, interrogo quo pacto fit aliquid determinatum, nisi per dispositiōnes proximas ad formam, ut calor ad ignem, frigus ad aquam, semen ad germen, &c. Hinc est meta nature, quam non potest transire. Accedit omnipotentia diuina, que est supra naturam, eundem faciet quodlibet ex quolibet, nõda spectata proportionem, aut dispositionem; ex aqua uinum, ex mortuis uicentia, ex aqua pisces, ex terra animalia & cetera. Rectè ergo positum est in propositione, impossibile esse per naturam induci formam sine prænam dispositione.

Nunc

Nunc probare oportet quod illa dispositio debeat esse organizatio. Probatum sic: quia materia est propter formam, & non est contra: ergo qualis futura forma, talis præbit materia: led anima est actus corporis physici organici, ergo materia disponenda erit in ordine ad talem actum. In quo puncto subtilitatem ex Aristotele aliqui deducunt, asserentes, quod anima ut forma substantialis est, nuda omnino vitur materię: tamen ut anima, proprium eius susceptivum est corpus physicum organici, ad distinctionem aliarum formarum imperfectarũ, quæ pauciores, & simplices habet actiones. Fuit igitur necessitate naturæ organizatiuæ vero non indigerunt manifesta, & perfecta æthereogenitate partium.

Præterea si non præcedit organizatio determinata, ergo anima rationalis potest infundi in quolibet animalium semine, nõ enim est maior ratio. Patet, quia materia seminalis est indifferens, quia nullam habet determinatam organizationem. Ergo ne talis, & tam inaudita absurditas concedatur, debes dare aliquam determinationem in semine, per quam hæc anima adueniat & non illa: hæc determinatio non potest esse alia nisi organizatio: ergo hæc debet præcedere ex necessitate naturæ.

Sed dicit aliquis determinari semen sufficienter per temperiem, & per illam mixtionem factam in vitro. Hoc enim constat ex illa falsa opinione.

Sed hoc est etiam falsum. Probatum efficaciter. Quia determinatio ad aliquam formam fit per rem incommutabilem, aliam non est determinatio ad illam. Sed talis temperies non determinat immutabiliter, ergo non determinat: maior est manifesta, quia dispositio, quæ determinat, est virtus, & rectè vocatur incommutabilis in hoc sensu, quia naturaliter loquendo, illa posita, debet induci talis forma, & nõ alia: calor enim ut octo inuertibiliter educit formam ignis, taliter signans, & determinans materiam, ut sit impossibile aliam formam suscipere. Et ob id rectè dicitur in maiori propositione, quod est incommutabilis respectu formæ quam respicit, & ita incommutabilis, & inuicribilis, ut non sit separabilis à forma, sed vnico instanti conueniant in materia, quamuis prioritate naturæ præcedat dispositio.

Sed ostendo minorem, quia temperies seminalis est mutabilis, & vario modo terminabilis, non solum ex se, sed in ordine ad formam; constat, quia ex se est remif-

sibilis, & intensibilis: ergo & in ordine ad formam, quia illud semen potest alterari, & mutari ad aliam temperiem simillimam temperiei alicui brutalissimi cum hoc fiat per solam mutationem qualitatum, facilitate potest contingere. Ita ex refrigerato semine poterit animal frigidum nasci, ex calidissimo, aliquis leo, quia sola temperies determinat, & non organizatio; sed hoc est absurdum: ergo sola temperies, nõ est possibile, ut determinet ad animam rationalem, cum sit indifferens ad plures formas: sola igitur organizatio est naturaliter incommutabilis, & ex se, & ex proprio ordine naturæ, adiungit sibi hæc animam, & non illam. Videndum noster discursus de Temperamentis, ubi probauimus nullam includere repugnantiam, quod sub lapsa temperie aliqua graduale humanæ speciei, possit generari aliquod brutum: non dico sub temperie illa perfectissima ponderali raro inuenta. Igitur tota diuersitas deouoluitur ad organizationem, quia organizatione leonis noct potest natura animam leporis, aut animam equi concludere. Quia operatio & differentia vniuscuiusque speciei determinat sibi propria organa, & incommunicabilia alteri. Quod de temperie non potest affirmari. Ergo semen humanum prius debet organizatione determinari ad animam rationalem, nam temperies non est sufficiens; & ex consequenti non sufficit mixtio duorum seminum, quia per mixtionem illam non fit organizatio, sed tercia temperies, si semina sunt contrariis qualitatibus prædita, aut si mixto se luant, seruiabit eadem, aut intendetur. Et redit idem argumentum, quo probatum est posse induci aliam animam diuersæ speciei, non monstruose, sed ex propriis principiis seminalibus debite: tamquod est absurdum inauditum. Igitur organizatio est, quæ necessitat (ut sic loquar, licet barbarè) animæ introductionem: ergo præit more reliquarum vltimarum dispositionum.

DUBIVM.

Sed dubitabis, vtrum possit Deus Optimus Maximus in aliquo corpore simulari, sine vlla alia organizatione, animam collocare? Suprà enim probatum est, loquendo de opere naturæ secundum proprias leges, sic enim tantum corpori organico vnitur. Nunc autem de potentia Dei queritur

ritur supernaturali. Sed respondeo, quod Deus Optimus Maximus, tamquam summus naturæ legislator, maiorem sibi potentiam relinquit, quam tribuerit naturæ: poterit ergo, quidquid non implicat contradictionem, et necesse. Sed non implicat contradictionem, uniri animam corpori simulari.

Secundo, quia potest Deus supplere vicem omnium causarum consentantium, in genere causa efficiens. Explicatur. Anima rationalis quamvis requirat tam admirandam organizationem, & illam appetat, tamen remanet semper in mera potentia obediens sibi creatoris, ut quod ipse voluerit fiat. Si ergo nunc in corpore organico adæquato existens informat partes similes, recte poterit Deus tollere reliquas partes, & conferre animam in sola parte simulari, supplendo quidquid deficiat ex parte creaturarum consentantium, id est, ex parte reliquarum partium, quæ conferebant aliquid effectivè parti simulari (quæ si antea informabatur simul cum alijs, nunc per potentiam supernaturalem poterit solitarie animam excipere. Adverte (obsecro) quid dixerim, non enim hoc eventum suppleret Deus vicem materiæ, sed efficientiam quarundam partium in alias, in ordine ad meliorem dispositionem, ut animam susceperit. Secundum quam philosophandi rationem, opinio, quam in præfatione, teneretur dicere animam rationalem, miraculose uniri semini non organizzato, & nullo modo naturaliter.

Sed redeo ad institutum. Ostendo vitrius organizationem perquiri, ex verbis sacris Genes. 1. *Formavit Deus hominem ex limo terra, & inspiravit in faciem eius spiritum vivum.* In huius loci explicatione, aliqui magni viri, exaltantur corpus primi hominis prius tempore fuisse organizatū, & deinde animam fuisse infusam. Quia verba id significare videntur. Ita tenet expressè Sanctus Chrysolomus, homilia 13. & 13. in Genesim, & nosse Tostatus eodē loco, Augustinus Eugubinus, & alij.

Tamen alia ex parte gravissimi viri existant, simul tempore fuisse & animam creatam & infusam, & corpus factum organicum. Ita Gregorius Nyssenus libro de Homine cap. 20. & 30. Sanctus Damascenus libro 2. de Fide orthodoxa cap. 12. & Beatus Thomas 1. part. quest. 91. & hæc communiter sententia in nostris scholis suslineretur. Tamen adverte, quod omnes isti gravissimi & sanctissimi Patres conve-

niant, quod prius fuerit formata materia organica. Illi primi asserunt, quod prius tempore: sed hi vitiosum, quod prius natura, licet voco inflam; ut semper maneat veram quod in generatione naturali contingere defendimus. Si enim in illo opere admiratio, & omnino perfectior, formatio & organizatio præcedat, aut ceteris actus naturæ prioritate, nonne docemus, naturam suo ordine operantem, materiam prius dispositam formæ venturæ preparare?

Et ita sacra Scriptura, prius dixit formatum corpus quam creatam animam. Quia licet simul, & uno instanti fuissent facta, explicuit ordinem materiæ ad formam, & prioritatem illam dispositionem materialis concernentem organizationem.

Vnde iuxta mentem Dni Thonæ, & eorum quæ supra dicimus de rationibus feminalibus interpretor sententiam Sancti Augustini tomus 1. libro 7. super Genesim capite 24. ubi dicit, quod homo factus est secundum corpus in operibus sex dierum secundum causas rationes quæ Deus invenit creaturæ corporali. Non enim intellexit Augustinus aliquam causam essentialiam convenisse cum Deo ad creandum hominem. Sed cum creaverit Deus quatuor elementa rationibus feminalibus prædita, quas vocat Augustinus rationes causales, summus architectus ad formandum corpus Primi Parentis simpliciter elementa in limo terra contenta suis qualitatibus materiam dispositionibus, ut scilicet remota fieret ad corpus humanum dispositio qualemque. Dico, quod sicque, quia erat tam remota, ut sola divinita potentia posset in tali materia formationem facere. Et ista fuit mens Dni Thonæ quæstione 91. articulo 2. ad 4.

QUAMVIS EXACTE ostensum sit, organizationem esse simpliciter præviam dispositionem ad animam; tamen clarius expenditur, non ad animæ operationes solum (ut quidam putant) sed ad ipsam essentiam animæ continentiam, esse necessariam; ut dicit actum primum vitæ.

OMnia, quæ supra dicta sunt, Græcis probant, non fuisse loquutos Philosophos
ARTICULO

antiquos, & auctores sacros, de formatio-
ne corporis, in ordine ad operari, seu actum
secundum, sed in ordine ad actum primum
animæ, & ita nihil satis explicat aliqui
definitionem Aristotelem dicens: *Anima est
actus corporis organici, quasi loquatur de ac-
tu secundo: nam dicunt, quod actus primi-
us non eget organizatione, et igitur ani-
ma in corpore sine ulla organizatione,
spectans debitam formationem, ad cele-
brandos suos actus secundos. Sed omnia
illa falsa sunt, ut iam explicabo.*

Aristoteles libro 2. de Anima, tex-
tu 6. Animæ definitionem proposuit, com-
muni consensu comprobata, dicens:
*Anima est actus primus, perfectissimè cor-
poris naturalis, potentia vitam habentis: &
talis planè, ut partes ipsius sint instru-
menta.*

Quam definitionem si legisset Mer-
catus, non ita falsam suam induceret. Di-
cit in sua conclusione articulo secundo,
folio 515. *Anima unitis, actus est infor-
matus atque perfectus, et scientia, & contem-
platio, quo entelechia quasi habitus, ac pos-
sissio perfectissimè, vel actus dicitur, atque primi-
um principium omnium vitalium actio-
num, avens ad organicum corpus essentialem
ordinem, continentis ob id vitam in potentia:
Itaque si rationalis sit, est tota in toto, &
tota in qualibet parte: de vegetaliis vero,
& pari sensibus sicut se res habet.*

Hæc est definitio adducta à Merca-
to prædecessore nostro, quæ certè ha-
bet plura falsa. Primò dicit, quod simul
est actus primus, & secundus, quod est
contradictorium. Audi verba: *Est primus
actus informatus, & perfectus, et scientia, &
contemplatio.* Hoc est absurdum, quia ne-
que Aristoteles, nec eius expolito-
res legit: nam scientia est actus perfectus
animam in esse quieto: at contemplatio
est actus secundus quem exercet scienti-
cus. Et Aristoteles ad explicandam natu-
ram animæ quomodo sit actus primus,
docet, quod se habet ut scientia: opera-
tiones autem animæ habent se ut contem-
plationes sicut visus, & visio, dicit Aristo-
teles: itaque quando Mercatus dicit: *Ani-
ma est actus primus, sicut scientia, & contem-
platio*, dicit contradictoria: nam si anima
est actus primus, ob id probat Aristoteles,
quod est substantia: ergo implicat, quod
sit actus secundus, quia implicat, quod sit
substantia, & accidens: ergo etiam,
quod sit primus, & secundus: ergo Merca-

tus aperte dicit, quod est substantia, & nõ
est substantia.

Secundò, explicet aliquis mihi ista
verba: *Quo entelechia, quasi habitus, ac
possissio perfectissimè, vel actus dicitur.* Fa-
teor libenter, me non intelligere, aut esse
omnia absurda; nam iterum dico, quo
pacto inquit, quod anima est actus, & quo-
modo dicit, quod anima est actus quo
entelechia sit habitus? quomodo ente-
lechia se habet ad se; nam entelechia
idem est, quod actus primus, id est,
ipsa substantialis anima: ergo dicit Mer-
catus, quod entelechia dicitur ha-
bitus ab actu primo, facitque differen-
tiam inter actum primum, & entele-
chiam.

Sed relinquamus istos errores, &
ad solidam, & claram veritatem expli-
candam accedamus: quamvis enim mil-
torum mihi discret Mercatus, melius esse
doctrinam statueret, & non consume-
re tempus in reprehensione aliorum;
respondendam, non esse secutam do-
ctrinam, nec bene traditam, quæ omnia
non tollit contraria; si enim non scio
pravas opiniones destruere, quo pacto
possim doctrinam sustinere veritatis?
Hunc modum docendi servavit Aristo-
teles extrinsecos errores, & statuens &
seminans optima semina scientiæ, ne
pravis herbis obruantur. Quamobrem
in meis studiis semper coniun-
xi hæc duo, ut opiniones male sen-
tentium destruerem, & firmiter do-
ctrinam eligerem, aliud vero facere, non
est docere.

Audiamus ergo ipsammet Aristote-
lem, suam definitionem explicantem
quosdam exemplis satis manifestis; ut
intelligamus, quod corpus organicum
non ponitur in hac definitione, in ordi-
ne ad operationes, sed primario in ordine
ad esse suscipiendum animæ, & secundario
ad exequendas actiones: defectu enim hu-
ius veritatis, putat Frenus non esse neces-
sariam organizationem ad essentiam ani-
mæ suscipiendam, sed contrarium probat
in his textibus.

Constat ergo esse duos actus, primum,
& secundum: primum comparatur quieti,
quia est quædam forma quæta dans esse se-
cundus comparatur motui, quia recedit a
actu, aut motio, nam actus secundus est
exercitium aut motio enim actualis. Sci-
ficientia istius divisionis patet ex eo, quia
cum

cum actus diuidatur in ordine ad potentiam, & potentia sit duplex, actus etiam est duplex. Quos Aristot. declarabat exemplo aperto, scientia & contemplationis, ut dicebam contra Mercatum. Sicut ergo scientia, per scientiam, est in actu primo, & habet posse contemplari, & discurrere, quando voluerit, ita viuens habet esse per animam, & potest exercere operationes vitales. Potest autem exercere operationes vitales, & esse organicum, est prorsus idem realiter. Sed Aristot. ad maiorem claritatem dixit: *Organici, potentia vitam habentis*. Et ut ostenderet, quod licet sint idem secundum rem, insinuant diuersas rationes, quia organum dicitur duo, & diuersas partes, & diuersas virtutes ad operandum; unde quando dicitur (organicum) intellexit instrumenta varia per diuersum modum essendi, quando dicitur: *Potentia vitam habentis*, intellexit virtutes operationis organorum. Explicata ista particula, aperta est probatio doctrinae nostrae; nam anima non est in corpore, nisi habens vitam in potentia, id est operationes vitales; impossibile autem est posse ad tales actiones, nisi per organa: ergo primus actus animae, ex necessitate propriae naturae, requirit organicum corpus, non ad operari (hoc enim lippis, & tonforibus parit) sed ad posse operari. Igitur posse operari, conuertitur cum organico; semper loquimur de viuente in corpore; ergo naturaliter non poterit infundi anima, nisi in corpore organico; ergo talis dispositio non potest procedere effectiue ab anima, post illius ingressum; & haec est ratio (ut supra tetigi) quare pars simularis non est subiectum adequatum animae, sed inaequatum, ut loquuntur Scholastici.

Existimo satis ex dictis constare, animam non induci ante sibi debitam organizationem, neque sufficere solum femininum mixtum. Quia tamen ista doctrina est notissima in libris Hippocratis, non solum in istis testibus, quos explicamus, sed in alijs multis locis, ubi distinguit tempora confirmationis, & tempora motus; & aliud tempus masculis effloruissis, aliud feminis statuit. Quae omnia si Hippocrates longa obseruatione didicit, & postea docuit, non inspectione effectiui, & materialibus) sic debere contingere suo loco probabimus. Oportebit nunc ea solum perstrahere, quae contraria opinio proponit, circa aliqua loca Sacrae Scripturae; reliqua vero, circa unum quemque textum Hippocratis inueniet.

Sacra loca elucidantur, quibus ostenditur ex configuratione facta corporis, inferri anima aduentum.

Alia loca Sacrae Scripturae retorquet praedicta opinio, aut suo placito explicat (ut existimo) manifeste declarant, non a principio infundi animam, nisi postquam sufficiens formatio fuerit facta. Primum, intendit explicare locum Exod. 21. eius verba sunt: *Si autem litigerint duo viri, & percusserit quis mulierem, factum in utero habentem, & extiterit infans eius nondum formatus, detrimentum patietur, quantum indixerit vir mulieris; & dabit eam prostitutioni, si vero figuratus fuerit, dabit animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.* Quia ex illo loco clare colligitur, interfectio foetum formatum, esse verum homicidium, & poenam homicidii esse exequendam; & praeterea, perdere non formatum, esse graue peccatum (quia est tollere primordia vitae); quia tamen nondum visus foetus, non iudicat diuinus legislator, esse puniendum tale crimen, ut homicidium: quia reuera non fuit ablata rationalis anima; & ob id praecipit, ut qui tale species abortus causerit, multa mulctetur, secundum quod inposuerit maritus. Ex quibus etiam sequitur, sacrum textum intelligere, animam rationale nullo modo esse in corpore non formato, ant organis distincto. Quem locum, duobus modis fugit Fictus, acriter satis. Primum adducit textum Latinum, in quo nullum verbum deformatione scantis. Verba sunt: *Si dos viri rixati fuerint, & unus percusserit mulierem praegnantem, & abortum fecerit, sed ipsa ceciderit subiacet ad no quantum maritus mulieris expectauerit, & si autem moti eius fuerit subsecuta, dabit animam pro anima.* Atque cum Ecclesiastica textus Latino tantam auctoritatem & fidem tribuerit, non videtur, quod ille locus possit adduci ad probandam formationem foetus, cum eius nulla fiat mentio. Secundum, aggreditur Fictus explicare textum Septuaginta Interpretum primo citatum; dicens, quod non vult Scriptura, foetum non organum carere anima; sed intelligit foetum sensu & motu carentem, nondum esse hominem perfectum, sed imperfectum, & ita qui abortum talis foetus causeret, non morte puniendum, quia non occidit hominem perfectum.

Sed

Sed mihi non placet illa explicatio, quæ potius videtur casus. Unde necessarium erit paulisper immorari, æquimus enim de re graui, & communi Theolog. Philoſophis, & Medicis Theologis, quia disputat, an abortum sollicitans & cauens, sit homicida, Philoſophis, quia causis, & motus humane generationis contemplantes decenter debent, quando anima rationalis, & quibus dispositionibus corpori aduenit. Medicis, quia modum curationis, in ò & indicationes morant, secundum factus dispositiones in utero, alia enim ante formationem, auxilia præstant, alia cum fetus formatus, alia, cum mouetur manifeste, alia, cum grandis iam & ortui paratus exiit. Quæ omnia non solum in ordine ad ipsum factum ferendum, sed ad morbos grauidæ curandos, peius obseruauit.

In primis explicatio Fieni non potest admitti, quia non est dare medium. Aut factus habet animam rationalem, aut illa caret. Si illam habet, atque debito homicida est, qui talem factum interimit: si caret anima, non est homicida, quia non occidit hominem, sed impedit proximam vitam, unde grauius ne peccat, & grauius puniendus, non tamen ut homicida. Est verò ridiculum asserere, ita esse imperfectum factum, licet anima rationali exornatum, ut illam è medio tollere nõ sit homicidium, an magis, aut minus perfectum variare possunt naturam eius si non occidit hominem qui infantulam tantummodo vbera cognoscentem in ipso interficit sine vite, solus igitur erit homicida, qui virum per factæ ætatis interimit (quo nil absurdius, igitur cum factus vtero conclusus (quamuis non formatus, ut intendit illa opinio, licet non exerceat actus secundos, motus, & sensus) humanas sit anima rationali, sub specie humane existens, in id mōnem est illius: ad vniuersalem reformationem pertinere, neque à viro perfecto differre, nisi sola accidentali perfectione, quia rudi fer ferit, quia ita debilis, ut mortus, aut nulos, aut obfcuros erit, & rudi tandem hominulus erit, in non erit homicida qui talem auferit vitam, imò crudelior, & speciei humane magis infestus, quæ qui homine in adultum interficit, quæ cœca paritulus ille in utero, incipit conseruare speciem, & pluribus annis seruauit, (quod magnum bonum nature existimandum est) at verò adulescens, consilens, an tenex, non ita diu seruari possunt in se ipsis speciem, atque adeò homicidium crudeliter vi-

detur, puerium interficere rudi illa, & latente vitæ fructem, & ad maiora aspirantem, dicitur moleriosæ nebula censenda, quæ orientem Solem obnubilat, quæm quæ occidentem obfcurat. Itaque nullum potest habere locum Fieni explicatio, & textus Græcus manet in suo vigore. Atque S. Augustini sententia amplectenda in explanatione quam adhibet in questionibus super Exodum, quæst. 89. licet Fienus non perceperit Augustini mentem: cuius verba sunt: *Quod vter non formatum puerperio molis ad homicidium pertinere, profecto nec homines deputauit, quod tale in utero geritur. Hic de anima quæ sita fuit agitur, utrum quod formatum non sit, nec animatum quod possit intelligi, & ideo non sit homicidium, quia nec exanimatum dici potest, si adus animam non habebat. Et Paulò post, si igitur illud informe puerperium tunc quidem fuerit, sed adhuc quodammodo infirmè animatum, quoniam magis de anima quæ sita non est præcipua, indifferens tenuitate sententiæ: ideo lex noluit ad homicidium pertinere, quoniam mandum dici potest anima cina in eo corpore, quod sensu caret, si talis est in carne non formatum, & ideo non dicitur sensibus prædita. Et. Primo satis manifestè dicit Augustinus mentem legis in illa conclusione: Non formatum puerperium auferit ad homicidium pertinere, quia nec homini esse potuit, quod tale in utero geritur. Erro è hoc sacro textu bene colligitur conuenientia. Non est factus formatus: ergo hoc est hominem, ergo non habet animam rationalem. Quod autem ageretur, quæstio circa illam textus detur mutationem, non est ad negandam veritatem predictam, sed ad magis confirmandam rationem legis.*

Secundò concidit Augustinus nullum verbum promittens de imperfecto, aut perfecto homine, puerperiosæ causam, quæ potius fundari illa lex. Nam talis puerperiosus infans, licet quodammodo infirmè animatus non potest ad homicidium pertinere, quia mandum dicit potest anima cina, in corpore, quod sensu caret, si talis est in carne non formatum, & ideo non dicitur sensibus prædita. Notanda similitudo Augustini: Quod est puerperiosus infans, quodammodo infirmè animatus videtur contradiccionem dixerat ex tacite legis anime non occidit, quia non est animatum: tunc verò ait: Infirmè animatum: ergo aliquo modo pertinebit ad homicidium. Præterea alia apparet contradiccionem, cum dicit: Puerperiosus infans, & quodammodo infirmè animatus, nam

Vide notandum
de casu
Clemente A.
de iuribus in
vltimo tract.
deus Philoſ.
Hipp.

absolutè vocat informe, id est, nulla formatione dotatum; ergo subintelligit talis solutè, esse sine anima. Quo ergo pacto est quoddammodo animatum? Sed aduertendum, quòd quando Augustinus dicit: *Quodammodo animatum*, non intellexit imperfectum hominem; hoc enim esset, & sibi (intra paucas lineas) contradicere, & naturæ rei, vt dixi aduersus Fienum, sed informem solum appellauit, quia & caret debita formatione, & ex consequenti, anima rationali; informis est verò, aut rudis animatum, quia (secundum multorum opinionem) vita saltem plantifica in actu prius semen animatur, quæ rudis & obscura anima appellatur, non indigens conspicua cõformatione materiæ; nec idem plantam non est homicidium: ita neque causæ fluxum talis genitura, nondum sentientis. At verò anima sentientia fœtus humani, prærequirit formatam carnem, vt dicit Augustinus. Hæc enim est, quæ proprie & manifestè dicitur vita, si suis organis debet simulari. Vbi aduertendum, nullam Augustinum fecisse mentionem animæ rationalis, quia non erat necessarium; nam ex communi omnium Medicorum & Philosophorum consensu sentientia fœtus humani est rationalis, quæ facta organizatione debet imducitur sensum tribuens. Vnde verum homicidium censendum est, fœtum interimere organizationem ad animam tantò tantum, quæ elucet solè in sensu, & suo tempore elucebit discursu, & ratione. Hinc puro fuisse mentem sancti Augustini, ad explicationem textus sacri. Neque exhibeo nouam, sed antiquum modum dicendi appellare, scilicet, vitam plantificam, occultam, rudem, & imperfectam, vt hic insinuat Augustinus: quia multi dubitant an viuatur plantæ; sed D. Thomas vitam plantarum occultam nominat i. p. q. 69. artic. 2. dicens: *Ad primum dicendum, quòd vita in plantis est occulta: quia caret tali motu & sensu, quibus animatum ab inanimato maxime distinguitur: & idcirco quia immobilitè terra inhaerent, earum productio ponitur quasi quodammodo formatio.* Vnde Augustinus, *quodammodo animatum*, vocat plantarum in vitro semè, quia primordia rudis & occulte vitæ plantificæ agere districum quò bene fiat esse informe. At quæ adeò nulla est contradictio, sed subtilitas philosophandi, imò illam particulam *quodammodo*, sine dubio accepit ab Aristotele sanctus Augustinus; nam si cum nobis opinione putauit semen non viuere,

dixit, saltem quodammodo viuere, quia (vt in superioribus diximus agemus de forma feminis,) primatio, quæ antecedit formationem, dicitur ab Aristotele quodammodo forma. Si igitur semen non viuat, neque vegetali, neque alia via, sed citò viuat, & habet proximam priuationem animæ; eleganter D. Augustinus appellauit, quodammodo animatum, & informe. At quam longè abest, vt sit homo imperfectus: vt sentit opinio quam impugnamus. Sed redeo ad strictam conclusionem factam textus. Si non est formatum puerperum, non viuat, si est formatum, viuat: ad homicidium pertinet eius interfectio. Eandem expectationem amplectitur Origenes, ad eundem locum.

Sed quia ad lectionem vulgarem confugit prædicta opinio, quæ nullam facit mentionem formationis; videamus quid pro consensu Scripturarum, & Patrum breuiter dicendum sit, quantum in ea Philosophia cancellos nobis permittitur. I. Euthio Sancti Hieronymi hæc: *Quid si mulier grauida percussa fuerit, & abortum fecerit, & ipsa uiuere dabit percussor, quòd maritus exoptet. Si autem maritus, dabit animam pro anima, &c.* Notandum, quòd in eo textus nil habet contra Græcum, imò ipsam confirmat. Sciendum itaque, an maduerente Lyrano, quòd apud Hebræos abortiuum, idem est, ac inanimatum. Quo supposito attende, quòd quòdo textus ait: *Abortiuum fecerit, aut abortum*; sensus est, si extra acciderit, quòd mulier excutiat prolem inanimatam, & informem; si uixerit mulier, dabit percussor pecuniam; si moriatur, morietur & occisor. Apertè nobis demonstrat nostram conclusionem, siquidè dicit: Si est informis, & inanimatus fœtus (quem appellant abortiuum Hebræi) nullum fuit homicidium, quia neque sanus mortuus, neque maris occisus est. Dabit ergo pecuniam percussor. Reliquam verò partem conclusionis nostræ relinquat, aut subintellexit. Si enim abortiuus, & inanimatus (dem apud Hebræos) non pertinet ad homicidium, & pena homicidij deuoluitur ad matrem si mortua fuerit, quid putas dicendum, si fœtus formatus exierit, & mortuus? Idem professò. Daret nec illos animam pro anima. Itaque exhibere oportet utriusque textum, eundem finem intendere, & eundem sensum, sed præsius comprehensum à D. Hieronymo.

Hanc doctrinam sequuti sunt omnes Theo-

Theologi, & Iuris Canonici periti, tã anti-
 qui, quã recentiores, homicidium vo-
 cantes abhorrẽ, cum quis formatum ene-
 cat: peccatum verò grãve, cum non for-
 matum (ita docet Magister Sententiarum
 in 4. dist. 31.) formatum cum animato a-
 nima rationali confundentes. Sũt tamẽ
 grãves pœnæ statutæ lus qui fluxum genu-
 re, siue factus non animati, quibuscumque
 medijs sollicitar, l. de pœnis, l. si aliquid s.
 qui abortiõnis. Vide Siluestrinam, Tole-
 rum, & alios Summistas, sed specialiter le-
 genda constitutio Sixti V. Pont. Max. Rõ-
 mæ edita anno 1584. Kalendas Nouem-
 bris, anno 4. sui Pontificatus.

Sed quando ad punctum huius disputa-
 tionis dicuntur eth, nolui silentio prætere-
 re locum Aristotelis, ne ex eo aliquid ad
 licere sentiendum, aut peccandum, occa-
 sionem assumat.

Nam vt sciunt gentes quoniam homi-
 nes sunt, aliquando magni viri in errores
 incidunt manifestos. Magnus ille Aristote-
 les (siue controversia Philosophorũ Prin-
 cept. lib. 7. Polit. cap. 6. licet dicat, nefas ef-
 se animati abortum sollicitare, tamen non
 animatum perire, fas esse & licere con-
 tendit, si tam multoiosa filiorum multitu-
 do sit, vt parentes non habeant facultates
 ad illos alendos. Impia quidem lex, contra
 naturam etræ, licet siuea colore pietatis
 subleuandi patet, si quidem impedit natu-
 rã vniuersalis cursum, & progressum, de-
 ducens ad actum vitæ manifestum, quæ
 in proxima turgent potentia. Similem er-
 rorem iuduxit Plato, in suo 5. de Republi-
 ca, horridam etiam illam legem, non esse
 nutrienda mœca, mutila, aut orbata. Præ-
 cepta sunt impia, & à frigidis legislatoribus
 inuenta, nullo amore concitatis ad seruan-
 dam humanam naturam, contra quos ex-
 tar lex diuina, ab infinito amore Dei pro-
 gressa, ignem cruciantis, & nil aliud volen-
 tis, nisi vt ardeat. Non igitur quis ardeat
 abortum excitare, aut fluxum seminis con-
 cepti, aut impedire opera permittentis se-
 minis fabricatur enim aliquid ad sanctita-
 tẽm Dei, ad bonum speciat. Mutila, aut
 orbata, alienda in Republica, vt charitatis
 excellentia præluceat. Claudum, & encum
 fecit Dominus, Exod. 4. ad imaginem Dei
 facti sunt omnes mortales, Genes. 1. Si au-
 tem non alimus imbecilles, ipsos occidimus,
 & adderemus afflictionem afflictio;
 quod tanquam iniquum detestatur lex na-
 turalis. Igitur tepor ille & frigiditas legum
 Socratis, & Aristot. his igniculis diuine

veritatis depelluntur, aut inflammanantur.

Sed tempus est ad aliud testimonium
 Sacræ Scripturæ trãire. Multoties dixi in
 hoc opère, generationem naturalem, & or-
 dinem naturæ adumbrari, in primi par-
 tis à Deo facta productione; quia in Ge-
 nesi, prius formatũ ex limo proponit, dein-
 de inspiratum spiraculum vitæ. Quæ duo
 licet simul fuerint facta; tamen demonstrat
 textus ordinem prioris, & posterioris; quẽ
 si seruat Auctor diuinus, in opere miracu-
 loso, demonstrans prioritatem illam, sal-
 tem naturæ, apertum est, in operibus natu-
 ralibus etã seruari. Vnde malè Fictus in-
 fert, dicens: *Si hec confirmantia debet cubare-
 re sequitur quid non etiam debeat fieri sicut
 factus fuit Adam, & infans anima debeat,
 corpus existens perfectis. Quod tale non
 contingit. Sed per nouem mensium spa-
 tium, conclusus homo perticitur ad oc-
 tum. Nõ quidem tale sequitur faciendum,
 vt parat ista opinio: sed quod Deus fecit
 miraculose, ac supernaturaliter, relinquit
 naturæ suis viribus, aggredientis generatio-
 nem similes, & emulantis Deum auctorem
 suum, nam vt Deus simpliciter elementa cum
 remota dispositione, natura eadem elemẽ-
 ta sumens, expectat proximam, quæ tã len-
 te & tardo auenit motu, vt sit necessariũ,
 vnũ, & alteram atque alteram subire mu-
 tationem, vique dum adueniat debita dis-
 positio, & sicut Deus prius (saltem natura)
 formauit corpus ita natura prius organiza-
 tionem elaborat, postea animã vocat ita-
 que non debent fieri nunc generationes
 sicut creationes, sed imitatione quadã se-
 quuta, vbi seruari potest, vt intelligatur sem-
 per esse in his operibus digitũ Dei, & natu-
 ram esse artem diuinam, quæ quod Deus
 fecit in instanti, illa multo tempore; quod
 Deus fecit sine vlla dispositione materia,
 illa nõ quamlibet dispositionem et pœtes,
 sed proximam, & immutatã, vt innotes-
 cat homini omnipotentia Dei, & vt men-
 dius sicut peccat à causa vniuersali, quã-
 quod ad opẽ factũ fuerit necessarium, quia
 ipsa primo Veritas dixit: *Sine me nil potestis
 facere. Quod verbum nil rectè ponderauit
 Augustinus.**

Sed iam omnes auctoritates Philoso-
 phorum & Medicorum percurrere, quos
 adducit hæc opinio, nisi in diem iam dele-
 ctæ breuitatis elementis, qui nos ad textũ
 sequentem uocent. Tamen aduertendum,
 quod licet non concuniat Scriptores an-
 tiqui & recenti de puncto præcise in
 quo infans in anima rationalis est factum
 commu-

communis consensus, precedere organizationem, citius, aut tardius factam.

Sed ut videas debilitatem huius opinionis, iterum atque iterum proponam argumentum ex folio 209. Cibus citissime transmutatur in nostras partes: ergo & semen tam cito mutabitur ad debitam dispositionem, ut animam recipiat, spatio bidui, aut tridui. Confirmatur, quia vna nocte generatur caro in viceribus cauis: ergo. Secundo confirmatur, quia in testibus est vitimè dispositum ad animam: ergo non est opus alia magna alteratione. Hæc licet supra tetigerim, nullius sit qui rati amplectatur modum dicendi. Arguit à transmutatione alimenti in nostram substantiam, ad organizationem. Iudicent alij connexionem antecedentis cum consequenti. Citissime cibus transmutatur: ergo ita citissime semen disponitur ad animam. (Notare oportet) Organizatio, est quoddam complexum ex alterationibus diuersis, ex moribus localibus diuersis, & artificiose procedentibus. Separat natura quasdam partes ad caput, alias ad crura, alias ad pectus, & sic de alijs: rursus in quocumque loco illas continuet, separat iterum, & sicut proprium, & numerum constituit: inter quæ omnia qualitates primæ in illo calido eleuata, (igne ab Hipp. appellato) suam munus nunquam deserunt. Quomodo ergo constabit eandem temporis mensuram requiri ad conuersionem alimenti in carnem. & ad tam multiplices motus locales, & alterationes? Imò mutatio alimenti in carnem, & generatio carnis in vicere cauo est instantanea: quia productio subtilitatis dispositio verò, que celebratur in semine in vtero cõtento, est successiua, & temporalis, quia est alteratio, & motus localis, que procedunt instanti generationis: ergo illa consequentia fieri nullam habet vim.

Dicere verò, quod semen in testibus habet vitimam dispositionem ad animam, est simile absurdum: nam vitima dispositio naturaliter infert formam; neque sine peculiari miraculo poterit esse materia signata per vitimam dispositionem, & non continere formam cuius est dispositio: sicut calor vi octo nunquam reperitur naturaliter sine forma ignis, & e contra. Igitur qui dicit semen in testibus habere, vitimam dispositionem ad animam rationalem, incidit in errorem Argenterij, quem destruximus.

(1)

TEXTVS XLIII.

QUæ igitur solida natura sunt in compacto, ac sicco, ea non consumuntur ab igne in alimentum sed robur acquirunt, & humere deficiente consistunt: quæ quidem ossa, ac verus nominantur. Ignis autem commixtionem humorem mouens, corpus secundum naturam disponit. Nam per solidum non potest diuinus transitus facere, quia alimentum non habet. Per humida verò, & mollia potest, cum ipsius sint alimentum. Inest autem in his quoque siccatas ab igne non consummata. Et inter se mutuo coniunguntur. Ignis igitur in profundo veluti obseptus, & plurimus est, & maximam exitum facit: plurimus enim humor in ea parte inest, que venter appellatur, & exitus inde ubi alimentum non habet, foras, & exitum facit. Plurimus autem humor in ventre inest, tum propter alimenti ingestionem, tum propter concoctionem.

COMMENT.

Depingit iam varios modos & formas accidentales, quas pro varietate maris inducit artifex calor. Quoniam enim dicit tenuis semen homogereum esse habet tamen diuersas partes correspondentes diuersis proportionibus elementarum, que diuersitas omnibus mixtis communis est, quarumvis similitudo appareat. Quamdiu in illi rudinem nocte rar omnibus comprobatur: vni deest huius, & non vitimam naturam inpositimus in nostris Opusculis lib. 4. Avicenna: forsitan demonstratiue (contra molesios) probantes prædictam diuersitatem.

Relle ergo Hippo. in præfenti textu, ossa coagula ex materia compacta, & sicca, que ita actionem caloris tollerant, vt non possint tota evaporari, sed magis indurari,

pro-

propter terram molem, quæ præpoller. Et enim extrahatur humor, roburque aduenit, quod omnibus & nervis contingit, ordine servato; illis enim primò, nervis verò non ita: nam cum per illos diutinos transitus debebat spiritus facere, conueniens fuit, vt non ita terre formarentur, quia, inquit, ignis non potest per solidum, & siccum transire, tam, scilicet, becuntes, vt expedit vitæ animalis per mollia verò potest, vt per nervos & venas, & ob id non fuit consummata siccitas nervorum sicut ossium, id est, non ita intensa. Quod videns Auicenna, ossa frigidiora & sicciora nervis esse docet in suo capite de membris. Ignis igitur in profundo obsepis est, &c.

Prosequitur Hippocrates calidi motum docere, iniquis in partibus interioribus abundare, quia ibi multum humidum est quousuatur, & quod consumat, ordo mirabilis artificis. Cum enim cor, & hepar calidissima sint membra, ne semetipsa arcefacerent, prouidit natura, vt vicinos haberent magnos ventres repletos alimento, quo fouerentur, & recreentur, & reseruetur a. huius calor, & sic thorax plenum semper aëro alimento cordis ardorem compescit, & nutrit. Ventriculus hepatis auiditati succurrit. Neque hoc sufficit, vt calidum insians huc illoque non moueatur. Nam pergit vndequaque per venas & arterias, quærens propriam ventilationem, & conseruationem partium. Tandem concludit Hippocrates, exhibens causam propter quam in ventre multa humiditas continetur. Quod ob multos cibos ait contingere, qui hominem continent, & propter ipsam colliuonem, quæ ibi celebratur. Cæthio quidem, non quia primò liquat, non quia secundo incraissat, sed quia redat humidum maxime propositum onatum, vt sit caloris pabulum. Hæc est genuina huius textus interpretatio.

*De generatione partium nostri corporis,
& de ordine animarum.*

IN quo dubitare quis posset, quid senserit Hippoc. de ordine generationis partium nostri corporis. Quælibet est satis agitata ab antiquis, & modernis. Sed dubito, an pro rei veritate fuerit hucusque elaborata, ego tamè breuiter illà attingam, vt pote quod pandedus ventris pauca verbis innitatur.

De Hippoc. Philo. lib.

Reliqua verò satis latè tractata sunt ab antiquis, & nunc ab Andrea Laurentio etudiosissimo.

Hippoc. antiquissimus Medicus, & Alcheimion Crotoniates, crediderunt caput prius formari tãquam animæ sedem; Stoiici, omnes partes simul. Quidam, magnum pedis digitum, alij vmbilicum, alij cor, tanquam omnium primum principium; alij ipsam primum generari, tanquam carinam in naui. Quam opinionem Aristoreli tribuit Plurarchus lib. 5. de Placitis, c. 17. Alij verò hepar tanquam radicem nutritiæ potentie. Quam sententiam tribuunt Empedoch. & Hippocrati.

Tandem iam insurgit aliquis, qui ventrem tanto amore prosequitur, vt illum primò formari contendat, tanquam culinam (vt ipse dicit) reliquorum. Sed vt res eluceat, audiamus istorum argumentum.

Natura procedit a fundamentis ad reliqua componenda, non aliter, ac domificator prius cementum, deinde parietes erigit, tandem tecta: ergo similiter natura prius illas partes formabit, quæ tanquam fundamentum sunt reliquarum. Hanc rationem vniuersique sibi assumit opinator ad propriam tutelam. Qui defendit ventrem, dicit esse promptuarium prius et formandum. Qui hepar primum esse dicit, consequenter asserit esse fundamentum reliquarum potentialium. Nã homo prius viuít vita plantæ: ergo prius viuít vita lecoris. Qui cor esse contendit, illud dicit esse fundamentum caloris nativi, & principium totius vitalitatis; nullòque pacto lecor posse viuere citra cordis auxilium: ergo primò efflorescat natura tam necessariò membrum. Forsan ille qui digitum pedis primum esse defendit, pedes facit hominis fundamenta. E contra qui caput, tanquam sacrum animæ domicilium, effingi prius, vt fundamentum iouerit. Habet enim homo radices ad superiores eleuatas, ramos vero ad inferiora demissos. Igitur tota ratio stat in hoc, vt natura prius efformet illam particulam quæ magis indiget, vt in rebus artificialibus. Adinquinat rursus hi qui melius sibi videntur philosophari, sensum ipsum fidem facere. Siquidem in abortibus videmus guttulam quandam sanguinolentam iccori correspondentem apparere ante aliarum formationem. Præterea à facillioribus incipere naturam, esseque facilliorum lecoris efformationem, quæ solo sanguinis coagulo elucescit. Præterea vmbilicalis vena ad hepar prius tendit.

Hic Galen. coniectus, magis ad hanc sententiam inclinatur, quæ cõmunitè insequuntur medicis, ut mirer quàm sine iudicio nullo erroribus tyrone decipiant. Audies inter recentiores Mercurialem in lib. de Hominis generatione, e. 17. hanc opinionem amplectentem iam affirmare, iam negare, iam nil certum promittere. Inquit enim: Exissimo viscera illa principalia ferè simul produci, nec vllum temporis elapsu digni interualum poni. Et paulo infra: Et certè si ex illis tribus principijs vnum prius alijs generari statòndum est, ideo cum Empedocle, & Hipp. tale esse putarè. Sed (ut dicebam) tanta est cordis atque iocinos in humano corpore gignendo atq; sustentando potestas, ut existimè, si nõ simul gignantur, modico saltem, aut vix sensibili interuallo vnum post alterum fieri.

Hæc Mercurialis. **Quibus** licet tremulis) tandem parum temporis inter vnam, & aliam partem generandam interuenire dicitur.

Sed omnes isti aberrant: sicut enim omnes partes simul quæ sunt de integritate humanæ naturæ. Quam veritatè authoritate, & rationibus sub libram demonstrabo. Hippocrates in hoc libro (ut inferius videbimus) ita inquit: Delinuntur partes simul omnes, & augentur, nec prius alia alijs, nec posterior, sed maiores natura, priores apparent minoribus. Præterea lib. de Locis in homine sumoq; illam pronuntiat sententiã: *Mibi quidem principium corporis nullum videtur esse, sed omnia simuliter principium, & omnia fieri.* Tamen non deest qui ista verba nõ ad nostram sententiã interpretetur, sed dicat nullum esse principium & finem in homine iam constituto, in ipso tamen fieri, & generari esse principij, ut potè quod vna pars prius altera generetur. Tamen saltem aperte, nam consona loquitur Hippocrates suis sententijs, quibus semper dicit simul omnia generari. Sufficeret quidè pro omnibus textus hic quem interpretor in quo sine vlla prioritate temporis, actionem considerat caloris vnicam, & eandè, quæ excipit ossa, neruos, ventrem, & alias partes. Sed illorum propositionem sumamus tanquam ab inuisit possessoribus. Ars procedit à imper à fundamentis ad alia, & ab imperfectis ad perfectã: ergo natura perfectioni modo debet procedere, ut, si licet, omnia simul efferret. Assumptum omnes concedunt, illationem forsitan negabunt. Sed si negant, egerit etiam ordinem vniuersi. Maximam facit Aristoteles

discrètationem inter artificia & naturalia. Sic enim in 2. 7. Meta. cap. 7. Eorum, quæ fiunt, quædam à natura fiunt, quædam ab arte, alia verò à causis. Vbi magram effèdit inter vtroque effèctus differentiam, nam res artificialis non dicitur simpliciter talis propter materiam, aut formam quom habet, sed quia talis forma effècta fuit ab arte, naturalis autem dicitur res intrinsecè, quoniam habet in se naturam, quæ est principium motus, ut docet Arist. 6. Meta. tex. 1. Differentiæ præterea, quia effèctus artificialis conuenit cum suo agente tantum in forma, non autè secundum esse, ut domus est similis formæ exsistentis in mente artificis, sed habet discretum esse, nam domus est quid sensibile, & materiale: forma verò, quæ refertur in mente, est intelligibilis, & immaterialis. Tamen effèctus naturalis non solè potest conuenire cum sua causâ secundò formam, verò secundum ipsum esse, ut homo genitus conuenit cum suo generante Tertio differunt, quia omnes partes & principia rei naturalis sunt à natura at in artificia libet forma illudicari esse ab arte, nõ tamen omnes partes, siue principia: prout enim natura ligna, aut aliud ad illa formam inducendat verò in homine quid est, quod non sit à naturam materia & formam in partes ista mirabiles quibus exornatur sit est profectio. Quod ab illo diuino agens nõ proficit. Quæ verò, quia forma naturalis potest immediate vni materię primæ, ut cõstat in elementis, artificialis verò nõ nisi enti in acta. Secõdò, & ob id in artificia libet mobilior est materia quæ formam in naturalibus est cõtra. Quinto, quia productiones entium naturalium, & quoad esse, & quoad generationem & quoad modum, & quoad reliquas cõditiones sunt determinata naturaliter. Productione verò rerum artificialium sunt contingentes, quoad omnia, quia dependent ex libertate artificis potestis variare effèctum, & eius circumstantias. Sexto, quia forma artificialis extrinseca est, & superficialis: naturalis verò intima, & intrinseca. Septimo, quia ad formam artificialem non habet potentiam inclinantem materiam prima, sed solam ad formam naturalem, ut probat Diuus Thom. 2. Phys. tex. 2. De quo non possum nunc ex profecto trahere, quia multum à proposito deuiarem. Vltimò differunt, quia res naturales mouentur à suo proprio principio, artificiales verò quæ tales sunt nullum habent principium, in summa differunt, tanquam substantialia & accidens. Nã in artificialibus

non invenies, nisi aut habitum, qui est ars, aut ipsam formam productam ad extr. Ista autem duo accidentia sunt. Ille enim habitus quidam operativus de prima specie qualitat. hæc verò de quarta specie eiusdem qualit. camèti. Si ergo, quæ sunt ab arte ex artibus in actu constantur ab efficiēte art. sic, in similitudinem ideæ, quæ habet in mente, quæ verò à natura ex arte in potentia scilicet, ex materia prima per inductionem formæ substantialis ad similitudinem perfectionis idealis existentis in mente divina, & ob id natura ars divina merito appellatur; quis tam stupidus est, quis tam obscuro ingenio veluti cœpeditibus ligatus, qui audeat diuinam actionem dedecore attingere, & cō artificis humani operibus promiscue confundere modū operis di hominum, cū modo operandi diuini, id est humanam cum ideā diuina conferre, quid stultius, quid amentius, excogitari unquā potuit? Sed quando opinionem istam non conuincat ratio hæc demonstrata in ordine metaphysico, conuincat tandem sensus ipse, & credant oculis magis, quam opinionibus. Nonne vident lacteam in ipsa statim lux vitæ I mine, in teneris suis prin. ipsis totam formatam, nimirum totam tamen folijs, cui nil deest ad esse lacteæ, solum superest sensibilib. aceret, & augmenti pulchritudo? Tota enim simul planta producta est, nec vna pars post aliam, postea verò partium extensione exornatur. Totum enim esse substantiale producendum simul aggreditur natura, tanquam ars diuina supra vires humanas eleuata, sic enim non vnam vnam diuinam simul efficiere potuerit. Neque Vallesius in cōtentione de hac re rectè discesserit in generatione plantarum, dicendo nō totam plantā fieri simul, sed prius radices, postea truncum, deinde folia, tandem fructum, & sic debere cont. nate in nostra generatione. Nam (et probum) tota fit simul planta quoad esse plantæ, & quoad interiorem requiritam ad propriam speciem licet multa ab ea, quæ pertinent ad perfectionem accidentale postea elaborentur, quæ sunt folia in arboribus, & fructus in pomiferis. Hæc enim omnia accidentalia sunt, sine quibus deesse, & viuere vegetabilia possunt, ut patet in hyeme, in qua sua pulchritudine spoliantur, non tamen vita. In illa itaque in tanti quo corrumpitur semen, tota plātula generatur, antea verò disponebatur semen accidentibus necessariis, sic homo, totus quoad partes integritates proficit in il

lo instanti quo corrumpitur semen, licet præparatio ei quæ latet partes: postea verò multa generatur suo tempore necessaria, ut dentes, barba, semen prolixum, quæ respondent proportionem folijs & fructibus vitæ tarum. Probaret ergo Vallesius, si pomum & folia essent de integritate essentiali vitæ. Sed quid nobis est in tanta perperitate disputandi? Medici farentur rebus substantiali generationem? Sciunt fortan vulgare differentiam inter res permanentes, & successivas? Si hæc tenent, omnimodo res permanentes partem post partē fieri alicuerant? Iam licet, statim corallio cerebri, prout necessitas illius partis exoptet. Ridicula certe opinio, quod immutabitur, & cōtra sententiam & cōtra rei naturam, non veritate philosophicā à medico tollens. Igitur cum homo perfecta quædam substantia sit, totus fit simul cū omnibus suis partibus integritatis per substantialem generationem, quæ est transmutatio huius, totus in hoc totum in instanti facta. Si tamen partes inter se comparare volueris, non in prioritate temporis (quod avertimur) sed in prioritate nature, nulla iam relinquatur eorum ratio, quia hæc prioritas tanquam quilibet ordo in eodē instanti potest variari, nā pecces sunt partes suo toto, & totum prius suis partibus in diuerso genere cause, sic poteris contēplari quædam partes respectu aliarum, velut materiā aut efficiens, & hoc prius priores, aut posteriores esse dicere prioritate, & distinctione nature, non temporis. Quæ philosophica distinctione medicorum placita cum philosophis cōpones. Restat, ut alias arguitur dissoluitur, postquā præcristum fundamentum contrariæ opinionis euerimus. Quod enim Hipp. gentiā illius mulieris viderit die sexto cū quoddam gremio ex gremio, nō est argumētum, licet esse per se, ut foras. Ipse enim dicit ex utero esse gremio, id est esse vniuersū, per quod sanguis debeat, & ac suppeditari. Quæque non in utero vidit sed in tunica ambricata: de ipsa verò ista natura: nil tale dicit, sed esse totam totam idam, & ruberē. Nō video ergo quomodo ex Hippo potest hæc cōfusiō afferri loco citato de natura pueri. Sed quid dicit natura procedere ab imperfecto deinde ad perfectum distincta est proprietas: quid, si dicit, nō potest vniuersa actione rei perfectionem attingere, vniuersa ab imperfecto ab imperfectis incipit. Et sic ad animal perfectionem generationem, cū non possit vniuersa sola actione id præitare propter rei

perfectiorem, & propter causam ordinē
quā maxime seruat, incipit prius ab imper-
fectis Prius enim generantur chyli, deinde
sanguinem, deinde feruēt, ex feruēte vna
actione & simultanea animal produxit.
Hoc est ordo naturę, vt per formas medias
& instrumentales multa perficiat. Cōcedi
mus tamen diuinum opificem pleniorem
sibi potestatem reliquit, & ex consequēri
non esse deinceps illis legibus, quas ipse
stabiluit, qui enim naturę dat potestatem,
pleniore (vt dixi) sibi adferat, & sic potuit
producere hominē sine icmine statim in ip-
so limine mundi, & tēl, quā erit ex nihilo,
nō procedēdo ab imperfectis ad perfecta,
sed simul totū esse creā. Imō de vniuerso
id autumāt aliqui sancti Philosophi, creat
se, scilicet, Deū omnia simul. Itaque tenet
veritatē illa propositio, in his, que ordine
consequitur instrumentū ad effectū, motus
ad terminum, formę modū ad formam vl-
timatam. Non tamen est vtra quantum ad
ipsam esse totale, & essentialē rei.

Neque obstat, quod dicunt naturam inci-
pere a facilioribus, atque cūm secur nil ali-
ud sit quā sanguis coagulatus, statim
autē alias partes efformari poterit. Nil (in-
quam) probant, nā figura magna res est, ha-
beret; secur suam figuram suam certā com-
positionem, suā exortā, certam & determi-
natam pororum positionem, que omnia
non statim effingi possunt, sed tempus ne-
cessarium prærequirant.

Arguunt præterea, quod homo prius vi-
uit vita plantę, secundo vita animalis, tan-
dē vita rationali. ergo ordo ipse exposcit,
vt prius efformetur secur, quod radix dicitur
nutritiuę potentię. Inualida abique du-
bio argumentatio, siquidem habet plures
explicationes cōmunes illa propositio. Po-
test enim interpretari & de prioritate natu-
rę, & sic intelligimus, homo prius est substā-
tia, secūdo corpus, tertio viuēs, quarto ani-
mal, que sunt prædicata præordinata in ge-
nerē causę materialis, quāuis in eodē instā-
ti omnia illa acquirantur. Eodē pacto, ho-
mo prius viuūt vita plantę, deinde animalis,
si verō illā propositionem volueris de ope
rationibus, & de vita accidentalē interpre-
tari, poteris asserere prius fixū nutritiuū
actionem ostendere, tandē moueri, postremo
cūm luce frui, frui etiam luce ratio-
nis. D. autē Tho. aliter explicat prioritatē
illā, de qua inferiūs aliquid dicā. Sed hoc
nihil probat contra nos qui simultaneam
defendimus partū productionem, eadē, scilicet
licet, que pertinet ad esse simpliciter. Quia

licet homo prius tempore viuat, vita plan-
tę, non inde sequitur, prius tempore formari
secundā potest illō tempore simul fieri totū
opificiū: tamen si istum ordinē vis seruari,
quare nō dicitur, Homo prius habet esse mix-
tum, deinde esse viuēs; tertio esse sensiti-
uum, siquidē (proprie loquēdo) illud prius
est, quod insinuat S. Iob., cūm dicebat:
*Memento, Domine, quid fecit lutum factū
me, & sicut lac me coagulasti.* Vbi illis primis
verbis denotat elementorum cōpositionē
ante omnem vitam præsupponendam.

Digressio contra Vallesium.

Neque me mouet eruditissimus Valle-
sius in sacra Philosophia, vbi conatur
defendere hominem prius viuere vita plan-
tę, adē vt præcedat animam rationalem
tanquam dispositio, & in hunc sensum ad-
ducit duo loca. Primum, quando dicitur in
Genesi: *Fecit Deus hominem ex limo terrę,
& inspirauit in faciem eius spiraculum vitę,
& factus est homo in animam viuētem;* vbi
Vallesius inquit non esse credendum, esse
quandam statum luteam sine vita virali-
tate, sed viuere tunc vita plantę, cum quo-
dam virore vegetali, postea succedere ani-
mam rationalem à Deo creatā & sic sem-
per verum est, hominem prius viuere vita
plantę, tam in creatione, quā in genera-
tione naturali. Secundus locus est. Ezechie-
lis, quando vidit tanta ossa exsiccata homi-
num iam defunctorum, que iussu Dei con-
iuncta fuerunt, postea induta suis nervis, po-
stea sua carne, postea mōru, & sensu cōde-
corata, quasi diuina eloquia ordinem istū
& prioritatē tempore ostendunt, atque ad-
minus esse in homine formas præcedentes
animam rationalem, & ibi cum illa manē-
tes, alteram corporeitatis, qua ossa & alie
partes habent esse talis mixtionis, alteram
verō viuētem, & plantificam, qua habent
esse vegetabile, quibus duabus formis ma-
teria ad perfectissimam animam rationalis
formam disponitur. Hoc enim nullum est
inconueniēs, cūm vna forma habeat se vt
dispositio, altera verō vt actus ultimatus,
& terminus. Hęc mens Vallesii. Magna ta-
men laritā salitas in isto modo philoso-
phandi, antiquata illā, & ab scholis repulsa.
Anima enim rationalis viuūt immediatē
cum materia prima, nulla forma substā-
tiali simul cum ipsa coexistēte. Hoc enim
iam esset incidere in vulgarem illorum er-
rorem, qui plures formas penit in eodem
subiecto, quem ipse Vallesius aliquando

repre-

reprehendit. Et nunc non est cur tam communiem questionem sôgijs agitemus, sed vt cognoscatur inter quos sit referendus Vallesius, hoc loco dicamus illius sententiam, partim ab Scoto, partim ab Henrico dimanasse: alter enim formam corporitatis defendit, alter verò illi solùm in homine esse necessarîo ponendâ: quia cõ anima nostra ita arioris ordinis sit, non est dicendũ, sic corpori immensam, vt forma sit corporeitatis. Igitur Vallesius absque dubio cũ his consentit. Addit tamen, præcedere in materia non solùm formam corporeitatis, sed vegetatiuam, motus eiusdẽ prorsus rationibus, quibus moti fuerint illi opinantes. Nam anima à Deo Optimo & Maximo procedit: ergo nullo modo materialis: ergo præsupponere debet vegetatiuam & corporeã, tanquam magis materiales. Et hoc insinuat Aristot. dicens: *Anima est actus corporis*; non dixit: *An ma est actus materie*, sed, eor poris portã viã habetis, vt insinuares, nõ vniri animam immediatè materie, sed corpori iã per alias formas aduato. His Vallesius argumentis poteramus multas alias rationes adiungere illorum qui hanc sententiam tuentur, quas inuenies in tractatu de Pn. aliarate formatum. Ecce iam cùm deprehensio sit Vallesius in isto errore tam refutato facillè erit illius fundamenta euertere. *Quæ* duo sunt, alterum argumentatio, alte um Sacra Scripturæ verba, quæ ipse ad suam mentem interpretatur. Argumentatio certè procedit ex obliuione illorum, quæ scripsit in suis libris philosophicis: nam impossibile est, quòd aliqua forma substantialis, sit dispositio materie, ita vt vnã per se cum illa nõ faciat: modò enim esset accidens, modò substantia. Ponat Vallesius animam vegetatiuam ante aduentum rationalis, an non eo tempore substantialis est: maxime quidem, & faciens vnum ens. Rursus, aduentat rationalis, debet profectò fateri formas duas substantiales, vel quòd illa vegetatiua mutauerit naturam, & migrauerit in accidens: dispositio materie, non est enim dare medium. Alterum verò argumentum de altitudine anime rationalis, cui non debetur vt corpus informetur tam infimo modo, potius mihi videtur probare anime nostre imperectiam, & imperfectionem, quàm illam extollere: quia tam ergo isti quòd animam laudant, illi tribuentes alias formas quibus vtatur, & (meo iudicio) potius imperiectis afficiunt. Nam si tanta esset nostræ anime excellentia, vt quid non possit omnem inferiorem

De Hippo. Physicis.

actum continere? Si continere, quid illis opus habet? ergo anima vnitur materie, omnem illi adualitatem contribuens, nulla alia forma substantiali indigens. Imo potest argumentum in Vallesium retorqueri cui leniter concludens, nam si ponis animam vegetatiuam distinctam à rationali, necessariò debes ponere animam sentientem, atque erunt quatuor formæ in homine, corporeitatis, vegetandi, sentiendi, & ratiocinandi. Nam tota ratio est, quia anima rationalis est simpliciter immaterialis, & semota à corpore: ergo non poterit esse sèntiã. Hæc enim materialis est, & corpus etiam disponit, vt vegetatiua, & corporea. Ad definitionem Aristot. dico, quòd in illa particula, *Corporis physici*, non intelligimus corpus aliquod completum cum sua forma substantiali, sed materiam solam signatam. Quòd aperte Aristot. docebat 7. Meta. tex. 39. dicens: *Manifestum est, quòd anima quidã substantia prima, corporis verò materie, vno verò, vel animal quid ex ambobus*. Vide quomodo se explicat Aristotel. & quamuis in tali materia requirantur dispositiones organica, vt dispositiones vltimæ, & conditiones necessariæ, tamen non pertinent ad compositionem substantialem, sed ad dispositiones accidentales. Dixit ergo Aristoteles: *Anima est actus corporis physici*, vt nobis ostenderet gradum ipsius anime, vt anima est, quem semper addit ad communem gradum corporis, & sic in viuèntibus significamus alteram partè per modum corporis physici, alteram vt animam, nõ quia illud corpus habeat aliquam formam substantialem physicam inclusam, que sit pars comparata ad animam, sed quia ita concipitur, ac præcinditur, ac si fuisset forma distincta. Sed de explicacione definitionis iam supra plura diximus.

Ad Sacra Scripturã accedo, quæ maxime amplectitur veritatè quã probaui. Semper enim quòd loquitur de anima hominis, loquitur tanquòd de vna simplici natura, insimul vnã solã animã nobis dare esse, & perfectionè essendi. Nã quando dicit Spiritus Sanctus: *Et inspirauit in facie eius spiraculus vite*, omnes Sancti interpretantur de vna anima. Neque credat Vallesius, iurcam fuisse illam statutam, sed simul carneam & ossiam, & simul inspiratam à Deo creatore; ita vt illa distinctio, quæ apparet in verbis Genesis, quòd formauerit ex limo, & inspirauerit in faciem, non sit temporis distinctio, sed gratia docendi voluerit

I I homi.

homines, & heruditos. Itaque simul creatus fuit Adam. Primò, formata carne ex terra, & primò creata anima ex nihilo. Præterea habent illa sacra verba distinctionem, & ordinem materię ad formam, quæ est quadam nature prioritas, ita ut dicatur prius formatioem ex limo, tanquam subsiciens materiam dispositam formæ inspirantē, & ut demonstraret elevationem materię humanę, & de alijs enim creatoris dicit textus. Prohæc terra herbas, & aqua pisces, &c. Materia verò hominis, quia requirebat perfectissimam mixtionem, ideò Deus illam formavit, non quòd formando materiam formaret hominē, quia homo non fuit usque dū inspirata fuit anima, sed quia illam disposuit aëta tam alti finis indigentiam: & sic formavit hominem ex limo.

Confirmatur ex Ezechiele, capit. 12. & ex Psalm. 21. & ex Concilio Lateranensī sub Innocentio III. capit. 1. & in Concilio Vienenſi. Sed accedat S. Augustinus quasi prævidens controverſiam, quam cum Vallesio nunc habemus, dirimit illam libro 10. super Genesim ad litteram, cap. 12. Sed inter alia loca (quæ multa sunt) referendus profectò verbo ad verbum eius dicitur. Postquam enarravit animæ vires elevatas, & spirituales, descendit ad enumerandas virtutes corporales. Sic ergo ait in lib. de Spiritu & Anima, cap. 20.

Habet quoque anima vires quibus corpori committitur, quarum prima est naturalis, secundaria vitalis, tertia animalis. Et sicut Deus trinus est unus, verus & perfectus omnia tenet, omnia implet, omnia sustinet, omnia super excelat, omnia circumspicitur: sic anima bis tribus viribus per totum corpus diffusatur, non locali diffusione, sed vitali insensione. Naturalis namque virtus operatur in lepta sanguinem, & alias humores, quot per venas ad omnia corporis membra transfusit, ut inde augentur, & nutriantur. Vires itaque quævis sunt, & dividitur namque in appetitivam, præsentivam, equalivam, diffusivam, &c. Hæc Augustinus. Ut videat Vallesius quo pacto sacri Philosophi animæ ratione tribuant omne id, quòd inferiores animæ præstare possunt, atque pluralitatem formarum supant toto mixtu. Idem tenet Divus Damascenus lib. 2. de Fide Orthodoxa, cap. 12. & Gregorius Nyssenus lib. de Creatione hominis, cap. 15. ubi expressè desinit falsam opinionem dicentium in homine esse magis quam unam animam. Timidus certe scribebat Vallesius prædi-

ctum errorem. Nam nō audeat vocare animam, sed naturam vegetativam: quòd ad idem inconveniens reducitur. Illa enim natura forma substantialis est. Sed arguētor efficaciter. Nam si diversā natura est illa qua vegetatur, ab illa qua discitimus sequitur quòd in corpore redemptoris non fuit in illo triduo fuerit aliqua anima corrupta, vel manserit aliqua vita: quoniam utrumque falsum, absurdum, & tenentarium est. Probat. nam in morte Christi anima separata est à corpore. Tòc sic: Vel forma vegetativa corrupta fuit, quòd non est dicendum, nā quòd Deus semel assumptam unquam dimisit: vel non fuit corrupta, sed mansit cum corpore: quòd etiā est absurdum, cū necessariò dicere possemus illud corpus vivere, quòd est cōtra Fidem: ergo anima rationalis est, quæ in se reliqua præterea continet, una cū sit. Ad cuius absentiam corpus privatur omni actu vitali. Ergo non convenit scis eloquiis, animæ tuam distinctam præsupponi in materia ad obtinendam animam rationalem.

Sed datur certè est visioem Ezechielis adducere ad defendendā istam opinionem. Nam illa visio fuit spiritualis à Deo directā, & non realis formatū ordo se subsequentiū. Anima enim dividit, quæ in vno instanti efficit natura, præindēdo, & separando, quæ natura nō separata, & si hoc pertinet ad perfectionē intellectus humani, quantò magis pertinebit ad animā reuelationibus raptam: igitur anima plura contemplatur in sua elevatione, quæ a parte rei non habent illam realitatem secundum illum modum quo ipsa cōtemplatur, sed (ut dixi) instanti natura solet illa seingere, ac si fuissent instantia temporis, quia hoc ad suam perfectionē pertinet, & ad multa alia. Ad suam perfectionē euidem, quia in hoc simulatur diuine maiestati. Vox Domini in terciditis flammam ignis, dicebat Psalmista. Id est, separans quæ natura nescit separare, flammam, scilicet, quæ scindi nō potest, ut interpretatur D. Tho. reliqua enī in elementa sciunduntur, & scissa manent, flamma verò cōtinquā. Vox ergo Dominica mira bilia facit quòd emulatur intellectus hominis, qui disponit, & dividit per rēps, quæ natura in vno instanti efformatur. Sic in visione Ezechielis enumerantur illa quasi ordinem temporis habentia, quæ tamen in re non est necessariò obtinere. Sed enumerat prius composita ossa deinde carnem, quasi fuissent aliter se consequentia. Plura leguntur in Sacra Scriptura, quæ non sic, ut

Contra Platonem, qui in casu quoque membro primo sibi ponebat unam animā.

facere debet intelligi, ut in eadē visione quā do dicit facer textus: *Auulite ossa, nō enim vocat ossa sentientia & auribus prædita, sed loquitur illis tamquam si sentirēt, quia reflectū potentiz dantur, omnia audiunt vocem Dei imperantis, & per suam potentiā obedientialens, aures præstat. Sic etiam ordo feriatur in illa visione, ut prius ossa cōnectantur, deinde neruis, deinde carne tanquam regimento cooperantur, tandem accedit spiritus, non quidem quia ordo ille seruatur in homine resurgendo à mortuis, aut generando per feminealem substantiam. Præterea ad alia multa fuit opus illam visionem ordine illo recensere, ut scilicet generalis resurrectio melius hominibus persuaderetur, ut declarant aliqui sancti, vel (ut alij interpretantur) ut populus, qui morte captiuitatis in tumulis Ægypti deridebatur, spem suæ libertatis alceret, in Deo totam refunderet fiduciam, in Deū tam maximam, qui ossa aridissima virore vitæ condecorare valet. *Quid ergo hæc visio ad probandam pluralitatem formarum? Nihil quidem.**

TEXTVS XLV.

QUæ verò in reliquum corpore exclusas est ignis triplices circuitus facit. Etenim quæ humidissimum est in igne, in his locis, quæ vena causa appellantur, continetur. At in medijs generis corpus, id quod reliquum est aquæ consistens compingitur, vocanturque carnes.

COMMENT.

EX præcedenti explicatione constare poterit in quamta absurda deveniant, qui ordinem temporis sustulerit querant in partibus signendis, & ob id non mirum si iterum in hoc textu excutiant. Nam illos tres circuitus explicant dicendo, in primo circuitu generari quedam membra, in secundo alia in tertio alia; sed reliquo ista ignorantiam quæ à seipso corrumpit, & Hippocratem ex femeripso declaramus. Sicut in textu 40. alimentam tribus symphonis modulari, sive tribus conditionibus subagi dicebat: sic nunc tribus circuitibus calorem totam corpus pervadere docet: obic-

ptus enim in partibus signendis, exitum facit per tres rivulos, ad omnes partes vivificandas, aletas & motus exercendas, in sanguine per venas, in spiritu arteriali per arterias, in spiritu animali per nervos: qui tres circuitus respondent tribus potentiis animæ, naturali, vitali, & animali, quibus corpori commiscetur, ut supra dicebat D. Augustinus, comparans illas animæ potentias ad primum illud trinū ineffabile principium, à quo omnia fiunt, tuentur, & ad ultimam perfectionem deducuntur. Videtur certè Hippocrates trino isto circuito, & tribus potentiis totum hominem gubernare, more Pythagororum, qui Trinitatem omnium esse mensuram profitebantur, quia, scilicet, summus opax tria facit: nam creat, allicit, & perficit. Creat, ut bonus allicit ad se creat, ut pulcher perficit tandem, ut iustus, res omnes secundum propria merita perficiens. Et ob id Orpheus locum aiebat principium, medium & finem rerum omnium: principium, ut producat medium, ut producta resalut ad seipsum; finem, ut redierunt perficit. Quomobrem ecclē Pythagorici, unitatem appellabant Apollinem, dualitatem, hęcna & audaciam; Triada tamen iustitiam, ut refert Philarchus. Igitur divina maiestas hominem ad suam imaginem creans, non solum essentiam Trinitatis in anima sigillatim, non solum ter ad hominem consertitur (sicut ad alia omnia, ut aiebat Orpheus, creando, sapiendo & perficendo) sed adhuc ipsum terrenum corpus ternario numero gubernare decrevit, tribus potentiis, tribus circuitibus, ut possit homo dicere: Signatum est super animam, & super corpus hunc visus tui Domine. Vocat circuitus, quia omne corpus circumambulant, quia inter se mutuò cōnectuntur quasi circulo, quia tandem à partibus illis principibus ad omnia membra transmittuntur bonum conseruationis, & rursus à minimis membris ad ipsas retulibuntur, vel malum, vel bonum, & ob id dicebat lib. de Alimento: *Principium magnum ad extremam partem pervenit à extrema parte ad magnum principium peruenit.* Dixeratq; paulo ante: *Confluentia una, conspiratio una, & omnia consentientia: ut marium & circularum consensuum ostendat, partium principum ad partes minimas, & minimarum ad principes. Neque solum in libro de Alimento, verum libro de Insomniis, quem illustravit Scalliger, licet istum locum non licet interpretamur intelligat. Exultimo tamen no-*

firmam esse explicationem Hippocraticam, meminit Iulius triplicis circuitus, alterum tribuens Lunæ, alterum Soli, tertium vero stellis comparans. Vegetalis enim circuitus, qui ab hepate oritur, & per venas vsque ad minimas partes discurrit, tribuitur Lunæ, quia massa sanguinaria fluida, & Lunæ subiecta ibi stabulatur. Cordis autem influxus, qui spiritu vitali ignis & sicco, & per arterias magis fecas distribuitur, magno Planetæ dicitur. Sol enim mundi minoris, quæ alia pars erit nisi cor, quod reliqua calefacit, & viuificat, & ob id in medio collocatum, vt Sol in medio Carolus? Tertium circuitum facultatis animalis, astris correspondere dicit Hippocrates, quia sicut alia varia, & in diuersis locis disposita cælum exornant, ita varia sensoria in animali, & varij conspicui morus. Sed interrogabis, quare Hippocrates lib. de Insomniis, & de Alimento istos circuitus vocauit, internum alterum, alium medium, alium vero externum? Id fecit, quia lunaris circuitus, hepaticus, scilicet, magis ad interiora verrens, internam, & abditam edit operationem, sanguificationem, quæ sola alteratio est, & suum circuitum silentio quodam peruenas complet, toti corpori sensum operens, & ob id internus circuitus appellatur. Solaris vero dicitur medius, & propter locum in quo residet cor, & præcipue, quia medio modo se habet. Non enim latentem operatur, vt iecur, sed cum motu & pulsa conspicuo omnes partes circuit, quarens quam viuificet: non tam est ita sensibilis & conspicuus sicut animalis motus: at vero iste, qui à cerebro exordium nascitur, externus compellatur, quia in externis partibus magis effusecit, oculis, manibus, pedibus, auribus, & reliquis omnibus, quibus natura sensibilis æquum & externam indidit motionem. Præter externum, quia in exteriora fertur sensibilis, tamquam in subiecta. Deinde, quia maxime aere externo sonetur spiritus animalis, qui per istum circuitum ministratur.

Secunda pars textus non ita difficilis est, cum in ea ostendat in venis canis multum humidum ignis contineri. Quod de sanguine venit intelligendum, tam arterialis, quam venalis. Nam venas canas appellat numero plurali, vt doceat non solum in vena cana multum sanguinem contineri; sed in magnis arteriis prope cor, quas etiam solet venas canas appellare. Sic enim ait lib. de Principiis, quod cor & vena cana sepe moueatur, & plurimum calidi in venis ine-

est. Sed concedendus textus est, & videtur, quid habeat cõsonum, di. cre. Ignis excluditur triplices circuitus fecit, quia humidissimum quod est in igne, contrinetur in venis canis. Multum certe consonat causatis ista. Quasi dicat Hippocrates: Ignis exclusus per arterias & venas, totum corpus circuit. Quod potest recte facere, quia proprium pabulum, quo sustinetur, in radicibus venaarum & arteriarum consistit, à quibus tamquam à fontibus cruat. Nō enim posset circuire totū animal, nisi ab aliquo principio pabulum succrederet, vt flamma, quæ non consistit, neque continuatur, nisi lignis aut carbonibus tamquam radicibus affixa. Sic ergo in venis & arteriis canis iuxta partes principes multum humidum est, quo fouetur, & continuatur flamma caloris influentis, quæ totum corpus nutrit, calefacit, & illuminat.

In vltima parte textus, memorat carniū generationem, quæ in medio corporis cum sint, sunt etiam ex reliqua parte aquæ, quæ congregata stabulatur, firmatur, & condensatur. Vocat itaque carnes partes præcipuas internas, non exteriores istam, quæ vt Plato inquit, aduersus frigiditatis & caloris iniurias, regimur, & ob id inditum ei esse humorem caloris non imminens, vt astate quidem rosida, traddidatque extrinsecus corpori vniuerso domesticam exhibeat refrigerationem, hinc vero rursus igne proprio glaciem extrinsecus illatam moderatè repellat. Quæ cum præclaris ille nostri corporis sictor esset medietatis, permutatione quadam ex igne & aqua succi plenam, ac mollem cõfluat carnem. Non itaque de hac, sed de carnibus ipsis interioribus, vt corde, & hepate agit nonne (nam, vt dixi, nullo ordine partium delineationem depingit, sed rarus omnes fieri sin ul, nunc has, nunc illas commemorat.) Quod vero ex aqua compacta fiant, ipse dicitur lib. de Carnibus: Cor multum glutinosi ac frigidi habet, & à calido calefactum caro euasit dura, & viscosa. Quod diuersis verbis hic proficitur, dicens, aquam stabili, & compingit ab igne, & in carnes conuerti, quas Galenus

Parenchimata appellabat,

in 14. Metho-
di.

TEXTVS XLVI.

IN summa, ignis omnia, quæ in corpore sunt, suo modo distinxit; ad universi imitationem, parva ad magna, & magna ad parva.

COMMENT.

Consonat cum nostris explicationibus, siquidem quasi indistinctè, & confusè facit mentionem totius delineationis, cū in vnicam caloris operationem sub epilogo redigens, vt ex hac etiam sententia, simultaneam partium generationem possit colligere, & fuisse Hippocratis intentum, nullum ordinem servare in tractatione de partium generatione, quando ignis ipse nullo ordine prioritatis, sed solo ordine suæ premi artificis omnes simi efformat. Plura diximus in primis textibus de ignis præstantia in mundi officio, quæ pro huius enodatione poterant memorari. In summa, ignis in mundo maiore omnia distinguit, & fecundat, generat, auget, tamquam architectus spiritus omnipotentis Dei, qui fecundatur super aquas, id est, super materiam omnium rerum, ad illam disponendam, & varietate exornandam: & ob id primo à Deo factum dixit Plato in *Thymæo*, vt verba Moysi ipse legerit hoc pacto: *In primis stipis creavit Deus ignem & terram.* Decuit enim statim ardorem creare, qui maximè ipsi Deo similatur, & ob id *Tibos*, qui Deus Græcis est, ab ardore dicitur: ergo ignis si non Deus, saltem spiritus Dei appellatur in sacris literis, qui bona omnia nobis manifestat. Atque *Thales* aquam valentissimum elementum appellabat, quia tantarum rerum erat materia: rectè addit *Seneca* lib. 3. quasi natural. cap. 17. nihil reliquus aliud in rerū natura igne relictum, quam humorem: in illoque futuri mundi speciem laicere. Quasi dicat, omnem rerum distinctionem ab igne proficisci, & illo ablato in aquam omnia conuerri. Quod intellegens *Plotarchus* in lib. de igne & aqua, ignem dicit, velut exercitus esse dicemus, qui civitatem tam rectè gubernat, tam eleganter distinguit, vt non indigeat externis, neque consiliis, neque auxiliis. Sic etiam in mundo minori, calidum in prima generatione, & in conservatione, in accretione omnia sibi aduocat, tamquam præcipuum

architectum respectu aliarum qualitarum, quæ illi vt nobilibus deiciunt. Inter alia vero, in quibus multum elucet mundi maioris & minoris similitudo, connexus certè est paruorum cum maximis, vt superius dicebamus, agens de transmutatione diuinarum cum humanis. Sic & partes præcipue nostri corporis ad minimas sua effundunt bona, à minimis aliam gratiam recipiunt, vt ibi explicauimus; sed forsitan illud commune prouerbium: *Natura tota in minimis*, huic textui possis accomodare, cum ignis tam potens sit author mixtionis, vt maxima elementa ad parua mixta consistenda conducat, & rursum parua ad maxima per dissolutionem. Plurimi autem viri docti in ea parte iam elaborauerunt, vt consonantiam hanc contemplerent, mundi maioris ad mundum minorem, & mundi minoris ad Rempublicam rectè gubernatam: Sed nos ea solum attingemus, quæ Hippocrates adduxerit.

TEXTVS XLVII.

Ventrem quidem maximum sicci & humidis promptuarium constituit, vt daret omnibus, & acciperet ab omnibus, maris imitatione animalia in ipso nutriri solita fouentis, diuersa vero interimentis.

COMMENT.

ALiqua docet, vt eluceat, quàm sit mundus minor similis maiori, dicuntque ventrem esse in homine tamquam mare; vt enim mare tam vastum est promptuarium, vt licet aliqua animalia interimat, foueat tamen, & generet penè infinita, ita etiam venter, qui totam massam primi alimenti, & potentia substantia suscipit, omnes partes fouet, & ab illo tamquam à magno Oceano in reliquas particulas resudat alimentum.

Sed parumper rem contemplerur, & duas partes testatur ingamus. Alteram, qua dicit ventrem sicci & humidis esse promptuarium, & dare omnibus, & ab omnibus recipere. Postquam, qua similitudinem affert. Et primo videtur sibi cõtra dicere, qui lib. de Corde, pulmonem dicit aquam recipere. Cuius opinionis postea *Plato* citat author, quòd *Aleaxus* dicebat:

Asperat

*Asinat igne astrum, iam pulmo rigendus
Iacbo.*

Sed Homerus (scientiarum feminarium) non solum per gurgur in pulmones potum conuere, verum & alimenta ipsa aiebat. Sic enim Odyss. prima.

— *Pando de gutture vinum,*

Frustraque preclat tetro sicut in tabo.

Et Eupolis in fabula, quæ inscribitur Colaces, sic dicebat:

Potare namque iusserat Prothagoras,

Pulmonem ut eloto canem praureret.

Et ipsa compositionis ratio non auersatur: nam pulmo foraminulentus est, cauetnolus, rimosisque filiulis perforatus, nõ quidem ut aer transeat, & expiret, qui angustiores etiã poros penetrat, sed in gratiã liquidorum, & quæ cum his lubrica semita deuoluuntur, factus videtur. Quod Eratosthenes confirmabat:

Pulmonis Latras ille rigaret mero.

Imò & Erupidea sic:

Pulmonis meæ per anfractus merum.

Sed ne Homericis metris fulcitur solis sententia hæc, audiamus Dioxippum Medicum Hippocraticum, qui existimat quod Epiglotis ob nihil aliud tibi pendet, nisi ut dividat cibum à potu, transeatque humor in pulmone. Libet, non impetiosum: sed refractus ne spiritum impediatur. Argumentum etiam de sumptum ex aënis id confirmat, quæ illa particula caret, quia aquam non sorbendo, aut trahendo, sed potius immisso rostro paulatinè inducunt, & pulmone rore madefaciunt, sed & sensus tantorum virorum sententia adspiratur. Nam scisso gutture, incolumi exilente gula, proflit aque copia. Quod flatus præter naturam manifestat, cum ingenti siti extorqueat infirmum pulmo affectus. Præterea argumentum non inualidum conficitur. Nam quibus natura denegauit pulmonem, vel paruum dedit, his etiam aque vsum solita fuit denegare: ergo in pulmonem tendit aqua, liquidum cum illo habet hanc similitudinis amicitiam, ut pulmo ipsam desideret, illa verò illius appetitum adimpleat, & recreet. Sed si simul in ventriculum coeunt potus & cibus, ut hic affert Hippocrates, quorum fabricata vesica, sequidem mixtum vnius conditionis excrementum vnam potuit habere exitum? Ergo siquidem tam diu in cæca sunt via per quas expurgatur humida substantia, & nihil alienis excrementis fieri in ipsa solet apparere, si tam ferociter officiat, ut laceres in vesica, in ventre verò nunquam reperiantur; & appetit colligitur,

non ventrem: sed pulmonem esse humidæ præparatum contra primam partem nostræ textus.

Predicitis argumentis & autoritatibus insurgit Grammaticus Protagenes contra Niciam Nicopolitam Medicum apud Plurarchum, qui dubium relinquere prolema; & nostrum textum incertum. Sed quid Hippocrates senserit aperiamus. Sensit quidem quod verissimum est in nostro textu, ut mirer Plurarchum absurdam illam opinionem non solum Platoni, sed Hippocrati tribuentem in Stoicis contrarietatis, cum ex professo hic dicat ventrem esse aque fontem ad totum animal irrigandum, & ex consequenti in illum primo recipi. Quod si putant Plurarchus, in libro de Cordis originem habuisse opinionem illam, ut etiam astatum Mercurialis, falsatur ambo proculdubio; quod in ipsorum verborum serie hæc clarius constabit.

Sed probemus primò nostrum textum, antequam aduersa tela confringamus. Sed non probemus, defendat scriptum Hippocrates 4. de Morbis, ubi antiquos redarguit, quod crederent in pulmonem aquam corrumpi. Nam pulmo carnis & fibulosis est, ob nihil aliud, nisi ut vocem animalia emittant, ita ut clamor illis caritatibus referatur, articulo vero labijs & lingua. Si itaq; potus ad illas caritates defecerit, quomodo est possibile neque hominem loqui, neque animalia vocem edere; imò neque respirare? Secundò, quia neque cibi rectè concoquerentur ad summam in ventre siccitatem deuenientes. Tertio, quia medicamenta epota quæ maiori ex parte mordacia sunt, calida, & crudèria, tenerrimam pulmonis substantiam exulcerarent. Descendunt igitur per ventrem, qui tam valida est contextura, ut omnia ista medicamenta sine sensibili damno multatim ferat. Sunt enim ventres adeo duri adeo relictè cõpacti, ut in Lybia pellibus pecorum ad veses vtantur, ad loculos tamen facientes quibus pecunie assentantur, solis ventribus. Quarto, quia & coloratæ poriones tingunt excrementa, & omnia alimenta odore afficiunt vtriuque: ergo siquidem est in vnicum ventrem commisceri Lyuidum & siccam substantiam. Quintò, quia qualicumque guttula aquæ, quæ in gutture contendat, maximo angore & miso sollicitatur animal, adeo, ut suffocetur. Si non ergo est, non esse locum naturalem ad aquam recipiendam.

Hic & alijs rationibus respondet Hippocrates

poetas contra Protagoram Grammaticum, & alios antiquos, imò contra Plutarchum & Mercurialem, qui illum esse illius opinionis crederent. Quæ omnia neque ego attingerem, nisi textus exposceret, & ut seipsum tuccatur Hippocrates, quæ insequitur Aristot. verbo ad verbum eius rationes adducit tertio de Partibus animal. cap. 1. Ad locum libri de Cordis respiciens, non esse mentem Hippocratis, potum in pulmonem tendere, sed residua aliquid per rimulas. Quod necessario fatendum est; ita enim dicit: *Sed quomodo aqua aerbatius irruentis turbationem attusum multam exibat? Propterea, inquam, quid non tra respiracionem fertur. Quod enim per rimam illabitur, tanquam iuxta parietem delabitur, aeris delationi non inflat, sed liquet ac lubrica quaedam eius humiditas ipsi præbet.* Huc Hippocrates. Quæ veritati consonant. Sit aut non sit vera Hippocrates auctor illius libri, congrua dicit Hippocraticis principiis, nihil moror, digladiantur eruditi, quantum voluerint, de stylo scribendi, utrum phrasis sit Hippocratica an non, an Polybius loquatur, ceterè tota sententia consonat cum aliis gravissimis sententiis Hippocratis, si rectè intelligatur. Quod enim magis tritum est inter Galeni sectatores, quò delabi in pulmones, quæ per guttam lambedo paulatim de glottide? Quid magis tritum, quàm syrupos pectorales sensim exhibere, & multoties, ut per rimulas gutturis demulceant, aut irritent? Quod sicutum ipse Hippocrates concitatur libro de Locis in homine, in quo agens de quadam specie pleuritidis, quam intemperies sicca pulmonis comitatur, curationem attingens inquit: *Hunc multis potibus curare oportet. & Lanæ, &c.* Ceterè nõ dixit: *Multo potu,* hic enim repentiè ingruens totus in ventrem delabitur, aut si aliquid in asperam distenditur, suffocationem excitat, ut dicebat quarto de Morbis; sed ait, *multis potibus,* id est, parvis, sic enim paucum ebibitor, & major pars ad pulmones transcolatur. Est autem modus Hippocraticus, cum parum, & sæpè, & paulatim aliquid sit, distinctum illud significare. Sic enim in prognosticis, *subores multos* id est, parvis sic dicit, & non cumulatiè fidare. Ergo sibi motto est spiritus liber de Cordis, quartus de Morbis, & liber de Locis in homine.

Ad antiquorum Poetarum testimonia dici potest, maxime sentiri refrigerium in palationibus, potus beneficio; sicquè illius viscerum mentionem principaliter facere

poetas, quia in diebus caniculæ maximè æstuat, tanquam membrum maximè mobile, & calefacibile. Et ob id Alcaeus in illis diebus, rigare iubet pulmonem, id est, largius bibere, ut viscera refrigerent.

Ad Dioxipum dicimus, epiglottim esse tanquam operculum laryngis, quod inspiratibus, & expiratibus hiat oblectat auri solo pondere alimenti, non tamen ita ut aditus non pareat aliquantisper potulentæ substantiæ, exsudet enim, & illabitur tanquam lingua fistulæ adhaerens semper madescit, & irrigatur, ut rectè voci deferuiat. De quo late Galen. lib. 7. de Vsu partium. Igitur hunc finem habuit epiglottis, neque aliud; sed insidit in se potentiam substantiam, & hoc quidem paulatim, & ut consistit animali, ut enim gurgulio primo impetum aeris compefcit, & reterat, secundo voci deferuit (ita ut voci plethra appellatur à Gale. 11. de Vsu partium) tertio aërem mundat à pulvere. Quod & Avicenna docet fen. 9. tertii cap. 1. & ob easdem ferè rationes 11. de Vsu partium, cap. 3. comparabat Galen. gurgulionem cum nymphæ pudenda, ita etiam intelligat Dioxipus non fuisse linguam laryngis factam, ut aditus potus exhibeat, sed ut temperet, ut moderatè suscipiat, ut spiritum modulatum addat. Quæ rectè Galen. huiusmodi huius particula, non qualescumque, sed glutinosam esse docet, ne facile motibus evanescat. Docet ergo ut tantillum rector humor adscitum, ut melius seruetur nativa temperies, nam inquit vltimus versus capitis 11. de Vsu partium: *Nequæ qui febrilis ardentissimi consistantur, neque qui per magis affus iter fecerint, loqui prius possunt, quam larynx perfundatur.* Imò ob eandem rationem aëricule rostro immisso paulatim bibant, ne in respiracionis organum excidat aqua. Negamus eriam, quòd per cuncta gutturæ ab illo exeat aquæ copia; in aëriculis verò pulmonis cum candescat sibi calor, ser calescit, incenditur cor, & ventriculus partes gutturis æstuant, oesophagus simul per fibras membranas, & vas interiecta, quibus cum aspera arteria communicat. Quod ergo mirum si magna opprimat laris. Quòd si aliud argumentum attendas, nullam habet vim quando intendit probare, quòd propter pulmonem insentus est potus, si quidem pulmone carentia animalia non videntur aqua; saltem est, cum nullum sit animal,

an mal, quod aquam ignoret, neque marinam, neque terrestrem, neque aetheream sine ea vitam degit. Etiam carnisوتا animalia, quorum aliqua Aristoteles non habere tradit, reuera humoris vsu conseruantur. Sed quot sunt animalia, quae licet bibant, non habent vrinæ receptaculum, neque mungendi instrumentum? Multa certe, qualia sunt volatilia, quibus non denegant Deus potum, quamvis denegarit organa ad ionem destinata. Ad postremam rationem satis apparet quid dicendum sit, siquidem tot commoda ex mixtione potus & cibi confurgunt, vt sine illa fieret assatio, & non elixatio, qualis pro animali ascendo fuit necessaria: coctionibus vero, & elixationibus peractis separat natura potus portionem, aliam per renes, aliam per cutim.

His manet explicatum quo modo ventris, vni promptuarium primum sit potus & cibi, ex quibus recte inferitur, omnibus dare, & ab omnibus accipere, praebet omnibus alimentum, & ab omnibus accipit aliquid: à icore sanguinem per venas propria, à corde vitalem spiritum, à cerebro sentium, à licne humorem appetentiae, ab ore inceptam chylosim, ab omnibus vicinis membris calorem.

Restat altera pars textus, qua Hippocrates ventriculum mari comparat, quod solet intromere aliqua animalia, alia vero fouet, & nutrit. Heracliti sunt omnes iste comparationes: putabat enim omnia in nostro corpore fieri, vt in mundo maiori, vt indicat Arist. 13. proble. section. Quod etiam Hippocrates aliquando recepit, doctrinae pulcherrimam causam, & dignitatis hominis, omnia in sese continentis. Ergo vt in mundo maiori vnus globus sit ex aqua & terra, ex quibus variae qualitates in reliquas ipsas fontes scaturiunt, vel in vaporibus, vel exhalationibus, vel terra aquae, & aqua terrae, sibi mutuo commutantes. Ita etiam Archurectus ignis in medio hominis globi fecit terrestrem, vt dicebat Hippocrates libro de Insomnijs. Addit vero nunc maris emolumenta, ita vt ex his duobus libris, ventrem mare, & terram representare colligamus, à quibus in omnes partes derivantur reliquarum coctionum materia est quaedam ventriculus similis mari. Vt enim mare naturalia generat & nutrit, terrestria vero interimit, respirationem auferens, ita etiam ventriculus sola illa alimenta generat & fouet, quae vitalia sunt pro partibus ascendendis, reliqua vero inquinat, & interimit.

Prætereà, quia sicut mare tot animalia fouet (vt plures sint oculi naturalium quàm poli animalium terrestrium, vt dicit Læo Helbranus in Dialogijs de amore) interimit vero multajta etiam venter in medio positus circumdatus est innumeris particulis ab illo alimoniam sugentibus, ipseque in illarum gratiam interimit alimenta, id est, coquit. Diximus enim in superioribus, ex doctrina Hippocratica, hominem nutrire vitalibus alimentis: ergo veter illa interimit, & corrumpit, vt nutriet particulas totius. Nonne dicebat ipse ex mortuis succrescere alimēta, vt explicuimus? Ergo venter interimit alimenta, vt foueat, & viuificent partes, putrefacit & coquit, vt alant. Atque hanc existimo veram esse mentem nostri textus, siquidem superioribus consonat.

TEXTVS XLVIII.

Circum hunc aqua frigida, & humida congregatio, transiens spiritus frigidi, & calidi, ad terram imitationem, omnia, quae in ipsam incidunt, alterant. Iam vero partim quidem circumsumens, partim vero aucltus, aquae tenuis dispersionem à compacta fecit, insuperque non apparentis ignis ab apparente secretionem, in quo mota lataque omnia in apertum perueniunt, singula iuxta destinatum fatum.

COMMENT.

Præbet causas & rationes, quibus constat ventrem in homine vicem gerere maris & terrae. In Genesi 2o, vatum congregationem appellat Deus maria. Quod Hermes ille antiquissimus etiam suscepit, dicens libro 2. qui Poemander inscribitur: *Poemandro ex luce verbum quoddam sanctum superedit natura, & ignis, sicutus colligit ex humida natura in sublime, quia leuis erat, & acutus, & effluax, & aer leuis, & ipsi sequutus est spiritum, ascenditque sicut ad ignem à terra & aqua, ut ciceretur ipsum pendere ab illo. Terra vero & aqua remanserunt inter seipsas dimissa. Et Zoroaster dicebat: Terra in medio posuit, aquam vero in terra finibus, id est*

quæ Patrum Aeternum fecisse dicit. Sic Hipp. in presenti, idem mare dicit circa ventrem, quia ibi sit frigidus, & humidus congregatio.

Dices forsitan, melius posse appellari mare congregationem aquarum, quia sit in vena, & maria in qua tota aqua congregatur, adeo, ut respondeat quantitati potus, si natura legibus animal quæ gubernatur. Ergo non rectè Hipp. dicit: *Aquarum congregatio in sacra ventrem fieri.* Tamen censendum est propriè si me loquentem fuisse Hipp. & conformiter veritati, & sacris Hebræis litteris. Nam cum tota aqua prius cõgregetur circa ventrem, & inde per tubos, & canales pertrans reliquas partes humeficiat, mare potum appellatur, nam ab hoc vrina, sudor, lachryma. At verò vesica non continet congregationem aquarum, sed solum illarum, quæ à renibus attracta, & excreta sunt. Et ob id à Spiritu Sancto appellatur Hydria, cap. 12. Ecclesiæ. locus elegans ab eruditissimo nostro Frãscisco Valleio sic licet ibi allatus, in sacra Philosophia. Igitur vesica hydria quedam est, quæ impletur actione renium semper tractione notantium à vena cava per emulgentes trahentium, hæc ab hepate, hepã à prima, & vniuersali aquarum congregatione quæ circa ventrem sit. Neque obicit, quod dixerit Galen. vrinam respondere potui respõdet quidem non ita æqualiter, nam & aliquid potus, totum permeans in corpus, per poros exhalat, & aliquid ciborum exhorum per vrinam descendit, sicut, scilicet, partem culacæ humorum, imò ob eandem sententiam melius cõ Hipp. dicemus, quod vrina respondet potui, potus totus congregatur primo in ventre: ergo vrina recollecta in vesica veluti mare quoddam est particulare renis sinibus cõueniens, præ aqua ventris vrinam, & Oceanum Microcolini.

Ex hoc textu poteramus docere idem fuisse Hipp. mare cum terra vno globum esse. Si quidem dicit: *Gurum hanc frigidam, & humidam congregatio. Quam sententiam vltimè in hunc diem optimè tenent mathe matie, licet illam non admittat Franciscus Parricius lib. 26. Pansico.* Nunc satis sit ad veritatem nostri textus conuenire inter omnes in mundo maiores, conglomeratam esse istam duo elementa & cõplexa. An verò iste cõplexus geometricus si globum efficiat disputabimus suo loco ne rariorem discedamus à corporis humani fabrica.

Aliã ratione exhibet, propter quã venter terræ assimilatur, quã ut per terram sit trãitus ventrosi calidiorum, aut frigidiorum ab ipsa ele-

uatorum, eodẽ pacto plures status in hac regione ventris eleuatur, & transiunt, hæc illacque tormina facientes. Et quod hæc sit mens Hipp. particula, illa manifestat, dicit enim: *Ad terram imitatio, omnia quæ in ipsa incidunt alterant.* Quod ille, ait: Terram, & obiectat status, sicut contingit in terra, ex qua & eleuatur vapores, & exhalationes, venterõ materiam causas. Ergo absurdè interpretatur, qui dicit huc esse spiritum inspiratum. Si quod hæc non eleuatur à calore ventris, ut dicit Hipp. sed per motum thoracis attrahitur. Quod verò terra alteret omnia, quæ in ipsa incidit, manifestissimum est. Putrefacit enim, germinare facit, in suis quiritatibus tremulens os flatus generat, qui foras expirat: rursum status eõdenfat, & in aquã trãsmutat: materiam mineralium præbet, & illa iterum alterat. Ad istam similitudinem venter omnia alterat, aduato temperamento, ut terra à corporibus celestibus, & precipuè à Sole excitata. Quid ergo mirum si flatus eleuet in toto hoc tanquã venter spiritus esse, dixerunt quidã medici; nulloquã modo generari flatus in scõdã, & terra regione. Sed hoc intelligendum venit de flatu imperuoso. Hic enim circa ventrem pertransit, & generatur, ut hic docet Hipp. more vltorũ terrestrium. Alij verò flatus magis eõclusi, & tenes, nulli dubiũ, quin in qualibet nostri corporis parte possunt eleuari, dũ sit materia & efficiens. Ita Auic. lib. 1. Fen. 2. doct. c. 9. dicebat: *Et tamẽ est in vltimis flatus, que offeruntur pãdo frãgilit.* Quibus Galen. de obibus non meminit. 14. Metho. nequã in 2. de Locis affecit. nequã in 3. de Causis sympathomati.

Alterã partem textus arctè relegenda est, & inspiciendũ quã finitè, & absurdè aliqui illa interpretentur, sicut (ut melius dicã) obsecrarit. Nescio enim, quæ de hãmãra est, & de igne appetente, & nõ apparẽte. Dicunt, quod venter mobilis suo calore apparet cõminuere alimẽta, & ex hãmãra calidè nõ apparet ipsorũ. Est tamẽ ista arbitraria explã cario, & nõ ad mẽtẽ Hipp. Quod si parũ at rãdas, huccelarius videbis. Profõnerat, mũ dũ miorẽ d. sponere ad imitationẽ vniuersi, cuius distinctio, & pulchritudinẽ igni trãbuebat, ut in superioribus eũ Senecã & Pythagora declarant. Nũc cõparant venterõ mari, & terræ, quẽ globũ in medio corpõris eõdenfat igni cõ. Huius tãdã profõquitur actio, de cõ, quod sicut in mũdo maiore ignis ille diuiniõ separatur aquas ab aquis, & crassũ, & terrestrẽ à tenui, ita etiã miorẽ calor in primãna generatione distinxit aquã crassã à tenui, illã ad ventris formã,

& membranarū, & ossium condensatio, re-
tius verò ad formā aliarū partū loquitur.
Et ob id dicit, *Partium visio, partium au-*
ctus, nam e condensationē facit, & condensatio
humorē sicq; ossū & membranas efformat,
& frigida relinquit. At verò quando nō cō-
sumis, sed auctus effingit partes, illas certe
nō solò compactas, sed calidissimas relin-
quit, quales sunt cor, & hep̄ar. Hoc itaque
p̄cto aquā distinguit ab aqua, illā cōsumen-
do, & frigidiā relinquit, hęc cōsumēdo,
sed calorē in illa vigorūdo. Neque dubites
quare eā agens sit naturalē, non omnes par-
tes quā calidas relinquit, quā hac lege faci-
ta sunt omnia, ut quousq; propriā acquirat
formā, qualitate disponēte gaudeat. Sic in
nostra generatione, cū humorē a calore de-
saturat ad formā mēbranarū, vel ossis, consi-
deratur quidē, & recipit calorē, utique dū ad-
ueniat forma ossis. Postea verò nō recipit
calorē, nisi ut seruetur in illa determinata
moderatione, quā adquisiuit, & ob id que-
dā partes per condensatiōē pullulant cali-
dā, quā dā frigidā, quā ex dispositione mate-
ria, alie indignant plurimo calore, & au-
cto, ista verò solū aliquātūlū cōsumēte. Si
verò interroges, quē dispositio est hęc ma-
terialis, respondet Hipp. in hoc textu, esse
certam tenuitatem, & crassitē.

Si verò volueris illā dispersionē aque tenuis
& crasse interpretari de divisione quā
facit calor inter humorē tenuē & crassum,
hunc enim ad partes cōtinuē cōpingit, il-
lū verò in cōrēta & imperū faciētia distri-
bit. Poteris quidē, sed dubito, an ita iuxta
mentem nostrī textus, ut iam apparebit.

Inquit præterea distinxisse ignē apparentē
& non apparētē. Certē de actione loquitur
caloris distinguētis opera, non de ventre,
de hoc enim iam sententiā conclusit, scilicet,
quòd in medio positus sit, quòd aqua
repletur, quòd det omnibus, quòd vètos
imperuosos generet. Nūc autē ad ipsum ac-
tus cōdū reuertitur, & dicit, distinxisse ignē
apparentē à nō apparētē: hoc est, ignē quī
medici vocāt potētiālē & natiū, à calore
institū, & actuali. nōllis quidē tā proprijs
nomibus rē declaravit, sicut Hipp. Nam
medici cōmuniter loquentes nō rectē ap-
pellant calorē potētiālē. Nā arguet aliquis
nullū esse calorē potētiālē in vñs inferio-
ribus sed omnē, esse actualē quāndā quali-
tate, neque natiū rectē appellat, cū etiam
alter calor natiū sit. Hippocraticū verò
sermonē, quis audeat redangere, nōllis sa-
ne mentis. Si quidē calorē natiū partium
solidarū appellat nō apparētē (id est, ad ten-

sum). Aliū verò qui in principibus, tanquā
in origine cōtinetur & induit, appellat ap-
parentē & sensibīlē, & quòd hęc sit genui-
na textus interpretatio, proficere obse-
cro, & lege. Ficiens enim sermonē de igne
apparente, inquit: In quo mora lataq; om-
nia in apertū permeant, singula iuxta desti-
narū fatū. Dicas mihi, rogula de igne ap-
parētē verba faceret, quid clari⁹ eius mō-
tū demonstrare posset quāsi dicere: In quo
mora lataque omnia in apertū permeant
ille enim calor partū principū ita appa-
rens est, ut moueatur specie motus conspi-
cua, quæ latius dicitur, per vniuersum
corpus omnia bona in publicum, & apertum
perducens. Alter verò cōfopitus, & aq̄uus
color, nō apparet, sed latitat, ita vt nec vi-
uere, neque aliquid bonum opus efficiere
videatur. Rectē igitur non apparentem ap-
pellauit. Ille ita apparet, vt actualiter par-
tes calidas reddat, sanguinem visidum im-
periarū, sensum, & motum largiar. Quæ
omnia, & tactu & visu dignoscimus. Vide-
mus enim, & animale spiritum & viu-
lem, & sanguinem factum proprium, & si-
nem naturalem explorare, partium, scilicet,
omniū naturam, & perfectionem. Probet
nostram explicationem Hipp. ipse sequen-
tibus verbis, nam agens de igne igne appa-
rente, inquit in textu sequenti.

TEXTVS XLIX.

IN hoc verò triplices circuitus ignis
fecit vicissim intro, ac foras cōmean-
tes: alios quidem ad carnas partes humo-
rum luna facultate: alios verò ad ex-
ternam circumferentiam ad ambicem
soliditatem astrorum facultate. Medij
verò, & intro & foras permeantes cali-
dissimum, ac fortissimum ignē conti-
nent, qui omnibus dominatur, omnia se-
cundum naturam obiens sine strepitu,
tum ad tactum.

COMMENT.

Vides iam quā apertē delirent, qui ver-
ba prædicta explicant de actione vètris
in alimenta. Manifestat enim Hippocrates
lucidissimum suum ignem, & fatū apparē-
tem, nisi proprijs oculis defectu philoso-
phiæ derarperimus. Inquit: In hoc triplices
circuitus ignis fecit. In hoc, id est, in igne

apparente triplices periodos fabricavit in quibus plura in superioribus, & ex eius mente dissectimus, circuitus vocat. Nā à principio libri, omnia opera naturæ tanquam circuitus contemplari est. Vt enim Deus circuitus quidam divinus est, omnia continens sine principio & sine, ita eius opera veluti catena quadam, & circulo cōnectuntur, divinis eorum humanis, humana eā divinis. Rursus virtutes naturales inter se mutuo circulo sibi præstant, ut explicavimus supra. Sūt enim Dei effectus tornatiles. Quod Spiritus Sāctus insinabat in Cantico, dicē: *Manus eius tornatiles auræ plena latissimis.* Littera verò Hebræa dicit: *Manus eius circularis plena lacrimis.* Sic legit Pagninus. In divinis autē eloquijs, manus pro opere usurpatur. Sic enim intelligitur locus ille in Pl. 118. *Levavi manus meas ad mûlata tua, quæ dilexi nimis.* Ergo catena quædam aurea, sūt omnia opera Dei, per quæ in eius cognitionē & amorē homines suavissimè elucubratur, ut homo in seipso circularis manus Dei maiori perfectione cumulas cōtēplet, & corporale ista fabrica ignis apparatus circuitibus, & mirabilibus circuitus intelligitur. Nā sic d. Aug. Trinitatē in corpore considerabātur eū Spiritu Sācto, circuitus illos ambitus interpretor, vt totus homo divinitatem redoleat, & illius amore exardescat.

Enumeremus ergo eū Hipp. trinos istos circuitus ignis influentis. Primus certè hepatis est, qui ad canas partes humorū pertinet, qui hinc tribuitur, propter nimiam humiditatem, & fluxibilitatē humorum, quæ in illis præpollet partibus. Ignis iste ad imas partes denoluitur, in quibus copia sanguinis abundat. Alius verò ē contra totus ad æternas partes cōtēdit, qualis est circuitus animalis, qui à cerebro oritur, per nervos spiritū animalē in omnes partes deferens, ab his tributus, nā sicut alia calū cōdecant, vaneratis pulchritudine, ita spiritus animalis, iuxta partē quam occupat, perfectionē novā demonstrat, iā visum, iā auditū, iā motū variū manifestis, quæ omnes actiones in externis partibus elucescūt, nō sicut alter circuitus, qui totus absconditur, totus latens. Tertius circuitus medius dicitur ab Hipp. quia mediā sapit naturā inter prædicta extrema. Partim enim ad interiora, partim ad exteriora cōvertitur. Et ob id dicitur *Medius vtrò & iuro & foras perveniens.* Cui autē parti tribuendus sic medius ille peritodus, ipse declarat: siquidē dicit: *Calidissimus & fortissimus ignis continet, qui omnibus domi*

natur. Quæ fortissimè pars calidissimè & fortissimè ignē cōtinet, nisi cor, qui ignis omnibus dominatur, nisi ille qui in corde animæ ignem reddat, quæ operatio tā secundū naturā exercetur sicut pulsus, quæ tam sine strepitu ad visum, & ad tactū, nā licet pulsus tactu percipiatur, mediā fortitur naturā, quia neque ut alij motus locales dignoscitur, qui à partibus æternis perficiuntur, & in terminos externos terminantur. Pulsus verò sine sono aliquò perceptibilis, sine strepitu, ut calū perpetuò cōvertatur, internum sibi terminū cōparans, quorum alter nullo pacto positioē dignoscitur, siquidem quies interna sensum fugit. Hi sunt apparatus ignis, & abstractus mirabilis; hic microcosmū labyrinthus, ut dicit Hipp. divina eloquia perlegisse clamirat enim Iob ad auctore naturæ, dicens: *Manus tue Domine feriant me totū in circuitu.* Neque arguas dicendo, quod à solo corde tanquā à primo fonte calor influens derivatur. Nam licet hoc fateatur Hipp. nō id alij duo inter non apparatus sicut annumerādi, siquidem publicè nuntius exerceat, & calidū in omne corpus per proprios riuulos effundit, & quia pulsam dixi fieri sine sono perceptibilis, nō me later Hercule Saxoniam, pulsam adducere fontinātū, in suo lib. de Pulsibus, quam opinionem sultus expēdam in meo opere de eadem materia.

TEXTVS L.

In hoc anima, mens, prudentia, augmentum, iustus, immunitio, permotatio, somnus, vigilis. Hic omnia per omnia gubernat, & hac illa nunquam quiescit.

COMMENT.

Igitur dicit Hippocrates, quod in corde est anima, ut forma quidem, & ut motor; mens vero, & prudentia tanquā in mēbro imperato, & obediētī superiori apprehēsiōni, augmentū motus, dimittitio, permotatio corporis tanquā in primo principe, & ut talitatis exordium. Quæ in parte hec adverte Hippocratem cognovisse quandā veritatem à Thomistis maxime receptā, & à vulgaribus medicis non intellectā. Credunt isti, nem pulsum non alium esse, quā caloris attemperationem. Divus autem Thomas non sic considerat motum cordis, sed tanquā radicem omnium

perfectiōnem animalis, ordinatum in illis tanquam in finem proprium. Itaq; finis motus cordis, est omnium aliarū partium ma-
 tritio, auditio, sensus & motus, fundatq; in illis primam vitalitatem ad omnes illas perfectiōnes. Et huc est finis per se. Quod autē pellantur fuligines, & cōducatur aer, rectē quidē, sed id itaq; modus quidā terminus ordinatus in terminū per se. Quod in casu aperte constat. Quis enim dicat sanū motus & celsus esse variā pūctā ad quē eius partes pertinent? Nemo vtiq;, qui sciat causā aquiuocatiōis adionē, finem habere & terminū magis vniuersale. Ergo ut finis calidi per se est illorū inferiōnū perfectiō, licet in suo motu habeat aliquos terminos parciales, ita etiā finis per se motus cordis, est perfectiō, & esse reliquorū motū: quōd verō habeat aliquos terminos parciales nimirū quietes, internā, & externā, & pulsionem suā, & attractionē aeris, id certē ad esse terminatiū ipsius motus ut sic, nō pertinet. licet pertineat ad aliqua consequita. Nimirū hoc habent cause equivoce, qualis est cor, ut operentur propter bonā insularū rerum differentiā, ut supradicebant se 4. Quod quidē nemquā intellexit Gale. Circa quodā punctū inuenies nō finē discursum in Opusculo de Humoribus cap. 3.

Dices: Quis erit ergo motus huius necessitas? Magna quidē. Nā reliqui motus esse non possent, nisi vno primo inuiterentur, à quo tanquā à principio oriuntur, siquā actus liberi voluntatis, quibus in bona ducimur, in primā uisitationē referuntur, tanquam in primā radicē; hæc autē in authorē nature. Sed de his in materia de Pulsibus abundē disputauimus. Ergo oī hanc rationē dicit Hipp. quōd in corde est augmentū, motus, & immutatio. Immutatio est in illo, utpote, quod neq; corrūpi, neq; immutari possit, nisi cor à constanti defleat moderatiōe. Quōd si contēptis quæ in quinto Opusculo de Senectute probat, spiritū, scilicet, vitalem, & cordis ealorē cōducere ad senectutem facta exsiccatiōe pularina in partibus uiuentibus, erit quidem iuxta mentem huius textus: Vbi docetur, diminutionem uiuentis à corde incipere, ut à potentiori calido exsiccante, ut ab eodem mem bre) & vitam, & mortem experiamur.

Quod verō dicit, & permutatio, ego intelligo, quod nulla sit pars in nostro corpore, quæ ita citō possit permutari, & permutare, sicut cor. Sic enim est soliditū

animæ affectibus, ut illico agitur, immutari mouetur trahit in centrum, si succum effundat. Ratio autem huius est. Nam cōcoris primō ab anima motum, reliquæ partes non primō, sed per ipsum, hinc est, ut rectē dicat Hippocrates in illo esse permutatiōnem, per antonomasiam, & quia primō permutetur ab anima, & quōd primo reliquæ partes permuret.

Postquam dixit, mentem, prudentiam, & reliquos motus esse in corde, modo quō explicauimus, & concludit textum, reducendo somnum & uigiliam, & omnem corporis gubernatiōnem ad cordis principatum, ut ex hoc liceat colligere, non de substantia cordis solum uerba facere; sed de ipso spiritu vitali, qui per arterias proficit, & commune est omnium adionum instrumentum, qui cum à corde profuat, meritō solum cordis mentionem fecit.

Confirmat hanc explicatiōnem libro de Carnibus, dicens: *Et uidetur sanū mihi id quod calidum uocamus immortale esse. & illud intelligere, & uidere, & audire, & sentire anima sunt præterita, sunt futura.* Nam licet uulgares hæc sententiam explicent, credentes Hippocrati de anima loqui, quam putant esse calidā; uerū tamen asserimus de calidē, non ut animā, sed ut animæ instrumento, differere, uocareq; immortale, quia nature, & Dei Optimi Maximi est instrumentū, maxime affectibus conforme (sed de hoc inferius, cum de animæ immortalitate iuxta opinionē Hippocratis agimus.) Dicit itaq; calidū omnia sentire, & intelligere, & uidere, utpote quōd ad omnes adiones assimilator. Rursus in nostro textu inquit: Omnia per omnia gubernare. Sic se isti duo textus respiciūt. Inō libro de Flatibus dicebat, inter omnia ea, quæ in corpore sunt nihil magis ad prudentiam conforme quā sanguinem; hic ergo cum in habita constanti permaneat, prudentia quoq; constat, sanguine uerō permutari cōcidit simul & prudentia. Vide quo pacto in hoc loco bonum sanguinem dicit esse quandam dispositionem necessariam ad actus prudentiales. Sic ergo nunc cordis beneficio omnia gubernari contendit, quōd omnibus partibus ad omnes suas adiones sanguinem arterialem impartiarum. Et quemadmodum ad prudentiam, & ad reliqua munia iuxta uisusqueque partem mensuram calidam distribuitur; ita etiam certis quibusdam ipsius calidi commotionibus, uigilia & somnus generantur. Arque hoc continet illa particula: *In hoc somno & uigilia.*

*gilla. Quod verò ait, nunquam quiescat, confirmat certè nostram explicationem. Nam nos hucinque medium illum circuitum explicuimus, & de corde, & de calido influente, quod ab illo diffunditur. De vitro quæ quidem verum est Hippocratis dictum, nunquam, scilicet, quiescere. Si quidem cor perpetua commotione defatigatur, & sanguis arterialis, & conclusus spiritus, propter arteriarum commotionem ita agitantur, vt substantia semper mobilis appetentur à Galeno lib. de Tremore, modò magis, modò minus, prout passionès corpori contigerint. Per somnum enim magis hebetatur calidi ad exteriora confluxus, quinimo torpescit aliquantulù. Quod insinuat Hippocrates lib. de Flatibus, in hanc mòdum: *Quum enim corpus inuaserit somnus, sanguis frigidat. A natura enim sunt frigida tendi cui est. Infrigidato autem sanguine, languidiores sunt eius transitus, &c.* Hæc Hippocrates, quibus notat satis aperte nõ esse per somnum sanguinè negandos transitus, & commotiones, sed languidiores esse, qui autem dicit languide moueri non dicit quiescere, sed remisse moueri: et go calidum, id est, sanguis & spiritus nunquam quiescunt, mota, scilicet, & agitata perenni illo, & vitali cordis motu: ergo rectè textus noster, de corde, vt de fonte caloris, & de motore ipsius calidi potest interpretari.*

TEXTVS LI.

Verumenim verò, homines ex manifestis obscura conicere nesciunt. Quum autem artibus utantur similibus humana natura, id ipsum tamen ignorant. Diuina enim mens edocuit ipsos sua ipsorum imitari, ita vt cognoscant qua faciunt, & non cognoscant, qua imitantur.

COMMENT.

Incipit Hippocrates, quæ dixit de oculo & incremento corporis humani, confirmare comparationibus, & similibus quibus tam reconditam sapientiam manifestat, vt in vnoquoque verbis, & apice miser iterum atque iterum hominis prodi-

giòsè ingenti. Ego quidè crediderim ad huc textù explicandù non esse laborandù circa primum physicorum de ordine cognitionis, & de notioribus nobis, & naturæ; sed solum mentem Hippocratis manifestandam, quæ eo respicit, vt reprehendat multos homines, qui tam sensibus sunt immergi, vt in eis persistant, nihil vterius considerantes, atque eum naturale sit sciendi desiderium, scite autem sit causis rei perspicere; vulgares tamen ita sunt sensibilibus dediti, vt effectus videant, illis fruatur, ignoratis prorsus causis, & ordine natura. Solet enim Hippocrates homines appellare, eos qui vulgè opinantur, & à sapientibus sunt separati. Sic enim dicitur suprâ: *Homines autem putant, hui quidem ex Orto generari in lucem.* Quasi diceret homines vulgares, & insipientes falsò opinantur. Ita etiam nunc, homines nesciunt ex manifestis his rebus quibus vtuntur obscura principia, & absconditas, & ordinatas causas conicere. Habent enim præ manibus artes simillimas sive ipsorum naturæ, & illis vtuntur, nescientes quid sit id quod imitantur. Sed quasi belluæ presentibus obiectis satisfacti non vltra procedunt. Sunt quidem tres modi sciendi, vt notat Philostratus in vita Polonii, duo extremi, & vnus medius. Diuina sapientia intelligit effectus antequam sint in suis principiis existentes; homines vulgares sciunt tantum ea quæ iam ante oculos habent. Sapientes verò mediam viam tenent. *Sciunt enim* (inquit Philostratus) *per se res quoad, citius autem quum plerique diuinum: in scribis nature res discernunt.* Dicit, in scribis, elegantem iuuenis similitudinem. Vt enim solemus cognoscere amicos, vel seruos venientes in strepitu, ut modò pulsandi estuam, in ordine decambulandi, antequam illorum faciem inspiciamus: eodem pacto sapientes, antequam rerum effectus præsentès sint venientes præsentem in foribus, id est, in quibusdam signis. Et sic Astrologus pluriam prædicit venturam, & futuram Solis obscurationem, Homines autem (de quibus Hippocrates) non nisi manifestos iam euentus, & coram oculis positos, diiudicant vsquam valent, & ex consequenti neque ex manifestis obscura conicere. Deorum enim mens edocuit ipsos. Rectè itihomines belluas appellat in præcipio degentes, comedentes,

& bibentes, & artes inuenientes, in his vltimum finem, & felicitatem sibi proponentes, siquidem ad ista faciendâ ad tam præclara artificia à Deo Optimo Maximo edocentur, non aliter ac bruta plura mirabilia faciunt, sine medietate & causarum cognitione, quia diriguntur ab auctore naturæ. Sic etiam plures homines artes machinantur admirandas, à mente diuina gubernari & directi, qui certè sciunt quid faciunt, & ignorant quid imitentur. Sed vtrius exemplo Hippocratico in superioribus textibus proposito. Duo sunt homines ferrantes lignum, alter tradit ferram, alter trahit. Accedat (obsecro) aliquis & interroget, quid faciant? Respondent profecto, quod mediante ferra diuidunt ligna. Sed mirus sit querax ab illis, quid imitentur in suo ferrandi genere, cum nullum sit artificiatum, quod naturam nõ amuletur? Tacebunt certè, imò forsùm ridebunt, dicentes se vri ferra, & alijs instrumentis ad domos subeicendas, quia sic didicere à suis maioribus, ignoratque penitus, quæ sit ista natura quam possunt imitari. Sed quid dicerent, si audirent ferrandi munus intra illorum corpora verari, sequeris ipsos imitari in lignorum diuisione? Certè suspicerent, vel nulla data fide risum effunderent, quem in diuinis laudes connecterent, scientes à viris artibus naturalibus, quibus alimèntum elaboratur, idem ferrandi officium præitari, vt superius docuit Hippocrates. Igitur rem hæc satis subtilem, docendam aggreditur; humanas artes, humana in naturam imulari, à summo illo & sempiterno moderatore directas, vt cognoscat homo tam nobilem accepisse naturam, tam præuis Trinitatis cõsitus honoratam (vt inquit Diuus Athanasius) tam diuitem, tam aspeclabilem, vt ex sola corporis harmonia, altera quasi filia per imitationem pulset naturam. Artes enim alteram esse naturam rectè aiebat Cicero. Et ob id alter Deus homo solet appellari, & homo homini Deus, quia sicut res naturales factæ à Deo scientiam eantur, ita etiam res artificiales. Progre-

diamur ergo, & videamus quo modo artes ex natura nostre imitatione consent,

(22)

Omnia enim similia sunt, quous dissimilia sunt; & omnia concordia, licet discordia existant. Quæ loquuntur, non loquuntur. Rationem habentia ratione carent.

COMMENT.

Iste text. docet ordinem & connexionem, quam habet ars cum natura, vt fons damæta ponat Hippocrates ad illa, quæ de artibus dicèda sunt. Equeidem res artificiatæ nihil aliud sunt nisi quadam imitates ad naturalium rerum imitationem. Et ob id Arist. 7. Metaph. c. 7. dicebat. *Reliquæ generationes falsiones sunt.* Vbi saltem rerum artificialium productiones appellat generationes, vt iam in hoc intercedat aliqua similitudo, & concordia inter artes, & naturam. Faldiones verò istæ siue generationes, aut sunt à potestate, aut ab arte, aut à mente sine arte, aut cum arte. Faldio à potestate est, quæ fit proprijs viribus, vt inagni lapidis eleuatio. Ab arte, vt domesticatio, depulctio, quarum meminit Hipp lib. de Fract. A mente sola, vt cum aliquis sine habitu doctificandi dat modũ adificationis. A mente cõ arte, vt fanatio quæ fit à Medico. His tribus faldionum modis nihil est quod in ipsa natura consequi homines nõ possunt. His ipsam naturam speramus. His aliam nouam cõparamus. His eius defectus supplemus. His tandem, licet in alijs eius falditiam consequi non valeamus, in multis tamè eius ignauis opitulamur, ita vt sicut intellectus non solus, sed mediante primo habitu innato scientiam inuenit, eodem prorsus pacto natura arte indigeat, vt sitimam adquirat perfectionem. Sed hoc cum fultro Deus fecit. Voluit enim, vt quæ sponte natura efficere poterat, homines labore, & industria supplerent, vt quæ, inoffensa Diuina Maiestate libere tentare poterat frui, nunc lege transgressa, diligentia, vigilijs, & sudoribus omnia comparet. Consulant ergo ars & natura in vnum finem, & in vnam similitudinem. Quid ergo mirum si omnia sint similia, & concordia, quamuis ad sensum non sic appareant? Homines naturæ opera, nec vtræ deorum dona esse aiebat Hippocrates in epistola ad Popul. Abscritanum. Igitur consentiens fuit & consentaneum rationis, quod ipsum

donum Dei, quam maximè fuisse simile & proportionatum humanæ naturæ. Vt si propriam ignorat humanæ dignitatem, se se (tanquam in speculo) inuenerit visus coloribus expressum in artibus, & in Auctoris antorem infirmam spiritu exardeat. Præterea Deus Optimus Maximus, si est semper vnitatis & similitudinis amator, ut omnia fecerit ad vnam similitudinem, ad illam ceteraria, dissimilia, & discordia mirabiliter conducens. Mundum fecit, cui ipse præest; hominem, cui ratio; artes & artificata, quibus homo. Rursum partes ipsæ mundi satis discordes, partes hominis tam dissimiles partes artificialium tam seruetæ in vnam tandem similitudinem conspirant, in vnam ordinem, in vnam exemplar, ut in omnibus, & per omnia diffundatur diuini luminis desideratissimus aspectus. De concordia, & discordia partium mundi maioris egit Hippocrates in primis textibus huius libri, de similitudine, & dissimilitudine partium mundi minoris egit etiam in hoc eodem libro. Nunc verò tam subtiliter philosophatur, ut vellet eandem discursum ad artem, & naturam traducere. Hancquæ exillam esse gentium Hippocrates mentem in hoc textu. Quod verò dicit: *Quæ loquitur non loquuntur, & quæ habent rationem ratione carent; interpretandum venit iuxta ea, quæ diximus.* Nam cum aperte agat Hippocrates de operibus artis, & naturæ, cõstat naturalia, & artificata appellari loquentia, & muta, respectu, scilicet, hominum vulgarij, de quibus dicebat, quod nesciunt quid imitentur. Certè muta sunt omnia opera Dei, nec vllum verbum profertur respectu istorum. Cum tamen semper sint in continuo eloquio laudando Creatorem suum; eloquium solis sapientibus conspicuum, quales fuerunt poëti illi qui canebant cõ omnibus creaturis: *Benedicite Sol & Luna Domino: benedicite gelu & frigus Domino.* Et ob id Psalm. 101 *Confessionem, & decorem induisti,* inquit Rex David, id est, omnium creaturarum confessionem, quia te laudat, & celebrant, præcipue tamen Ecclesie, ut interpretatur Dionys Augustinus. Igitur, quod homines, vel ingenio orbari, vel libidine impediri, voces naturæ, & artis non audiunt, quid mirum? quod mirabilis iste cõnexus ræa ratione sollicitus, si plenus diuinitate nõ dæcedat auribus insipientis populi, quid mirum? quod oculis ignorantia tenebris obsecatis sine ratione appareat, quæ sũna cum ratione gubernantur, quid mirum?

TEXTVS LIII.

*S*Vocontrarius est modus singularum ei quem conspiciunt. Lex enim & natura, quibus omnia transigimus, non consentiunt, quæ consentiunt. Leges enim posuerunt, ac tulerunt homines ipsi sibi ipsis, non cognoscentes de quibus tulerunt. Naturam verò omnes Diæ exornauerunt. Quæ igitur homines sancierunt, nonnamquam eodem modo habent, neque rectè, neque non rectè. Quæ verò Diæ sancierunt, semper rectè habent, & recta, & non recta in tantum differunt.

COMMENT.

*S*Vnt, inquit, tam res naturales, quam artificiales, in suo modo contrariæ opinionibus, quas de illis homines tulerunt. Lex enim, siue conseruata, siue communiõs opinio (idem enim nunc apud Hipp.) & natura, quibus omnia transigimus, id est, quibus viuimus, non consonant adinuicem. Nam neque homines in suis legibus, & opinionibus sciunt ordinem naturæ, quem debent imitari. Neque natura cum his, quæ de illa prædicantur concordat, & ob id dicit: *Lex & natura non consentiunt, quæ consentiunt.* Ex quibus sequitur fundametalis ratio propter quam ræa sit in hominum operibus, & opinionibus vtilis illis, ræa in naturæ contentu stabilitas. Siquidem homines leges sancierunt, opiniones, & consuetudines, ignorantem multoties quid fecerunt, & ob id modò recta, modò non recta apparet humana opera. At verò natura (semper optima) Deum auctorem sui firmatere insequitur, eandem seruatis ordinè, bonum semper appetens, æternitatis audisissima, ut quoad posset diuinitæ assimilaretur bonitati. Sunt itaque omnia naturæ opera rectitudine exornata. Vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, tanquam ab infinita sapientia dimanantia. Ex quo patet, quantum differant recta à non rectis quantum, scilicet, distat opinio hominum à sapientia diuina.

TEXTVS LIIII.

EGo proinde artes manifestas affectuibus hominum, & manifestis, & obscuris similes esse declarabo. Vaticinatio tale quid est. Ex manifestis quidem cognoscere obscura, ex obscuris vero manifesta, & ex presentibus futura, ex mortuis uiuentia. Ea etiam, quae intelligentia carent intelligunt, & quidem his qui doctus est semper recte. Qui indoctus est, aliis aliter naturam hominis, etiam haec quantumlibet imitantur. Vir mulieri concumbens re manifesta eam, quae obscura est indicat, quod puer fit oriturus.

Mens hominis obscura cognoscit manifesta. Ex puero in virum transit. Sic ex presenti futurum cognoscit. Non facile est mortuum uiuenti, & tamen ex mortuo animal cognoscit. Venere intelligentia caret, & per eum tamen intelligimus, quod surit, aut sitit. Haec artis vaticinandi, & humana natura affectiones cognoscentibus, quidem semper recte habent: non cognoscentibus vero aliis aliter.

COMMENT.

Prosequitur Hippocrates docens humanas artes similes esse his, quae in homine versantur, vel manifeste, vel obscure, incipiens à diuinatione, quam nulla gens non coluit. Et eum multiplex sit, videamus de qua hic loquatur. Prius tamen intelligas velim, errare pueriliter, qui credit age re Hippocratem de diuinatione magica, augurio, Nectromantia, Scyromantia, &c. Hoc certe tam fallum est, quam alicuius ad Hippocratica sapientia, & pietate. Quod ut patcat, textum simul explicabo, hinc tom pro exordio.

Omnia diuinationum genera, quibus

homines uti consueverunt, ad duo rediguntur. Vnum, quod ad artem aliquam videtur pertinere. Alterum, quod arte caret, videturque magis constare natura. In primo genere communiter constituitur Aithologia ludiciaria, auguria, auspicia, portentorum obseruationes, sortis, medica prognostica, & phytonomia. In secundo vero genere sunt oracula, insomnia, omnis Nectromantia, vatum furores, & Phytonum responsa. Doctrina est Ciceronis à viris doctis recepta. Tamè ista duo genera subdividuntur. Vaticinium enim naturale, vel extrinsecus petitur, ut responsa mortuorum, & oracula Phytonum. Vel in anima nostra esse videtur, ut insomnia, & vaticus furor. Sed alterius generis explicatio magis ad nostrum textum pertinere videtur, quod iam diuido. Illa enim vaticinia quae arte procedunt, sunt in duplici differeutiā: quaedam enim ex signis quibusdam, & argumentis procedunt, quae cum sine aliis quam habent connexionem. Et ob id ratio haec vaticinandi, prudentialis quaedam dicitur coniectura, qua vitur Imperator in bello, medicus in morbis, agricola in seminibus mittendis, nauea in navigatione, praetor in administranda ciuitate. Vaticinia certe ista multum habent artis, conuenientis experientiam cum ratione naturali, & consideratis vim, & ordinem signorum cum significatis. Alia vero sunt vaticinia, quae sunt aliquibus signis nullam habentibus connexionem cum sine qui vaticinatur, & sic in istis nulla est prudentia, nulla coniectura, nullum artis vestigium, sed fallax vanitas, & mera garrulitas, & impostura. Quae (obsecro) naturalis significatio, quae signorum cum rebus significatis coniectio reperiri inquam potuit in volatu auium, neque in pullorum passu, neque in corin gentibus portentis? Est ne aliquis ordo inter ista signa, & praetiorum exitus, vitam, mortem, matrimonium, iter, felicitatem, & alia huiusmodi, propter quae ista auguria obseruantur? Disparata certe sunt omnia, nullis artis principijs, nullis coniecturis addita. Ergo cum diuinus Hippocrates profiteretur in his textibus humanas artes ab hominis compositione, & imitatione proficisci, & dicendum quidem, de vaticinio verba facere, quod aliquid habet artis, non de illo quod non vaticinium, sed mendacium est; non ars, sed vanum signum, populum seducens.

Sed ad vaticinia, quae magis habent de natura accedo. Quod Hippocratica sapientia

ta indignius, quam inter artes enumerare Necromantiam & alia eiusmodi, quæ artes non sunt, sed naturales demonis fallaciarum? Quid ab Hippocratica pietate magis alienum, quam magicas superstitiones artes nominare, utras ex imitatione humane naturæ, et ætærum malum ex ratiō bonorum/hominis perditio, ex eiusdem affectionibus, & prosperitatibus quibus Deo similis est? Demonum amicicia, & illorum vaticiniorum, ex partium hominis consensu & hæc monia? quid unquam potuit dici? Iustitiam? quid amensius quid magis contra mentem Hippocraticis, qui in libro de Morbo sacro totus est in delenda Magorum incantatione, credens nullam esse artem, sed demonum deliramentum? Ergo nō de his loquitur vaticiniorum, neque de illis auspiciis, & auguriis, quæ ordine carent signorum, neque de divinatione, quæ Dei exquiruntur assiatu, siquidem ista omnem corporalem superis naturam, omnem humanam imitationem à solo Deo defluxa firmissimam reddidit nostram fidem, iuxta illud sancti Petri *Habemus firmissimam prophetiam sermonem, cui hec facillè attendentes*. Loquitur igitur Hippocrates de illo vaticinio, quod maximè accedit ad artis naturam, de coniectura, scilicet prophetiali, in qua ipse tantum excellit, ut divinum, & æternum sibi nomen acquisierit. Non enim tã ob duas partes artis, quas exactissimè coluit, quam ob prognosticam, quam profectò cum omnium admiratione ad summum fastigium eiecit. Probare itaque videtur vaticinia, quæ ex humana originis imitatione, relictis illa, quæ vana sunt, ut Epicurus hæc sola ratione obtinuit. Putabar enim esse, nullam esse vaticiniam, nullam præsentiam, sed puertia omnia, & vulgi perturbata commotiones. Sed Epicurus cum divinam præsentiam à medio tollet, quid mirum si in hoc cæcitiens, etiam vaticiniū irrideret, à Stoicis approbatum, & à Peripateticis non repulsum?

Ergo non agit textus noster de vero & proprio vaticinio, quod à summo Deo exortum in animam rationalem affunditur, nullam humani corporis imitationem respiciens, neque de falsa, & negaci demonum divinatione, quæ à malo spiritu profecta, iam fallax, iam æquivoca, & illusoria existit, neque de auguriis prudentiali coniectura orbatis, sed tantum de illis, quæ signis procedunt, magis futuro effectibus conformia, supposita experientia, & naturali ratione, ut ipse Hippocrates ex

Solis obscuratione quandam pestem prædixit, & imminetentem abdulit, & ex signis medicis futuram salutem aut mortem sepius certissimè prænotavit. Nimirum utebatur signis maxime conformibus, & adungebat rationem experientie, & observationi rerum præteritarum. Hanc itaque artem vaticiniorum appellat, licet non propriè, sed largo modo. Nā (ut dixi) proprium vaticiniorum, est præsentio rerum quæ nullo modo sunt sensibus præsentis, neque vllam de se tribuunt speciem, ob quam possint esse in fantasia, sed merè sunt futuræ, ex nullo signo naturali, neque causa naturali dependentes, quales resera facti vates præfagebant. At vero Hippocraticis vaticiniorum, potius prudentissimam coniecturam dicenda, quæ posterioris quam Deus, citius autem quam plerique hominum, res prævidebat, ut superius ex Philostrato dicebatur.

Hic sic statutus, dilucidemus textum nostrum, insipientes quid de hac præfagatione dicat, & quomodo æmuletur naturam humanam. Vaticiniorum multoties ex manifestis signis abscondita, & abstrusa præfage, ut ex eclipsi, pestem, & ex urina nigra, mortem. Et ex obscuris signis non ita conspicuis, solet rem satis apertam prænunciare, ut ex differētia aliqua respiratiōis, aut pulsus, quam vulgus ignorat. Similiter & in aliis artibus, ad vaticinandum sua signa sunt, alia manifesta, alia non ita. Si enarrat ex certis aquæ motibus, coloribus, & piscium stiru, procellam portendunt, & quieto, & maxime tranquillo tempore, ex obscuris quibusdam aeris affectionibus, perturbationem venturam sciunt, experientia, & ratione docente. Quæ in re superatur quidem ab animalibus, quibus divinus opifex, si denegavit rationalem divinitatem, concessit sensationis perfectionem, taliter cæcitiens, ut vaticina sint, & fugiant in loca salubria, pestis ventura conscia, quæ in limine, & in teneberrima visione qualitarum, cum adhuc fieret pestilens, & conragiosa quædam, degustavit. Alia verò futuram pluviam, aut impetuosos ventos metuens, diem adhuc minima perentiu signa, se in antea colligit, nidos parit, aut lapidibus adherent. Ut ergo animalia sua habent signa multis hominibus incognita, ita & prudentes habent sua, vulgaribus obscura. Præterea ex mortuis videntia prænotat sapiens, nam ex signis, quæ in se nullam habent vitam, solet cognoscere quæ in futuram vitam debent alligere.

nimirum intelligit latrantia vite femina, & recte prae dicitur videri, ut ex semine tuo tuo plantam eleuandam, & ex genitura à calore circulatoria, animal euasurum. Scit enim Orcum, ad quem tendunt corrupta, non esse ita vir ali lumine spoliatum, ut iterum non redeat, ut explicamus in textu duodecimo, & decimotertio. Quod aliud reperitur in vaticinio, certe quod, quae intelligentia carent, intelligunt, id est (ut modo cepi dicere, quod animalia irrationalia, intelligunt in suo ordine sibi proficua, aut aduersa ventura. ex illis signis sibi manifestis, ut coruus exit, & garrus in tranquillo die, pluuia praesentens, Salamandra abditum relinquat domicilium, pilces à quas quatuor, rupea amplexantur, ecce animalia intelligentia carent, intelligunt & percipiunt signa tremendae procellae. Viri sapientis, qui haec omnia attentè inspicit, edocet, & libet praesideri. Inquit Hippocrates, in his vaticinijs semper vitium locum rectè se habere. Nam ut in primo prognosait. *Causa vical medici, qui futuram curati praedicit. Non enim omnes morbi salubres sunt, nec omnes turbiles, quorum si res se tentat assestiones, causas, & signa semper rectè habet. Ut pote si mors aduenit, praesens iam fuit, si salus, diu & praecognita. Inductus verò, cum tantummodo causa innitatur, & fati illi coniectura fulciatur, aliter atque aliter sentit nil affmans, cum omnia illi contingant ex accidenti, & à casu.*

Nunc dicat nobis Hippocrates, quò pacto isti vaticinandi modi ex proprietatibus humanis per similitudinem proficiscuntur: oriuntur quidem, in conceptione videtur: ex hoc manifesta futurum infantem cognosci. Sunt enim manifesta conceptionis signa, quae persequitur multis in locis nosse Hippocrates. Sed in hoc textu solum illud indicium insinuare videtur, quòd à concubitu sortum demonstrat, quod lib. de Superfœtatione in hunc modum declarat. *Et si cognouerit mulier genitum suum concepit, primis illis temporibus citrum non accedat, sed quiescat. Cognoscat autem si vir emissa dixerit, ipsa verò si praesens late ignorauerit. &c.* Ecce lignum satis manifestum, ex quo poteris vaticinari conceptionem sortum. Si concubens semen emiserit, vterus verò tali auiditate receperit, ut nil decidat, atque tam sine humore in venteris partibus sentiat se mulier, ut ignoret an aliquid per illas stillauerit. Signum hoc apertè, satis habet certitudinis quan-

tum attinet ad ipsum concubitum, & feminis receptionem. Quod si adiungas dignitatem viri, & mulieris receptionem, optimam conformationem, nil proficiet nocet. Est enim generatio vitium, ut opus nature, propter quod reliqua omnia fuerunt excogitata, atque ad hoc pluribus indiget conditionibus. Sed quod obcurius, & diffusius, quam naturam potentiae intellectus indagare, ubi res se, quomodo operentur, eius efficientiam, sicut & ipsius animi, ignoratit magna pars antiquitatis. Haec itaque tam abditam, quam eleuata potentia, ad minima vsque descendit, ab vniuersibus progressa, obsecratione, cum sint omnia, in se intellectus agentis percolat, & manifestat. Sed non solum hoc in homine contingit, verum poëta, & statua per aetates varias, adimplenda constituit, ut pote, quòd seiat ex praesenti poëtria, in pubertatem, & alia aetates transiunt, qui praesentem corporis dispositionem in continuo alteratione contemplantur, atque in varia temperamta diuagaturum corpus fluxile, & caducum, iuxta superiorem textum, ubi dicebat. *Non posse elementa eisdem statum in humano corpore continere. Praeterea ex mortuo animal cognoscimus, nam ex signis nullam vitalitatem participantibus, animalis dispositionem venarum, ex vrina & sedimento iecoris temperiem, & ex alijs excrementis similiter. Rursus ex ingellis alimentis (quae Hippocrates vocare solebat inortia, ut superius probauimus) morbum animalis deprehendimus. Sicut etiam plura signa conceptionis ab ipso relata, signa certe sunt euocentis seminis, & in nouam vitam assurgentis. *Mulier iam in centro cum eripit (dicebat in lib. de Aetate) Antimborrit, & calor, & acutius frigidus consequitur, & cum illis occupat, cum micrum, tum totum corpus, & ceterum feminile, ac torpor, & quae pura sunt hoc perpetuatur.* Et omnia haec signa solent à muliere pura, & sana percipi cum vtero concepit, quae non alimide eriantur, quam ex semine, quod corrumpitur, & in viuentem naturam transmutatur, cum verò corrumpatur à calore agitante, & efformante, necessarium est, ut aliqua partes euaporentur in flatuum status, autem aliqua ex illis producat accidentia, & membrum aliquod solet consistere, quale est femur, quod per masculos vtero vicinior maxime conparitur, aliquando in caput eleuatur totum corpus afficit. Horret etiam mulier conuocato ad vterum calore, non aliter.*

COMMENT.

aliter, ac post prandium frigeſcimus. Stridet quin etiam dentibus, ex vteri nervoſi contentu, musculis quoque contractis, nam irrigatus vterus, tum à semine, tum à mensuris sibi congregatis, tum à flatu, instar eorum repletus distenditur, & torpescit. Ecce iam in nostro corpore consequimur, ex signis (vt sic dicā) mortuus, animalis vitæ, & salutem, ex semine, ex alimentis, ex recrementis, ex qualitate mutata, vt vates Astrologus germinationem abundantem plantarum ex astrorum aspectu, vt nauta vitam, & salutem ex signis serenitatis, vt Imperator pacem ex victoria promittit.

Concludit tandem Hippocrates, docendo quo pacto diuinatores, quando videntur his, quæ intelligentia carent ad diuinandam, æmulentor nostram naturam, Rectè quidem, nam sicut diuinatores inspiciant animalium irrationalium actiones, vt ex illis aliquid prædicendum eliciant, sic etiam & potentia nostra intellectiua, tanquam architectonica, omnibus necessarijs ex aliorum membrorum actione prouidet, ex ventriculi sensu, fame, aut siti, ex musculi ianitoris irritatione, excrementi expulsiōnem: & sic alijs partibus vtrius, tanquam ministrantibus species eorum quibus indiget, vt præuidens prouideat.

Huiusmodi igitur corporis affectiones, & variandi similitudines rectè perspicere semper bene habent, & sibi mutuo veridice correspondent. His verò hominibus qui hunc ordinem ignorant, aliter videntur, vt qui nil pulchrum degustarunt.

TEXTVS LV.

Artis fabrilis ferraria instrumenta ferrum circumliquant, flatu ignem cogunt, & alimentum iam præsens auferunt: ubi verò rarefecerint, ferriunt, ac tundunt: aque autem alterius alimento roboratur. Eadem patitur homo à Pedotriba. Præsens alimentum igne detrahitur, quoniam præ spiritus homo cogatur: rarefactus autem tunditur, ac cessatione corroboratur.

A pud Platonem in 3. de Republica, legimus Herodicum illum antiquissimū medicum Pedotribam appellari, quia exercitationum artem primus rectè calluit, & medicinæ addidit. Et in Prothogora Pedotriba dicitur, qui corporum exercitijs instituentis operam dabat. Xenophon verò Progyrnasticum nominat, vt refert Iulius Pollux. Cornelius Celsus Alypram lib. 1. cap. 1. Vult ergo Hippocrates eadem contingere in exercitio ferrario, ac in exercitio humano. Quinque, aut sex considerabis fieri à fabro ferrario circa ferrum, & ignem. Liqueat enim, viuificat, excrementum auferat, rarefaciat, rudiis, extinguat. Primò liqueat quod durum est, & in teneram disponit naturam. Secundò, ignem viuificat, & cogit in maiorem flammam ascendere medio flatu. Tertio, purgat ferrum ab aliquibus partibus. Tandem ipsum rarefaciat, vt melius possit ferriri, & tundere, & postea extinguit in aqua, sive (vt melius inquit Hippocrates) roborat in aqua, quasi nouo alimento accedente. Quod ita in poris ferri imbibitur, tam ardo vinculo continetur, vt validius multò maneat. Hoc autem robur, & temperamentum exercent ferrarij in his, quæ magnis, & indefectis operibus debent insensire.

Ecce hæc omnia, ex corporis humani exercitatione pullularunt. Eadem enim iubet fieri Progyrnastes sive Alypta. Primò alimentum, quod non rectè distributum est, detrahitur à primis venis, medio motu locali, & excrementa auferuntur, quæ communia solent appellari elementa caloris præter naturam. Atque non solum hæc distributio alimenti fit mediante igne naturali excitato per corporalem exercitationem, verum etiam per detractionem spiritus, quæ certa quædam est exercitationis species. Atque hoc intelligo per illa verba (cum præ spiritus homo cogatur) id est, eum præ spiritus detractione homo quasi compulsius detineatur. Hoc enim pacto etiam distribuitur spiritus, per arterias, & venas, & attenuatur alimentum, iuxta illud Hippocratis in 2. libro de Dieta: Spiritus detentio, carnis dispartat, eum attenuat, humiditatem extrahit. Ab Hippocrate autem mutuauit Aristot. 2. Problem. & Galen. 3. de Sanitate tuenda &

Aucen-

Amicenna lib. 1. Fen. 3. Coel. 2. cap. 3. Itaque retentio anhelitus exercitatio quaedam erat antiquis in vlti. prout Pedotribi videbat contra hunc aut illi. Non enim solum iubebat exerceri corpora motu localis, sed mille fustatum generibus, & uestis, & balneis; ex quibus omnibus calori naturali accedebat emolumentum. Refert ergo, quae homo patiebatur in illis publicis Gymnasijs Detrahebatur enim alimentum, vel calore motu excitato, vel detensione, & compulsionis spiritus. Rauefiebatur cutis, atredebantur, & tundebantur membra, & artus, & in hoc motu euaporabatur excrementum vapor. Tandem robur accedebat accessu aquae, nã & post aliqua exercitia ad balnea se conferebant, quo firmius redderetur corporis robur, quod potissimum homines liberi faciebant. Quod videtur Galenus in libro de Prae. pila ludo, adnotauit antiquos post pila ludum calidis balneis lauari consueuisse, & Martialis in suo lib. 14.

*Redde pilam sonat at' stridorum, Iude-
re pergit*

Sonabat enim quoddam rymtinabulum, hora certa, ut omnes qui exercebantur, eisdem ad aquam accurrerent. Si ergo recte notas nostri Hippocratis mentem, non hic agit de aqua, quasi de alimento (ut male quidam dixerunt de balneo, quod Pedotribi praecipiebat in Gymnasijs). Ergo in hoc est tabatur calor, sicut ignis à flamma crebatur alimentum per distributionem, rarefiebatur corpus, sicut dum auideret, rundebantur articuli, purgabatur à superfluis, roborabantur balneo. Quas autem illud balneum haberet vires, & quomodo corroboraret, non est praesentis speculationis

TEXTVS LVI.

ET *suones idem faciunt. Calcant, ferunt, destruentes tundunt, trahunt, destruentes robustiora faciunt: rudentes supereminencia, & atroxentes pulchriora reddunt. Eadem etiam homo perpetitur.*

COMMENT.

Puratus inter artes suonarum enunciat libro de Fortuna, quae non calu,

sed consilio ducitur. Fuit autem maximè apud antiquos necessaria, quia rebus vestis crebatur alia, neque ut semper candida splendet, sed, sicut in aratro, excipiebant eam maculas, & asphurae & cetera tabes abstergebant, ut albis as redderent. Est autem cetera species quaedam terra, de qua Plin. lib. 35. c. 15. & 17. Unde apud Plautum in Aulularia.

*Qui vestis & crataste occidant & sicut,
quod sint frangi*

In homines (si fas est) tenuiores, quibus cum copia mutandi togae non esset; ramentum, ut nudi, & nocivis formis apparent, per quibus inueterabant; propter hanc causam tam creber fuit suonarum usus raris sinctorum. Nam & infans & ferus, ut in multitudine simularent feruorem, sequebantur aliquando calcare vestimenta. Ad istam ergo suonarum praecipue pertinebat candidas reddere togas, maculas extra herc, & abstergere hoc tam n facerent, calcabant, feriebant, & tundebant, & quasi destruebant supereminentes maculas, aliis quodam rudentes, aut lamam exuperantes auferentes; aliquando etiam, si ramentum vestis obsoleta & attrita, atredebatur aliquid de nouo restituentes, eiusdem coloris. Quibus inuentum hinc pulchriora, & robustiora faciebant vestimenta. Ex quo bus, ego intelligo, non solum suonarum vestiri antiquis circa plebem, & pauperum velles reparandis, & quod possent inuenerunt colorem. Omnes enim utebantur veste alba, ut refert Iustus Lipsius, erat tamen distincta, quod vulgares sordida, diuites vestititida, & nuda. Ergo, ut omnibus provide-ret suonarum, maculas extraheret multis modis. Nam, quibus creta & asphura non poterat debarbare, fossas de nouo atredebant, & vrisbat, radens, & auferens antiqua. Ob idem crediderim legem Metellam extraxit saloibus dictam quam Caius Plinius, & Lucius Aemilius Cicerones dederit ad populum ferendum. Ad id omnia nudi ribus cura fuisse. Sed quod inuentum ex humanis affectibus non oritur, An forsitan ars haec ex hominis fuisse dicitur profuturo non potest, eadem & respicitur non simulare, & naturam ostendere? Ad quid enim tot ad ferens de commendam inuentum ad maculas depellendas, ad colorem mutandum, imò, quae tormenta non ex peritur delicti homines, & mulieres, ut fallaciu pulchritudinem ostendant? Magis ergo contentantem videtur, ut saloium.

ars ex lasciuiente iam natura primordia
sumpsit, & velles detegere didicerit ex
corporeis ornamentis.

COMMENT.

TEXTVS LVII.

Stores tota in partes dissecantes,
scindentes, & pungentes, marci-
da & lacera sana & integra faciunt.
Punguntur, & homo idem patitur: ex
totis enim partes secantur, & ex par-
tibus coniunctis tota sunt. Punguntur
item, & secantur à medicis marcida, sa-
nanturquæ, ac vivit homo.

COMMENT.

TEXTVS nū habet difficultatis. Do-
cet enim futuram artem, ex imita-
tione nostri corporis proficisci. Nam
prius totum dissectat in partes. Deinde si
aliquid resarcire, & conuolare intendit, pun-
git, & filo comprimat, & sic sana reddat,
quæ dilacerata & marcida existerant. In
corpore idem contingit, nam ut reparetur
quod ex nostra substantia a quotidie de-
perditur, dividit natura totum alimentum
in partes, & rursus ex istis partibus iterum
coniunctis pro membrorum diuersitate
resultat totius membri, & totius corpo-
ris nutritio. Præterea medicus qui natu-
ram insequitur in his quæ recta sunt, etiam
aliquando dividit, dissectat partes quæ ar-
tione indigent, alias pungit, & acuta conficit,
& hoc pacto ad sanitatem, & vitam re-
ducit.

TEXTVS LVIII.

Medicina id, quod molestat tol-
lit, & id à quo homo ægrotat
auferendo, sanum facere natura sua
sponte nouit. Sedens conatur resurgere,
currrens conatur requiescere, & alia hu-
iusmodi natura habet, quæ medicina
sunt.

De Hippoc. Philosoph.

TEXTVM hunc rectè intelliges, si
peripiciis multa esse in arte medica ex
naturæ imitatione profecta, vt contra-
ria contrarijs depellere. Hoc enim didi-
cit arifex ex ipso naturæ conatu aspiran-
tis ad contrarium, vt aliquod sentiat le-
uamen. Si enim multum quiescit, exercitium
appetit; si diu mouetur, quiescere
cupit. Ergo cum natura oppositorum
vicissitudine propriam fragilitatem so-
letur, merito medicus morbos contra-
rijs depellit. Illud verò aduertere oportet,
naturam sua sponte sanum facere. Quibus
verbis ostendit Hippocrates morbos
aliquos à sola natura extirpari, nullo ar-
tis adminiculo. Fieri enim sanitas potest
ab arte sola, à natura sola, & à natura
& arte simul: ab ijs itaque, quæ natura fa-
cit, cum sola operatur, edocemur quid
faciendum cum illam adiungamus. Quam-
uis (vt sapius dixi) aliqua inueniret ars, in
quibus neque naturam emularet, neque
illam insequitur: sed quali sui iuris nouam
naturam efficit: arrenuat enim ars, reuel-
lit humores, reponit luxata, quorum nil
ynquam aggregata fuit natura. Quamob-
rem textus noster, non de qualibet sani-
tatis dispositione verba facit, sed de il-
la quam natura sua sponte perficere va-
let. De qua dicebat (vt opinor) Aristoteles
7. Meta. cap. 7. Sanitas fit ex parte sani-
tatis, id est, sponte reducitur natura ad pri-
stinum salutis statum à parte sanitatis de-
relicta in viuento, quæ temperamento
falsatur, non enim totum subuertitur est,
& sic sanitas præexistens principium est,
vnde motus incipit foris valentibus.
Illa enim particula, *ex*, licet alquan-
do materiam denotet, etiam solet prin-
cipium vnde motus proficiscitur signifi-
ficare. Quod respiciens Aristoteles, non
dixit abtoute: Sanitas fit ex sanitate, sed
quodammodo fit ex sanitate, sciens quideni
in physicis vsurpari illam particu-
lam ad significandum terminum priua-
tium, vt homo fit ex non homine, mus-
ficum ex non musico. In capite verò elat-
tato minus proprio significat terminum à
quo motus incipit.

Que doctrina, cum quadam temperie
subaudienda erit: relinqui partem sani-
tatis, non est necessarium: subuertitur
enim

enim eorum temperamentum finitatis (secundum multorum opinionem) & remanet temperamentum vitalitatis, per quod anima influens potest amissam finitatem recuperare; de quo puncto in tractatu de Medicis diffusè agimus. Quando ergo Aristoteles dicit sanitatem fieri à parte finitatis (si interpretari debet de sanitate corporis sanandi), sufficit, quòd per partem finitatis intelligamus temperamentum vitale, (quod non est subiectum) & animam ipsam, in quibus tanquam radicibus exsunt principia reductionis ad sanitatem.

Hæc omnia latent in his Hippocraticis verbis, à quo Aristoteles, non solum rem ipsam, verum modum loquendi surripuit.

Ecce iam in hoc textu sanitatem artificialem, & naturalem coniunxit nosse Hippocrates, ut dicitur, quid respondendum sit ad questionem, qua quaeritur in illo 7. Metaphysicæ, Quis passio ars, quæ in mente residet, effectum realem potest producere? & ad alteram questionem qua quaeritur, Vtrum sanitas producta à natura, & ab arte facta, sint eiusdem speciei. Prima dubitatio coniuncta est omnibus illis textibus, & humanis pertractantibus. Secunda huic solum propria, quamobrem utramque breuiter absoluit.

Primo, in Philosophia satis receptum axioma existit, omne agens agere per aliquem contactum, sed inter intentionalia, & realia nullus potest esse contactus cum nulla sit proportio: ergo ars medica, quæ in mente residet artificis, non valet producere sanitatem realem.

Sed videt amplius secundum argumentum, quia agens non generat diuersum à se in specie, sed simile, tamen sanitas intentionalis, & sanitas realis differunt plusquam specie, cum altera sit qualitas in anima, altera sit qualitas realis in subiecto materiali, & extrinseco. Quomodo ergo idea intentionalis potest producere effectum realem? Roboratur, quia nemo dat, quod non habet; sed intentionale nil habet de quidditate reali: ergo sanitas intentionalis non potest producere sanitatem realem. His argumentis opprimitur Hippocrates per omnes istos textus, & Aristoteles loco citato.

Sed pulchrum est intelligere quomodo ars, quæ est in anima, tangit effectum

realem. Rectè quidem, nam instrumenta, quibus artifex vitæ, immediate effectum attingunt, ipsa verò instrumenta taliter mora, artem nominamus cum Aristoteles: *Motio inuis instrumentorum ars est.* Ut hinc intelligas artem in anima residentem, quasi transire per instrumenta moram siquæ ad effectum; & ob id mediate contractum inter artem, & artificialem, non quidem inter artem intentionalem absoluit, sed eam, quæ est in instrumentis moris. Considerate enim opposet ideam finitatis (ut pro maiori explicatione testis semper hoc exemplum adducam) absoluit in mente artificis. Et rursum ipsa influentia mora ad presentiam virtutis motu exsercentis motionem in intentionem operantis. Tangunt cerè ista ipsum realem effectum, idea verò tanquam exemplar maret immora. Et ob id dicitur Galenus 11. Metho. quòd medicus sanat interueniens materiem, id est, mediantibus medicamentis artificiosè applicatis, quia motio medicamentorum, ars est sanandi, oportunitas enim, quantitas, occasio, qualitas, conditiones sunt in medicamentis, quæ ipsa artificiosa efficiunt, & sanitatis productiva. Ergo sanitas intentionalis dirigit medicamenta, quæ immediate tangunt ægrotum, & artificiosam sanitatem producent. Ex quibus rectè poteris argumenta dissoluere nam tangit effectum modo quo potest per instrumentum taliter virtus patris per semen tradocitur. Hæc tamen (& maxima) est differentia, quòd semen tanquam instrumentum separatim coherat in abscuris parentis à quo dectum fuit, & calor in absente à ignis, & sic de alijs instrumentis naturalibus, quæ separata dicuntur. At verò artificialia instrumenta in tantum sunt, in quantum actualiter moventur per actum inbuxum agentis. Quare rectè à Philosophis mortua appellatur, nisi dum motione aduali fruatur. Hoc itaque pacto medicamenta instrumenta sunt sanitatis quando, scilicet, taliter mora, & applicata realem effectum attingunt.

Neque secundum argumentum aliquid probat. Nam sanitas, quæ est in mente artificis, non est causa artificialis finitatis, sed forma cause: ut enim ignis generat ignem, sed principium quo generat est sua forma à qua habet esse; ita medicus causat sanitatem, sed principium quo causat est sanitas intentionalis, quæ

se habet ut forma artificis: & sic (propterea loquendo) non est sanitas attentionalis, causa alterius sanitatis realis, sed forma qua actuatur intellectus, qui actuatus per conceptum prædicatum ad imperium voluntatis dirigit opus externum, & ex consequenti artifex est causa totalis effectus artificialis: & ob hanc rationem nihil probat vltimum argumentum. Nam sicut neque ignis potest generari nisi ab igne (si inspiciamus communem & vniuersum modum generationis) ita effectus artificialis ab artifice procedere debet, ab illo autem tanquam à principio quo. Quæ philosophandi ratio in agētibus creatis debet intelligi. In Deo verò Optimo Maximo diuersimodè philosophandum, quod non est præsentis speculationis. Ergo sub diuersis rationibus, sanitas quæ est in mente medici, est forma à qua, ex qua, & ad quâ quæ procedit directio, & modificatio instrumentorum, & sic pertinet ad genus causæ efficientis: ex qua, tanquam ex forma actuatur artifex, & sic pertinet ad causam formalem: ad quam, tanquam ad exemplar dirigitur opus artificis per mutationem.

Hoc itaque modo medicus causat sanitatem. Sed subtile est, quod nosse Hippocrates dicit: Medicus morbum tollit, natura verò sua sponte sanum facit. Ut dicit magister philosophus magnam partem artificiose sanitatis pendere ex ablatione impedimentorum, quibus ablati ipsa se reducit natura ad antiquum statum. Sed quo passo natura sua sponte sanitatem faciat, non rectè intelligunt, qui parum rimantur opera Dei: & quamuis videor punctum tetigisse dicendo, quod natura se reducit ad pristinum statum, adhuc tamen vtriusque philosophandum est iuxta Hippocrates nostri sententiam. Poterat enim aliquis dubitare quo motu causet natura sanitatem an forsitan motu aliquo vitali an purè naturali? & certè eius sanitas sit passio viuents, credant serè omnes moueri viuens, ut viuens est, ad adquirendam sanitatem, & ex consequenti, accessum ad sanitatem motum esse vitalem. Tamen ego contrarium sentio, qui sciam sanitatem in qualitatum moderatione consistere, morbum in contrario pro materiali dico, quod satis mihi est ad propositam meam sententiam: ergo accessus ad sanitatem, vel recessus ab illa, sit mediâ alteratione: sed motus iste qualitatus consentit viuents, non ut viuens, sed ut mixtam alterabilem dicendum, ad

sanitatem moueri viuens in quantum mixtum, quantum terminus ad quem comparatur illi, ut viuens. Doctrina hæc excipit patet ex Diuo Thoma, quæstione de Vita Dei, quam nosse Hippocrates in præsentis comprobare videtur, imò vbiunque de sanitate naturali verba facit, inquit: *Natura morbum medicatrix, natura sua sponte sanum facit*, ut infirmus naturam per actus naturales reduci ad pristinum statum, non per actus vitales, nam licet contingat aliquando expulsiōnem aliquam fieri à natura humoris molestantis, quæ expulsiō vitalis quedam actio censenda est, ad quam postea consequitur salus, tamen inter illam euacuationem humoris, & ipsam formam sanitatis mediatur alius motus, qui magis immediatè attingit ipsam sanitatis inductionem, quæ est illa reductio ad antiquam temperantiam, & moderationem. Hæc autem est purè naturalis motio ipsius nature, ut natura quædam est mixta, & alterabilis: neque tandem illa prior actio, fuit quasi remouens prohibens, illa tamen est magis propriè sanitatis acquisitio: & ob id exillimo Hippocrates dixisse. Natura sanum facit sua sponte. Ut indicaret motum illum naturalem, & accessum ad salutem esse viuents, in quantum mixtum, naturaliter se mouentis, ad pristinas qualitates recuperandas, ut aqua ad antiquam frigiditatem. Ex quo inferri, non esse crasim subito & instantaneam mutationem ad salutem, id est, quæ momento fiat. Sed in tempore quidem alio huius, ut à medicis appellatur subita: est enim necessarium, ut euacuato humore putrido, natura se alteret, & contrariam pellat qualitatem, quod cum remota causa consumpente facilius accidat, hinc est, ut breui tempore reducat, quod aliquando Galenus experientia, ductus mensurante solebat, atque intra viginti quatuor horarum spatium durare, caurem febrem, dicebat, ablata causa quærenda consuetante.

Quia ergo accessus iste ad temperantiam, est motus viuents, non ut viuens, sed ut mixtum alterabile hinc est, ut natura sua sponte sanum faciat, quia forsitan hæc philosophandi ratio, erit antiqua sit alienatione nona, vel illa videbitur, libet secretum rem agitare adductis verbis Angelici doctoris, quibus veritas prædicta innuitur, quæstio. enim de Vita Dei, art. 2. ad 2. ita inquit: *Cor purè in grâtiâ & beatitâ non dicitur mori*.

*veri, nisi secundum quod sunt extra dispositio
nem suam naturam, et patet cum sunt extra locum
proprium. Cum enim sunt in loco proprio &
naturam, quiescunt. Sed planta, & alia res vi
vantes moventur motu vitali, secundum hoc,
quod sunt in sua dispositione naturali, non
autem in accedendo ad eam, vel in recedendo
ab ea.*

Ecce nobis ostendit D. Thomas, quid
sentiat circa motum viventis quo se mo-
uet ad dispositionem naturalem. Poneit pri-
mo differentiam, quae est inter grana, & le-
via, & viventia. Illa enim nullum motum
habent, cum sint in sua naturali dispositio-
ne, & loco sibi proprio: viventia vero cum
sint in sua naturali dispositione, produ-
cunt motus vitales. Postquam vero po-
nit istam magnam differentiam, addit, quod
in accedendo ad dispositionem sibi natura-
lem, vel in recedendo ab ea non moventur
vitaliter, sed naturaliter: itaque sicut lap-
pis naturaliter tendit ad centrum, ita & vi-
ventia naturaliter alterantur, & accedunt
ad sanitatem, non vitaliter: & in hoc simi-
lima sunt grana, & viventia: at vero post-
quam sanantur, & locum proprium ade-
pta fuerunt, hoc maximum est discrimen,
quod grana quiescunt, viventia vero me-
lius tunc moventur, & vitales manifestant
actiones.

Sed (ut coppi dicere) quamvis tanta antho-
ritas non sufficeret, sufficit ratio ab illa
deducta: nam sanitas est quaedam quatuor
qualitatum symmetrica, morbus amertia illi
larum. Igitur si fuerit animal affectum mor-
bo calido per disproportionem caloris ex-
cedentis, reducetur ad primum statum,
per qualitatem contrarii elementi. Appli-
cabitur enim furia medicus, aut impedimen-
ta tollent, & consergens natura, ut aqua ad
naturalem dispositionem revertetur. Hoc
motum, hunc accessum vocat S. Thomas,
naturalem, & nullo modo vitalem.

Quod si arguas, animalis sanitatem pen-
dere ex opere multo facultatum vitalium,
nam, & facultas concoquens, proficua assi-
milare, & expellens, molesta debet proje-
cere, quibus actionibus vitalibus à morbis li-
beramur, & saltem consequimur. Tamen
hoc nihil obstat. Nam (ut passim ante in-
firmam) duo sunt in sanitatis acquisitione,
est dispositio & preparatio ad hoc, ut sani-
tas inducatur, & est praeter ea ipsemet ac-
cessus ad illam preparatio ad facultates vi-
tales pertinet. Concoquunt enim, & expel-
lunt, proportionatis vero humoribus, & ri-
tè contemperatis, necessarium est, ut vires

contemperetur. Haec ergo contemperatio
est propriae accessus ad sanitatem, qui com-
petit viventis, ut mixtum est, sicut prepara-
tio, & motio humorum, quae facultatibus
vitalibus perficitur, conuenit in quantum
vivens.

Ex his poteris argumentum contra-
rium dissolvere: non enim quia sanitas
passio est viventis, ideo accipi debet
per actum vitalem. Nam est consideranda
sanitas secundum suam rationem, vel se-
cundum fundamenta quibus innititur, se-
cundum suam naturam, & ratione passio
viventis est, ad quam non est motus per se:
& forte hoc inspiciebat D. Tho. quando
acquisitionem sanitatis appellavit accessum,
& non motum; nam aptius dicimus ani-
mal accedere ad sanitatem, quam moveri
ad illam: at vero materia suae fundamenti
sanitatis, vero & proprio motu naturali
acquiritur, cuius terminus per se & imme-
diatus ad quem est quid merè qualitativus,
ad quod forma sanitatis secundo sequitur,
& hoc modo appellamus sanitatem termi-
num illius motus, nullumque est in omne-
niens, ut motus sit naturalis, & terminus se-
cularis sit vitalis dispositio. Ex quibus po-
teris inferre, sanari (formalissime loquendo)
actum esse vitalem, ut ordi naturi in passio-
nem vitalem, quia praecise est resultantia
à principio vitali, supposito, inquam, termi-
no intrinseco alterationis debita praee-
denti, facta in materia corporali, & in hac
formalitate nil potest medicus efficere, sed
tantum impedimenta tollere, ut hinc col-
ligas aliam pulchram Hippocraticam expli-
cationem, videlicet, sanitas formaliter à
sola natura viventis fiat, medicus non-
quam sanitatem facit, sed solum impedi-
menta tollit, ut magister, qui non est cau-
sa scientiae, & assensus discipuli, sed impedi-
menta tollit tantum. Et secundum
istum formalem modum loquendi, me-
dicus nunquam sanat: largo vero modo
appellabitur sanitas artificialis, illa quae
praecedit dispositioni artificiali.

Hucusque dictum est, sanitatem à natura
ferri, sua sponte, & ab arte sola, ut cum lu-
xata reponimus, & praeservationem molimur,
vel ab utroque principio, ut in morbis
sunt dependentibus ab aliquibus im-
pedimentis à medico tollendis: ita ut spon-
tanea salus dupliciter accedat, uno modo
absolute à sola natura vivente causam
morbi, & morbum ipsum, quia parvus est:
alio modo sponte, ablato prius per artem
prohibente. Ex quibus apparet immerita

*Resultantia
sanitatis vi-
talis passio
est: sed san-
tatem ve-
ritate natu-
raliter ac-
quiritur.*

Dei providentia consulto naturâ condien-
tis quodammodo artis indigam, vt homo
ad labores aspiraret, quibus naturam exco-
leret. & totius scilicet animæ inimicâ,
depelleret. Id agricultura demôstrat. Siqui-
dem plantæ percolitè exsultat, vberiores
fructus reddunt. Sed quid (obsecro) sine ar-
te præstarent plantæ capreolâ habentes,
vt refert Theophrastus, quæ nisi alicui ad-
hæreant, nullatenus proficere possunt. Sic
ergo ars medica in multis naturâ adiuuat,
supplet, perficit.

Dubium vitium excitari potest, num
eiusdem naturæ sit sanitas ab arte, & illa
quam sua sponte natura produxit? Quod
dissoluit si memoria teneas, res perfectas
ab imperfectis, multis rationibus differre.
Illa tamen ratio apud Aristotelem præci-
puum obtinet locum, quod res perfecta
vnâ habeat modum generationis; imper-
fecta verò varium, & multiplicem. Quod
per libros de Generatione animalium per-
cipies, naturam semper animali perfecta
iuxta suam speciem, suam tribuisse produ-
ctionem: at verò imperfecta formæ, licet
multipliciter proficiant, eiusdem tamen
sunt naturæ, & speciei, vt calor qui ab igne,
& Sole, à mori, à conspatione generatur,
& animalcula, quæ ex putri materia, & ex
femine vicissim oriuntur. Sunt quidè om-
nia eiusdem speciei, sicut & sanitas (quæ tã
quam dispositio quædam ad primas quali-
tates, vt ad fundamentum conseruita, mo-
dò ab arte, modò à natura conseruat) eius-
dem prorsus speciei naturæ censenda.

TEXTVS LIX.

Fabri lignarij serra secantes, al-
ter trahit, alter trudit, idem face-
re alternis contingit. Terebrando alter
trahit, alter trudit. Vrgendo alternum,
quod deorsum erat ascendit, alternum
quod sursum erat descendit. Et minus
facientes plus faciunt, naturamquè ho-
minis imitantur. Spiritus alter tra-
hit, alter protrudit, idem autem alter-
nis facere contingit. Cibi, partim deor-
sum pelluntur, partim sursum vergunt.
Ab vna anima diuidente, plures, &
maiores, & pauciores, & minores fiunt.

De Hippoc. Philosopho,

COMMENT.

Si textam hunc ex mente Hippocratica
interpretarum desideras, lege quæ hypo-
situs scripsi in textu 24. 25. & 26. nec quæda
reteram.

TEXTVS LX.

A Edificatores ex diuersis rebus,
vnam conuenientem facientes,
siccâ quidem humectantes, humida ve-
rò siccantes, & tota diuidentes, diuer-
sa verò componentes, nisi enim sic tra-
harentur, ad adificationem neuti-
quam facere possent) diatam huma-
nam imitantur. Nam, & in hac
siccâ humectantes, & humida siccantes,
tota quidem diuidunt, diuisa ve-
rò componunt. Hac omnia discordia,
& diuersa existentia cum natura con-
cordant.

COMMENT.

A Edificatores etiam victum, & alimèta
humanam imitantur. Nam sicut, vt na-
tratur, alimentum, & potum miscet na-
tura, & taliter contemperat humida sicca,
& sicca humidâ, vt congrua puluisset ali-
menti materia. Ita etiam adificatores, pre-
terea, terram glutinosam, gypsam, aquæ
moderatione cetera commiscunt; nam ne-
quæ diluta multam, nec lapidea massâ vi-
lita momenti est, ad lateres conglutinan-
dos, vel panetes erigendos. Vt in nucleis
corpore, quod sine hinc, more, & potu con-
sistat, alimentum, ad nidorem immulcet
accedit, quod hinc, aqua dilutam elabo-
ratur, non est, utar, sed in cruditatein fugi-
dam conit, nitur. Quo pacto verò tam dis-
cordes naturas, & constitutiones in vnâ
concordem harmoniam reducat arti-
fices calor, latissime explicui circa
primos textus.

(3)

TEXTVS LXI.

Musica primo organum habeat
necessè est, in quo declares ea,
quæ præcipit harmonia. Compositiones
ex eisdem non eadem, ex acuto, ex gra-
ui, nomine quidem similibus, sono au-
tem non similibus. Quæ plurimum di-
uersa sunt, maxime concordant; & quæ
minimùm diversa sunt, maxime con-
cordant. Si vero quis similia faciat,
non meret delectatio. Plurima & va-
ria in modum transmutationes maxi-
mè delectant.

COMMENT.

In superioribus explicat ex Hippocra-
tis mente, modulationem, & harmoniã,
quam circa alimentum exercet natura, fa-
cultatum adinuenit, tanquam diuersis
vocalibus ditentem concordiam efficiens.
Nunc vterius sententiam Hippocraticam
exornemus, quæ continet tres præci-
pua partes. Nam musicam exteriorem
quæ franger, supponit oriri ex interna mu-
sica nostri corporis; Secundò proportio-
nes componit; & tandem tertio conclu-
dit, illam esse dulciorem, quæ plurimas, &
varias habet transmutationes. Quæ om-
nia astringam pro maiori textus splendore,
& musicæ celebratè.

Animorum institutionem, summam er-
uditionem, longè præclarior esse in can-
tibus sitans, à Grecis semper creditum est,
adeò, ut Epaminòdam Græcorum Principem
sibus præstantissimè cecidisse comperia-
mus. Proinde Theophrastus (ut memorat
Cicero) sed aliquot annis antè in epulis re-
ensasset lyra, est habitus in doctior. Quod
& nosse Galenus primo Methodi dice-
bat, transistimus planè censei id esse à
communis lyram, vel id genus aliud instru-
mentum. Sed quid Lycurostiqui quærit
Excedens omnes leges durissimas inunge-
ret, musicæ tamen studium egregiè vide-
ret amplectatur, quando ipsam hanc pa-
rens natura impetrasse animaduertitur,
quò transistit laborum onus molestissi-
mum post proclivius. Quam & concio-

num fluctibus inferitur. Nam & oranti
Græcho seruus Erycius eburneola fistula
modos incinebat. Magnus etiam ille Py-
thagoras, & qui eius doctrinam deinceps
consecrari fecit, mundum ipsum non citra
musicas rationes concinnatum coapta-
tamquæ argumentorum subtilitate colli-
gere sunt vis. Quin, ut artium veluti præ-
stantissima, diuinis fe rebus inferatur. Et
quod testatum Ptolomæus reliquit, numi-
nibus placandis adhibetur. Cæterum, &
grauissimè Pindarus dicebat. Quæcumq;
non amat Iupiter, vocem auertantur Peri-
dum Proinde Socratem iam fenex insitit
lyra non credebatur. Thebis Pindari Pa-
tra nollit cõspicitur, visitur autem (inquit
Athenicus) Cleonis cantoris. Cùm ergo tã
sanctum, tam diuinum apud antiquos lo-
cum haberit musica, videtur certè non
inter artes enumeranda, quæ ex nostri cor-
poris imitatione proficiunt, sed ex altio-
ribus & diuinius principis profusa;
& ex consequenti nostrum Hippocratem
humiliter sentisse, quando inter artes in-
timas diuinum prioris donum collocat.
Sic enim Plato genibus contributam pu-
tat musicam ad præclarior quoddam præ-
stantiaquæ opus, atque mundi cælestem
animam originem ex musica sumptile, &
om̄ hanc rationem, equali omnibus videnti-
bus esse imbibitam. Iephates musica de-
muler; creos filium suum sono venere-
tu Delphicus conceitari, Pindarus, Strabo,
Clementis Alexandrinus, testes locupletis-
simi sunt.

Sed de inita nobis musica quid dicat
Nonne à teneris vnguentis, dum in can-
tibus à nutricibus fouentur, quibusdam
moribus ordinari oblectantur; & modis
perambulatur? Id autem amplius præ-
bat antiquorum sententia confirmantium
mondanum musicam ex celorum concen-
tu inenarrabili deprehensam, quo enim pa-
do fiat, ut tantorum Orbium rotata vesti-
go, tactu silentiquæ feratur ambitu, etiam
in nobis minus audientibus munda sono-
rum transeat locustitas? Optandum qui-
dem hæc sola ratione, congerat nobis esse,
& insitum harmoniam, sicut & ipse mu-
sicus consentis elementorum in corpore,
& assensus principiorum in mente. Neque
solam corpora cælestia, & elementa har-
monicè coaptantur, verò & ipsa anni tem-
pora vocalibus correspondent. Nam illas
acutam vocem præfert, byems graucis, ver
autem median; quod Mercurius manife-
stant in lyra trium chordarum, ut refert

Musica

ta.

Diodo-

Diodorus. Tamen in homine, peculiaris alia videtur adesse ratio Platonica, quia modulator sonus, & flexanimos concentus in corpus, musica memoriam defert, cuius anima in celo fuerit concia. Si ergo diuino quodam affertur in orbem celestem, in clementia latentem musica insidiat, si a nemocoso & sanctissimo ternario, dulcis huc ritus in animam per creationem affluit; quid est quod Hippocrates in nostro textu cæcutiat, & inrer artes humillimas musicam constituat, imò in coquina & cel. a. obsoniorum? & ex hominis imitatione dicat proficisci, quam multis rationibus, & auctoritatibus probauimus alioz habere primæcia?

Non tamen obstant hæc omnia. Imò dicendum, magnam Hippocratem de musica organica loquentem, arque illam docet ex musica humana emanasse: quod autem sit alia mundana ex motu orbium caelestium concitata, ad eius similitudinem homo concinnè fabricatus est, alterius est disputationis, nulliusquæ momenti ad præsentem Hippocratis doctrinam. Quamuis illam opinionem, tanquam inane forsitan relinquat Hippocrates, quem Aristoteles loquutus est, & omnes Peripatetici. Igitur ad primam partem nostri textus explicandum, sufficit dicere: quo pacto organica musica ex humana proficiscatur, & quid sit humanus concentus: quod iam declaro.

Est quædam musica in anima, in corpore, & in vniuersione vtriusque, quam facile percipitis si in te ipsum descendere incipias (vt dicebat Perlius) & miraculum diuinum amplè expendas. Item quæ vis alia spiritalis virorem mentis compotem, morali, ac terrene compagi fermentat, adjuuat, continet, ad præscriptam perducit mentem, nisi coaptatur quædam, & veluti grauium, leuiumque vobum, quali vnâ efficiens consonantiam, temperatior, quæ etiam potestares tam differentias, & compugnantes, sepe consistere facit, vbi in ex rationali, & rationis in pote vi consisti, vt sentit & docuit Aristoteles, quid vero corporis elementa conciliat, aut rata firmamque fermentatione continet partes? Vide iam totum hominem sonorum diuini operis instrumentum. Sed quid dico videri? Audias dixeras, & temetipsum auscultes. Nec amplius mireris organice musicam ex hominis modulatione prouticipia funderetotus homo, vt musica suauissima resonat in aurbus sapientium, audietum mi-

tas voces creaturarum, vt supra dicebatur in tex. 32. & 33. Quod elegantissimè manifestat Clemens ille Alexand. sanctus simul & sapientissimus lib. 4. Prædog. cap. 4. *Laudate eum in sono tula. In sono enim tubæ suscitabitur virtus. Laudate eum in psalterio, quoniam lingua est psalterium Domini. Et in cythara laudate eum. Per cytharam intelligitur, quod spiritus iniquus plethra pulsatur. In tympano, & thoro laudate eum. Dicit Eccl. 1. quæ meditata est carnis resurrexionem in pelle resonante. In chordis & organo laudate eum. Organum dicitur corpus nostrum, & chordæ eius virtus, per quos numerosi & concinni intenditur, & spiritus pulsatione, voces eût humano. Laudate eum in tymbalis tubulationis. Oris tymbalum dicitur lingua, quæ pulsatis labris resonat, & idè humane nature a acclanauit. Omnis spiritus laudet Dominum. Verè vniuersi pacifici instrumentum homo est. Hæc tenet Clemens. Cùm igitur partibus similibus elementorum insidat harmonia, in organice resonet vocem temperis, in enima potentiarum altissimus modulus erit, arque in omnibus, grauium & acutatum vocum proportio animaduertatur, merito musicam, ex imitatione humana profectam, predicat Hippocrates. Lege (obsecro) attentè, lege iterum Clementis verba; corpus nostrum organum facit extensis chonis, os cytharam, linguam tymbalum. Non mirum ergo si omnis musica organica ab humana fabrica dimanet, quæ in re si conditoria insinuatem velocissimam, quibus virtutibus, extolere lege mirabiles libros Galeni de Vsu partium.*

Neque solum symphonias tres in tribus coctionibus alimèti manifestat natura, vobem, scilicet, graue in rudi elaxatione ventriculi, medium in leuore acutam in membrorum elaboratione, vobem in multis aleis in proportione elementorum, in proportionem facultatum ministrantium, se se in opere expectantem, & fuga excipitorem, sonat primo attractrix, deinde retentrix, post alteratix, postremo expultrix. Quæ & partes omnes dissimilitudine vocu vnâ efficiunt humanam. Vide iam tres proportionem omnibus plantis, & viucentibus communecat in animalibus perfectis organica, & coneritrix musica sapientium cores titillar: in pulsi, qui nihil aliud est, quam motuum modulator, suis quietibus & ictibus distinctus, in respiratione, quæ proportionem pulsui responderet. Homo itaque excellentissimè omnia superat: vt

Musica primordia vnde petenda.

possis propriè dicere, plantas rudimenta musice, siue Diatonicum (vt musico nomine vtr) obscure insinuare. Animalia perfecta, musica organica clarissimis vocibus manifestare. Considera (obsecro) eorum, qui vocatur organicus, inuenies proculdubio, temporibus, numeris, figuris, quietibus, punctis, coloribus, virgulis, ligaturis, modis, proportionibus insigniri. Quæ omnia in animali perfecto, nullo decepto, apice poteris inuenire. Addit verò humana perfectio ad Diatonicum, voces superiores, (quæ contrapuncto vocantur) ad organicas cõmunes proportionem, duplã diapassivam: quam enim proportionem non excedat vinculum spiritalia cum terrenis coniungens/Grauem concupiscibilem, irakibilem mediam, acutissima, & si preta rationis voce contempcrans / potentias rursus animæ, hūmen intellectus in dulcissimam eleuat consonantiam. Sed quàm pulchra poteram adducere ex Diuo Augustino in suo opere de Musica ad extollendum hominis harmonicum miraculum, nisi Hippocrates orationem nostram perstringeret?

Ex dictis patet duæ partes textus. Quo pacto musica exterior, humana assimilatur, & quibus vocũ proportionibus carriet concentus. Quomobrem ego existimo, primos sapientes semetiplos contenta plantas musicam didicisse, non tamen ex mallicorum ferientium diuersis ponderibus, quod Pythagoras tribuit Boetius; præfertim cum ante Pythagoram iam musica fuerit inuenta.

Ellici etiam potest quàm graniter philosophetur Hippocrates nugæ deserens illo- rum qui exos sonore moueri contende- bant, harmoniam istam humanam vere diuinam attentissimè auscultans. Põnit autem istam indistinctè inter alias artes, & iuxta salamenta obsoniorum, quia iam suo tempore increuerat morum turpitu- dos, eum petulantia eam in comestione versabatur cantilena (& ad anrium prur- tum, & delicias) quæ turbatam animæ har- moniam, voluptatis delinimento sedare, ac ad ordinem redigere debebat.

De Delectatione.

PVlcherrima pars textus explicanda, & disputanda proponitur, in qua loquitur Hippocrates, plurimas, & maximas muta- tiones delectationem maximam efficere.

Multa tamen sunt, quæ contentarium videntur probare. Nam neque delectatio per motum habet esse, & à fortiori, neque per maximum motum. Quæ duo breuiter attingam, vt splendeat tantum Hippocratis ingenium.

Et primo, quod mutationes non possint voluptuose aspicere, constare poterat, nam ipsa ratio voluptatis consistit in bono cognito, & cõiuncto in quiete: ergo non erat sententia Hippocratis, tam vniuersaliter pronuntianda, dicentis maximas delectationes fieri à maximis moribus. Hoc argu- mento utebatur diuinus Philosophus lib. 1. contra Gentiles, cap. 90. dicens: *Delectatio est quadam quietatio voluntatis in suo vo- lito. Deus autem in seipso, qui est principale suum volitum, maxime quietatur, ut potest omnem sufficientiam in se habens. Ergo ipse per suam voluntatem, in se maxime gaudet, & delectatur.* Hactenus Diuus Thomas. Cuius ratio adduci potest contra Hippocratem. Nam licet agat de suprema illa voluptate, tamen suo modo in istis inferioribus de- mus philosophari, cum ratio delectationis vna sit, diuersa tamen penes conspici- tam, & indicibilem perfectionem, quæ reperitur in Deo, & istam imperfectionem rerum corruptibilem. Neque sufficere, loqui sanctum Philosophum de vo- luntatis delectatione, Hippocratem de sensibili voluptate. Nã (vt dixi) cum vnus rei vna tantum sit forma, & effectus, neces- sium est, vt si de appetitu sensitivo, vel intel- lectiuo loquamur, vnica consuetudinis rationem delectationis (est enim delecta- tio vocabulum cõmune ad voluptates, & delicias corporales, & ad gaudia intelle- ctualia. Nam loco citato Diuus Thomas appellat diuinum gaudium delectatio- nem. Et Cicero lib. 4. Tuscul. dicebat: *Delectatio est voluptas suauitate carnis, est aliorum sensuum animam delinens; quæ vnus propriè loquendo gaudium ad superiorem pertinet potestatem.* Age iam, vel in quiete, vel in motu delectationem consistit. Si in quiete, contra Hippocratem, si in motu, contra sanctum Peripateticum opinaris.

Confirmatur vterius argumentum propositum, quia delectatio, est opera tionis perfectio, vt ait Aristotel. 10. Ethicor. cap. 4. ita vt non in operatione consistat, sed in perfectione, quæ per operationem consequitur, & in fruitione quietæ perfectionis adeptæ, quod respiciens Ange- licus Doctor, prima secunda questione

*Virum vo-
luptas in mo-
tu, vel in qui-
ete consistit.*

in articulo 1. ad primum dicebat: *Cum dicitur, quod delectatio est operatio, non est prædicatio per essentiam, sed per causam.* Quasi dicat, operatio est causa delectationis, delectatio verò nil est aliud, quàm bonum coniunctum per operationem adeptum. Ex quibus validum argumentum contra nostrum Hippocratem consurgit. Nam si in operatione naturali non consistit, sed in perfectione per operationem adeptam, multò minùs consistit in motu à causis externis producto, quia hic magis est passio, quàm operatio nature.

Roboratur, quia Aristoteles 7. Ethic. dicit: *Quod delectatio non comparatur generationi, sed operationi rei iam existentis;* id autem quod movetur ad aliud, nondum habet illud, sed quodammodo est in via generationis respectu illius; ergo motus nõ est causa delectationis.

Præterea, motus præcipue laborem, & lassitatem inducit, operationes verò laboriosæ, & quasi flaccescentes non sunt delectabiles.

Quin & Aristoteles in 1. libro Rhetoricor. dicebat: *Consueti sunt magis delectabilia.* Sed motus dicit innovationem quandam satis oppositam consuetudini; ergo falso Hippocrates motum, causam facit delectationis.

Fulcitur præterea Aristotelis locus auctoritate Divi Augustini lib. 1. de Sermone Domini in Monte, ubi asserit: *Versantamen delectatio ante consuetudinem, vel nulla est, vel tam tenuis, ut prope nulla sit.*

Sed concedamus Hippocrati, in motu feruari delectationem, dicat nobis quo pacto in maximis, & plurimis mutationibus;

Hoc ferendum difficulter, nam neque sibi, neque rationi consentanea loquitur. Libro enim de ratione victus in morbis acutus dicit: *Maximæ mutationes eorū, quæ circa naturas nostras, ac habitus contingant, maximè morbos faciunt, &c.* Et lib. 6. de Morbis popularibus, se dicitone 1. text. 21. inquit: *Mutationes cavende.* Et 2. Aphor. periculosas indicat omnes magnas, & repentinas mutationes. Et multis alijs in locis. Quid est ergo, quod nunc dicit plurimas, & maximas mutationes delectationem efficere? Dices, forsitan rectum agere de mutationibus musicis, quæ non ita de sensum demulcent. Tamen hoc non soluit difficultatem, cum nullus sit sensus, qui excellenti sensibili perficiatur, imò eorumpitur, tanquam à potentiori objecto excedente naturalem habitudinem potens

ergo nullum sensum, delectat maxima miratio, sed dissolvit. Quod si maxima miratio id valet efficere, quod si cum magnitudine repentinam celeritatem coniungas/Proculdubio dicendum est, omnes sensus oblitescere, & tanquam à disconvenienti dilaceratos resurgere.

Hæc sunt quæ pro nostri textus explanatione, Hippocraticam desiderant solutionem. Quam ut exhibeam, punctus solum difficultatis ad se brationem convocat, relicta ad alium locum universa de voluptate, disputatione. Declarandum igitur est, quo modo motus causet delectationem, & quo pacto maxime, & plurimè mutationes; & tandem satisfaciendum argumentis propositis.

Quod motus causet delectationem dicebat Divus Augustinus in 8. Confessionum, dicens: *Quid est hoc, Domine Deus meus, cum tu in æternum tibi ipsi gaudeas, & quidam de te circa te semper gaudent, quid bonum rerum pari alterno desilio, & profectu, insensibilibus, & concitationibus gaudent?* Ex quibus verbis colligimus voluptuosas esse alternationes, & mutationes varias. Tamè, ut aperta maneat Augustini, & vera philosophandi ratio, aduertendum est, quod tria requiruntur ad delectationem. Natura, quæ delectatur, coniunctio objecti delectabilis cum ipsa natura, & tandem cogitatio illius commensationis. Quorum unum si demas, nulla poterit consistere voluptas. Tolle naturam appetitivam sentientem, nulla erit delectatio; separem obiectum oblectans, emotentur delectari cognitionem auerte, gaudium proforsitan evanescet. Ergo ut delecteris, habere necesse est quod desiderabas tibi idem coniunctum, & cognoscas illud possideri. Hoc cum ita sit, circa ista tria motus versari, compertio cum Aristotel. 7. Ethicor. & 1. Rhetor. Nam pars nostra quæ delectansur, cum transmutabilis sit, & vicissitudinis obumbrationi subiecta, ut supra cum Hippocrate dicebam, oportet ut motus accedat, & varietas delectabilis morem gerens animali fragilitati. Quomobrem, quod est conveniens nunc non est conveniens postea. Sicut ea lesioni, nobis convenit, tanquam delectabile in hyeme, non autem in aestate. Rursum, non solum propter ipsam mutabilem naturam, motus est necessarius ad delectationem, verum etiam propter ipsum obiectum delectans, quod nobis coniungitur, quoniam ad hoc continuatur alicuius agentis, auget effectum, sicut quantum alicuius diutius appro-

Virum magnam motus magnam causam voluptatem.

appropinquat igni, magis calefit, & deficiat, cum naturalis habendo motus potentia certam & determinatam habeat mensuram necessarium est, ut quando continuata presentia delectabilis supercedit illam, auferatur delectatio, quam modulationem tanquam imperfectionem voluptatis humane explicabat Seneca lib. de Vita Beata, cap. 7. dicens: *At voluptas tunc cum excessu delectat, extinguitur, nisi modum sui habet. Itaque cito implet, & tunc est, & post primum impetum marcat. Nec id conque cartum est, cuius in motu natura est. Itaque potest quidem illa eius esse substantia, quod cito transit in terram, in ipsa usus peritura. Et non peruenit, ubi desinat, & dum incipit spectat ad finem.* Vide iam quo pacto, tam ex parte nostre nature, quam ex parte ipsius obiecti oporteat motum variari ad delectationem.

Ultimo necessaria est transmutatio, ad hoc propter ipsam cognitionem. Quoniam homo desiderat cognoscere (ut sic dicam) amplius, & amplius, vique totum, & perfectum cognoscere: cum ergo multa sint, que non possunt tota simul percipi, delectat in his transmutatione, ut vnum transeat, & alterum succedat, & sic totum sentiat. Et ob id dicebat Diuus Augustinus loco citato: *Non vis utique flare syllabam, sed transuolare, et alia veniat, & totum audit.*

Ex dictis manifestum relinquitur, motum esse voluptatis causam, nam & natura & obiectum, & cognitio transmutationem experit in illa rerum mortalitate. Quod in sensu auditus declarat Hippocrates in nostro textu, num quid dulcius quam harmoniam variis & maximis modulationibus exerceri? Quis suauis quæ ex vna consonantia in aliam nouam transcendere in præterita si perseueret, ledit, cognitio hebetatur, falsitas appetitus. Nouitate tamè maximam proportionum quiescit desiderium, eleuatur natura, aculitur apprehensio. Nostram sententiam confirmat pulcherrima quædam verba Augustini in lib. de Immortalitate anime, cap. 8. *Quare inquit illa mutabilitas non adimit corpori corpus esse, sed de specie in speciem transit facit, motu crâtiatissimo.* Idem ego dico de mutationibus delectabilibus. Nam illæ non adimunt corpori corpus esse, vel sensibus sensationem, imò de specie in speciem, de motu in motum proportionem præterita in nouam consonantiam, subtilissimè deducunt.

Neque contrariæ rationes aductus pro-

positam sententiam aliquid valent. Nam non negamus delectationem habere rationem quietis. Potest enim delectatio dici quies, & motus diuersi modè. Si enim dicitur ordo appetitus ad bonum, sic habet rationem quietis. Sicut enim quod mouetur, cum ad terminum peruenit, quiescit, ita appetitus, habito bono quod desiderabat, quiescit; & hoc quiescere delectari est.

Si autem consideretur ordo appetibilis ad appetitum, sic motus quidam est: mouetur enim appetitus ad bonum presentem, & coniunctum. Ex quo patet quod delectatio aliter dicitur, quies appetitus, quam in corporibus naturalibus: in istis enim, quies dicitur negationem motus cum sola congruentia existendi in loco naturali cõseruatio, ut quies lapidis in centro. Quies autem in bono coniuncto (de quo loquimur) dicitur actum appetitus cum negatione vitiorum inquisitionis. Postquam enim appetitus possidet quod quærebat, non amplius mouetur ad illud, sed in illo delectatur. Hic autem actus quo delectatur, ideo dicitur quies, quia est cum cessatione motus executionis, quo appetens ad finem adquirit, cum concubatur. In Deo autem Optimo Maximo ponimus quietem, ablata omni imperfectioe, nã in illo nullus est motus appetitus, & ex cõsequenti nulla quies, que sit terminus talis motus. Est ergo solam summa quietatio in semetipso tanquam in summo bono. At in delectatione sensibilis, de qua Hippocrates verba facit, quomodo sit quies in obiecto delectabili, est etiam immutatio ab illo facta; & sic Sanctum Thomam, cum Hippocrate in vnam sententiam coniungimus, siquidem motum & quietem concernit delectatio.

Secundum argumentum per e iterum accuratam diligentiam, nam cum vnus re. essentia non possit in duobus rationibus contrariis collocari, dicendum est delectationis naturam, vel in motu, vel in quiete seruari, cum impossibile sit in vtrique contineri. Magis tamen consonum est, ut in quiete boni cõtoneri. Quod illa Aristotelis sententia & Diu Thomæ confirmare videtur. Sed aduertenda quædam philosophandi ratio, huic rei magnam lucem conferens, quando n esse voluptatem per seclam, & per antonomasiam, que sit in statu naturali animalis, quando animal sanitate fruetur, omnibus suis poteratibus rigè ordinatis ex obiectis delectabilibus perfectionem suscipit voluptuosam. Et hæc est

pro-

propriissimè delectatio, vt colligitur ex Arist. 10 Ethic. cap. 4. quam si ardentè consideres, inuenies nihil esse aliud, quam perfectionem appetitus excellentis sub obiecto tibi conueniente & desiderato & cum hoc existere sub forma conuenienti, ad quam à nobis mouetur, totum sit quiescere. hinc est, vt propriissimè loquentes voluptatè perfectam, in ista quietis perfectione constituantur, cum Arist. & Dino Thom. Non enim delectatio (formaliter loquendo) est actus appetitus, sed quid consequens. & electum per actum ipsius. Nam sicut intelligere est actus intellectus, & verbum mentis est terminus per istum actum productus: ita & in appetitu, delectari est actus, & operatio ipsius, delectatio vero est terminus & perfectio, quæ per tale actum delectandi producitur. Et hoc pacto intelligenda est sententia Arist. & Dino Thom. & ratio formalis voluptatis. Alia tamen est voluptas, quæ magis consistit in motu ad naturalem statum, quam ego imperfectam appello. Hanc Plato, & postea Galenus esse propriissimè voluptatem de fensere conati sunt, vt miser quam tenuiter fiterent philosophi. Igitur si voluptas istam insipias, inuenies conditiones habere rei durissimas, qualis est ipse motus, nam portio facta est, partim acquirenda. Non quod voluptas sit de genere successiuorum, sed quod non tota, & perfecta adquiratur simul. Frigidus manus in hyeme considera, & dolentes, accede vel ad aquam tepidam, vel ad leuem ignem, rediit ad statum naturalem (in isto reditu constituit Plato propriam voluptatè, quasi nulla sit delectatio, nisi in accessu ad naturalem habitum, quæ in re, vt dixi, pueriliter sic, & alios fessit.) Apertè conitat in isto motu ad antiquam dispositionem, quod delectat nihil esse aliud, nisi bonum in ceptum iam coniunctum, cuius ordine ad reliquum quod superest, & ex consequenti appetitum non esse (vt sic dicam) quietum, sed commoueri ad reliquas partes sibi conuenientes futuram. Ergo ne in errorem Platoni & Galeni incidamus, non ponimus istam imperfectam delectationem in ipso motu, sed in quiete appetitus cum pariali bono, aspirantis ad alias partes nisi conciliandas, ita vt quod habet voluptatis, in quiete sit; quod habet imperfectionis, in motu.

Nunc ad argumentum contrarium concedenda est consequentia: Voluptas non consistit in operatione: ergo multo mi-

nus in motu obiecti extrinseci. Nam, vt diximus, obiectum conueniens, sit voluptuosum, afficiendo appetitum, & quasi informando, quæ affectio proprie non dicitur motus. Sed quia antea mouebat appetitum ad sui acquisitionem, hoc est, vt postea cum iam non mouet, sed afficit, (sicet improprie) dicatur mouere; tamen totum hoc quod est ex parte motus obiecti, in causam debet referri voluptatis: cognitio delectabilis in causam immediatam, motus obiecti extrinseci in causam magis remotam. Et de hac loquuntur sicut moder Hippocrates, non de ipsa delectationis formalitate.

Ad tertiam obiectionem iam incepti dicere, quid habeat voluptas, quæ cum motu coniungitur. Nam id quod mouetur, licet non habeat perfectè id ad quod mouetur, incipit tamen iam aliquid habere; & præter hoc adhuc ipse motus est delectabilis, quatenus per ipsum coniungitur aliquid conueniens cum appetitu.

Ad quartam dico, quod motus laborem inducit, si mensuram transcedat naturalis habitudinis potentia.

Ad quintam dicendum arbitror, consistere esse delectabilia, quia quodam modo naturalia; motus autem delectabilis licet nouum aliquid adducat, nõ tamen cõ delectabilis, quia facit recedere à consuetudine, sed quia impeditur corruptionem, & laborem, qui poterat accedere ex aliõnitate alicuius operationis quantitatibus naturalis. Et sic patet, quod per motum delectiosum, adhuc ipsa consuetudo fiat delectabilior. Ex ipso id constat aperto. Nam mihi voluptuosa visio est nocturna in studiis vigilis, oporteret autem animum aliquantulum diuertere, aliquando lectione mutare, malicia delinere, non vt consuetudinem amabilem amittam, sed vt dilectionem faciam, & virtus recuperem: itaque motus delectationem, & consuetudinem corroborat.

Regulinas in sermone Domini dicebat, Antiquitas in nullam esse delectationem; loquens de illicita voluptate, quæ aut nulla, aut parua est in prima suggestione antequam voluntas conueniat.

Ad Hippocratis loca constat quid dicendum sit, siquidem magnas multas omnes cauendas præcipit contrarias, scilicet, & quæ repenti ingruentes naturam corrumpunt, vel consuetudinem (quæ altera natura censetur) alterant. At quæ naturam perficiunt, quæ oblectant, non fugiendæ, sed

appetendæ, cuiusmodi sunt musicæ saltus, quos plurimos & maximos debere esse ait, ut melius possit suavitas conciliari; non dicit magnum & excellentem debere esse sonum auditum ledentem, sed maximas mutationes, quæ nouitatem dulcissimam conducant, de proportionem in proportionem, de consonantia in consonantiam discordantes. Sunt enim sensus nostri varietatis audissimæ, quia cum totam voluptatem, quam appetunt, non possunt simul obtinere, motibus illam anxie requirunt. Id apparet in vnoquoque sensu, & statim Hippocrates in gustu manifestabit. Lege Martialem, lib. 1. epig. 105.

Quod si in nostro textu non solum varias consonantias & proportionem intelligi volueris, poteris etiam plurimas & maximas mutationes interpretari, dicentes plurimas & maximas distantes voces suauiorum consistere harmoniam, ut summè accuratam organicam, cum summè graui diatonica. Et ob id Hippocrates in nostro textu aiebat: *Quæ plurimum diuersa sunt, maximè concordant: & quæ minimùm diuersa sunt, minimè concordant.* Et cum præfci Theologi, medicinæ reperiorem Apollinem prædicent, & eytharæ pullandæ regem arbitrentur (& proinde scilicet admodum in hymnis Orpheus, hunc vitalibus radiis sanitatem cunctis, ac vitam elargiri cecinit; cum idem sit musicæ dux, ac medicinæ competitor scientiæ) non mirum vtrâque à viro sepe vno, eodemque exerceri, atque Hippocratem, Apollinem suum sequitur.

TEXTVS LXII.

*C*oqui obsonia hominibus parant, omnis generis diuersa commiscetes, ex eisdem non eadem, ad hominum cibum ac potum, quod si omnia similia facerent, non haberent delectationem. Neque etiam si in eodem omnia coniungerent, non utique rectè se haberent.

COMMENT.

Sicut in præcedenti textu vocum miscellam gratam auditui, ex humana mu-

sica originè trahere explicauimus, ita nec Hippocrates alimentorum condituram gustui delectabilem dicit, supponens illi excoluisse homines, quasi edocti à sua propria compositione. Nam videntes tam varia membra, tam diuersa temperie seruanda, tam multiplici mutatione generata, exco-gitarunt innumeras alimentorum melcellas, & salamenta, putantes tam varias partes nostri corporis inungere obsoniis diuersis, ut ex eisdem nutritio fiat ex quibus compositio. Tamen insensio hæc non ad nutritionem certè, sed ad delectationem fuit excogitata, quod non sine admiratione in textu nostro cõtemplor. Non enim nutritionis mentionem facit, sed delectationis, insinuans, alimenta simplicia alere, composita verò delectare, atque ut musicæ ad aurium blandimenta & mentis tranquillitatem, non ad vitam alendam fuit inuentata: ita & obsonia, non ad nutritionem, sed ad luxuriam. Hæc tamè (sc. maxima) est differentia, quod vocum concentus multos morbos tollit; alimentorum compositio infinitos præcreat. Quod Seneca satis à nostro textum, & Hippocrates laudens grauisimè explicuit Epist. 95. in hunc modum: *Fuit sine dubio, ut dicitur, verus illa sapientia, cum maxime nascens rudis, non minus quam cæteræ artes, quando in processu subtilitas circuit. Sed ne opus quidem est, ut erat remedijs diligenter. Nondum istatum nequitia futurerat, nec tam latè sperarferat. Poterant virijs simplicibus obfistere remedia simplicia. Nunc nec esse est tantò operosa esse iumenta, quanto valentiora sunt, quibus perimor. Medicina quondam paucarum fuit iudicia barbarum, quibus saltem bene singulis, vulnera corrent parlarim. Deinde in hæc peruenit tam multiplicem varietatè. Nec est mirum, tunc illam minus negotij habuisse, stitius ad hæc solida corporeibus, & facili cibo, nec per artem voluprareque corrupto. Qui postquam incipit, non ad tollendam, sed ad irritandam famem quart, & inuentæ sunt mille conditurae, quibus auditas excirascunt, quæ desiderantibus alimenta erant, onera sunt plenis. Inde pallores, & aetiorum viris mandentium tremos, & miserabilior es conditibus quàm ex hinc macies. Inde incedenti labantium pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde in toram eorum humor aduersus, distentalque ventrem dum male adhaerit plus capere quàm poterat. Inde suffusio duricie bilis, & deco-*

lor vultus, tabesq; in se potrescentium, & rectori digiti articulis obrutescentibus, nervorum sine sensu iacentium torpor, aut palpitatione sine intermissione vibrantium. Quid capitis vertigines dicant? Quid oculorum auriumq; tormenta & cerebri gignantur variationes, & omnia per quæ exonerata interius in scribis affectat innumera-bilia præterea sibi generat, aliam in metu subeuntium, aliam cum peste repentiū, aliam cum horrore, & multa membrorum qualitatione venientium? Quid alios referam innumera-biles morbos supplicia luxuriæ? Immunes erant ab illis malis, qui nondum de deliciis solue-rant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant, corpora opere, ac verò labore durabant, aut cursu defarigati, aut venatu, aut tel-lure versati. Excipiebat illos cibus, qui nisi esurientibus placere non poterat. Itaque nihil opus erat tam magna medicorum sapellecile, nec tot ferramentis, atque py-xidibus. Simplex erat ex simplicibus causa va-lendo. Multos morbos multa ferula fecerant. Vide quantum rerum perviam gignat transitarum permisceat luxuria, terrarum mariq; vastantia. Necesse est itaque inter se tam diversa dissideant, & hanc male digerant, alii aliis nitenti-bus. Nec mirum quod inconlans varius-que ex discordi cibo morbus est, & illa ex contrariis nature partibus in eisdem cõ-pella redendent. Inde tam multo aggra-vatus genere quàm vitiosus. Maximus il-le medicorum, & huius scientiæ conditor, faminis, nec capillos desinere dixit, nec pedes laborare. Atqui hæc iam, & ca-pillos desinunt, & pedibus egrotant. Non minus feminarum natura, sed vita est. Nam cum virorem licentiam æquæ-tant, corporum quoq; virilium varia æqua-nerunt. Non minus perungunt, non mi-nus potant, & oleo & mero viros prouocant. Atque inuitis ingesta visceribus per-os reddunt, & vinum omnem vitium reme-diantur. Atque niuem rodunt, solarium stomachi æstantis. Libidine feror, nec manibus quidem cedunt, pari nata. Dui-litas, Deæque malè perdit, adeo perseverant cõmentæ genus impudicitie, viros incõ-ti. Quid ergo mirandū est maximū medico-rum, ac nature peritissimū, in mædico pre-ludic, cum tot semper podagricæ, caluæq; sint beneficiæ sexus ius vitæ perdidit, & quia feminis exierit, diuitate sunt mot-tes viribus. Antiqui medici nesciebant dicitur vitiositas, & vino facite vitis ca-

dentes nesciebant sanè emittere, & diuinā agrotatione b̄ in eo inscribitur; lazarene scilicet cum vinculo, brachio inq; latente vim, & in medio sedente ad extrema reuo-care. Non erat necesse circūspicere multa auxiliorū genera, cū essent periculoso pau-cissima. Nunc verò quā longè procciderūt mala valerudinis! Has vitas voluptatum pendimus, vitra modum satiq; cõcupram, innumera-biles esse morbos mirant? co-quos numera. Hinc usq; Seneca eleganter descripsit eorum modus ad delicias, ad morbos, non ad nutritionē deseruere. Sed quid dicendū ad futilem rationē in priuē pio proposito, quæ varia obsonia pro partibus digerendis alides esse necessaria contē-debat? Certe nil aliud, nisi quod Hippocra-tes dicebat in superioribus verbis (Inre-pit in hominē anima, ignis & aquæ tēpe-ramentū habet) differēs de alimentis, quæ talia debēt esse, vt principia habeant vitalia, qualia sunt ignis, & aqua, aut quæ ani-mā aliquā idō habuerint, itaq; tū simplicita alimenta optima sunt, quæ in omnibus mō-bis calida, & humidā præcipue refarcit, atq; promota simplicita sic elementa in ali-mētis cõmunicat, vt in vnoquoq; tot partes sint aptæ ad nutritionē, quot sunt partes alendi: & sic homines quodam luxuria ad obsonia, nō necessitas. Quod Alex. de in Clemēs, tū sanctē, tū philosophicē cõpro-bauit lib. i. Padagog. c. i. vt memoranda tūti authoris verba vultuosos referre hono-rificū existimem: Ipsum autē vivere ex duobus, similitate, scilicet, & vitibus consti-tuitur, quibus maxime cõuenit alimētū sã-cilitas, vt quod, & ad digestionem, & cor-poris lenitatem sit vitæ. Ex quibus incre-mento, sanitas, & iuste vires, nō sunt in-iusta, misera, & lubrica: quales sunt quæ Athletis ex illa sua edendi necessitate cue-niūt. Sic itaq; multiplices qualitates res-pensanda, quæ varia detrimenta parimur, in-las corporū habitudines, stoma-chorū sub-tesiones, cū corruptus, & consopatus sit gullus, misera & inuisa quæda cõdendi arte, & inani in facientis bellarijs artificio. Audent enim appellare nutritionē delicia-rū & exercitationē, quæ in noxijs inoprate dilabitur. Ant. phanes autē Delius Medi-cus, vel vā hanc dixit esse morborū cau-sam, ciborū varietatē, cū qui ventatē aggre-ferant, multiplices nescio, quæ vanagloria frugalē, & moderatū vitū abiūct, & tran-missas escas anxie perquirant. Ac mihi quidū venit in mentem corū morbis mis-teratissimos autē non pudet suas decantare

delicias, eumque infreto sunt. Siculo mirantas anxio & sollicito animo querunt, & Meandri angustias, & qui in Melo sunt haedos, & qui in Sciarho musgiles, Pelori conchas, & Abydena ostrea, nec manas quae sunt in Lipara praerantant, nec bosum Mantrin cum, nec betas quae sunt apud Aseraeos: & pedines exquirant Methymnos, & pictras Atticas, & tursos Daphnios, & caricas Chelidonias, propter quas in Graeciam cum quinquies mille millibus infelix Perla profectus est: Phasis aues praeter ea commentantur: Arragenas Aegyptias: Moedicum panonem. Haec condimentis immutant, si qui sunt gulse dediti, obsoniis inhiant. Quae cumque tellus, & profunda Ponti, immensaque alti larido aeris, ingluunt ea sine comparant. Videntur reuera hi infariabiles, & solliciti ac anxii ciborum indagatores, ad delicias, ac voluptates suas mundum irerere, sibilantibus tartaginibus vadique circumstrepentes, & circa cochlear, & moctarium totam vitam suam consumentes, edaces atque adeo omnino homines, materiam ignis infestae apprehendentes. Quia etiam taculem & parabilem cibum, nempe panem, effymiant, quod fumentum est nutriendum, sit probium voluptatis. Apud homines autem nullum habet terminum delicatiae ingluentes. In liba cum placentas & belaria promecta est, merendarum, & coena appendicium multitudine inueniens, omnes qualitates accipians. At mihi quidem videtur homo qui est eiusmodi, nihil esse aliud quàm buccarum maxilla; ne desideres autem, inquit, Scriptura, cibos delictum. Ille autem vires nos veras & surpi consucti sunt. Illam rem dant operam obsoniis quae minus paulo post excipit. Hactenus Clemens. Igitur obsoniorum modus ad delectationem excoqratur, est haec monia gustus, sicuti mosca auditus. Tantumque usuali apud praesicos, ut inter artes nam crarerur, praeritum in Asia, in eius qua dam provincia Hippocrates degerebat, atque ab illa tanquam à quodam conuentione princeps in Europam extensa fuit eodem ratione quae in Asia. Sic et hinc Linus, Cato Marzio Vellone de Asiaticis triumphem detecere, Isaurie peregrinone orti generis primam insuetam in Vrbem.

In delictos primo paratos, & vestem frugaliam pretiosam, phagulas, & alia textilia, & quae tunc magnificae sarpellectilis habe-

bantur, monopodia & abacos deduxere milites. Tunc plautrize, sambucistrinque, & conuualia ludionum oblectamenta ad dita epulis. Tunc coquus vilissimum arti quae mancipium, & azzimatio, & vii in pretio esse, & quod ministerium fuerat ars haberi coepta. Haec Linius. Quibus ab Hippocratis patria deducam pernoscimus obsoniorum artem voluptatis causa. Sed quid faciendum in tanta miseriarum collusione? Si rigorem philosophi, um infrequant, nil condonantes humanam auisitati, consuetudinem (licet turpem) perturbamus, sanos molestia afficimus, agros amplius debilitamus, non constat nostra apud illos fides, nec expectatio. Tamē moderanda legum grauitas, & in gratiam effrenati appetitus, tantillum deteriori cibi experti condonandum, ita vt non ledat, iuxta nostri Hippocratis pracepta lib. 2. Apho. rex. 38. & 6. Epid. p. 4. rex. 7. vide Plutar. fol. 125. Non enim placent mihi quidam medici pusilla magnificantes, magna ignorantes, totam salutem ipse consilientibus in mensuram artem obseruatione, quod arger condimenta, nec degulles, nec frigidam, nec humem calidam inspicere; & in ipsis medicamentorum preparatione, vt multa facere videantur, & impertos eunocent, & vetulas stupefaciant, tali hora sumendum libent potitionem, ita vt nec vllum insans transiret, secretum extollunt. Luna certum suis incertis auditoribus manifestant, Isocriticos alios falsam granitate, retricos & taciturnos, vt hac arte simulat se scia semper tractare, laborantibus nullam gratiam facere, sed stricta methodo curare. Vix ad deū creuit calliditas & veritas, vt posthabeo miserii agroti leuamine, limbras dilatent, auctoritati proprie incumbant. Ego tamen mihi nihil horum sed ex pro animi facilitate non leuem & grauem, non comiditum & omnia moderatē & prudenter gerentē, deterioris cibos si ager expectat, daltem concedens paulo deterioris, non ledentes, sed vires leuantes. Solet enim natura alimento detraherato assurgere, vires reficere, & morbum propellere. Hoc nobis praestare solet coquaria emulmamentum, vt quae morbos produxit, aliquando temperet.

TEXTVS LXIII.

Pulsantur tunc in musica partim supernē, partim inferne. Lan-

qua musicam imitatur, cognoscens quidem dulcedinem & acorem eorum quæ allabuntur, item quæ dissimulantia. Pulsat autem sonus supernæ ac infernæ, & neque ea quæ supernæ pulsantur si infernæ pulsantur, recte haberent: neque quæ infernæ, si supernæ. Quam autem lingua sunt, citharæ, vel aliter instrumenti pulsationes insequentes allabentem vocum dulcedinem ita imitantur, ut suauissimè concordent. Laudat etiam Hippocrates linguam attemperatam, id est, quæ facillè tonorum pulsationibus ducitur. Dissemperatam verò & discordem, molestam indicat. Et merito quidem, cum nil adeo sit auditui molestum, quàm sine musica temperate cantare. Hæc enim rectè proportionata delectabilis est.

COMMENT.

Poterat iste textus cum superiori coniungi, in quo de musica agebar. Siquidem nil nobis adducit, quod noua indigeat interpretatione. Addit tamen easdem propositiones seruari in lingua, quæ tonos insequitur instrumentorum. Cantores enim, qui dexterè arte musicæ præditi sunt, citharæ, vel aliter instrumenti pulsationes insequentes allabentem vocum dulcedinem ita imitantur, ut suauissimè concordent. Laudat etiam Hippocrates linguam attemperatam, id est, quæ facillè tonorum pulsationibus ducitur. Dissemperatam verò & discordem, molestam indicat. Et merito quidem, cum nil adeo sit auditui molestum, quàm sine musica temperate cantare. Hæc enim rectè proportionata delectabilis est.

Dabitate tamen posses, quare, cum alie partes huic munerè deseruiant, linguæ solùm mentionem fecerit Hippocrates? Cui obediens facillè satisfacies, si aduerfas aliquas partes deseruire, linguam verò magis inmediate vocem dearticulare, & artificiosè sonorum efficere, ut supra dicebam. Est certè humana lingua in comparabile proflus donum, in quo bonitas diuina inexhaustibili munificentia, nos ut legitimos filios est amplexata. Quod si omnium primùm artifex natura in pulmonibus (spirandi officina) nobilitatis huius præstat exordia, mox illa spiritalis fistula (quam etiam arteriam dicimus) ad os producit, velut canali à mente profectam vocem, ita subuertit, ac exipienti linguæ ita affundit, ut artificiali moru nunc illa in palatum introducta,

Ad Hippoc. Pistolep.

nunc allata dentibus (alioqui barbaricè insuauis; soni efficiet) sic moderetur, effingatque, ut auribus cõtingat incõditiuissimè cõcensus, & vehementia quâdoque detransiens altius, imò verò clarius fulgurans, tam potenter mouet, & ad delicias vique ita delectat & afficit, ut quod de Olympio dictum Pericle est, non Grecum modò, ut ille, sed vniuersa valeat permiscere. Tot igitur bona nobis præstat linguæ modulatio, tot etiam molestias, quæ dissemperata & discors.

TEXTVS LXIII.

C Oriarij tundunt, terunt, peccinant, lauant. Eadem est puerorum cura.

COMMENT.

Quod nutrices suos pueros medicè trahent, lauantes, peccinantes, fricantes, membra tendentes, corarios imitantes, apertum viderit: est tamen pulcherrimum, Hippocratis sanctam prudentiam animaduertere, qui hanc sollicitudinem pueroꝝ curam appellat, demonstrans manifestè in adultis potius esse impudentiam, & effeminatioriem. Quod Diogenes explicuit. Nam cum quidam ad officinam accederet, ut emeret aliquod quo se lauaret, & perpoliret capillos, inquit, *Adulescenti eme tibi vitum, accipit oratione fornicatorum eius vite institutum corrigens.* Nam dixit: *Eme tibi virtutem, quæ cum faxina sit, viro indiget.* Vel, eme vitum, qui nefanda sarlet luxuria. Vel, eme vitum, qui verè sapiens cum sit, se faciat vitum periclitum, & sobrium. Hæc omnia tam breuibus insinuat Diogenes. Quin etiam Anaphanæ Comedus in Marthææ iherid meretriciam mulierum consuetudinem dicens verba omnibus communi, adhibet illam eorum fricationem, & instritionem, inter quæ serè Hippocratis nostri textum inuenies. *Veni ipsa, transi, accedi, non transi, veni, adest, abstergitur, accedit, fringente saponique purgatur, pellimatur, teritur, lauantur.*

M 2 100

ur, se contemplantur, componitur, unguentis perfunditur, ornatur, ungitur, & si quid non habeat, necatur, &c. Igitur quæ fuerunt tantum infantulorum curationes (docente Hippocrate) non debent ad mulierum impudicitiam, & adolescentium luxum, & il liberalem, atque degenerem consuetudinem sine pudore transferri.

TEXTVS LXV.

Plicatores, ac textores, ducentes in orbem fila plicant, à principio in principium desinunt. Idem circuitus in corpore est: unde incipit, in eo desinit.

COMMENT.

Arem plicatoriam & textoriam adducit. Est autem plicatoria quæ fila configit, in unam fortiolem & robustiorem naturam in circulum illa trahens, & motu tornatili. Rota enim circumagitur, & in validos funiculos concludit. Textoria verò, etiam ambitu vititur, non solum sua fila componens modo predicto, sed postea, ut miras vitium excoquat, ab una manu in alteram filum propellit, incipiens ubi desinit. Coniungit autem ipsas duas artes, quia textoria semper plicatoriam habet comitem, & è contra. Et sic videmus in textorum domibus aliquos pueros, & mulieres, nil aliud facientes, nisi filorum plicationem, ut postea textores illis utantur. Circumum hunc ex imitatione humane nature orti proficitur Hippocrates, iuxta celebrent sententiam in libro de locis in homine: *Principium corporis nullum est. Quam ex eius mente suo loco interpretabor. Sufficiat nunc partes contemplari, nuntio sibi consensu beneficia conferre, & quodam grato circuito sibi famulari.*

(1.)

TEXTVS LXVI.

Arum operantes, tundunt, lauant, molli igne liquant. Forti autem non conflatur. Ubi verò elaborauerunt, ad omnia rotuntur. Homo frumentum tundit, lauas, mollit, & ubi igne coxit, rotitur, & facti quidem igne in corpore non conflatur, sed leni tantum.

Statuarij imitationem corporis faciunt, anima excepta (nam mentem habentia non faciunt) ex qua & terra humida siccantes, & sicca humectantes ab his quæ superabundant detrahunt, & ad ea quæ deficiunt, apponunt, ex minimo ad maximum augentes. Eadem patitur homo, augetur à minimo ad maximum, ex superabundantibus detrahens, & deficientibus apponens, sicca humectans, & humida siccans.

Figuli rotari versant, & neque retrorsum, neque antrorsum procedit, sed simul in utramque partem. Vniuersi hic imitator circularis est. In ea autem omnis generis, opera dum circumaguntur efficiunt. Alterum alteri in nulla re simile. Ex eisdem homines eadem patiuntur. Itemque reliqua animalia in eadem circulatione omnia operantur, & ex eisdem nil simile istem instrumentis, ex humidis sicca facientes, & ex siccis humida.

COMMENT.

Arrifabros, statuarios & figulos adducit imitantes humanam naturam. Nam quod circa abuentum commune operatur, frumentum scilicet, id in auro elaborando artifices emulantur.

Statuarij idè imedunt, figuræ scilicet in duc-

dicere quâ similitudine humane mediaverò qui
bus id assequuntur, etiam simillima sunt,
nam partim detrahunt, partim apponunt,
usque dum ad debitam perfectionem ma-
teriam conducant. Sic natura aliena pel-
lendo, proficua apponendo, augetur. Est
tamen maxima differentia, quod natura
in materiam suam de novo vitam ani-
mam inducit, ars verò nequitiam. Lux-
ta illam doctrinam quam ex mente Arist.
superius proposuimus, docentes disci-
pulis inter res artificiales, & natura-
les.

Mireris autem tantum Hippocratem
Gentiles sui temporis docentem sedu-
cos multoties falsis idolorum loquutioni-
bus, ut scire non desit nisi Davidicum
carmen decantare: *Simulacra gentium,
argutum & aurum, opera manuum homi-
num: os habent, & non loquuntur: oculus
habent, & non videntur, &c.*

Florat multis annis ante Hippocra-
tem Aegyptius quidam adeò celebra-
tus, ut mundi vocem in suas laudes ar-
riperet, Hermes Trimegillus graecè,
Mercurius Termagetus latinè dictus, qui
quamvis totus diuinus, ut ipse putauit,
in suis libris, turpibus erroribus homi-
nes seduxit. Siquidem (ut refert verè
Termagetus Augustinus in septimo de
ciuitate Dei) hominibus tantam datam
fuisse potestatem autumnauit, ut deorum
statuas animatas facere possent. Audia-
mus ergo Hermæcis verba multò me-
lius ad Augustino, quam à Francisco
Parrivio adducta. In capite 23. libri ci-
tati. Ille autem Aegyptius, alios deos
dicit esse à summo Deo factos, alios ab
hominibus: hoc qui audit, sicut à me
positum est, putat dici de simulacris,
quoniam opera sunt manuum homi-
num. At ille visibilia, & concretabili-
a simulacra, velut corpora deorum esse
asserit. Inesse autem his quoddam spi-
ritus inuitatos, qui valeant aliquid, si-
ue ad nocendum, siue ad nonnulla eo-
rum desideria adimplenda. Hos ergo
spiritus inuisibiles per artem quamdam
visibilibus rebus corporalis materiae copu-
lare (ut sint quasi animata corpora
illis spiritibus dicata, & insubita simula-
cra) hoc dicit esse deos facere: cam-
quæ magnam & mirabilem deos facien-
di accepisse homines potestatem. Huius
Aegyptii verba, sicut in nostram lin-
guam interpretata sunt, ponamus. Et
quoniam de cognatione (inquit) & con-

sortio hominum deorumque nobis in-
cidit sermo: potestatem hominis (o Af-
clepi) undique cognosce. Dominus (in-
quit) & pater, vel quod est summum
Deus, qui effector est deorum caelestium,
ita homo est factor deorum, qui in tem-
plis sunt humana proximitate contenti.
Et paulò post: Ita humanitas (inquit)
semper memor naturæ & originis suæ,
in illa diuinitatis imitatione perseverat,
ut sicuti pater ac dominus, ut sui simili-
les essent, deos seclè æternos, ita hu-
manitas deos suos ex sui vultus simili-
tudine figuraret. Hic cum Aselepius, ad
quem maximè loquebatur, ei respondisset,
atque dixisset, Statuas dicis o Tri-
megiste? Tum verò ille: Statuas, o Af-
clepi, vides: ne quatenus tu ipse diffi-
das, statuas animatas, sensu & spiritu
plenas, tantaque facientes & tanta, sta-
tuas futurorum præficias. Haecenus Her-
mes, ut refert Dignus Augustinus. Contem-
plare (obsecro) sedulam gentilitatè istius
Hermæcis doctrinam. Qui erat de his, de qui-
bus dicit Apostolus, Romanorum primo:
Quod cognoscetes Deum, non
sicut Deum glorificauerunt, aut gratias
egerunt, sed euauerunt in cogitatio-
nibus suis, & obsecratum est insipienti-
um eorum: dicentes enim se esse sapientes,
stulti facti sunt, & immutauerunt
gloriam incorruptibilis Dei, in simili-
tudinem imaginis corruptibilis homi-
nis.

At si nostrum Hippocratem confide-
res, inuenies vanitatem istam descendi-
deorum simulacra inanissima iudica-
re, & tandem nullam esse artem ex bo-
nitate naturæ profectam, qua fieri pos-
sit ut viuant, ut simul dicas (sicut su-
pra dicebam) agere in hoc libro de ar-
tibus humanis, non de fictitiis & im-
positis demoniacis, quibus imple
statuas demones alligabat antiquitas. Has
enim fallacias artis nomine indignas per-
tauit Hippocrates.

Ad vitam partem accedendo, suf-
ficiant, quæ in superioribus diximus de
rerum circulari motione ad intelligen-
dum figuram rotam caelestem motum circula-
ri, à quo tam varie formæ proficiunt,
ut possis diuinum officinem tanquam su-
premam figuram contemplari, tota caele-
sti diuersitas ex eipiente rerum speciebus. Que
verò si tanta dissimilitudinis causa in tex-
tu latè explicauit, si tamè naturam uocem
si insequitur ars figuræ, similiter, & natura

humanam (cum hæc illius sit mirabile cō-
penitiam) non vno, sed multisplici circuitu
perpoitam.

TEXTVS LXVII.

Grammatica tale quid est: fi-
gararū compositio, qua signa ac
nota sunt humana vocis: facultas re-
uocandi in memoriā præsertita, & que
facienda sunt declarandi. Per septem fi-
guras uocicia habetur. Eadem omnia
homo transiit, sine seicis literas sine li-
terariis rudis. Per septem figuras etiam
sensus hominibus contingit, auditus so-
norum, visus manifestorum, natus odo-
ris, lingua voluptatis & inuicundita-
tis, os sermonis, corpus tactus calidi
aut frigidi, spiritus transitus intro ac so-
ras. Per hæc cognitio hominibus ad-
uenit.

Palæstra, & Pædotriba tale quiddā
docent: contra legē facere, secundum le-
gem iniuriam facere iuste, decipere, sura-
ri, rapere, vim inferre, & honestissimē,
ac turpissimē. Qui hæc nō facit, malus:
qui hæc facit, bonus est. Indicia hoc est
multorum inscitia spellant, & unum
ex omnibus bonū inducant, reliques ve-
rō malos. Multi mirantur, pauci co-
gnoscunt.

Homines in foris progressi eadē fa-
ciunt. Defraudant enim, tum uenden-
do, tum emendo. Qui plurimum defrau-
dant, in admiratione est.

Dibentes, & insipientes eadem pa-
trant: currunt, succiantur, pugnant, su-
rantur, decipiunt. Vnus hæc omnia præ-
stant indicatur præstantissimus.

Histriones & deceptores, alia ad spe-
ctatores loquuntur, & alia sentiunt. Inde
crepant, & irrepunt non iudē. Sic datus
est homini alia dicere, alia facere, & eū

de non esse eundem, & uariis et aliis habe-
re mentem, nisi rursus alio: & in
hunc sane modum artes omnes eam hu-
mana natura communiter.

COMMENT.

VT Musica hominis con eunt. ita
Grammatica eandem harmoniam
imitatur. Siquide enim, ut inquit Diuus Au-
gustinus lib. 2. Soliloquiorum cap. 11. Gra-
matica est uocis artis uelate uisus, & no-
deatix disciplina. Quod cum inspiceret
nosset Hippocrates, Grammaticæ munera
ex partibus humanis intellegit adeo di-
licite, ut non eget proba exaratione,
præcipue cum nos uocem aliteritas tā-
quam quoddam Aleibiadis Silenium.

Ad Pædotribam, & Pædotribam accedo.
Quæ in parte fordidiā interpretationem
relinquo quoniamdam ignorantiū, quid
sit Pædotriba, quid officium medici quod
munus Athletarum. Disimus etiam in si-
perioribus, Pædotribam docere exercitia,
quæ fieri debebant iuxta uisum cuiusque in-
digeniam. Sicut & modestius ubi que fa-
cienda sunt tanquam magister, obediunt
uero alii non solum infirma, & assilentes,
uerm̄ medici tyrones, chirurgi, uen-
narum reitores, pharmacopoli, coqui,
oculisti (quos uocant) & alij plurimi, qui
empyriam exerceant.

Errant itaq; primò, quia Athletarū mun-
us cū magister exercitationis officio cō-
fundit secundò, quia dicitur ludatores pu-
denda arripere, cuius facti auctoritatem nullā
adhibet: quin potius erudendi est tempore
Hippocraticis Athletas uerecūdiā uos fuisse,
ut colligitur ex Clemente Alexandrino,
qui reprehendens turpē in balneis nudita-
tem uirorū, simul & feminarum, Athletas
adducit in hunc modum, lib. 3. Pædagog.
c. 5. Ac ceteros quidem Athletas, uerum nulli
effundere erubescere, ipsum uerum tamē perage-
bant, ac uicis subijctis seruabant uerecū-
diam. Vbi uerum tamen simul et ne uicis pu-
dici exarrit, uoluit quidam uicieri pædotri-
bæ. Quibus uerbis in finem artificis officij propria
pudenda et uicigat, & exasperari, ne uic-
quis iustitē putaret ita modus in pugna ex-
te Athletas, ut uerecūda populis patefaceret.
Sed terno errit, asserendo in isto textu me-
dicinam deceptoriam appellari, quod nec
Hippocrates somniat. Sed dicit de-
ceptorias artes multo imitari humanæ oedi-
tionē. In gymnasijs multa erāt exercitatio

nū genera, vt supra adnotauī, inter quæ iā
serperat malitia: & eo deuenit desipientia
hominum, & deceptio, vt illum bonum
predicarent, qui in malis patrandis excel-
leret. Quæ omnia cum multi mirentur, in
admiratione perisunt, non philosophan-
tes, nec cognoscentes dolosum animum
sceleratorum. Idem contingit mercatori-
bus, quibus defraudare placet & decipere
eientes, nam iniuriam faciunt, furantur,
mementur adeo subtiliter, vt in admira-
tione sint.

De insanientibus, & vino deuentis dubi-
tant aliqui, quo pacto dicat nosse testes,
luctari, currere, & decipere, cum isti ædus
videantur procedere ab homine, neque
ebrii, neque maniaci, sed callido & versu-
to. R. eadē quidem hæc fieri solent, non à
stolidis, & ab his quos moriones appella-
mus, sed ab illis qui præcerebri fiocitare
melancholici sunt, quos sæpè vidimus
multa facere miranda, & dicere subtilia;
nimium ea vis animæ censetur, quæ licet
agrorum cerebrum informet, assurgit ali-
quando portiuicula quantulacumque spi-
ritus lucidi insitens, & ad munia, & verba
per sanitatem solita corpus cõceirat. Idem
de ebrijs dicendum, licet hi non ita exa-
dēt, vt quod habeant caput crassis vapori-
bus oclusum: tamen si incensus spiritus
relíquas partes attinger, per breue saltem
tempus intellectus diuertitur. Sed quid
opus est physicis rationibus? nonne Hip-
pocrates agit de sceleratis, & deceptoribus?
Quid ergo mirum si animus praua
consuetudine tabescens, cum insinit, aut
detinetur, ad ea aspirer, quæ per constantem
sanitatem delectabiliter faciebat, vt & vir-
tuti dediti adhuc in fomnis multos di-
uina loquantur? Non ergo insanire, aut po-
tare ars est. Sed deceptores de quibus eger-
at, dicit Hippocrates, tam esse suis arti-
bus imbutos, vt adhuc insanientes, aut
ebrios exerceat antiqua fallacia. Sed quæ
monstrat non pertinet humana fragili-
tas homini soli contingit eundem non esse
eandem, alia facere, & alia dicere.

TEXTVS LXVIII.

Porrò anima hominis, quemad-
modum etiã antea à me dictū
est, ignis & aqua temperiem habens,
partes autem hominis, irrepit in omne

animal, quod quidem spirat, itemque in
omnem hominem, & iuniorē & senio-
rem. Non tamen similiter in omnibus
crefcit. Sed in iuuenibus corporibus, cum
velox sit circumlatio, & corpus incre-
mento aptum, anima velut expansis
alis incubante, attenuata alimentis per-
tes in corporis alimentum assumuntur.
In senioribus autem, utpote tarde exi-
sente motu, & corpore frigido, in decre-
mentum hominis consumuntur. Qua-
cumque verò corpora in vigore sunt,
& in ætate succunda, ea & nutrire, &
augere possunt. Potentes autem homines,
vt quisque plurimos homines alere po-
test, ita fortis indicatur, ac potens. Vbi
verò defecerint, quos alit, imbecillior
censetur. Sic etiã circa singula corpo-
ra se res habet.

COMMENT.

IAm Hippocrates ad suam antiquam gra-
uitatem orationem reuocat, & philoso-
phum agens, augmentationem humani
corporis nobis ostendit, prius in homine
iam constituto, deinde in teneris ius præ-
cipijs, dum vitæ continetur.

Atque vt textus eluceat, eius sensum
quasi paraphrasim explicemus, deinde de-
monstramus Aristotelicam de accretione
& diminutione doctrinam ab isto fonte di-
stare, atque ex consequenti horum mo-
tum inaccigatã naturã magis Hippocra-
tica splendescet distincta. Alimentum
(quod aptum est vitam sustinere) animam
nunc appellat, vt ex eius mente in iuperio-
ribus probauimus, cum d. cebar: Intepit in
hominem anima, ignis & aqua temperiem
habens. Vt ne serẽ omnium signifiantem
notare liceat, qui in diuinitate credunt de ip-
sa adiuta verò facere, quam putant esse
eandem, vt illi opinantur. Proh dolor!
ab vno Galeno in hunc diem fluxit punitū-
dus error à diuino Hippocrate maximè
alienus, vt ex præfello in inferioribus tex-
tibus demonstrabo. Nunc verò alimen-
tum iterum vocat animam, quia temper-
iã habet vitæ necessariam ex igne &
aqua.

aqua. Hoc dicit in omne animal ingredi, quod respicit, & in omni aetate. Hæc tamen est differentia, quod non per omnes aetates accretionem canat, sed solum in corporibus iuuenibus, iuxta suam aphoristicam sententiam: Qui crescunt, plurimam habent calidi, plurimum igitur egent alimento, &c. Quod enim in hoc aphorismo de calido dicit, in hoc testu de eius effectibus manifestat, & de materia circa quam operatur. Cum enim iuvenes (non quales, ut solent accipere iuuentutem pro aetate considerandi) illos appellet, nunc, qui crescunt, & plurimum dixerit abundare calorem, merito alimento ingrediente initio consequitur. Nam & corpus ardens est, & alimentum virale, & comestibile, & calor potens id facere. In senibus vero loco accretionis diminutio subsequitur, quia calidum pusillum est, & eius motus tardus, & corpus a leuè frigidum, ut non sit augmentabile: ad quæ omnia consequitur, ut alimentum neque penetrare, neque attenuari vilo pacto possit, quibus diminutio succedet.

Concludit tandem testum Hippocrates quadam similitudine. Ut enim (inquit) porces homines illos iudicemus, qui alios multos alere, illos vero debiles, & pauperes, qui alimoniam prestare alijs non possunt: eodem pacto viuientia per accretionem ita potentiora redduntur, ut non solum se nutriant, veram simile sibi valeant procreare: per diminutionem vero corpora seniora tanto bono carent, præ ariditate siquidem, & frigiditate contrahuerunt membra, nullusque aditus patet augmentationi.

Hæc testus paraphrasis. Cuius ut patet thesaurus, breuiter aliquid attigam. Et primo pulchrum existimo contemplari, de qua augmentatione agat Hippocraticam Aristotel. 1. Cæli, & 5. Phis. per accretionem intelligit prioris quantitatis additam, sine sit in viuentibus sine in non viuentibus, sine per intus susceptionem, sine per accumulationem, utcumque quantitas augetur, augmentatio ab Aristotele dicitur. Quo fit, ut aliquando nomen accretionis non solum extendit ad animalia & plantas, verum ad elementa. Secunda acceptio augmentationis est, quæ peculiariter dicitur de viuentibus, quæ augetur secundum commentum præterea, aliquis extrinsecus adueniente, eisdem manet ante & post augmentacionem, & in hæc acceptio reperitur audio serè in toto testi-

portu vitæ. Caro enim, & adeps adhuc tantis aetate consistit, tunc augetur, & septuagenarij conualescentibus ex graui morbo accretione caro & pinguedo. Solent etiam ab Aristotele sumi augmentatio pro partium seminalium accretione, quæ dicitur usque ad statum consistentiam, quæ peracta impossibile est partem vitam augetur: hæc est quæ ordinatur in generationem. Tunc enim dicuntur viuientia perfecta, cum ope virtutis augmentatione ad eum statum perueniunt, ut possint sibi simile procreare, sequè potissimum efficitur hæc tertia augmentacionis species. Neque intelligendum istam à secunda essentialiter differre, siquidem vitæque vera refert accretionis natura. Sed Aristotel. in lib. de Ortugit de secunda innotens propriam accretionis essentiam in libris vero de Animalibus tertiam attigit, istam partem accretionem considerans, præ ad eam generationis maxime conducunt. Agit ergo (incho. i. d. c. 10) Hippoc. de ista tertia accretione, siquidem istam ait in primis aetatibus celebrari in quibus anima expansio calido incubat, nonnes partes solent auget, subsequè verò diminutionem frigiditate naturali calore in senectute.

Ferendus tamen non est error quidam in multorum pernicio mortus ex absurda istius testus interpretatione. In festu enim vtero concludo aetates illas considerant excoerentes quidam: dicunt in primis mensibus maximè factum augeti, in postremis densari, & frigidari, atque adeo non sic augeti, & ex consequenti multum sanguinis abundare. Hinc ad praxim sermonem extenderes, hæc dicit esse causam ob quam in vicinis gestationis mensibus possimus copiosè sanguinem extrahere, in primis vero admittè potest. Quid possit dici, sultus, quid iustitiam saluti magis infestum? Sed iuuentur in ista tali berentis erroris caligine. Est itaque explicandus testus iuxta varias aetates augmenti, & de elementis, ut super dicebam. At igitur Hippoc. testum istam accretionem differentiam, quæ circa partes vitales vestatur. In vtero autem absurdum est credere, primis mensibus multum assumi nutrimentum, vltimis quod minimum. Videmus siquidem vtero gerentes circa gestacionis principia vomitibus, nauis, ab ipso innumeris accidentibus consistari, ob nihil aliud, nisi quia abundat sanguinis multum, ob imbecillam formam attractionem. At vltimis mensibus quiescunt omnia,

omnia fortè grandiori multum sanguinem
consumente. Igitur si necessitas expul-
ler, aut sciens sanguinem mittimus primis
mensibus, parèe tamen in ultimis, ne fec-
tus defectu pereat alimenti. Quod Hipp.
docebat 5. Apho. tex. 11. dicens: *Mulier
vetero perens abortit sanguine misso ex omni,
& magis si factus sit maior.* Igitur absurdum
est asserere, seniores veteri conceptus tan-
quam frigidos & densos minùs augeri, sed
cum vniuersa de augmentatione tracta-
tio tam sit à viris doctis exculsa, nò video
quare hic sit inferenda. Sciendum tamen,
serè totum caput quintum Aristotel. de
Accretione ab istis textibus profuisse. Nà
& dubium illud, quod moner Aristoteles,
vtrum alimentum augeatur, an ipsum vi-
uens, quod alimento vitur: in hoc textu
habuit originem, & solutionè. Siquidem
cum Hippocrates animatum vocauerit ali-
mentum, merito quis dubitabit, an ipsum
sit, quod augeatur, an viuens cui apponitur.
Soluat tamen statim quaestiuiculam, di-
cens alimentum à calore viuifico agitari,
& veloci circulatione moueri, & tan-
dem conuerti, corpore viuents maiorè
reddito.

*De causis senectutis, & diminutionis
naturalis, ex mente Hippo-
cratis.*

Tamen causas diminutionis naturalis,
quis (obsecro) melius explicauit, quam
vnus Hippocrates. De qua re à variè sen-
tiant theoretici. Diminuantur ergo viuents,
& marecescunt, ob duas causas subordi-
natas, quia motus tardus est, & corpus fri-
gidum, id est, quia ob corporis frigidita-
tem tardè nutriuntur. In qua sententia la-
ter subtilissima philosophandi ratio, qua
mors naturalis demonstratur contra Gale-
num, qui libro de Tab. putat nulla demò-
stratione interitum naturalem viuents
probari posse, sed solò experimto, de qua
re in opusculo quinto de Senectute larè
egimus: sed nunc solus loquitur diuinus
nosser Senex.

Sunt itaque in nobis, & extra nos multæ
causæ corruptentes, quæ corpus mo-
uent ad interitum. Alia verò ex parte est
alimentum refarciscens; quod ob causas
corruptiua deperditum est, corpusquè
mouet, quantum est ex ea, ad antiquum pri-
morum principiorum statum: adeò, vt nò
defuerit qui dixerit, pueri taliter educari

posse, vt mortem euitaret, de quo Galen.
lib. de Marasmo. Ecce ià duos motus con-
trarios, altero corpus senatur, altero de-
struitur. Quando igitur motus ab alimen-
to fuerit potentior, & velocior, proculdu-
bio motus caularum corruptentium erit
tardior (hæc enim est lex contrarioum) &
quanto tardius nutrietur alimentum, tan-
to celerius corruptetur viuens à causis
contrariis. In primis ergo ætatibus anima
plurimo calido viens tenerum corpus ve-
lociter dilendit, & auget, & expansio su-
a facultatis alis, sensibilem noxam di-
minutionis fugat & arceat, retardans aduen-
tum senectutis: at cum partes frigida & ter-
restres calidas manifestè remittunt, neces-
sarium est, vt tarda sit nutritio, tarda con-
coctio, pigra distributio, lenta assimilatio.
Quæ omnia dum segniter fiunt, præoc-
cupat veloc caularum corruptentium acti-
uitas, ad quam diminutio viuents neces-
sario consequitur.

Hanc doctrinam complectitur Hippo-
crates duabus propositionibus nostris tex-
tus. Quam prima est, augeri viuens, cum
velox sit alimenti circulatio. Secunda
verò, decrescere, cum corpus frigidum est,
& tardus est motus.

Sed merito dubitabis, quæ sit possi-
ma ratio ob quam causæ corruptentes
præoccupant nutritionis beneficium. Nam
si per ætates primas tam velox est, & po-
tens reparatio, vt non sentiat corruptio,
vnde tantum robur causis corruptentibus
accessit, vt tam naturalem & velocem
conservationem destruant, diminuant, &
in vltimum mareorem deducant? Respon-
deat nosser Hippoc. repetitis verbis, quia,
scilicet, nutritio tardè sit, ob corporis fri-
giditatem: qua sententia nò solum ea, quæ
diximus continentur, sed plura alia, quæ
iam perstringam, ad eius maiorem admi-
rationem.

Docet Hippoc. motum alimenti esse tar-
dum, quia corpus frigidum. Subtiliter cer-
tè, quia antequam nutriti debeat à nostro
calore superari & coqui, postea verò repa-
rat nostram substantiam. Itaque alimen-
tum (sicut & medicamentum) nisi prius
adnetur, & moueatur, nullo pacto benefi-
cium aliquod viuens potest adducere. Mul-
tò ergo tardius nutritur quantum corpus sic
rit frigidius. Præterea causæ alterantes, &
corruptentes, statim nobis imprimunt
suos effectus, nulla spectata admittione. Nè
ignis, vt nos calcet, quam forsàn à nobis
spectat motionem? nullam profectò. Aer,
vt

vt nos dissepere, quam (obsecro) à nobis qualiter sperat, nullam profus. Calor nosse tot animi affectibus ignitus, tot excrementorum generibus arefcens, quam expositulat motum, vt exiceat, & consumat nullam vique. Ergo cum causa conueniens in actu sint, & ex seipsis motum edant, proculdubio citius agent, quam alii membris, quod non statim à seipso, sed à corpore viventi actu susceperat. Et ob id necessarium est, vt accedat tempus in quo viscus calore spoliatur, tardissimè conficiat propriam reparationem, & ex consequenti diminuat, senescat, monatur, & in pulverem suam reuertatur. Lucet hoc motus per vtates augmenti, ob copiam caloris nativum; manifestatur vero in senilibus ob frigiditatem, & tardissimum alimenti motum. Equidem proposita doctrina verissima est: puta maiorem & celeriorè esse motum, qui alterando agitur, & principium suscipit à facultate, que actu inesse cense mouent, quam qui initium ducit ab ipsius patientis actione, & repositione substantiæ sit.

Sed obijciat, rectè hoc stare, si cause conseruantur æquales, tamen non sic accidere quando inæqualiter concurrunt. Nam magis magis humectabitur corpus copioso vniuersum esu, melonum, & lactis, quam si modica viatur aqua. Ergo quantum causis conuenientibus tam celer nobis appropinquet interitus, curari tamen poterit multis humectantibus, que valeant cor, & hepate humectare (nam ob siccitatem illorum membrorum, mortem naturalem euenire dicebat Galen. lib. citato). Sed hæc obiectio nihil Hipp. doctrinam perturbat: nihil enim est alimentum, quod causam exiccationis omnimodè destruat actionem. Nam quantumvis superet, reponit tantum substantiam, causa vero alterans, consumit humidum, & dum hoc facit, reliquas omnes partes exiceat, & ad corruptio nem deducit. Cui damno nullo modo potest alimentum succurrere. Nam hoc debet qualitate manifesta efficere. Si autem qualiter manifestam nostris inferat corporibus, iam non alimentum solum, sed medicamentum etiam dicendum est. Si medicamentum, ergo adiuvabit etiam, vt celerius mors adueniat: morbum enim asferet. Quamobrem Hippoc. nosse loquitur de alimento solum, vt alimentum est, dicit morbi tardè ob corporis frigiditatem, & ex consequenti diminutè naturaliter viventi à causis exiccantibus. Hippocratis sunt

omnes istæ rationes ab vera sententia deductæ, contra segetiæ rem multo ordo qui proprio ingenio transilientes, propter novos errores antiquæ doctrinam inelaboratam relinquunt; inter quos Polus Lacedæmus se obtulit, qui antiquitatis obitus propter solam obisum siccitatem, & cretione non cessare contendit.

TEXTVS LXIX.

Ferè quacumque plurimas animas nutrire possunt, ea fortiora sunt. Vbi vero hæc discesserint, imbecilliora. Quidquid igitur in aliud corpus ingressum fuerit, non augetur. Quidquid vero in fammam, augetur, si ea, que ipsi congrua sunt, obueniant.

COMMENT.

Iterum confirmat que in precedenti textu dixerat, accedens ad declarandas factus in vtero dispositiones, manifestas feruorem à non orbis, ad ea intellegendam, que in his obiectis videntur similitudinem, docuerat hominis ut hæc em editi floridas & tabescentes ætates ex varia caloris dispositione proficere: vt in hoc textu melius declarat primam eformationem. Dicit itaque, quod fecunda corpora illa sunt, que non solum proprium animam seruare, sed alteri materiam valent per generationem contubernare: & hæc appellat fortiora, & valentiora illa vero, que tantum manus non præstant, imbecilliora. Inter fortiora enunciat non viros solum maturos, sed feminas etiam, que valent concipere, & educare.

Incipiens autem eorum humanam docere, inquit nullo pacto in alio loco pestè perniuræ, nisi in solo vtero feminæ, quam de ea anima concubuit, que pro tanto opere sunt necessaria que multa certe sit, vt debita vteri conformatio, optata temperies, & alia plura; quantum vromis de mas non est quoddam species nature finem. Sententia hæc nihil amplius videtur continere, apud eos qui parum timantur Hippocratis profunditas est. Sed vterius maius apponamus, vt faciant quæ veras terre scindant. Est enim multo res æmuli alij villosi.

In hoc, scilicet, statu, nisi sicut aliter obliuiscimus, iam est in statu incertis.

vilioribus metallis obscuratum. Elaboremus ergo, denudemus, & eruiamus Hippocratica oracula, quibus lasciuientem Gentilitatem sui temporis ad rectam & pudicam generationem hortatur. Voco autem generationem rectam, quæ in utero feminæ ad liberorum procreationem ordinatur; illam verò impudicam & detestandam, quæ in tantum bonum non dirigitur: non est iniuria afficiendum, quod quidem dux est & princeps generationis. Estque substantia, quæ simul habet insitas naturæ rationes. Quæ sunt autem secundum naturam rationes, absque ratione præternaturalibus mandando meritis, ignominia & probro afficere, valde est nefarium & impium. Igitur cum semen nullo modo vitificetur, nec fructum afferat, nisi semineo utero conclusum in finibus situm est, ad solum excludendum coitum, animalium insequi est, non autem libidinem; sed quid dico an nihilum, an forsitan omnium ratione carentium non profectum. Sunt enim multa, quæ moderata Venere videntur, prægnantia non mouent (quod sine hominum pudore non dici posse videtur) alia verò, libidinis iaculis semper concussa: vnde Leuitici 11. & 14. Deuteronomij: *Non comedes leporem, nec hyænam.* Insinuant facer textus, non vel le, homines esse qualitates istorum animalium participes: neque eis æqualem gustare libidinem. Furiunt enim animalia hæc ardore vesereo consagrata. Omni tempore coit lepus, & talit absidde femina, cum à tergo aggradiens. Concipit singulis mensibus, & superferat; imit autem, & parit: postquam autem peperit, statim inuit, in quocumque fuerit leporario, nullo contenta matrimonio. Hyæna verò, quia lasciuissimum animal, sub cauda ante excrementi meatum, concuiritatem habet eandem, qua inandæ excipiat libidinem. Hæc etiam concuiritas, masculo & femine hyæne adnascitur, quod sit insigniter pathica. Masculus masculum agere dicitur, & ob id rarisimè inuenitur hyæna feæta, quia non frequenter concepit, ob inuitem inter masculos feminis profluxum. Quod respiciens Plato in Phædro, amorem puerorum repellens, bestiam appellat, quia libidinosi frenum mordentes, quadrapedum more inagrediantur, & filios feminare conantur. Et ob id dicebat Apostolus ad Romanos 1. *In ipsos tradidit Deus in passionibus ipsorum.* Quod Hippocrates intra Philosophia iunctis conclusus, vocife-

ferat, & sanctam consilii seminacionem, sanctos Philosophos amularum. Cum vero in solo utero femine semen fructificet, nefandum credit, & maledictione dignum, inuoluitur dilabi. O terque quaterque sapientissimè Hippocrates; an forsitan prouidebas nostri sæculi barbariem, impudicitiam, & malignam ignorantiam, eò deuoluentem, ut Paracelsum audiamus scribentem, semen humanum vbiicumque (vel stercore conclusum) hominem germinare? Quod de stolidis ista cæcitate sentiam, iam dicam, Paracelsi opinionem, ita esse abominabilem, ut nec à dæmone ipso probetur. Siquidem diabolus succubus semè suscipit humanum, tanquam in utero: incubus verò statim factus, in mulieris vuluam immittit, sciens nullo alio loco posse fructum afferre, quod Deus Optimus Maximus feminam tribuerit in adutorium simile viro, ut alio loco ad seminandum neutiquam videretur, ut rectè interpretatur nosse Abulensis super Genesim. At Paracelsus humanam naturam vilipendens, iordidioribus locis indecorè subiecit. Discant Paracelsi cæcutientes sceleratores, Hippocrates nostri textu tanquam lege cautum, semen humanum in sola femina esse florescere. Sed insipientium videor reliquisse, ad punctum philosophicum conuertatur oratio. Siquidem later in hoc textu difficultis admodum cõrouersa, virum semen viri omnem includat sufficientiam, ut in animal euadat, detemereque sibi vterum, tanquam locum in quo fiat generatio, non tamen tanquam in quo proficiat aliquid simpliciter necessarium ad vñonem anime cum corpore. Quam questionem difficultiorem reddunt aliquæ modernorum subtilitates, quas inferius attingam, ubi de acuitate mulieris philosophatur Hippocrates. Nunc aliter textus sequitur, qui in superioribus iam explicatus est.

TEXTVS LXX.

Discriminantur autem partes, & dangesunt simul omnes, & neque una prior altera, neque posterior. *Maiores autem natura priores apparèt minoribus, etsi priores non existunt.*

COM.

COMMENT.

Satis sententiam hanc explicauimus, cum longum discursum fecimus ad tex. 42. probant ex omnes partes simul fieri, contra plures modernos.

TEXTVS LXXI.

NEquè verò in aequali temporis spatio fetus efformatur, sed alij citius, alij tardius, prout rationem ignis & alimenti fuerint nati. Quidam igitur in quadraginta ac tribus diebus formam obtinent. Quidam in quatuor mensibus. Similiter etiam nascuntur alij qui citius, septimo mense perfecti: alij qui tardius, cum perfecti nono mense in lucem prodeant, eam habentes temporiam, quam semper habebant.

COMMENT.

De tempore quo fetus formatur.

DE tempore quo fetus efformatur, mox dicitur, & in lucem exit, tot sunt eruditè scripta ab antiquis, & modernis, vt difficile sit inuenire addere.

Quasobrem ego libenter ab ista tractatione discedo, si prius moneam conuenire textum hunc cum sententia libri de Alimentis, qua Hippocrates decreuit, nullum esse determinatum tempus fetus efformationi, neque partui humano, contra quosdam antiquos asserentes, præscriptos esse, & inuariabiles terminos. Tamen, vt constat in hoc libro philosophum agere, notare licet philosophicam solum intèrni opinionem, reliquis repositis. Nam quidam tantam vim numeris tribuebant, vt per certos numeros dicam efformari, & animari credidissent, proportionem quidam seruata, ita vt duplum sit tempus motionis fetus, respectu temporis significationis. Quam opinionem tanquam incertam

deseruit Ioh. de Aluicrto, dicens: *Est, & non est.* Declarans contingere admodum esse illam proportionem seruari. Nunc autem idem concludit, scilicet, non esse certum, & determinatum tempus in factis conformatione. Ratio philosophica patet, quia non vna est proportio cause sictricis ad materiam: ergo non erit vna usitata actionis: ergo varium tempus continuandum est in effectu producendo. Sit deinceps stabilitum sentise Hippocratem nullum esse determinatum tempus humano partui, neque factum intra inuariabiles terminos, efformari, sed variari omnia iuxta ignis, & aquæ diuersam mensuram. Nam quò magis fuerit de spiritu & calore, & alimentum, & materia fuerit ebediens, & aprior vterus, tantò citius efformabitur fetus, & tantò celerius expectare partum oportet. E contra verò ista proportione contingit. Ratio hæc Hippocratica, est quam Horatius Augustinus non vidit, siquidem dicit se primum illam inuestigare. Aristotel. in suo cap. 4. lib. 7. de Hæstoria Animalium docet reliqua animalia, non solum habere determinatum tempus parienti, verum & determinatum modum, solum genus humanum, ut, in antiquis veris, nam & dies, & mensis, & modus parienti, & rationes prois vicissitudinem lascipiunt. Videmus enim septimo, & nono perfectos edi fieri, in Aegypto octavo, sibilorum numerum inæqualem adeo, vt admodum prolem vnicò parto editam, refert Aristoteles, & alij Auctores. Imò, & quinto morte in nostra Hispania vitalem fetum cognouerunt. Quæ omnia non aliunde proueniunt, nisi ex iam dicta causa, quam ego in text. 10. latius expressi, vbi Hippocrates docet, nil simile produci in natura, adeo varietate luxuriat; eò igitur in textu probam ad perfectionem humanam nature pertinere, plurimis temperamentis gaudere, varia elementorum proportione conseruari, in varijs locis habitare, omni tempore anni generare, & ex consequenti variè parere. Quod si attentè inspicias, inuenies fœtum nunquam inter grandissimos viros de hominis conformatione conuenire. Hippocrates, aliquando per septenarium moueri, & exire, dicebat: vtm magno tribuens septenario, vt Pythagorici aliquid quando quadragenarium numerum extulit, vt lib. de Septimestri partu. Quod si magnum illum Angulium edulas, non vnicò numero conseruato, sed varijs,

*Notatur
ratio
LXXI.*

hominis depingit efformationem in libro suarum Quæstionum quæst. 56. Conclusum sit ergo, non esse omnibus hominibus unum determinatum natiuitatis tempus.

Cum hoc tamen alia nobis conclusio dilucidanda est, pro maiori textus explicatione nempe inter tam varios partus aliquos esse, qui magis accedunt ad perfectionem humanæ nature. Hos dicit noster Hippocrates esse septimo, & nono mense. Tamen cum perfectum in vnoquoque genere unum tantum sit, à quo si reliqua deflectant, imperfecta censenda sunt. Videmus vtrum nonus iure optimo, an septimus sibi perfectionem conducatur, an utrumque simul, an forsitan neuter. Videtur enim quæstio hæc pro textus claritate necessaria attingenda.

An vnus mensis sit assignandus pro partu perfecto.

Dubitationem multæ rationes pro vtraque parte adiacere conantur, quas breuiter expendam, & conclusionem stabilitam dissoluam.

Quod septimestris partus sit omnium perfectissimus primò probatur: quia septimestris, & nonus in hoc conveniunt, et vterque vitalis, & maturum fetum in lucem edit. Quod experimento quotidiano comperimus. Tunc vitæ, sed septimestris maior robur arguit, maiorem copiam caliditatis tam citò conformatus, tam citò in lucem exiit: ergo longiora vitæ, & maioris perfectionis.

Secundò, quia cæteris paribus perfectius semen conicitur, quod tribus mensibus futurum adfert, quò quod nouem, nam in genere tritici illud perfectius habetur, quod tribus mensibus germinat. Sic in femine humano, quod septimo mense producit.

Sed tertium argumentum inter antiquos magnam vim habet. Siquidem omnem re perfecti septenario existimabatur. Strator Peripateticus, Diocles, Carisius, & Macrobius, fetum per septenarios menses perfectum, & vitam hominis septenariis elimetricis mutationem suscipere conspicuam dicebantur, & in morbis non solum septenarium diem principaliter decretoriam esse, sed etiam septimum annum; qui bellinam infantiam Nabucodonosor, ut credit Valle sius, decretoriam finiuit. Multa Tiraquellus de hoc numero, & R. odoginus. Sed illud ego dictis adiciam ex Herocele, esse ita diu-

De Hippoc. Pphlogis.

nam septenarium inter antiquos, ut virginem sine matre appellantes, tenebantur esse virogo, quia non gignit aliquem eorum qui sunt intra denarium, sicut binarius quater denarium, ternarius novenarius, quinarus denarium, est sine matre, quia non gignitur ab aliquo numero intra denarium, neque à dualitate neque à ternario, neque à quinario, neque à quaternario. Ergo contrariè est ut inter similitudinem perfectionis in modum perfectiori numero efformetur, subditur & viuat. Quod inspicitur noster Hipp. perfecti partum septenarium appellat in nostro textu. Omisso vtrum illud, & sine matre dicitur, septimestris sine obliuione matris, solo verba, aut talia timores exanare; quo posset quis perfectionem huius partus fallaciter ostendere.

Sed nonus mensis controuersiam hanc non admitteret, qui in humano partu primum locum obtinet, exprimitur, ratione, & lege firmatissimo, cæcitate, qui natura maiori ex parte attingit, meliorem conditionem: quia ita ad optatum in quodlibet consequenda dimaginat. Sed vitæ tantum ferè scarpes nouem mensibus perfectum infansimum produci; ergo existimandum, autem esse meliorem, & perfectiorem partum. Quod Machabeorum clamor mater, postioriora filii alloquens: *Hi mi, miseris viri, quæ te nouem menses in utero portasti.* Neque nouenario sua deest inter antiquos auctoritas. Dicit (obsecro) Magi Arthanienses, ut quid Platonis delimito immolauerunt? Certè amphioris fuisse fontem, quam humane credidant, quia constantissimè perfectissimum numerum, quem nouem noues nunt, multiplicata componunt, ut refert Seneca epist. 58. Oportet ergo, ut homo, diuinam animalis eodem numero formetur, & exat, quod posse à perfectis vitæ spatium petradat.

Quod dicendum in tam incipiti controuersia; præcipuè cum nosset teatut dux proponat partus perfectos, nullum præferens? Sciat autem non posse equaliter vniuersique mensium de seculo decernere? Pœcerat Spiritus Sanctus per Salomonem quæstionem dissoluere, qui neque septimo, neque nono perfectionem aliquam tribuit, sed tantum decimo. Sic enim Sapient. 7. *Decem mensium temporis sua gualatus sunt in sanguine. & femina hominis & dehiscentia femina sanantur.* &c. Vide expressa verba, contra nostrum textum, & ferètem propositam diuinitatem. In quò expli carione Glossa, quod sita sit ut scilicet septimo, alios octauo, alios nono, sed perfectiores

n

est

esse, & integerimos, & salubriores decime
fles, atque ob id Christum Redemptorē
nostrum, natū fuisse non quidem nono mē-
se absolutē, sed in nono sex diebus additis
ex decimo mense, ut patet enumeratis die-
bus à tēpore Incarnationis vsque ad sanctā
Natiuitatē, & ita Iesum decimo natū fuisse.
Sic refert Seraphicus Doctor S. Bona-
uentura in Commentarijs libri Sapientia,
quibus locis magnum innitur argumen-
tum. Nam cum corpus Redemptoris sum-
mam habuerit perfectionem, quam vilius
aliud habere est impossibile, rationi est cō-
sonum, ut in perfectissimo tēpore nasceret-
tur, adimpletūquē taliter esset tēpus parien-
di B. Virgini, ut neq; infra subsistere, neque
vlterā progredi permitteret infantis perfe-
ctio. Ergo suspecta est nostri textus fēderā,
quæ solā septimā, & nonū mense admittit.

Romulus etiam ex decem mensibus an-
num constituit, & lege fuit cautum apud
Romanos, quōd mulier mortuo marito
per decem menses maneret vidua, & desle-
ret in lugubri velle mortem viri, ut si fortē
de viro defuncto concepisset, pareret sibi
filium, & sciretur cuius esset proles. Sic
enim Ouidius 1. Fastorum:

Tempora digereret dū conditor Urbis, in annos

Constituit menses quinque bis esse suos.

Scilicet, anno magis quā sidera Romule noras

Caraque finitimos vincere maior erat.

Est tamen & ratio Casar, qua noverat illum,

Errorēque suum quo tutatur habet.

Quod satis est vitro matris dū prodeat infans,

Hoc anno statuit temporis esse satis.

Per totidem menses à funera coniugis uxor

Sustinet in vidua tristia signa domo.

Et de numero denario j. Pastorum itentū
dicebat:

Hic numerus magno tunc in bonos fuit,

Seu quia tot digiti, perquis numerare silem⁹,

Seu quia bis quino famina nocere parit.

Et Virgil. in fine Egiog. 4. canebat.

Materi longa detem tulerunt fastidia mensis.

Homerus suo tempore duodecesimum cele-
bratum testatur, cum Neptunum adducit,
qui Tyronem vxorem Crethci, & Salmo-
nel filiam compresit, quam ad Empei flu-
uij Ossa inuenerat dormientem.

At postquam munus nuncius perfecit amoris,

Et didit amplius, atque esula dulcia fixit,

Hic presare manu, & dilis cōpellat amicti,

Gaudē hoc cōplexa, nam cū se voluerit annus

Illiūstres natos pariet, hanc irrita dianam

Coniūla.

Illis verbis cum se voluerit annus, videtur
annum integrum significare. Sed relinqua-

mus pro vnoquoque mente rationes, &
alias astrologicas, quæ multē se se differēbūt,
explicemus iam textū, quæstioni satisfacia-
mus, argumenta proposita dissoluamus.

Septimum mēsem Hippocrates appellat
perfectum parienti tempus, nō perfectum
primo, sed à secundo loco nonum verō nō
perfectum, sed perfectissimum existimor, &
ut in plurimum à natura attingendū, quod
meo iudicio illis verbis insinuat: *Est habens
tempus, quōd tempus habebant.* Quasi
dicat, hanc esse differentiā inter istos men-
ses: quod factus nono productus firmioribus
constet elemētis, ve getiori tēpore pra-
ditus, contra causas morbosicas melius in-
surgat, seruans eam quā ab utero suscepit
vim tēperamēti. Septimestris nō ita. Est et
go nonus primus in partu humano decer-
nēdo, postea sequitur septimus, atque cum
Hippocra, quæ maiori ex parte contingit in
artem reduxerit, merito solum istos men-
ses enumerat, alios relinquens. Quod Ma-
crobius confirmat in somno Scipio-
nis, duos terminos nationis humanæ
proponens, septimum, scilicet, & nonum
mensem. Sed nonum tanquam principem,
ait enim: *Humano partui frequentior omni
noam mensium certo numero modulante na-
tura constituit. Sed ratio subtili numeri mul-
tiplicatione procedens, etiam septem mensis
compulsi usurpare.* Locus hic Macrobij no-
stram textus explanationem (etsi obscurā)
comprobat, ut explicat Robert. Holcot. de
Elione 88. summa verō interpretationis ea
est. Credit Macrobius maturiorē, & natura
horē esse partū noni mēsis, primā verō ma-
turitatē, quā potest usurpare natura, cōrin-
gere in 7. (vix parte dixit, quasi nō potuerit
perfectum illū partum attingere attingit-
que septimum, qui multiplicatione senarij
coalescit.) Quomodo verō ex senarijs con-
sistat septimus, ex primis duobus cubis sit
manifestum. Cubus ex prima dualitate cō-
surgens est 8. famina didus, quia par cubus
ternarij est 27. qui mas dicebatur ab anti-
quis, quia impar. Ergo si mare & feminam
coniungas 27. & 8. efficiēs 35. tanquam sit
tū vtro. Sed rursus fenario numero mul-
tiplica fenarij, proculdubio inuenies dūcētōs
dies, qui sunt septē menses. Dicit ergo Ma-
crobius, quōd ratio sub multiplicatione se-
narij procedēs, primam complet humani
partus maturitatē: quibus authoritatē nō
si adiungas rationes: pro nono mense addū-
ctas, certior manebit cōclusio, dummodo
obiectiones contrarias distamus.

Ad primam dicimus adhuc ex nostro tex-

tu constare, septimæ meses maiorem habere portionem ignei elementî, siquidem citius efformatur, negamus tamen esse perfectiores, & validiores, cum Galenus satis probauerit corpora temperata, & perfectiores edere actiones, & magis caulis molestantibus resistere, imò septimæ meses magis vitales sunt, feminae verò ut plurimum moriuntur.

Ad secundam respondetur, in genere trieci duo esse femina, alteram mense tertio, alteram mense nono fructificans. Sic in se mense humano contringere, ut duo sint femina, alterum septimo, alterum nono germinans, tamen hoc intelligendum maiori ex parte, nam septis diximus alij etiam mensibus partum accidere posse: quare non videtur, ut quid Fracastorius in lib. de Symp. semen humanum cum semine trieci tam equaliter conferat. Id tamen nondum probat æqualem perfectionem, nam aliud est agere celeriter, aliud est æque pro ratione bonitatis finis. Equidem septimæ mesis celeriter agit, non tamen pro tanti operis ratione, & ornamento, non inchoat neque retardat, neque sorde par actionem, sed temperatè medium attingit, frigiditatem posteriorum mensium, & primorum caliditatem effugiens.

Tertium argumentum diffusam petebat disparitatem circa opinionem Pythagoræ, qui alij numerorum dignitatem, tanquam hæc ditatem reliquit sub æquitate obscurissimam, in quo explicando non est cur immoeremur. Satis sit dicere ad solutionem argumenti, Pythagoræ multum tribuisse numero septenario, ita ut illum appellarent tempus, per excellentiam, quia experientia comperissent tot esse hoc numero facta, inter quæ factum septimæ mesem commemorabant, ut refert Alexander i. Metaphy. vel ut alij interpretantur, quia factatores Pythagoræ solem temporum auctorem in septimo orbe collocabant. Itaque conclusum argumentum, multa septenario numero producta, non tamen esse posteriorum, ad humanum partum. Imò si Pythagoricos consideremus, de decimum mensium esse magis proportionatum, & vitalem humano fuerit, quid autem per decimum intelligam, statim explicabo, magnificæ sunt enim denarium, & tam perfectum putant, ut vniuersum, & decem principis componerent. Quæ opinio latè colligitur ex Aristot. loco citato. Cum ergo homo mundus partus sit, con-

sequenter dicere debebant hoc numero principiorum generari, hoc numero mentium produci: quam obrem inter Pythagoricos meliorem obtinet locum denarium ad generis humani propagationem.

Sed quid ad argumenta pro decimo mense respondendum, ut nonis quem defendit conclusio, reprehensione careat sergo, ut locus Sacre Scripturæ clucescat, & Poetarum testimonia, notandum est menses alios esse solares, alios lunares: lunares verò esse triplices, confectionis, apparitionis, & peragrationsis. Est itaque pulcherrimum aduertere, quòd nonis mensis solaris incidere solet in vnumquemque mensem Lunæ, v. g. partus nouem mensium solarium, fit die 270 hęc ergo dies incidit in quarum diem, mensis decimi lunaris confectionis. Si verò consideres annum apparitionis Lunæ, ille dies incidit in quintum, vnde decimum mensis lunaris. Si autem contempleris menses peragrationsis, talis dies incidit in 24. diem mensis decimi. Ita tunc quando Sacra Scriptura nouem menses conuerat ad partum, solares intelligit: at quando decem, lunares insinuat, vel solares decem lunares complectentes: hoc etiam pacto poterunt Poetæ interpretari, iuxta doctrinam traditam, quam Lalamius lib. 2. de Diebus decretionis feliciter illustrauit.

Rectè ergo glossa, & D. Bonaventura, sed Augusti etiam probant Redemptorem nostrum fuisse in vtero toto illo tempore nouem mensium solarium, assumptis aliquot diebus ex decimo, & sic iuxta doctricè posse dici, Virginem Mariam decimo peperisse, sed Holcotus mihi placet, qui tenet certum partus facturissimi Infantis nullum alium hominè attingisse, sed alios progredi, monstruosaque paros, alios infra subsistere imperfectos. Rationem huius factæ Philosophus, licet hic Ambrosio non afferat, ego subicere non grauabor. Ea autem est, quam supra insinuaui, oportere, scilicet, tam perfectum corpus in omni re, situm ostendere perfectionem, in temperie, in compositione, in tempore debito partus, atque ob id proposuisse sibi numerum die rum, quem nullus alius foras attinget. Sed vellem, ut commentatores illius loci Salomonis non sic absolute pronunciant, monstruosos esse factus qui terminat partus virginis transgrediuntur. Temperare enim oportet istum modum loquendi ratione adhibita peripatetica, quæ docet narrari rarissimè licet attingere perfecti: & ob id dicere

bat Aristoteles natura plura efficit prava, quam proba (vt multoties soleo addocere in hoc opere) nam cum perfectio finis certa, & determinata sit, raro contingit, vt tot requisita, nullo apice dempto, concurrant, adeo vt finis consequutio, & monstrum in hoc conveniant: quod rara sint, & hanc suspexit exordium modus loquendi communis, quando rem maximè perfectam monstruosam appellamus. Sic novem sunt prædicamenta rerum imperfectarum, & vnum tantum substantia. Sic ratio defectuonem perfectam consequimur, sic sola substantia definitione fuitur accedens verò per additamentum, ob nil aliud nisi quia natura, & ars eius imitatrix, rarissimè finis attingunt perfectionem, pluraquè efficiunt prava, quam proba. Itaque melius Holcorius Virgineum partum ob raram, & admirabilem perfectionem, monstruosum vocaret, reliquos verò communes hominum ortus, pluribus, vel paucioribus diebus factos, vulgares, imperfectos, & ab indubitabili rectitudine dierum aberrantes.

TEXTVS LXXII.

Masculi igitur, & femella hoc modo gignuntur, quantum eius fieri potest. Cæterum femella ab aqua magis, & à frigidis, ac mollibus, & humidis, tum eibus, tum potibus augetur, itemquè studijs, ac exercitijs. Masculi verò magis ab igne, à siccis videlicet, ac calidis tibus, & reliqua diata. Si igitur femellam procreare velis, diata ad aquam vergente utendum est. Si vero masculum, exercitijs, & rursu ad ignem tendente utetur.

COMMENT.

De Temperamento sexus.

An femina sit calidior viro. Plures nec terici rejiciuntur.

HOC textu aperte propriam mentem exponit Hippocrates ad antiquum, &

vulgarem questionem dissolvendam, qua quaeritur, vtrum femina frigidior sit viro. In qua enitendum aliquod vitiosum elaborare. Et primum sibi oppositum videtur Hippocrates, siquidem libro de Morbis mulierum ita inquit: Mulier rariore carnes habet quam vir. Et paulò infra: Calidiorum sanguinem habet, & propterea calidior, quam vir.

Secundò, quia partibus principalibus calidioribus polles, nimirum cor calidius esse, pulsus frequens & velox testatur, docente Amiceana secunda primi, & Galen. libro ad Tyr. cap. 9. occur calidius probant multa argumenta, cæteris accretio, & pubertas, salacitas, & ad coitum propensior animus, multitudo sanguinis tandem testes intro reclusi, maiorem accumulans partibus calorem, adeo vt illorum feruore sicut iuuenilis titillatio excitatur, ita etiam fenescat citius, resoluta floride humiditate, praenitio restum calore. Quam rationem cum inspiceret Lydiarum Imperator Gyses, mulieres eunuchas faciebat, vt illis perpetuò iuueniliter florentibus vti liceret, vt scribit Xantus lib. 2. de Rebus Lydiarum, referente Rodigino 29 suarum Aristiquitarum. Si consideres vnamquamque partem propositi argumenti, latent plures rationes scitis apparentes, quibus Parmenides conuictus asseruit calidiores esse feminas viris; nam si qui crescunt, plurimum habent calidi innati: ergo qui citius crescunt, multo magis. Si salacitas caloris est soboles: ergo quanto salacior, tanto calidiores. His Aristoteles aduersatur libro de Longit. & breuit. vitæ, 1. de Partibus Animalium, & 1. Politicorum, cap. 1. & 4. Problematarum 29. quem sequitur Galen. 24. de Vsu partium, capite 6. & sapè alibi.

In hac re duæ sunt questiones maximè affines, vtrum femina sit frigidior viro, & vtrum equali perfectione concurrat ad prolem, poterantquè sub vno, aut altero titulo dilucidare. Tamen, quia Hippocrates in hoc textu de temperie vtriusque sexus agit, & statim in sequenti sententiâ de vtriusque aëiualitate, & perfectione, placuit auctoris insequi distinctionem: atque cum illo vnicam constituit conclusionem. Natura sexus considerata, femina frigidiores sunt, & humidiores, masculi calidiores, & sicciotes. Hanc sententiam si contempleris, maximè inuenies conformem Hippocra. & Arist. Hic enim lib. de Long. & breuit. vitæ:

vitz. Postquam dixerat aliqua animalia, ut passeres, propter calidam salacitatem nimio codu frigidescere, & scitissimè emorri, diuque viuere feminas (quod alicui poterat esse argumentum ad probandum feminas calidiores esse, siquidem vitæ iores) concludit dicens: Natura autem (ut vnuerſaliter dicitur) mares feminis sunt diurnioris vitæ. Huius autem rei causa est, quoniam mas femina calidus est animal.

Quasi dicat, mares ex natura sua, ut mares sunt, calidiores oportuit esse, feminas, ut feminae sunt, frigidiores: itaque hi sexus hæc sequuntur temperamenta. Sed expressè videtur tradidisse nostrum textum libro 4. de Generatione Animalium, capit. 1. ubi ait: Feminam potius gignunt humidiora, & effeminatiora corpora, & femina humidiora, quam spissa, quæ omnia caloris naturalis inopia eue niunt.

Sed probatur ex ordine, & sine natura. Nam cum femina sit receptiva seminis, & postquam receperit continuum debeat præstare alimentum, necessum sit, ut aquosior euaderet, ut rectè Galen. 14. de Visu part. Nam ut habeat alimentum sibi, & facti, oportebat, ut multum sanguinem congereret, non poterat autem multum coaccrari, nisi frigido polleret temperamento. Ergo si media ordinata sunt pro ratione suis, consensum est feminam fuisse frigidiorè. Probat minor, nam intensus calor sanguinem conuertit, vel in proprium alimentum, vel in excrementum biliosum, & inutile. Infimus vero coggerit paulatim excrementum in quantum quo pacto menstrua coaccruntur in muliere, in viro neutquam. Ergo cum factus debeat nutrire, & non ex propria matris alimentia, quia vita deficeret, sequitur, quod nutriatur ex eo, quod tanquam excrementum superat, & argue ob eam causam excrementosam, & frigidam factam fuisse feminam. Hæc ratio sumpta est à fine, ut notat Galenus, cui ego alteram adiciam, sumptam à proximiori rei natura; nam femina est animal, quod generat in se. Per hæc autem verba significantur duo, & quod sit appetitua actui perficientis, & quod sit receptiva illius, ad quæ duo oportuit ut esset inferioris caloris, ut nouam reciperet, & illum appeteret. Hæc ratio maiorem vim habet, quàm ut prima facie possit ostendendam tamen statim dilatabo, cum de actiuitate tracta-

uerba faciam. Igitur colligamus orationem ad propositam conclusionem stabilendam. Cum enim feminam minus calidam esse oportebat, prouidit opifex, ut in loco minus calido, à femine minus calido profileret. In loco minus calido, nam mare in dextris, feminæ in sinistris magis partibus generatur, docente Hippocrate s. Aphorizant, ut hic Aphorismus probet Hippocraticum esse nostrum textum. Idem enim modus loquendi. Hic ait: Feminæ ab aqua magis, sicut mares ab igne. In Aphorismo autem: Mares in dextris, femina in sinistris magis. Quod verò partes dextræ calidiores existant, multis constat rationibus, & experimentis, nam cum sint vnde motus incipit, polleant necesse est qualitate maximè motina, & actiua (definitur enim dextrum, mouendi principio, sinistrum verò sine) & sic dextrum perfectius, & prius est sinistro. Igitur cum maiori ex parte mares in dextris generentur, dicendum est diuinum opificem adaptare loca suo proportionato loco, frigidum frigidum, calidum calido, ut melius illorum seruetur natura: est siquidem in loco qualitas conseruatiua locati, quicquid dicat Vallesius. Placuitque mihi sententia Dni Thomæ Opusculo de Natura loci, ubi asserit qualitatem conseruatiuam esse influentiam à primo mobili deriuatam per locum vique ad locatum. Quam doctrinam non inuenio contrariam Aegidii 4. Physic. qui asserit symbolam qualitatem esse conseruatiuam locari: tamen sic ego illas duas sententias coniungentem supercausalem virtutem esse conseruatiuam, modificarique ab alia virtute loci particulari symbola, quando talis adest; quando vero deest, sola potèst esse primi mobilis virtus, ad locatorum conseruationem, cum sit primus locus à quo omnia dependent corpora. Scio quantum insurgant moderni contra istam qualitatem symbolam Aegidii. Tamen ad nostram conclusionem nil faciunt illorum argumenta qua defendunt frigidum corpus aptius in frigidulo loco generari, calidum in calido, & calidam virtutem vteri tempore mensuram, semen in femellam dirigere, & conseruare in sinistra parte. Eandemque primi mobilis influentiam, in dextra masculorum esse conseruatiuam. Quod Aucen prima primi, dist. 1. cap. 3. confirmabat, & Aristot. 4. & 5. probat.

Neque solim locus generationis id probat.

probat, verum ipsa seminalis substantia, cum semen dextris testiculis masculos generet, sinistris verò feminas, testante Hippocrate lib. de Superfatione, ubi inquit: Quando matrem generare velis, sinistram testem ligabis, quòd feminam, dextram testem ligabis, quòd masculum, de atrium. Quod pollicores faciunt ad vaccae gignendas, dextram testem taurorum ligantes. Et iterum Hippocrates in Epidemij 6. part. 4. dicebat: Hircire incipiens, vter testis intrumuerit, si dexter, masculum; si sinister, feminam generavit. Et 2. Epidemij part. 6. Circa naturam plurimam vim habent mamma dextra, oculus dexter, & quae intra sunt, hac parte. nam & masculi dextris inhærent. Et 6. Epidemij part. 2. Quòd in calidiorè, & solidiorè in dextris, & nigri ob hoc, & venæ externæ, & biliosiores præcipuè. Quæ sententia expressè confirmat nostram conclusionem, ut iam Hippocrates seipsum interpretetur: probat enim à loco, & à conditionibus viros esse calidiores: à loco, quia in solidiorè & calidiorè parte generantur, à conditionibus, quia biliosiores sunt, & nigrores, & ampliores habent arterias. Cuius ratio illa est quam supra dixi. In cuius gratiam in dextris constitutum est iecur, nutritionis principium. Testiculus dexter ex vena cava venam suscipit, sinister ex emulgente scrosum sanguinem. Imò & arteria aorta, licet in sinistro cordis ventriculo oriatur, tamen mox versus dextram flexitur partem, & dextro corporis lateri maiores arterias impertitur. Hæc apud Galen. 14. de Vsupart. & clarius apud Vesal. libro 5. Fig. 27. ubi videbis, quam apertis ductibus testiculus sinister aquosum suscipit humorem ab emulgentibus, dextram verò sanguinem optimum à vena cava. Ergo semen masculum à dextro testiculo, femininè à sinistro pulsulare corporum dissectio evidenter demonstrat. Neque ista Hippocratica doctrina ita tenenda, quasi perpetuò sic accidat: nam aliquando contrarium contingit adeò ut referat Brassavolus uxorem suam feminas in dextra, masculos in sinistra gestasse; & cum aliquando masculum & feminam peperisset simul, apparuit emissa prius femina dextram hippochondrium ex-natum, tumidum verò sinistram, in quo relesidebat masculus. Verum generaliter, & maiori ex parte doctrina nostræ conclusionis est vera, quod Hippocrates insinuat vrens semper illo verbo, magis, vt 4. Aphorism. 48, & in hoc reatu, & in Epidem. Hinc con-

stat causa ob quam celeritè efformator masculus, citius mouetur, & accrescit in vtero, feminæ è contra. Relinquamus iam plura argumenta à posteriori, quæ illam sexus temperiem comprobare videntur. Sufficiens dista, vt Parmenidem è medio tollamus, qui primis argumentis contrarium nitetur probare; & Hieronymum Cardanum, qui sola genitalium temperie dissidere masculum à femina contendit, in vltima sua controversia. Sed de ista opinione in sequenti textu agendum, si prius obiectiones primas dissoluam.

Ad primam Cardanus respondet, verba illa non esse Hippocratis, sed Polibi, aut Herosii. Idem credit Duerius, vt refert Andreas Laurentius, & Christophorus de Vega.

Cordeus explicare conatur quo pacto sanguis mulierum sit calidior sanguine virorum, licet ab Andrea reprehendatur: atque cum eo loci Hippocrates (aut quis quis fuerit auctor) de morbis mulieribus verba faciat, & eas comparat non ad viros sanos, sed ad viros eadè affectione laborantes (quod Andreas Laurentius non intellexit) non video, vt quid Cordeus sit reiciendus, nisi quia nondum obsecit obiectionem Laurentij, qui ait non esse comparandam feminam ex retenti meritis morbosam cum viro sano, atque adeò indignam esse sententiam Hippocrate, & multò magis Cordei explanationem. Rectè quidem, sed (obsecro) legat Laurentius totam paginam, imò totum librum de Morb. mulierum, vt (si possit) aliquam coherentem excipiat veritatem Hippocraticam. Multos noni scriptores antiquis enigmatibus terrefactos, adherentes spiritum esse sententiam, adscriptum librum, vt hæc sententia relinquant intactam, quod neutiquam intelligunt. Multi sunt censorini, pauci Catones: igitur verba illa ab omnibus relicta ex ipso Hippocrate iam interpretor. Agit de effectibus sanguinis retenti in mulieribus, & dicit carnes mulierum teneras impleri, & multo dolore ac calore affici. Ex quibus sequitur, vt amplius sanguis seandescat, & calidior euadat, quam sanguis viri retentus. Vir enim, vt qui solidiore carne præditus est, & corpus illi non sit tenerum, non dolore affligitur, neque superincalcescit à plenitudine, vt mulier. Multum autem confert ad hoc viro, quòd magis laborect quàm mulier, ut labor aliquid humoris abducit. Hæc sen-

Explicite Hipp. con. plures autoris.

teriã si torã legeret Andreas Laurentius, aut Duretus, fortian non illam reijcerent. Sed legunt sola illa verba: *Famina calidior est viro, & figurant quasi viso angue*. Constat itaque quo pacto comparet feminam plenitudine laborantem, ex retentis mensuris ad virum, etiam plenitudine grauatur. Hoc supposito probat calidiorẽ esse feminam, & eius sanguinem. Nam cum carnis tenerimã sint, facillẽ dilacerantur & dolent, febrisquẽ parim excitant, quæ cum morbus vniuersalis sit, totam feminam, & eius sanguinem reddit calidiorã. An hæc nõ sint lymphomata? (Sic alia multa) retentis sanguinis muliebris? maximẽ quidem. Congerunt ergo mulieres causas caloris, dolent, prohibent transpirationem, nil absumentes humoris retenti, atque ob id integram causam caloris præter naturam intra carnes obseruantes. At viri cum sanguine abundant, non illico doloribus opprimuntur. Non febris elucet, resistit enim durior caro solutioni et tinnit, & humor labore partim absumitur, partim ventilatur. Igitur si compares mulierem plenã sanguine cum viro simi liter affecto, proculdubio calidiorẽ inuenies. Hæc sunt mens Hippocratis. Modò non disputandum quid fieret si cætera essent paria.

Sed ad rem. Cùm Hippocrates in nostro textu agat de natura ipsa sexus, siue de temperie, quæ sexui, vt sexus est, debetur, feminas docet frigidiores, & humidiores: in libro autem de illarum morbis, calidiores fieri à causis præter naturam dicit. quando scilicet multa imparia concurrunt, quando mulier conseruat emaciationem retinet, quando tenera, quando non laborat, vir tamen solidior sit, absumatque aliquid ad usum sanguinis, laboribus & exercitiis. Aperta sunt hæc, & experimento confirmata. Sed quando raras carnes mulierum appellamus moles, & laxas intelligimus, & ita esse cedentes. Raras enim quæ in corporum aperiõne ab aliquibus colliguntur, in corporibus virorum præcipue inuenitur. Quod sudandi facilitas & copia manifestat.

Ad arguendum respondo rectè inferri. Est celerior pulsus ergo calidius cor, quã in viris. Quia cum mulieres habeant virtutem magis debilem, supplet necessitate euentationis, & expulsiõnis sanguinum mediante celeritate, & crebriitate. Non enim possunt apponere magnitudinem cum facultas est magis debilis, quàm visus sit di-

minutus. Neque obstat dicere arterias feminarum esse blandas, & obediẽtes magnis dilationibus. Nam licet hoc ita sit, oppletur tamen & grauantur multitudinẽ excrementorum, & pinguedine, ita vt in magnitudinem artuum non valeant. Ex quo inferitur, pulsus feminarum celeriores esse in contractione, quàm in dilatione, vt melius possint à sanguinibus exonerari, docente Gal. lib. de caus. pul. cap. 3. Vbi libuit Hugonis Senensis errorem adnotare (quem serè insequitur Andreas Laurentius) qui existimat, par. cap. de pulsibus virorum & feminarum, minores esse pulsus feminarum, quia minores habent arterias. Non certè legerat attentè Galenum, qui consultò demonstrauit magnitudinẽ pulsus non esse attendendam penes corpus arteria, sed penes spatium, quod pertransit. Sed de hoc aliàs, cùm Deo faciente laborem nostrum de Pulsibus in lucem demus.

Feminas citius crescere asserimus, non quia calidiores, sed quia humidiores. Tamen non dicas citius crescere, sed citius ad suum statum peruenire, & ob id minus augeri, minores habere ætates. Quod sanguine abundant, non est causa caloris generantis abundantia, sed caloris discursus debilitas. Salacitas & ad coitum propensio, non ab intenso calore, neque à mentis impotentia, vt ait Andreas Laurentius, sed ab impuro, & stultico semine excitantur.

Testes quamuis intus lateant, nondum eo pollent calore, vt reliquas partes virore masculino condecorent. Giges testes abigebat, vt ille qui quis fuerit feminæ calor, non tam exo-femina effusione marcesceret, & vt gestationis & partus laboribus feminas exertas semper eas haberet ad suam excipiendam effrenaram hibernem idoneas, neque aliorum amoribus inflammatas. Nostris enim castratas feminas coitus amisse desideria. Proposita doctrina non negat aliquam inueniri mulierem viro calidiorẽ, affirmat tamen id non deberi ratione sexus. In alijs animalium speciebus plures inueniuntur feminæ suis masculis calidiores. Cuius rationem Arist. exhibet in Problemis, sed breuiter & acurè nosse insignis Valesius cap. de sexus temperie: quam non attingam, ac tantum à nostro textu discedam ad quæ in iam concludendam propero.

Masculi (inquit) magis ab igne, à licetis, delictet, & calidus estis, & reliqua diuina

Ad fecundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Hic.

Hic per dietam totam videtur rationem intelligi, quæ & motum corporeum comprehendit, ut in principio monuimus, docentes huius nominis acceptiones. Tandem in vitæ verbis suadet, fieri posse, ut dieta mutata, inuertatur etiam generationis terminus quantum ad sexum. Ut audaces medicos arceat à fortibus medicamentis, quibus in hoc casu solent uti, in salutaris perniciem. Quando ergo Hercules a liquoribus accesserit, qui Sotios habuit, nullis quæ feminam, si velit puellam gignere, mutare oportet sensum naturam temperari, alimentis medicamentosis ad aquam vergetur, & aliam similem dietam adhibere: Si alios tam inuictè generat, ut feminam semper efficiat, contrario mutabitur victu.

TEXTVS LXXIII.

NEquè solum virum hoc facere oportet, sed mulierem; non enim solum, quod à viro excernitur ad incrementum confert, sed etiam quod à muliere, ob hanc causam. Vtraque pars sufficientem motum non habet ad humoris multitudinem, ut quod influit consumat, sed concrescit propter ignis debilitatem. Quum verò amba in idē considerint, mutuo in in se incurrunt ignis ad ignem, & aqua similiter. Si quidem igitur in sicco loco circumagatur, aquam quæ semel illapsa est superat, & ab hac ignis augetur, ut ab illa habente vnda extinguatur, sed & id, quod superuenit excipiat, & quod iam in se congregat. Si vero in humorem in ciderit, statim ab initio extinguatur ab illa habente vnda, & in minore ordine dissoluitur. In vna autem die vniuersæque mensis congregare, ac superare ea, quæ accedunt potest. Et hoc si coinciderint ab vtriusque in eundem locum.

COMMENT.

Docet nunc consequenter, feminas suam emittere semen in aliu commixtionis, adeo nec essarium ad generationem, ut ex illo, & ex femine viri sufficiens pulcherrimum germinandi principium, eam alioquin seurtum per se sufficiens. Et ad alimentum immutandum, sed concrescit, propter virtutum imbecillitatem. Tamen cum duo semina in eodem loco commiscantur, calor calori additus fortior euadit. Et sic vnitas melius aquam propriam, id est, humidum perficit, quo magis roboretur, illibenter alimentis vadam melius excipit. At si non adherent, neque commiscantur duo semina, sed vnoquoque in suum humorem incedit, statim ab adueniente sanguine corrumpitur; & ordinem feminis amittens, in deteriorationem secedens dissoluitur. Tamen si coluerent, & tuo complexu connectantur, tam validum resultat tertium, ut vnoquoque die, & attrahere, & commutare materiam sanguinis possit; & rursus si vna die plurimum accedat alimentis (ut circa vobisam iniri contingit) aut illud superare, aut partem à se propellere valeat.

De perfectione, & adinitate semina ad generationem.

Tria maxime difficilia continent textus noster, quod semina concurrat adne ad proles generationem, & quod ita perfectè, ut sine eius femine masculi virtus dissoluatur. Et tertio, quod calore femine feminis roboretur viris. Expendamus hæc tria vnica questione.

Nam superiori textu, & aliis locis citatis femineam naturam aquirere esse contendit, & aquam per vniuersam naturam (de qua in huius libri principio, ignem omnino per omnia mouere) quo ergo potest nunc aquæ aduam tribuit conditionem, moticem, & generatiuam eorundem magis his principis loquitur, si feminam materiam viro tantum prælare diceret, ut aqua igni.

Et secundo eum non tantum esse factum passionem, quod de adinitate feminis masculis disputandum, cum nullum sit? Aut

Stradani
20. m. 1790.

id

Terrium argu-
mentum.

Id non confirmant multi sine matris volu-
luptate conceptus, aut si mater semen ha-
bet, & emittit, quorsum sine maris admini-
culo non generat, cum in se, & semen, &
sanguinem continat. Neque obstat dicitur:
Testes habet, ergo & semen. Nam & mâ
mellæ virosum lacte caret. Nullum igitur
est verum femininarum semen. Iulien quæ
sanguis menstrualis, ad fetus materiam, &
alimoniam, ut conser generatio ex ma-
culo agente, & femina patiente. Hæc Pe-
ripaterici. Tamen præter semen mulier,
id certè non erit actiuum, quia femineus
sexis lesio quædam est, & detrimentum,
& (vt melius dicam) quædam viri mutila-
tio. Teste Arist. 4. de gener. anim. Hæc au-
tem lesio, non alio modo intelligi potest,
quam ex modo concurrenti ad produ-
ctionem prodis, quod vt vir agendo, ita fe-
mina pariendo concurret; hic enim est
modus intelligendi minus strictus. Nam
si rigorem sequamur Peripatericum, mul-
lier monstrum quoddam est, nullo modo
à natura intentum, sed præter eius in-
tentionem efformatum. Quia finis est in eo,
quod melius, ergo masculus tanquam per-
fectior propolitus est naturæ, aberratque in
femine productione. Nam constituitur fa-
mina in esse talis sexus, per defectum, & pri-
uationem. Priuatio quoddam malum est,
nullo igitur modo potest intendi à natu-
ra. Nam nemo intendens ad malum ope-
ratur. Ex quibus inferatur, nullo modo acti-
uam esse feminam, sed constitutam per
defectum omni adiuuante priuari. Quam
philosophandi ratione celeberrimus Abu-
len. comprobauit, cap. 11. in Matthæum,
quæstione 247. dicens: *Informatio masculi-
tatis non est ad eum potens, ut formabilem ma-
teriam posset ad formam masculinæ perfectio-
nem deducere, relinquere eam in numero gra-
du, in quo non potest esse vir. Et idcirco format
individuum eiusdem speciei licet in alio gra-
du perfectionis naturalis inchoa quam format
masculum, materiam scilicet, ut sit passivum indi-
uiduum.*

Quartum ar-
gumentum.

Quibus nos sacre Scripturæ (quæ ve-
ram philosophiam, tanquam potentem
rituam cruciat) testimonia addenda du-
ximus. Nam cum Deus Optimus Maxi-
mus de creanda muliere cogitaret, & ho-
minem videret solium: *Faciemus, inquit,
adiutorium simile sibi.* Quibus verbis digni-
tatem femine inferiorem esse nobis mani-
festat: virum similem sanctæ Trinitati fe-
cit; mulierem nondum similem viro, sed
autocinum simile viro. Consouum est igitur,

Quintum ar-
gumentum.

vt siquidem natura est inferior, & ope-
rationes sint longè inferiores, & habeat ra-
tionem subditæ materię, sicut vir ratione
dominantis agentis.

Sed clarior Peripatericorum opinio-
nem litera exprimit hebraica. Nam vt re-
fert Abulenſis in Geneti, quæst. 316. *Non
dicitur: Faciamus adiutorium simile sibi, sed fa-
ciamus adiutorium, quasi contra ipsam, ut de-
clarat motus femine, quæ ad hoc, vt feriat
generatorem, debet habere aliquam contrarietatem,
quia deus penitus similis non generat,
sed in quadam contrarietate actiui & passivi
sibi generatio. Subicci verba ipsa Magni Abu-
lenſis.*

Sextum argu-
mentum.

Sed forsitan aliquis feminarum dignita-
tem ita extollet, vt dicat esse imaginem
ipsius Dei, atque in hoc æqualem cum vi-
ro participare excellentiam, siquidem di-
xitimus opifex. Faciamus hominẽ, ad
imaginem & similitudinem nostram, sed
homo est nomen speciei, & non sexus: er-
go debent intelligi sacra verba de quolibet
individuo, stat quæ esse adiutorium vi-
ro, & esse ad imaginem Dei, non est ergo
femina in gradu inferiori collocanda, at-
que ad hæc illa verba non debent retorqueri
ad impotentiam femine sexus com-
probandum.

Sed nondum hæc ratio obiectiõni de
let fundamenta. Nã ipse sacer textus, quid
respondendum sit non obscure declarat.
Quia licet homo sit nomen speciei, & nõ
sexus, trahitur tamen ad significandum so-
lum virum. Nam dicit in singulari: *Faci-
mus hominẽ ad imaginem, & illud quod
fit, est quoddam individuum ante femi-
nam.* Ergo de solo viro intelligenda sunt
verba, & non de viroque sexu. Præterea
quando Deus dixit: *Non est bonum homi-
nem esse solum, quis dubitat quin de solo
viro loquebatur, & nullus cret.* Ergo etiam
quando dicit: *Faciemus hominẽ, de solo
viro loquitur, et sic manifestum solum vi-
rum proprie loquendo esse ad imaginem
Dei, ergo excellentior in omnibus ope-
rationibus, & omnibus numeris superior,
Femina mutilum quid & imperfectum:
ergo vt sic non potest concurrere actiue
ad productionem proli.*

Septimũ ar-
gumentum.

Sed dices, multum esse separatas illas ra-
tiones, neq; bene sequi: Nõ est imago Dei,
ergo non est actiua in generatione. Vide-
tur quidem disparata (vt dicunt Logici) cõ-
sequenti, & transmissam fuisse sermonẽ
nostrum ex disputatione incre naturali,
ad theologam contemplationem. Sed

certè nos Sacramenta altiora, quæ in sacris verbis scrutantur Theologi, humiliter suspiciendi semper duximus. Quæ vero ad naturam spectant, liceat vel infirmare saltè, si nō attingere valemus, vel (vt melius dicam) ex tam opulenti mensa, & conubio, pauca fragmenta reuerenter colligere.

Non est itaque disparata consequentiâ, quia esse ad imaginem Dei dicit perfectio nem subtiliorem, ista autem insit in omnia naturales operationes, quæ à tali natura dependent, ita vt ad mensuram eleuata natura, ipse etiam eleuetur. Sed femina non participat diuinam similitudinem vt vir, ergo neque eius actiones. Principia autem corporalis actio est generatio. Igitur istam attingit inferiori modo: quis vero sit iste inferior modus, ex sufficienti partium enumeratione constabit, vir est efficiens, idem specie cum forma & sine, relinquatur vt femina materiam vicem gerat, nullum siquidem est aliud genus carum. Sed inter tam graua testimonia in sum est, creditisimum Vallesium asserere, virum omni laude maiorem, qui si in conuersis opinando loquutus est; in sacra Philosophia verè & grauius philosophando, sic ait: *Materia propter formam est, forma vero causa efficiens, & finis, ita in vno quoque genere cuiuslibet sexus, mas sit causa prout patet efficiens & finis, femina vero qua femina, sit passiva. Dixi, qua femina: quia sic illi vis est & efficiens, id masculinum perfectissimum in eius participatione, vt femina vero sola debilitas garrulitas, & multiloqua. Nihil enim mas & femina idem animi est, facit vero feminam defectus, quare qua tall, nil efficiens, sed sola passiva insit.* Hæc nosse Vallesius in suis posterioribus cogitationibus. Qui aliquando tantam vim tribuit feminæ lectui, vt per se valeret aliquid generare.

Hæc tamen licet difficilia admodum sint, à communi medicorum opinione animati anouere non valent; existimantium feminam non materiam solum, sed vim actiuam in foetus productione præstare. Nam cum natura nil faciat frustra, credere oportet venarum & artieriarum plexus, tot inuoluta, qualis dissectio in vasis spermaticis mulierum animaduertit, propter solum feminis prolifici generatione fuisse excogitata. Testes insuper femine glandosi sunt, apti quam maximè ad excorquendum semen. Non quidem ad insitit & fetosum excrementum, ad hoc enim

qualecumque sufficiebat organum, sed ad viuificum generatiois instrumentum. Certè si mulier nullam habet in femine efficientiam, sed solum præbet materiam, nō mater, sed nutritrix dicenda est. Tamen mater effugit in filijs expressa, id euidenter comprobatur. Nam neque ex mensituro sanguine (cùm purum sit alimentum) neque ex imaginatione (cum hæc in aliud multoties imprimatur obiectum) oriri potest. Quamobrem sola seminis efficacia, et à quo deciditur, similem depingit imaginem. Proposita ratio magnam vim habet apud eos, qui ex effectibus causas rimantur.

Difficultas de sanguinis sigillatione aduersus quosdam auctores huius temporis.

Sed consideratione dignum censet contra Peripateticos examinare rationem, ob quam sanguis maternus non valeat filium materiam similitudine sigillare. Nam licet diacrimus in argumeto purum alimentum solum materiam præstare, adhuc pulsat animum difficultas. Multi enim sunt, qui sanguinem in lecore generari contendunt, tot ideis sigillationum, quot sunt partes alimentæ, & hæc lecore tribuunt excellentiam, vt tanquam membrum publicum ideam fingat, cuius que parti propriam. Ista opinio ex prauo intellectu verborum Diui Thomæ profecta fuit. Nam Angelicus Doctor in vltimo articulo primæ partis, inquit alimentum recipere quandam virtutem communem respectu omnium partium corporis, & in fine determinari ad hanc partem, vel ad illam. Ex his Mercatus colligit secur sigillare sanguinem, sicut testes semen. Quibus Aristorel. opinio inuiti poterat ad probandum sanguinem maternum esse causam materialem similitudinis filiorum. Dico materialem, nam sicut artifex imprimis formam, non auferendo nodos, quos solet in ligno reperire, exiitque starna multia nodulis & signis, in ipsa ligni generatione contractis. Sic etiam dicit Aristorellic, virile semen, tanquam artificem erga sanguinem feminæ proprium mouens exercere & formam inducere. Exire tamè foetum matri similem, in illis quæ ipsa materia ex propria ferbat sigillatione. Hæc & alia multa humanum excitat ingenium nunquam quiescens. Sed vellem ieronymo

Tertio p[ar]te

Quarto p[ar]te

Octauo argumentum.

Noniam argumentum.

Conclusio.

Probat. con.

Secundò probatur.

Requisit Mercatus.

atque iterum agitarètur, ut fallax corrumpat fundamentum. Hic ergo dicendi modus non placeat, nec sancti Thomæ doctrina talis sigillationem admittit. Nam divinus Doctor in eo articulo probare intendit se non esse superfluum alimentum, atque cum hoc stare, quòd habeat in potentia partes generandas. Et sic communiter loquitur in corpore articulo de alimento, dicens: *habere virtutem communem respectu omnium partium corporis, & postea determinari.* Et hæc verba sufficiunt ad conclusionem quam ibi intendit, illis tamen addendum est ad maiorem claritatem; quòd aliud est loqui de universali alimento, quòd in iecore conficitur pro huius determinati individui nutritione; aliud verò de superfluo alimenti, quòd in testibus conficitur, & pro speciei conservatione afferatur. Illud enim à iecore conficitur, per susceptionem causalem virtutis passivæ, quæ nil est aliud nisi aptitudo, ut possit pati conversionem in substantiam aliti, & determinari in hanc, aut in illam partem huius individui, & non alteram. At superfluum alimenti, quòd ex nutritione testium resultat, recipit virtutem activam ad generandum simile in specie, & simul cum hoc recipit dispositionem communem in partibus materialibus, ut possint à tali virtute moveri ad membra determinata speciei.

Magna itaque est differentia inter ista duo. Sanguis enim recipit passivam tantum dispositionem, & nullo modo activam, non enim agit, sed agitur; præterea, non ad nutriendum caput, aut pedes, sed ad hoc caput, & ad hos pedes, & tandem in vnaquaque parte vitimè determinatur. Hanc dispositionem recipit à iecore, quòd non intendit bonum speciei, sed bonum sui individui. Quæ tria è contra in superfluo alimenti testicularum contemplare: siquidem recipit virtutem activam, & for matricem ad partes constringendas, neque taliter coarctatur, ut has, & non alias de pingat, respicit enim per se ipsam speciem. Idem de passivis partibus dicendum, quæ in semine nil aliud sunt, quàm entia disposita, & apta, ut obediunt artifici spiritali existenti in partibus spumosis, & tenuioribus. Vitimò foris apertum est, testes partem esse principem, ita perfectam, ut ad speciei propagationem ordinentur, atque ob id virtutem imprimunt superfluo sui alimentum, activam & transmutantem.

Lucet igitur ex his, quàm sit fallax fundamentum conflagantium in sanguine il-

las ideas, & sigillationes, & quàm absurdum sit similitudinem à puro alimento procedere: exemplum autem, quòd ex lignis adducebatur, nil suadet, nisi ad credendum, quòd ex sanguine disemperato, fiet fortis morbosus. Tamen glaucudo oculorum, cicatrix faciei, quo pacto potuerunt à iecore sanguini materno indidit: nentiquam cerè. Ergo filium imago maternam exprimitur ex semine proficiscitur, non ex sanguine. Equidem sicut testes (ut tacite respondeam objectioni) in bonum ordinem tur speciei; & hoc dixi, esse per se. Solent tamen secundario sigillare semen ad similitudinem sui individui. Est pulchrum considerare, quid fecerit natura, & quanta invenerit in opere generationis. Per se enim non intrat nisi speciei aternitatè, hominè primo intrat. Porcia enim generativa, ut sic, non respicit hæc naturam, sed naturam. Hinc accedit, quòd aliquando, in istis inferioribus exeat genitum simile, vel dissimile. Aliquando filius agricolæ Regem representet, aliquando proavum, qui centum annis iam à viuis discessit. Itaque hæc varia accidunt, adfunt, & absunt; cum illud semper eveniat, ut filius naturam speciem referat, nisi monstruose productus. Quorum omnium causas libenter ego exprimerem, nisi tanto ab instituto nostre disputationis iam efflueret oratio.

Hoc autem diverticulum ad rem pertinere existimavi, præcipue cum Andreas Laurentius istam sanguinis sigillationem memorans, sermonem mutat, difficultatem effugient.

Sed cum mulier substantia sit, suis potentis, & qualitatibus prædita ad operandum, quorum non aget? Si omnia individua ignis generant sibi simile, quorum ha inane speciei individua id non efficiunt? Fœmina quidem individuum est humane nature, maxime necessarium (ut in response ad argumenta videbimus) ergo sua activitas illi concedenda pro sui similis productione. Quòd experimento confirmant multa animalia, quæ circa masculinum semine, aliquando in se concipiunt, quidquid id fuerit. Ova subventanca, quæ ab Arist. irrita appellatur, proculdubio in suis bus inveniuntur, sine matris cõgressu. Sed fieri ex feminali substantia femininarum aperte falsum est, lib. 1. de generatione, cap. 1. Scio duplicia esse ova irrita, alia subventanca, quæ hypenimia à Plinio vocantur, nimia libidine femininarum, & solitario coltu concepta. Et quia flante Zephyro splè-

Notatur Andreas Laurentius.

Quintò probatur conclusio.

Sextò probatur conclusio.

tales excitari conceptus tempore veris putant aliqui ex vento generari, & Zephyria appellarunt, alia dicta vrina oua, quia Cynosius dicens, id est, canicula: tempore regenerata; irrita etiam sunt, quia incepta incubatione à matre derelinquuntur, & calore spoliata inutilia sunt ad pulli generationem. Cum ergo de foetu à sola matre producto loquimur, non vrina, sed substantia, vel Zephyria oua in exemplum adducimus, ut non difficile appareat, mulieres aliquando feroces percitas irritos foetus effingere, atque suam adiuuatam valentem in semetipsis pascificare.

Sed opus est, ut argumentis satisfaciamus, in quorum solutionibus eluceat amplius probata veritas. Sed multò magis in posteris difficultatibus statim desolaculis.

Respondetur argumentis in principio propositis.

AD Primum argumentum dico; quòd Hippocrates non dicit feminas aquas esse simpliciter, sed ad aquam vergere; habere tamen adiuuenti participationem. Dixerat antea: Irrepat in hominem anima, ignis, & aqua tempericem habens. Et iterum ait: Irrepat in omne animal, quod spirat. Ergo femina, quia passiva, & nutritiva est, magis habet de aqua quàm vir, quia vero ignem participat, alina etiam est.

Ad secundum dico, feminas semen generare, & emittere, ut experientia constat; nam cum vir toto coitus tempore delectetur, præcipuè illo temporis articulo, quo semen è testibus emittit; sic & femina toto coitus tempore delectatur, sed præcipuè certo quodam momento. Videtur ergo tunc præcipua illa voluptas, propter eandem causam in feminis contingere, propter quam & in viris, feminis, inquam, è testibus emissionem, nec enim propter coactionem, propter quam uterque delectatur. Nam propter hanc non erat, cur nunc magis delectaretur, quàm antea, imò est potius, cur minus. Quia scilicet ab assuetis minùs afficitur, utpote iam affecti. Præterea ut vir, statim ac semen emittit, totis artibus resolu-

tus, flaccidusque manet: sic & femina statim ab exiguo illo voluptuosis articulo resoluta manet. Quæmadmodum Lyblis apud Ouidium lib. 9. Metamorph.

Præb. Venus & terra volucribus curam mare Cupido

Gentia quanta tulit, quàm me munificè libido

Contigit, ut lacu totis resoluta madul-

lib. 111.
Iste vero sensus resolutionis, & deficius, semper sequitur ad euocationem alicuius optime substantiæ, quòd si aliqua sine voluptate concepit (quod maxime dubito) forsitan iam erat salax, ut voluptatem breuiter, tanquam nullam reputaret. Unde responso Aristotelis quam adducit Geni. delectis. 6. de 16. lib. 1. non habet locum. Dicit enim Aristoteli. quòd delectatio contingit feminis, non ob euocationem feminis, sed ob morum spirituum in vtero sensu. Hoc nam placet, quia (ut dixi) ad illi sensus euocandam deliquit, & resolutionis, qui sequi solet euocationes.

Ad tertium responderet, quòd tunc sequitur: Femina habet semen, & sanguinem, ergo sine adiuuentio generabit. Non enim dicitur generare feminam foetum perfectum, sed vel molis, vel informes cuticulas, euocare scilicet aliquid efficiere, & nequam potestate. Non enim femine huiusmodi nature sunt, sicut Rubellonesis genere piscium, etiam sine matre factos procreant & alunt. Neque Andreas Laurentius nostrum Valesium merito improbat. Nam arguit non ut dialecticus, Valesium verò probat ut philosophus. Vide consequentiam Laurentii. Non videmus istos effectus, ergo nonquam sunt: Numquam videmus feminas aliquid sine matris parere congressu, ergo nil possunt imperfectum generare. Responderet Valesius se vidisse virgines informes molam emittere, cui ego assentiar libenter. Nam quando sufficientes causas sunt, ut loquar effectus, quod mirum si sequatur. Et quid interest, quòd nunon videtur? calidior femina maculam generat semen, & illud emittit in locum aptum generationi, ubi exorditur natura operis mirabilis cessationis, sed statim, vel putrescit, vel induratur, vel extenuatur delecta congrui alimenti, quare etiam mulier calidius habet semen, et tunc pauciores virginem. O quanta signa timorosa vidi-

*Refillius
Arius Lup.*

mus in virginibus salacioribus, mille mor-
borum differentijs, & symptomatum val-
rietate oppressis, tot conflictatis ætibus
medicæ tormentis, potionibus, eua-
cuationibus, fontanellis, balneis: mor-
bis autem quotidie ingrauescentibus, &
in mortem properantibus, commeniebat
inter medicos multa ex his ex semine re-
tentoprovenire: tamen ceterè tam longa
& exquisita victus ratio exiccans & at-
temperans, tam continua febris, tanta eu-
acuationum genera resolueret potuerant,
non dico paucum semen, verùm oïa ip-
sa. Continjet ergo multoties in vtero
aliquid informe conclusum, & iam ma-
ligna qualitate affectum, tumorum acci-
dentium esse causam. Legere debebat Lau-
rentius Iulium Cesarè Scalig. in lib. de Hi-
stor. animal. Arist. Festum Pompeium lib.
11. Launium Lemniù. lib. 4. de occult. na-
turæ. c. 19. Marcellum Donatù lib. 4. c. 24.
& insueniet viros doctissimos observasse,
siue maris congressu molas generatas. Igi-
tur consequentia Laurentij est ridicula,
doctrina autem Vallisij est philosophica.

Refellit
Ab. Pacius.

Sed liberentus Vallisium à reliquis obui-
gatoribus. Fabius Pacius in suo tractatu de
femine, lib. 1. Methodi, obijcit, Vallisij ra-
tionem magis ostendere quare non nu-
triatur foetus, quàm ob quid non generetur:
atque ex consequenti si vera est de acti-
vitate femine proposita doctrina, cœnere
necessariò aliquando solas viragines ge-
nerare, atque tandem emittere foetus de-
lineatos, licèt non enutrant. Sed audiat
Pacius rationem, ob quam inceptum o-
pus sola femina non perficiat, quia sci-
liçet matriciam non habet ad primam ef-
formationem. Latet hoc in verbis Val-
lesij dicentis, non esse sufficientem ün-
guinis quantitatem. Adde tu, non esse
etiam sufficientem materiam feminalem,
quæ articulationi obediat. Vnum enim
ex altero sequitur. Quia ergo viragines
licèt generent semen calidius, non simul
generant crassas illas partes, quæ spiritali
feminali deferuntur: hinc est, ut non va-
leant aliquid edere perfectum; non de-
fectu sanguinis (hic enim postea in ali-
mentum parçè ministratur) sed defectu
materie proximæ. Et quòd hæc sit mens
eruditissimi Vallisij, credam Pacius &
Laurentius, aut legant ictum suum con-
trouersic. Dicit enim: *Si verò calidissima
est mulier, minime est excrementis abundans,
ac proinde, nec satis habet multam materia
copiam ad foetus generationem.* Et concludit

De Hippoc. Philosoph.

caput, dicens: *Ex his autem imperfectissimis con-
ceptionibus mala matricis generantur, & in-
conformia carnis frusta.* Sed quid moror,
Omnia hæc negat Pacius fundamenta?
Nam percipere nequit quo pacto vnum
semen matriciam simul obtineat, & acti-
vatem. Quam opinionem (licèt suprà de-
struxerim) statim perpendam, si prius o-
bstrum discursum ad vitium suum dedu-
cam.

Ad quartum dico, non esse intelligenda
verba Arist. & Abulen. sic ut velint feminã
esse animal simpliciter occasionatum, vel
monstruosum. Hoc enim quidam tam stul-
tè intellexerunt, ut feminas in masculino
semine resuscituras esse contenderent, ut
omnem exuerent imperfectionem. Sed
solluntur, nam feminæ sexus ad speciei
perfectiorem pertinet (resurgentq; femi-
næ in propria natura) at si fuisset priuatio,
vel malum, vel monstrum, vel mutilatio,
neutiquã à Deo Optimo Maximo in die
nouissimo formaretur. Est tamen hæc dif-
ferentia, quòd vir est in vno gradu perfe-
ctus, & femina in alio. Et omnia masculus
semper intendit sibi simile, hinc est ut di-
cant Philosophi, feminam non intendi à
causâ particulari, intendi tamen à natura
vniuersali, propter bonum speciei. Hæc
doctrina est Dni Thomæ prima parte,
quæstione 92. & Abulenij loco in argu-
mento citato. Ex quo magna certè con-
surgit gloria femineo sexui, siquidem Au-
tor nature, qui est Deus, feminas procre-
are intendit, propter bonum commune. Et
sic in prima nature productione, femi-
nam tanquam simpliciter necessariam
creavit, atque statim dixit: *Erunt duo in
carne una.* ut significaret, facti vnum to-
tale & adæquatum principium generatio-
nis.

Sufficiebant quæ diximus, ad argumen-
ti solutionem, & locorum intelligentiam;
nam non negamus feminam se habere
passivè, præstlando materiam, & locum ge-
nerationi. Dicimus tamen simul etiam a-
ctiue inhaere per feminalem substantiam.
Sed ego amplius soleo istum punctum
subtilitare. Existimo enim, non solùm Deum,
imò & causam particulare feminam in-
tendere. Memini me de morbi essentia dis-
putantem doctum excitasse circa modum
operis illius cause defectuose, utrò operaretur
propter finem? Et arguebat quidã grauis-
simus Magister: Malù nõ potest vilo pacto
finalizare: ergo neq; agens sub ratione mali
pot est agere: ergo causa defectuosa non
potest

potest agere ad effectū defectuosum, quia non potest moueri, nisi in bonum. Hoc argumentum corroborat propositam doctrinam, qua dicebamus non intendi feminam, tanquam defectuosam à causa particulari.

Sed nunc dico, causam defectuosam effectum intendere defectuosum, & ex consequenti, femina, non solum ab Autore nature, sed ab agente particulari intenditur, ut effectus defectuosus sit finis causæ defectuosæ. Quam doctrinam si habuisset Abulensis loco citato, ramen non vidit locum sancti Thomæ 4. Sentent. distinctione 16. questione 1. artic. 1. ad secundum. Vbi docet diuinus Philosophus, quod duplex est intentio nature, vna prima, alia secunda. Prima intentio est inclinatio nature ad sibi simile & conforme, secundum omnem perfectionem. Secunda autem est inclinatio ad sibi simile, quantum fieri potest, supposito, quod prima frustreretur. Sicut in artificialibus, prima intentio artificis est ex supposita materia facere opus omni ex parte conforme arti. Secunda autem est, supposito, quod non possit primum intentum assequi, facere ex ipsa materia simile quantum potest. Certè si istam consideres sententiam, inuenies causam particularem moueri ad generandam feminam, nec poteris negare agens sibi proponere, tanquam finem, istam effectum, quantumuis tibi videatur defectuosus.

Itaque non est tota intentio istius generationis referenda in Deum, & nullo modo in causam particularem, ut credit Abulensis; sed in Deum, qui intendit bonum nature, & in istud particulare agens, quod finem intendit sibi simile quantum potest, & ad istum rancem mouetur. Ergo femina à causa intenditur particulari: explicatque semetipsum diuus Thomas in duobus locis citatis: & illustratur à Ferrienti 3. contra Genes, cap. 6. Ex quibus patet, quid ad formam argumenti dicendum sit. Nam quando in prima propositione asseritur: Malum non potest finalizare; distinguenda est propositio. Malum enim simpliciter nullo modo potest esse finis alicuius operationis. Malum verò, quod appellatur malum alteri, bene potest intendi à natura particulari. Sed iam hoc est incidere in magnam istam questionem, eam reliquamus, dum modo apertum maneat, feminam intendi non solum à causa vniuersali, sed à particulari.

Quintum argumentum longam petebat disputationem de feminae creatione. Sed comprimamus orationem, ne ad hunc conclusum sanctorum philosophorum euolet audaciter. Dico ergo, quod ex illo loco Genes, non recte probatur feminae ineptitudo. Imò potius eius actiuitas & potentia, est quidem creata mulier in adiutorium generationis, tamen in adiutorium aditum, licet parziale. Sed tota vis argumenti illic tendit, ut demonstret mulierem non esse imaginem Dei, sed viri, atque ex consequenti non ita perfectam in suis operationibus. Quod facile euertes si inspicias magnum illum philosophum diuinum Augustinum, qui lib. 3. de Genesi ad literas, cap. 20. sic ait: Hic etiam illud non est praterendum; quoniam cum dixisset: Ad imaginem nostram, statim subiunxit: Et habeat potestatem piscium maris, & volatilium celi, & ceterorum animalium rationis expertum. Vt videlicet intelligamus, in eo factum hominem ad imaginem Dei, quo irrationalibus animalibus antecellit. Id autem est ipsa ratio, vel mens, vel intelligentia, vel si quo alio vocabulo commodè appellatur. Vnde & Apostolus dicit: Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui renouatur in agnitione Dei, secundum imaginem eius, qui creauit eum. Satis ostendens, ubi sit homo creatus ad imaginem Dei, quia non corporis lineamentis, sed quadam forma intelligibili mentis illuminata, &c. Hæc Augustinus. Non igitur vir similis Deo est factus in sexu, in calore, in operationibus corporalibus; sed in mentis splendore, quem etiam femina participans vnum sit principium humane nature, excelsum omnibus irrationalibus antecellens.

Ad sextum argumentum dico, litteram Hebraicam, quam adducit Abulensis, minime contrarium suadere. Nam (ut ipse declarat) insinuat, prefare feminam principium passiuum. Id ego non nego, quamuis aliter poterat explicari illa particula (contra ipsum) quod Theologus relinquo.

Ad septimum dico: quod homo aliquando significat totam completam speciem, que in utroque sexu seruetur, ut quod dicit: Faciamus hominem ad imaginem nostram. Pro qua re videndus Augustinus per totum caput septimum libri duodecimi de Trinitate: ex quo sola hæc verba referam. Dicit enim: Ad imaginem quippe Dei, naturam ipsam humanam fa-

Quam

Atam dicit, quæ ex vtroque sexu componitur. Neque ab intelligenda imagine Dei separat feminam. Dicit enim, quod fecit Deus hominem ad imaginem Dei, fecit eum (inquit) masculinum & feminam; & reliqua, quæ pulcherrima sunt in illo capite. Ergo consideremus feminam, ut completem humanam naturam; ut quid eius actiones non erant perfectæ?

Ad octavum dico, quod in femina etiam reperitur ille splendor mentis, in quo Deo simular, sed (ut putant aliqui) inæqualiter. Nam anima dispositionibus corporis, vel obscuratur, vel illustratur, & quia corpus feminæ adeo debile est, credant mentem etiam esse imbecillam, & non sic Deum representare. Sed de hoc alius, cum de anime perfectione disputemus. Nunc sciendum, nil probare argumentum contra feminam excellentiam, & adivitatem, siquidem hic de affectibus loquimur corporis. Imago vero Dei (secundum Augustinum) est in anima, quæ cum nullo dividatur sexu, non est eius in argumentum conioctor.

Ad nonum negari non potest, quin magna sit in dictis Vallesij contradictio. Sed amicam adhibeamus interpretationem. Intendit siquidem in Sacra Philosophia probare, quam rectè Deus à creatione viri humanam naturam constitucere incepit, tanquam ab optimo, quod ex sua natura prius est reliquis: consideravit quæ feminam, tanquam subditam, & receptivam & hoc modo, nullam habere adivitatem dixit.

Sed iam secunda difficultas locum petit. Erat autem, utrum in generatione, equali adivitate concurreret mulier. Probatum est, esse adivitatem. Nunc gradum istius adivitatis perpendamus. Nam nosse Hippocrates in hoc textu tam equaliter concurrere ait duo femina, ut ignores cui debeas fœtus præcipuum causalitatem tribuere. Quia in re ex supradictis posset colligi conclusio, minus adivitæ concurrere feminam ratione sexus, semen frigidius præstanto, alendo, & materiam suppeditando: virum verò medio femine concurrere, organizando; tamen hæc in parte est quædam opinio, quorumdam recentiorum, quæ concursam feminæum saliter defendit, ut asserat esse omnino perfectiorem viri. Quæ dicunt feminam immediate per suam substantiam influere substantiæ in ultimo instanti patrem verò neutriquam quia abest. Sed ad

De Hippo. Philosoph.

vertendum, quod hic loquimur de adivitate, quæ tangit virtutem dispositionem, ad visionem anime, quam perfectius attingit vir; quia per instrumenta magis proportionata fini, scilicet perfectiori femine, perfectiori tempore, &c. ita ut longè à se producat effectum. Maior enim adivitas, & perfectio est, quod sol in profundo terre generat argentum, quam quod in superficie generat lapides; quia ibi extenditur adivitas ad distantius, & ad perfectius opus: ita dicendum de viro, qui generat longè à se, licet abest. Quod ob nil aliud contingit, nisi ob perfectionem virtutis communicatæ. Femina verò tam strictam habet potestatem, & tam debilem influens, ut sine anime ipsius presentia nil possint instrumenta efficere; & hoc semper in gradu inferiori respectu viri. Igitur de hoc concursu debent agere medici quorum munus est (ut dicit Hippocrates in hoc lib.) temperies corrigere in ordine ad generationem. At vero alter influens quæ Metaphysici docent) qui effluit à substantia per se, non pertinet ad medicum; & ita nil de eo in hac parte. De alio verò satis diximus, contra Fierum.

Sed circa propositam conclusionem, animaduertas, quid dixerim: minus scilicet adivitæ, id est, remissioni gradu concurrere feminam, in quantum femina, quia (ut probatum superius est) inspecta sexus conditione, semper femina remissionem præstat calorem. Tamen quis non videat calidius semen femina (quantum agitur in hac qualitate adivitatis modo concurrere, quam virile pignus) tamen formaliter, facultas virilitatis innixa principis, semper principatum obtinet, quamquæ calore intensiori destitatur: non enim credendum est ad calorem intensiorè sequi maiorem adivitatem, in ordine ad formam generandam visoris; sed ad congruam mensuram qualitarum primarum, & secundarum & ad modum substantiæ, quibus vir in quantum generans in alio subiecto peccare debet. Maxime tamè adimatur, & fulcitur femine calidiori mulieris, ut dicebat Hipp. Vnde multoties videmus, mutatione corporum, aut complexionis, generare illos, qui antea non generabant: hoc enim beneficium ex feminæ mixtione profuit; nam vir pituitosus rectius in muliere sanguinea generabit, & biliosus in pituitosa, &c. seminibus pro fine temperatis. Quam doctrinam in fine istius commentarii iuveniles elucidatam.

Digestioncula contra Scaligerum, & Fabium Pacium.

Sed non definiunt alia, quæ præter iam dicta, perturbare possunt Hippocraticis textum. Et quæ mihi agendum cum Iohanne Cietere Scaligero, & cum Fabio Pacio, quorum primus primam Aristotelis sententiam peripateticè scripsit defendit, alter præteritam opinionem introducit. Sed antiquioris scriptoris argumenta breviter dissolvam, & verificatione 263. Primo Species non miscetur, quia neque partibiles, neque remissibiles: ergo neque duo fecerunt.

Secundo. Ex duobus entibus per se, non potest fieri unum per se, sed semina duo sine entia per se, ergo non possunt coniungi, ut fiat unum per se. Patet maior, nam in sententiæ est materia & forma. Nil aliud est semen canis, nisi potentia canis, ita ut canis sit, quod erat, sed non quomodo erat. Solus enim additur semini, organon ex præstito. Ergo sicut una forma debet esse cuiuscumque rei, ita non potest esse, nisi solum visum principium continens illam formam, ergo solum unicum semine debemus ponere. Hæc sunt argumenta physica quibus Scaliger non recte se mulieris, nullum hanc, quæ nobis textus profiteretur, plane improbat.

Ad primum: Non sunt appellanda duo semina, species distincta, sed duæ partes, quæ unum conficiunt integrum instrumentum, distantque à vera ratione, & natura speciei, quantum distans à fine. Uniantur ergo, ut entia partialia, in unum, ad unam formam adquirendam, oriunturque à masculo & femina, quæ sunt eiusdem speciei substantialis, differens tantum species secundum, quæ quibus distinctas sit, pro rei perfecta productione iavnum commiscetur per coitum, ut coeant & semina ad similitudinem parentum.

Prodaret etiam Scaliger, si unumquodque semen perfectum quoddam esset, & adæquata in rei producendæ exordia.

Sed dicit: Unumquodque individuum est causa totalis, & adæquata respectu propriæ proles, ergo & semen utriusque. Cõstat an recedens ex eo quod potentia generativa cum respiciat naturam (ut sæpius dictum est) inveniendi debet in omnibus eiusdem nature individuis, tam æqualiter ut ipsa natura: ergo unumquodque semen, unum debet esse iure quo generationis instrumentum. Hoc si ita est, non est cur coniungamus impossibilia. Est enim impossibile duas adæ-

quatas causas eiusdem ordinis in eundem effectum concurrere.

Tamen respondeo, quod licet patet de matrem adæquatas causas eiusdem ordinis esse aliquis dixerit, quantum ad productionem proles, hoc intelligendum subtiliter, & radicaliter, inspicendo animas, quæ sunt eiusdem proles nature, & principia formalia quo, non verò quantum ad instrumenta inmediate. Sic enim alter alterius indiget admitticulo, & semina emittitur partialia. Quare nil poterit Scaliger contra Hippocraticum probare, quantumvis subtiliter disputer.

Sed ad opinionem Pacii accedat, quæ multa cõtinet, quæ iam in superioribus refutata sunt, & ita pauca attingam. Dicit primo: Si semen actiuum est, quorsum in testibus, aut in vasis spermaticis aliquid non generatur? Nam licet deficiat ibi alimentum materiam, tamen prima dilinatio, ut quid non fit? Quia omne agens in subditam sibi materiam necessario agit, dum nullum sit impediens. Quod Galenus videtur confirmare primo de natura humana cap. 9.

Secundo: Si illa virtus solum potest alterari in femine, ut communitur dicunt, hoc non est dicere, quod agens sit semine, nam omne agens agit per adu. Sed potius est dicere semen materiam esse, hæc enim per potentiam interpretatur, & tandem semen sub hæc ratione nihil agit, sed formatur in materno calore per venas, & arterias, ita ut arteria matris faciat arteriam fetus, vena faciat venam, & virtus cordifica faciat cor, & virtus hepatica per venas faciat hepar.

Primum argumentum ridiculum est, nam granum si inveniunt in arca custoditum germinabit non certe, nisi terra cõdiatur. Ita & humanum semine in sola femina auferitur, & vivit, ut probant Hippocrates, & Rufus dicebat: *Præparati virginarij possit semine, debent moveri, & calefieri amplius.* Non habet igitur semen in testibus cum caloris modum, quæ postea in coitu acquirit, & in utero perocit nec materiam sufficientem, siquidem deficit semina; nec locum aptum corruptioni, & generationi, nam in testibus alimentum consumitur, aut corrumpitur ad præparanda accidentia; in utero sese cõcitat, & transmutat. Tandem (ut uno verbo dicam) cum semen non possit aliud generare nisi per propriam mutationem, & corruptionem, necessarium fuit, ut locum efficeret operi huius operi destinatum. Signabit ergo uterum, non in testibus nõquæ se potest movere semine, sed movetur in nutrimentum partium solidarum, aut evaporatur, aut corrumpitur, ut

iam dixi. Accedit quòd in coitu, & cumulat spiritus noua copia, & noua ex appetitu pulsulat virtus in femine. Nam si sensus, & appetitus animal mouent, quorsum semini non imprimunt aliquid pro generanda prole necessarium? Imprimunt certè. Omnia hæc habet semen in potentia tantum, dum testibus continetur, ita ut ad rationem agendi deficient multa. Si ergo tot defunt, quid mirum, quòd in vas non generet spermaticis? Sed iam intellecta veritate vide consequentiæ vim. Semen non generat in testibus, ergo non est actiui ridicula illatio. Procede & dic: Cum hoc non descendit, ergo non est graue. Sol per noctem non illuminat, ergo nõ est lucidus. Huiusmodi sunt multa argumenta, quæ ab his, quæ sunt ex accidenti, ad ea, quæ sunt per se, similibus digredidit. Tertium, simili disceuerit fallacia. Nam dici: Semen est potentia, ergo non actus, ergo materia, & non agens. Argumentum re cte probat de partibus materialibus seminis, quæ à virtute generatiua disponentur, de partibus verò gignitiuis fallaciter procedit. Nam non intelligit, quòd in illis est quædam potentia actiua instrumentum agentis, quæ quidem respectu generantis, est potentia: respectu ipsius spiritus gignitiui, est actus: respectu partium crassarum, est efficiens. Quòd si hoc non percipit Autor hic, accipiat clariùs. Calor spirituosus est forma, & actus, dans esse tale calidum; est potentia, vt operatur in virtute alterius; est efficiens, vt calefacit partes vicinas.

Ad vltimam partem huius argumenti de uenio, quòd tam subtiliter procedit, vt factar, nec verbum illius intelligere. Non enim possum percipere, quo pacto cordis ea virtus matris faciat per pulsum cor factus, & hepatica hepar, mediante sanguine venali. O quanto meliùs diceret, ab omnibus feminæ partibus semen proficere, vt aiebat Hippocrates; & sic semen cordis generare cor, & semen hepatis hepar producere. Tamen virtutem merè pulsatilem cor generare, deliramentum proliis est. Quis enim puras est aliud virtus pulsifica, quam motiua per dilatatione, & compressionem? quid spiritus vitalis, nisi quædam tenuis, & vaporosa sanguinis portio, aere calefacto comixta, à corde in gratiam totius generata? Quis facit motiua arteriarum nisi mouere, & distribuere? Quis facit spiritus nisi calefacere? Intelligas, obsecro, quæ dixi. Nam cum dico virtutem pulsatilem ad motum tantum determinari, per

Ad Hippoc. Phil. Soph.

quem distributio calidi influentis exector, intelligo nullum aliud minus posse præstare. Nam si confundis potentias & actiones, & obiecta, non est cur dispirem*. Quantum verò distet potentia generatiua a pulsifica, ex his est, quæ probatione nõ indigent. Nam quæ in testibus elucet pro speciei conseruatione, per excellentiã generatiua appellata, aliud à se simile in natura respicit. Quæ autem in corde residet, tendit per se in propriam cordis nutritionem. Est enim coëctrix; ergo cum neque pulsifica, neque spiritus generatiua possunt producere nisi proprios terminos, quorum producent alienos.

Sed adhuc non quiescit opinator. Dicit enim esse consonum, vt simile faciat si mile, & virtus cordis faciat cor. Bene quidem fateor libenter, dummodo nil agar, vltra virtutem quam habet ex se, vel recepit ab alio. Spiritus ergo distributus agit secundum virtutem receptam à corde, calore viuifico partes omnes actuat, & calefacit, arteriæ agunt motum, per virtutem motiuam receptam, nil aliud recipiunt: ergo aliud non agent.

Sed tacite obiectioni iam satisfacio, quæ animam Paci in suum errorem forsitan conduxit. Cum viuens sui similis productionem desideret, in cuius appetitus gratiam virtutem generatiuam, & instrumenta condonauit natura; quare partes principes tam actiue, tot instrumentorum differentis condecoratæ, non generabunt alias sibi similes? Huius rationem in superioribus insinuauimus, non esse scilicet confundendo naturæ fines. Nam vt formæ medicæ alias sibi similes non generant, ob nil aliud, nisi quia cum ad alias per modum vite ordinantur, oportebat vt steriles essent, nilquæ aliud intenderent, nisi vltimum finem, alias nunquam natura termino sibi proposito poriretur. Nam si semen equi aliud generaret semen, quando (obsecro) alter equus per propagationem emergeret? Nunquam profecto. Ergo quamuis semen (vt occultè obiectione diluam) quantum eius naturalis primas habeat qualitates, & possit agere ad sui inter comunicandã naturã. Tamen, vt instrumentum altiori modo directum, iam obliata propria entitate, non semè, sed animal generat. Hoc diximus, vt manducam doctrinam ad partes nostri corporis, quæ licet entia naturalia sint, & vt licet potentia debeant frui generatiua; tamen in toto nil aliud intendunt, nisi totius tutelam, & conseruationem, tanquam quæ-

o j dami

dam entia media, ad corporis vniuersi bonum ordinata. Ne verò bono generationis orbaremur, prouidit natura, vt potentia generatiua totum respiceret, in quo & partes: rursus totum in testibus suis vires manifestaret, in quibus modificata illa virtus omne complementum acciperet pro generatione excreenda. Itaque cor non generat cor, neque arteria arteriam, sed totum generat totum, mediante semine applicato (vt diximus) influuio substantiali. Sed quid immoramur? discedamus iam ab ista disputatione, si prius clarissimis verbis, ex propòita doctrina summam eliciamus conclusionem: testes scilicet materiam feminalem ad naturam instrumenti generatiui, quoad possunt, eleuare. Atque vt id possint cumulatiue prestare, à corde per spiritum vitalem foceri, ab hepate copioso nutrimento irrigari, à cerebro multis spiritibus animati, partem gratiam hinc reperies; nam si hæc tanquam instrumenta partium nobilium concurrunt, tamen à testibus alius beneficium suscipiunt. Nam spiritus, qui solum cordis ferebat calorem, iam à testibus elaboratus, cordificus verè dici potest, & formatius. Qui ab hepate radis emanauerat singulis, iam à testibus subactus alterum hepar valet generare: qui à capite defesdebat spiritus ille, siue lucidus spiritus, nunquam quiescens, iam opaco corpore circumscriptus, ad constringendam mirabilem structuram in architectum assumitur. Hæc sunt immediata tanti effectus instrumenta à testibus fabricata, per maternam influxum aucta, à corporibus caelestibus adiuta, à prima causa miscè gubernata. Maneat igitur apertum, virtutem formatiuam, à toto per testes derivari, hincque operi esse dicatos, vt dum reliquæ partes pro bono contendunt in diuina, partialis propagationis oblitæ ipsi, aliarum efformandarum solliciti, illarum adimpleant desideria. Sufficere certe poterat Hippocrates (si dicta non sufficiant) mille in locis, sed his testibus præcipue, ex professo probans varietatem sexus oriri ex varia seminum miscella, proot vnum, aut alterum vincit. Quod neutriquam doceret, nisi femina virtutem haberent ad factum producendum. Sed tempus iam est, vt disputationem istam relinquamus, & certiam dubitamus inculcari, quam promiseram, aperianus.

Sed quo pacto diei noster Hippocrates, roborari semen viri accessu ignis, qui in semineo continetur? Nam dicit: Vna-

quaque pars (semen scilicet vnumquodque) non habet sufficientem viam ad alimentum conuertendum nisi alteri adhiungatur, ignis ad ignem, aqua ad aquam quibus aperte, declarat ignem in semine masculi inclusum à femineo corroborari. Hoc autem videtur falsum, & contra ipsam Hippocratem, qui in præcedenti textu dixit, feminas naturam aquam obtinere. Ex quo argumentum conficis non debile. Nam si remissum remittit inueniunt, ergo semen femine remittere debet, & temperare semen viri, siquidem hoc igneum, illud aquosum esse ostensum est satis.

Sed accipiam, & elige quid vis dicere, nam aut semen femine est calidius, aut æque calidum, aut minus calidum. Si est minus calidum, remittet. Si æquale, nil prorsus ager, neque adanger. Si calidius (quod non dices) in idem incidet inconueniens, à semine siquidem virili remittetur. Nodus hic breuiter dissoluedus pro vltima textus explicatione. Corroboratur certè vtrumque semen media commistione, non quidem in primo suo temperamento, sed in illo, quod pro fixa temperando oportebat obtinere. Quod si ita inaduertas, facile prædictis obiectionibus satisfacies, si æqualitatem demas miscibilem. Nam si ita æqualia accederent semina (vt fingis) quam species generationem tergo in æqualia conueniunt in vnam prolificam miscellam, remissum remittens, sed corroborans: quia quanto in femine magis contemperatur caloris excessus, tanto magis correspondet calorum qualitati viuentium generatrici.

TEXTVS LXXIII.

Consistere autem possunt inter se *sanella & masculus*, propterea, quod anima idem est in omnibus animatis. At corpus vniuscuiusque differt. Anima quidem semper similis, & in maiore, & in minore. Non enim alteratur, neque per naturam, neque per necessitatem, corpus autem nunquam idem in illo aliquo est, neque secundum naturam, neque ex necessitate. Cum partim seruetur in omnia, partim commisceatur ad omnia.

COMMENT.

Immortalitatem animæ rationalis cognovit Hippocrates, somnolentum excitans Galenus, veterinum stolidorum liquans, & fundens. Tam antiqua antidota contra hæreticos prouidit Divina Sapiencia.

Discursus brevis, sed maximè ponderandus.

Aptum est, quid (iuxta propositam inscriptionem) intèdam. Non enim, quæ eruditissimi feliciter de hac re typis mandata, attingam; (omnes enim in tertio de Anima immortalitatem illius sufficienter probant, & Mar. Ficinus opus peculiariter, Nymphus, & alij huic veritati dicant.) Sed quod nouum existimo) ex doctrina Hippocratis illam ostendo Femelius lib. 2. de Aedit. rerù causis, aliquid subolsceit, sed nil probat. Ego sacra præcepta Concilij Lateranensis, profusus gaudijs exequens, ad pudorem vsque hæreticos traho, antiquissimam lucem Hipp. Græcæ tenebras illustrantem, palam demonstrans, qui tot annis ante Aristotel. animi nostri excellentiam proclamauit. Ad rem ergo.

Textus hic iam exposcit, vt explicemus quid Hippocrates de animæ sententia substantia (vt pronisi superius) & quantum ad medicinæ placita videatur indifferens, quam habuerit opinionem summus hic vir, mihi tamen aliud probatur. Existimo enim ad optimum medicum pertinere, naturam animæ rectè perpendere, vt quod illius aliquando debeat habere prouidentiam. Igitur, si me Hippocratis amor non fallit, demonstrabo animæ æternitatem apud eius libros constare: & hanc cognitionem ad medicinam exercendam esse necessariam.

Atque vt contrarij exulta veritas magis splendescat, nil videret apud Hippocratem magis vulgatum, quam calidum animam appellare, in superioribus textibus, multoties. Et 6. Epidem. part. 5. hominis animam semper reuici vsque ad mortem aiebat. Et sectione 8. Si infirmitas, inquit,

vertit ad animam, sunt melancholici; si ad corpus, sunt epileptici. Vbi per animam omnes remeriem intelligunt. Et libello de Corde, animam hominis in sinistro coe dis ventriculo collocat, & nutrix puriori sanguine affuecat.

Præterea hic ipse textus, quem explicare intendimus, idem confirmat. Nam cum superius dixerit ignem igni adhaerescere, aquam aquæ non volens docere varietatem fictus, intèdit demonstrare, quòd tam in femina, quam in masculo possit esse virtus ad similem productionem, quia, scilicet, anima in vtriusque eadem est, nempe calidum (non quòd sibi contradicat, vtpote qui dixerit calidiores esse masculos) est autem idem calor specie, quòd inferius apertè declarat, dicens: Si autem quis non credat animam animæ admisceri, ratione caret. Et ponit exemplum in carbonibus ignitis simul coaceruatis, vnum ignè compenentibus. Ergo signum est, Hippocrate de calido feminali verba facere; hoc est enim quòd nascetur, & quòd scilicet vocauit animam. Quòd autem dicit non alterari, neque per naturam, neque per necessitatem, eòmodam habet explanationem; si dicamus calorem huic ita perfectum sic dirigi in generationem, vt ab hoc opere nullo modo auertatur. Et quòd hoc sibi velit anigma, patet, quia parum antè dixerat, adiuuicem contemperari. & in omnibus illis textibus victoriam tribuit, nunc femineo, nunc masculino femini: ergo intelligit, alterabile esse calidum, in quantum calidum. Inalterabile verò, & immutabile in quantum instrumentatum, vtpote quòd semper ferum producat, quantum est ex propria natura instrumenti. Hæc certè videbatur melior explicatio, quam alia absurda, non alterari calidum, quia subsistere nil est contrarium. Optimum desideratum.

Vltimò probatur, quia cum anima non sit eadem in omnibus animatis, est siquidem alia elephantis, alia leonis specie diuersa apparet euident, nõ cognouisse Hippocratem aliam animam præter calorem: hic enim est, quem dicit in omnibus animantibus in maioribus, & minoribus eundem esse.

Hæc Galenus cum oscitantèr inspicere, nil aliud esse animam esse arbitratus, quàm ipsum calidum contemperatum, aliquando verò hoc non affirmans, tandem, vel nullam, vel timidam, & erroneus plenam sustulit opinionem, credens se magis Hippocratis sequi quòd doctrinam, quam cer

tè(hæc saltem in parte) profus obsecrauit amplius.

Quòd si legas quæ scripsit 1. de Sanitate tuenda, cap. 7. lib. de Foetus formatione, 5. de Medicam. fac. cap. 9. lib. de R. igore, 6. Epid. com. 5. & sæpè alibi, inuenies hominis inconstantiam & deuenisse, vt in nulla sit opinione; imò cum dixerit, nil referre ad medicum animæ naturam indagare, postea totus est in eius potentij inquirendis: quamuis, vt verum fatear, lib. 7. de Hipp. & Plat. de ceteris, alijs philosophetur, & ad cognoscendam animæ diuinitatem iam iam alpiret.

Igitur præter meatem omnium Neotericorum sit nostra cõclusio: Hippocrates animæ rationalis excellentiam, & spiritualitatem cognouit, & eius prouidentiam in aliquibus morbis esse necessariam existimauit. Ista cõclusio duas habet partes breuiter demonstrandas, vt pauca illi qui contendunt ex philosophia probari non posse animæ immortalitatem. Discant ergo tot anni ante Aristotelem ab Hipp. solo lumen philosophiæ fuisse comprobaram. Prima pars probatur ex libr. de Carnibus, vbi sic ait: Et videtur sanè mihi, id quod calidum vocamus, immortale esse, & cuncta intelligere, videre & audire, & scire omnia, tum præsentia, tum futura.

Hanc sententiam tanquam mirabilem omnes suspiciunt, at Lucilius Philaleus lib. 2. de Anima, hunc locum adducit satis extraneum; nam vult probare animam sentientem, & vegetantem, nil aliud esse, quàm calidum; & quamuis Zuingerus totam sententiam non de anima, sed de calido tanquam instrumento, & iunilo quodam Dei (sinitrè satis) Interpretetur, nos de Anima rationali debere intelligi probamus; hanc enim appellat immortale calidum, cuncta videns, & intelligens, Democriti verbis vrens. Erat quidem Democritus magni nominis Philosophus, & Hippocrates familiaritati maximè addictus, qui dicebat, animam, ignem esse sphericum. Quid ergo mirum, quòd Hippocrates modum loquendi tanti Philosophi reciperet, & animam igneam, seu calidum appelleret, veritate tamen sibi manente integra? nam neque atomorum opinio, neque illorum varios situs, neque bellum illud continuum quo vita sensatur per inspirationem, ignibus attractis, & alios interiores detinentibus, neque orbicularem illam animæ figuram fuit amplexatus. Ipsa verba id demonstrant. Hoc quod vocamus calidum, vt insinuet com-

muniem modum fuisse loquendi tempore Democriti, & non absque fundamentis. Inter elementa enim solus ignis immortalem diuinitatem manifestat, vt circa primos textus latius scripsimus: ouetur siquidè, per omnia subtilissimè penetrans. Sic anima minimas adhuc particulas substantia-liter informat, & viuificat: atque vt ignis elementaris per motum cali in ista inferiora descendens, iterum ad superos euolat, ita & anima, à diuina virtute per creationem procedens corpori immergitur, & toto nixa, ad amplissima illa, & beata primordia ardentem inflammat, quid ni appellamus animam igneam, quæ perenni conflagratione concitata, ad dona caelestia incessanter aspirat, atque vt flamma relictis combustilibus, a terra perit? Restè quidem Hippocrates à Democrito loquendi formam desumpsit. Nam & Aegyptiorum hieroglyphicum, immortalitatem animæ pyramide manifestabat. Cuius basis Zodiacum, summus verò apex terræ centum perungebat, vt insinueret calitus fuisse demissam, vt ignis qui ab alto vsque ad cœtrum sensim dilabitur, omnia ad vitam disponens. Sed è contra efficiebant pyramides ad Heroum sepulera. Basim in terra, apicem verò maximè eleuatum, & cælum respicientem, vt demonstrarent, animam ad caelestem euolasse, viraquè potiri felici, quam præparant in terra assidens labor, & egregia virtus, quæ basis est & fundamentum æternæ beatitudinis. Confirmatur Hippocratica veritas verbis nostri textus: *Anima neque per naturam, neque per necessitatem alteratur*: ergo est immortalis: bene sequitur, quod vbi media non sunt possibilia, neque finis sit possibiles (naturaliter loquendo) ergo si anima non est alterabilis, nullo modo est corruptibilis. Quo argumento coniuincunt Peripatetici cælum esse incorruptibile, quia est inalterabile, & incapax peregrinatum impressionum.

Ignoro profus, an clarius possent suam mentem explorare noster Hippocrates. Nam cum milies dixerit, calidam alterari, mutari, per ætates variari, appetum esse, hanc sententiã nullo modo de calore posse interpretari, sed de sola animæ substantia, quam cognouit super qualitates alteratas eleuari, neque exiccari in senibus, neque adulescere in pueris, sed vnam semper naturam seruantè persistere in maiori, aut minori corpore.

Ex quibus verbis desumpsit Aristotel. suam sententiam 1. de Anima, tex. 65. quare

scen-

senectus, non est quia anima quæquam est
passa, sed quia id in quo est aliquid passum
est, &c. An hæc Aristor. verba cum Hippo-
craticis coincidunt? certe in ore loquan-
tur.

Colligere verò oportet, quàm philoso-
phicè Astrologorum quorundam vocat
vanitatè, qui actus humanos liberos astro-
rum influibus submitti contendunt, qui-
bus prædicat Hippocrates. Anima neque
per naturam, neque per necessitatem alte-
ratur: libera est, supereminens omnem cor-
poralem creaturam, nullo pacto orbibus
subdita caelestibus. Dicitur inalterabilem esse
per naturam, quia ex propria conditio-
ne pari non potest à rebus physicis, & nara-
ralibus. Inalterabilia verò per necessita-
tem, quia neque à causis secundis superio-
ribus potest alterari. Apud Hippocratem
enim, per necessitatè intelligimus causam
caelestem, quæ illa inferiora variis alteratio-
nibus moderatur. Solet primam causam,
diuinam necessitatem appellare (vt in tex.
21. explicam) caelestia verò corpora, hæc sè-
cundam necessitatem nominari. Nam anti-
quos legimus vniuersalia illa efficiens ne-
cessitatem compellasse, vt Aristoteli. 1o. de
Republica, ait: Mundum inter necessitates
Decem genua volui.

Hippocrates ergo Deum Optimum Ma-
ximum diuinam facit necessitatem, vt qui
omnibus necessarius sit simpliciter, ad ef-
fectu, ad vitam, ad actiones. Iuxta illud Diui
Pauli: *In ipso vitalimur, mouemur & sumus.*
Nunc verò superiores causas secundas tan-
tum memorat, quæ erant nos afficiunt, nõ
tamè cum illa inevitabili necessitate, quæ
Deo Maximo subicitur. Quod libro de
Natura humana docebat, dicens elemen-
ta à necessitate alii, & sustentari, id est, à cor-
poribus caelestibus.

Cum igitur anima humana, neque subit
nariibus, neque caelestibus alterationibus
agitur, merito inalterabilis, & incorrupti-
bilis dicenda ex sententia Hippocratis.

Sed audiamus Mercurialem in hoc tex-
tu. Inquit: Anima eadem est in masculo, &
femina: conueniunt itaque in anima, quibus
corpore differant. Hæc Mercurialis.
Nunc arguo sic ergo (velis, nolis) concede-
re debes Hippocratem cognouisse animæ
elevationem. Nam nuper probauit, dissi-
dere quàm maximè calorem viri à calore
femine; hanc per aquam, illum per ignem
constituens, ergo vt sibi conser Hippocra-
tes, nunc loquitur expressè de ipsa anima,
vt omnem naturam corporalem excedit,

liquidem dicit eandem esse in omnibus.
Vides Neotericos veritate coactos in ip-
sam incideri?

Sed procedamus ulterius (nam ex vai-
ueria dignè one disceffer verus Consi-
deremus diligenter coherentiam Hippo-
craticam Animi, inquit, non alteratur. In-
feramus nos; ergo non ex elementis con-
sistat, ergo immixta, ergo non est cõmixta.
Hoc enim temperamentum quoddam est,
quod à præcipua qualitate denominatio-
nem desumptur. Rursum Anima omnia in-
teligit (ex lib. de Carnibus) ergo immate-
rialis est, ergo immortalis. Crediiderim cer-
tè ex illis duobus locis Aristotelem sibi
se suam doctrinam 1. de Anima, text. 3. &
text. 4. ubi probat intellectum immensum
debere esse (vt dicebat Anaxagoras) & om-
ni corpore denudatum, vt possit omnia
percipere, sed formens rationem, vt sensus
debet denudari à sensibili, vt ipsum per-
cipiat (sensum enim caudens: prohiberet ex-
taneum) ita & intellectus, cum omnia in-
teligit, debet ab omnibus esse denudatus:
ergo est immaterialis, immensus, incorrup-
tus, & incorruptibilis. Exemplum posui
in sensu, eleuanda tamen est ratio, ratio sen-
sus particularium est anima vniuersalis.
Igitur vt visus, vt colorum sentiat, sic co-
lore est ita & anima, vt omnia composita
cognoscat, per nullum debet denominari:
ergo incorrupta est ex sententia Hippocra-
tica. Ita vt posuis ex libro de Carnibus, &
ex nostro textu, arguimus Aristotelem
sic eõdem. Anima omnia intelligit,
ergo est immaterialis.

Neque solum hæc ratio incorruptibili-
tatem probat, verum respondet constanti
questioni, quæ fuit queri: Quæ sit causa
quare excedens sensibile corruptit sen-
sum, & ceteras tamen in eõdem nõ cor-
ruptit, imò pericit in eõdem? Ratio
fundatur in nostro textu. Nam anima (cũ
neque temperat enim sit quæstratum, ne-
que aliquod organum corporum, neque
ab illo dependat) inalterabilis est. Ergo
quantumvis excellens sit obiectum, non
corruptit, sed potentiã intellecti adõ per-
ficiet at sensus, cum certa organi dispo-
sitione consistat, pro cõstatio ad existenti-
sensibus, vel in temperat, vel in dõstio.
Igitur anima apud Hippocratem, neque
corpus est, neque mixtum, neque calidum
aliquid temperamentum.

Foras Hippocrates parauit non tẽdè
nostri rãpõs Scripores istos textus per-
spicuos, decreuitquæ suam mentem
aperi-

aperire, lib. 6. Epidem. sectione 8. text. 22. in hunc modum: *Mentis cogitatio ipsa secundum seipsum, sine organis & rebus, mater, gressus det, & territur, & confusis, & sperat, & desperat, sicut Hippocri puerilla in animo sciebat per seipsum, qua in morbo fiebat.*

Scio crudelissimum Vallesium hunc locum interpretari de his, que in somnis contingunt, & de melancholicis, quorum causa est imaginatio, ut sine occasione timeant, gaudeant, & lateant. Tamen ad presentem veritatem non parum facere casitino, est, scilicet, esse anime altitudinem, ut sine instrumento operetur corporeo, quod nulli forme materiali concessum est. Nam licet per somnia operetur sine rebus, id est, sine presenti obiecto, non tamen sine fantasmatibus, sed operari sine organis, quis non videat soli forme immateriali competere; communeque dictum Peripateticorum. Intellectus eget corpore, ut obiecto, non tamen ut subiecto, huic sententiae annexi possit. Operatur itaque anima sine organis corporalis, ergo superat omnem naturam corporalem; immo ipsa species operationis, id confirmat, qualis est futurorum divinitio, & rerum presentium sine signo digno; ut Hippocri puella sciebat morbi abditas causas, & occultas moxiones; ergo anima alia natura est a calido. Unde satis constat, Vallesium frigidam istam sententiam explicuisse: nam neque per somnia, neque per affectiones melancholicas, sine organo potest anima aliquid operari; ergo necessario fatendum est, animam esse ab omni corpore elevatam, cum illius operatio ita sit supereminens.

Probatum praeter nostram conclusio ex lib. de Natura muliebri, ubi sic ait Hippocrates: De muliebri natura, ac morbis haec dico: Maxime quidem numen causam esse, postea vero naturas mulierum, & colores.

Textum hunc non intelligit Mercurialis. Nam dicit, colores inter causas morborum numerari, quamvis non sint causae; ita & divinum in morbis, nisi velimus amplecti illam divinorum providentiam, quam in prognosticis asseruerunt. Tamen ego hunc textum magis ad Hippocratis mentem interpretandum duxi. Numen, scilicet, id est, divinum hoc quod intus nos regit, animam dico, multorum morborum esse causam. Quae febres non excitet iram quem sanguinem non timor coagulet; quae ossa non arefaciat tristitia; quae spiritum non dissipet immoderata latitiae. Inter-

num igitur numen cum non solum ut sit ma, verum ut motor corporis gratia, praerit suum instrumentum, spiritum, scilicet, huc illicque movere, & attrita ignescere, vel quiete perfrigerare, morbosque multos facere; atque cum Hippocrates (tantorum conscius) mulieres contempleretur maxime animi affectibus obnoxias, philosophice satis, inter primas morborum causas animam constituit. Obnoxiae vero sunt, tum ob imbecillitatem cordis, tum quia ministrations obtemperant. Id explicat Hippocrates, numen dicens esse causam, deinde naturas & colores; quasi exhibens causam efficientem, & materialem, per naturas mulierum intemperatas in se ipsas; quas ex coloribus deprehendere statim docens, ait: Nam quae superabundant sunt, humidiore sunt & fluidiores. Vides aperte quomodo colores, ut signa enumeret, non ut causas occultas, ut male putavit Mercurialis.

Ex dictis patet Hippocratem animae excellentiam cognovisse, illiusque providentiam diligentem habuisse (ut secunda pars nostrae conclusionis iam elucescat) nam & in puella illa ex 6. Epidem. animae perpendit, & apens de affectibus mulierum, aeterni numinis efficaciam consermat, ut potentis tot morbos concitare. Abest miseris Galenus in tantis caecitatis splendorebus, qui licet tantillum excitatus 7. de Placitis quasi scintillam huius ignis continentibus oculis inspiciebat; statim vero lethargo oppressus dormiens deliravit, ad suam ineam de anima opinionem recurrentem, quam S. Thom. 2. contra Gentiles, cap. 65. improbat evidenter: *Deceptus (inquit) Galenus videtur, ex hoc quod non consideravit, aliter attribui passionem complexionem, & aliter anima; complexionem namque attribuitur tanquam disponenti, & quantum ad id, quod est materiale in passionibus, sicut ferat sanguinis, & huiusmodi, anima autem tanquam principali causa ex parte eius, quod est in passionibus forma se, sicut in ira appetitus & indulle. Haec Divus Thomas, respondens fundamento levisimo Galeni asserentis animam esse complexionem, quia ad complexionem motam mutantur animi mores, & affectus. Stolidi barbarianes orta ex ignorantia Hippocraticae philosophiae. At nosse divinus Senex, inter complexionem, & animam, manifeste distinguit, asserit enim, *non esse se causam aliquorum morborum, & naturam ipsam.* Vides aperte distinctionem Vidit pro-*

proculdubio S. Thomas, siquidem solum Galeum in illo errore deprehendit, possum Hippocratem nequaquam.

Neque textus quidem, quem inferius inuenies, aliquid contra prædictam veritatem continet. Sic enim Hippocrates: *Esura omnium, à quibus alteratur anima, causa ad meatum, per quos ipsa paratur, naturam referenda est: prout enim afficiuntur vasa in qua feredit, & ad qua allabatur, & quibus admittitur, talia sapiunt, propterea talia ex diæta transmutare non possumus: naturam enim inaspedabilem immutare, & alterare impossibile est.*

Textus hic primo intuitu pugnat contra ea, quæ dicta sunt, nam probauimus animam inalterabilem esse naturam, hic verò animæ alterationem à naturam dispositione orti alleuat, postea verò concludit quasi sibi contradicens. Naturam enim inaspedabilem immutare impossibile est: sed quæ est illa inaspedabilis natura, nisi anima, quæ rã occulte, manifestam corporis gerit gubernationem?

Locum hunc adducit Andreas Laurentius, existimans Hippocratem asserere, animam neque à potibus, neque à cibis alterari: sed meo iudicio non intellexit Hippocratis mentem; & sententiam, quam dicit sole illustriorem, obcurauit. Docet ergo prius Hippocrates, quomodo animæ nostræ subiectam possit ad meliorem statum reuocari per diætam, quando, scilicet, aut quæ intemperie corpus laborat, vt furiosos ex atra bile, humidantibus & frigidantibus curamus; stolidos & stupidos ex pituita, cibis calefacientibus & exiccantibus reducimus ad antiquum viuacioris mentis splendorem: at quando corpus nō intemperie laborat, sed praua compositione, ex qua morum error resinit, neque cibus, neque potibus curari valet: artificium enim internum admirandæ compositionis, ex meatibus quibusdam, ventriculis, & cellulis constitutum, à facultate formatiua mirifice erectum, iure optimo ab Hippocrate appellatur inaspedabilis natura, id est, occulta. Hanc ergo dicit nullo modo posse per diætam alterari. Patet hæc nostra explicatio attentè legenti textus ante cedentes, & consequentes. Videbit certè cerebri affectus ex intemperie ortos enumerasse, quod possint per diætam mutari, postea ad morbos canisatum, & meatuum decensile, quos per diætam curari posse desperat. Quam doctrinam Amicn. illustrauit lib. 1. fol. 2. d. 3. cap. 3. de Signis

complex. agens de pillis crispis obporum torturam, & hanc dicit in medicabilem: crispitudinem vero ex calore, & Gecitate, medicabilem. Eius verba sunt: Est tamen cum forasnum, & pororum inuenit tortuositatem, sed istud non resoluitur cū alteratur complexio, &c.

Quomobrem potius textus hic nostro discutiis complementum adfert. Siquidem cum probauerimus ex Hippocrate animam nō esse calidum, nunc docet aperte, non esse corporis aliquam vasorum hæmoniam; imo quid superius, & diuinius. Cum ergo non compositio sit organorum, neque calidum influens, aut natium (cum nil aliud sit in corpore) sequitur quid esse eleuarius.

Quod si dicat alterari animam à morbis vitium, id intelligendum, non de animæ substantia, sed de illius operatione, que tam variè mutatur, ob subiecta in quo est permutationem: quod liquet aperte, cum nil cõ loçi agat, nisi describere varias sapientia, & insipientia; fortes, quæ ex diæta cerebri dispositione proficiuntur, & alias ex praua meatuum compositione.

Nunc opus est argumentis satisficere. Ad primum dico, loquutum Hippocratem more Democriti.

Ad secundum, acutum esse istam interpretationem, sed falsum, & extra mentem Hippocratis. Nam cum dixit aperte, nullo modo animam alterari, consilium non de calido esse intelligendum, quod tantis subiacet mutationibus sed de natura superioris. Quod autem dicit: Calor est mutabilis, vt calor, non tamen vt instrumentum, falsum iudicamus. Nam si calidum feminale mutatur, mutabitur etiam ratio instrumenti. Nam hæc descendit ad agente in materiam rectè dispositam; ergo semen vt sit instrumentum generantis, etiam habere debet caloris moderatioris, quam si amittat, amittit etiam esse instrumentum. Nam vt forma certam requirit in materia dispositionem, quæ ablata, & ipsa auferatur, ita, & semen, vt sit instrumentum, suas requirit dispositiones caloris, quarum defectus sunt sterilitatis cause. Igitur vanum est, nostrum textum interpretari de calido feminale, vt instrumentum.

Ad vltimum dico, quod intelligitur textus, non de calore, qui in nullo idem est, nam, aut in gradibus, aut in modo tantum curari, vt effectus quos hic producit, seu t quam alter consequatur quod adeo possit animi aliquorum male philosophantium

Notatur An
dreas Laur.

Ad argum
ta.

Hippocrates
nobis ex in
temperie se
minis, à diæta
curari docet;
animi verò
natura ex ma
la dispositione
per diætã in
curari non potest.

rium, ut differre calores specie arbitrantur. At hæc dubitatio non habet locum in anima, de qua hic loquitur Hippocrates, quæ eadem potius indiuicibilis specie, ad varia corpora à Deo creatur. Etenim si aliè philosophatur, ut consulto animas brutorum excluderet. Dicit enim, quod anima neque per naturam, neque per necessitatè alteratur (ut probatum est) solam animam rationalem intelligit, quippe anima sensitua supra corpus non eleuatur, ex seminali procedit substantia, atque ex consequenti corruptibilis, & mortalis: de qua latè D. Tho. 2. contra Gentiles. Nunc textum facile est enodare. *Consistere* (inquit) possunt semella & masculus, & coniungi ad vnam vniuersam generationem, quia animam habent eandem, quæ radix est, & principiu omnium actionum, & per consequens generationis, & tæc mini per illam adquisiti. Corpus verò, & totu hoc quod se tenet ex parte materiz, tam infimu est ordinis, vt nunquam sit idè, sed variatum anima autem inalterabilis, immortalis, & incorruptibilis, soli Deo (qui est necessitas prima) subiicitur: alijs causis (quæ sunt necessitates secundæ) alterantibus, vel momentibus, neutiquam: at corpus, quod ex elementis sit compactum, multipliciter euariatur, tum ex propria elementorum miscella, tum propter alterationes, quas à causis inferioribus & superioribus incessanter patitur. Secernitur enim in omnia elementa per putredinem naturalem, & commiscetur tot causis alterationibus, quales sunt res non naturales, quibus necessariò uti debet, quæ tantam vim habent ad propriam corruptionem, vt ab illis mortem euenire naturalem multi probauerint philosophi.

Hæc est (meo iudicio) huius textus genuina interpretatio, consona Hippocrati & veritati.

Sed dices. *Quid* oportuit naturam anime rationalis pendere, ad tractandum de sexus distinctione, de hominis generatione, de auctiuitate seminis masculini & feminini? Videtur certè dispar ratio, & nil habere commune has duas tractationes, nam quantum attinet ad generationem, actus quidam est, ortus à potentia viuens, vt viuens est, non ab anima rationali. Rursus cum ipsa non traducatur per semen, sed à Deo creatur, videtur impertinens, & quasi violentum, vt Hippocrates immortalitatem prædicet animarum: atque spuriam esse sententiam, vel casualè elucidatam.

Dicant liuidi quicquid in buccam venient, non coardior, non potest meum ingenium tam varios animorum affectus delineare. Non est itaque spuria sententia, sed genuina Hippocratis, vt abundè probauit, coheret verò cum reliquis, quia varietatem sexus edoctrurus, diuersitatem educationis, morum animi vicissitudinè, stoliditatem, aptitudinem, viciatitatem, demeritiam, quæ omnia circa operationes anime contingunt) illarum causas variari debebat, atque inter optimo animaduersos voluit lectores, vt percipiant, non anime substantiam laborare, non infirmari, sed corpus, cuius ratione tot fueret eût symptomata.

Tamen dices non ita generaliter debere pronuntiarì sententiam Hippocratis. *Anima non alteratur, anima non patitur.* Siquidè nil magis tritum in philosophia, quam de passionibus anime differere: & nil magis molestum, quam illas vnoquoque die in nobis experiri. Patitur itaque anima.

Sed dubiolu hoc non perturbat prædictam conclusionem, siquidem Hippocrates in istis animi passionibus totus est curationi corporis intentus (preuidens doctrinam S. Thomæ, quæstione de Passionibus anime) sciebat enim animam non pati per se, sed per accidens. Quam philosophandi rationem, quia in ea quæstione latè dilucidatam inuenies, venerationem potius, quam reuerendam esse decreui. Et iam ex solo cubiculo antiquissimi Hippocratis, rationes efficacissimas deprompsimus, ad probandam anime immortalitatem: nullo alio Authore opem ferente.

TEXTVS LXXV.

Siquidem igitur mascula corpora ab utrisque secreta fuerint, augetur pro re præsentis, & sunt hi viri animis splendidi, & corpore fortes, nisi à diuita subsequente damnum accipiant.

COMMENT.

Quod ex hoc libro difficile superest, paucis disputationibus absoluemus. Reliqua enim facillima apparebunt his qui

qui attentè legerint superiores explicaciones, quibus modum loquendi, & intentum Hippocratis discere exarauimus. Ex vna enim sententia multa pendunt. Nam cum docuerat variè commisceri semina, enumerat deinceps fetus, qui nunc vno, in hac altero similes præcedunt. Dixerat præterea semen posse secerari, vel masculinum, vel femininum: addit nunc, posse decidi ab utroque parente masculinum, quando, scilicet, semina viriliter agit.

Quod si dabitur, quo pacto femina masculinum præstat semen, quod aduersus dicta stare videtur? Respondetur id in eis legendum intra proprios limites sexus, ita ut femina, quantum agitur ex propria natura, omnem vim conferat proprio instrumento, & illud vitæ disponat ad fetus productionem. Natura equidem sexus, non seruat in pudendis (ut vulgus poterit suspicari) nam neque si viro tribueret (per possibile, vel impossibile, ut aient disputantes) utrum mulieris, feminae naturam illa tribueret: neque si femina haberet viri pudenda, vir censenda esset: consistit itaque sexus vera ratio in quadam principalium membrorum dispositione, quæ in pudenda insit, quam si auferas, certè sexus potissimum auferes rationem. Id docuerat grauius Abulenlis in Matth. c. 22. quæst. 247. insipientes vocans illos, qui dicunt sexum consistere in membrorum positione, intrâ, aut extrâ. Dicit ergo, quod

genitalia sunt signa differentis sexus, non tamen sunt ipsa differentia, nam (formaliter loquendo) sexus consistit in tota corporis dispositione, quæ hoc corpus est ad agendum in aliud, scilicet, masculinum, & hoc est ad patiendum, & (addo ego) ad agendum in se, scilicet, femininum. & hæc diuerſa totalis dispositio, est causa genitalium diuerſorum, hoc pacto: quod si Deus voluisset viro membra feminea, si tamen non mutasset totalem dispositionem, cutiqueam generaret in se, &c. Hæc Abulensis. Ut intelligas, quod quando hic dicit Hippoc. masculinum semen à femina derivari, non insinuat, femininam virilem obtinere naturam, sed temperem totalem habere perfectionem, & adiuuati modo per genitalia influere, quam reliquæ feminae. Ergo cum tam femina, quam vir, perfecte sua munera exercent, filii erunt

splendidi, & fortes, nisi à dicta mutationem sus-

cipiant.

(1)

De Hippoc. Pp. 169. sub.

Utrum animi mores mutari per dietam possint.

Splendidos, & fortes spiritus illis abicitat Hippoc. ex robustis seminis, nisi ab alimentis postea permittentur.

Quo in hac se videntur conditione reddere, an animi splendor, & corporis fortitudo ex calidioribus oriatur seminibus. Deinde, vtrum animi mores per alimenta possint transmutari. Postrema dubitatio, prius agitata, quæ prima ex illa pendet: & patet negatiuam aliquæ probare videntur argumenta.

Natura temperies permolari non potest, ergo neque alioquin permouetur. Antecedens Seneca amplexus est, epist. 11. apud de animi moribus. Hæc, ut dicit, nulla sapientia auerſit, aliquid habere per naturam suam impertit, omnia eraderet tota Quæstio, atri bus consistit nascendi & corporis operatura, cum vultum dicit, si animi uero possit hæc rebus. Nihil horum citari potest, non magis, quam accersi. Hæc Seneca.

Secundo quia animus ex doctrina Hippocratica omnem excedit quatuor temperie: ergo impossibile est illius eductio ad alimentum mutari. Hoc certè videtur extendendum, ne in puerilem errorem incidat vulgus, credens (ut Galen.) animi temperie esse, siquidem ad illius mutationem in utrumque.

Tertio, quia chiromantia sit sitatem ap probamus, dicentes animi mores corporis sequi qualitate materiam illa (si ares est, ex corporis quibusdam adfectionibus animi euentus conuoluit deprehendere. Quod permittitur est, & à philosopho alium.

Quarto ad sextum accedamus (germinet animi mores ex corporis dispositione) quo pacto aliter is possunt permolari. An hæc non est curatio? Est equidem ergo non dicit abicitur, sed diata curatio ut dicitur, quæ per contraria exercetur. Nam ut constructio similibus, ita curatio contrariis pericitur. Lædes igitur corpora sana, si alimenta et cibos medicamentosa: ergo non licet mutare temperie cura morbum de nouo factum, ergo neque mores.

Quinto, in (ut scribit Plato) Camolridis Thraci Regis doctrina tradit est, omnia vel bona, vel mala in corpus ab anima dimanare. Proinde illi in primis adhibita remedioum subtilitate, curari oportere. Quæ opinio, si (ut Socrates) admittitur, tenenda videtur, animi mores ipsius animi medela cerceat, nulla facta corporis mutatione.

p Sol

Sed vellem profecto argumentum non solum circa nostrum textum, sed pro explicita alicuius sententia huius libri, quaerere, quo pacto Hippocrates animi affectus & mores, per diartem mutari posse, continetur dicitur, quae inter alios continet affectus, quo nobilissimarum civitatum fundamenta deiecit, quae solitudines exhaulit, quae arsons, sanguinis, suppliciorum minime humana fecit, ut cupiditate, hanc inquam salutem mihi rescere docet? Tertium ac rabidum affectum, tam leui modula leniti cõsidit? Quid de libidine, quid de audacia, quid de metus decedat? Voluptatibus ireritis, timore gesticatos, audacia furentes transmutabit alimentum? Miror quidem, quod Hippocrates, suæ oblitus sententia, magnis morbis, tam parva, & debilia perstricit remedia, cum extremis extrema debere opponi, aliquando docuerit.

Septimo dubitationem excitat, quod habipnalem dispositionem in corpore eradicate praesumat, nõ dico habitualement, ut hecica, nam hæc cum præter naturam sit, & ipsam naturam habentem adminiculantem, tandem auferri potest optimo victu frigido, & humido balneo, & inunctionibus, quæ ex principis generationis habitus elucescunt, mores à parentibus per semen tradidos, non magis aboleri, aut temperari potest sperandam, quam glaucos oculos immatura, aut Aethiops decalbari, nõ ut colores, ita & mores per semina desuunt; imò & varix gætes, ex casu & terræ situ, peculiare habet mores, quos Hipp. si victu tantum curas affumeret, vel impossibile aggrederetur, vel totam gentium varietatem euerteret. In furorem lubricos Barbaros, Aegyptios ad emulandam pecuniam sagaces, Scythas immani feritatis ferunt grassantes, Italos regales, Gallos stolidos, leues Græcos, Aphros subdolos, Syros avaros, Siculos acutos, luxu perditos Asianos, Hispanos elata iactantia animositate prepossenos, sola victus ratione commutare valebit Hippocrates? Certe crediderim reliqua artis instrumenta ad id non sufficere, neque medicamenta, neque ferrum, neque ignem.

Tamen separemus certa ab incertis, est enim indubitatum, nõ esse animam nostram alterabilem, ut ex doctrina Hippocratica probatum relinquitur: ergo in his textibus non intèdit mores animi, ut ab animo procedunt, immutare, nam hoc tãt erit impossibile, quam ipsam animam, aut per naturam, aut per necessitatem alterare.

Præterea certum est, ex animi passionibus quasdam à corpore oriri, & in animas terminari, quasdam ab animis procedentes, & in corpore complacentium insensere, à corpore enim exorditur causa molestantis continuum dissolvens, & in appetitu terminatur disconueniens illud, ad quod dolor & infortia sequitur: ab anima incipit appetitus vindictæ, & tandem concitato impetu, cor & spiritus conflagrare non desinit. Animo insidet pulchritudinis amabilis species, sed quæ sensum oblectabat, incensam libidine, & ardenti lascivia corpus inflammat. Ecce passiones corpore indigent, velut termino, velut principio.

Atque cum actus actiuorum sint in patiente recte disposito, consonum est, ut hæc corpora magis ad hunc, quam ad illum affectum disponantur, biliosa ad iram, pituitosa ad sepnitiam, melancholica ad metum, sanguinea ad libidinem, & voluptatem. Temperata ad medium inter omnia extrema.

Ex his colligitur, mutari posse affectus, mutato corpore, quantum ad id, quod est materiale: manere itaque poterit appetitus vindictæ primis suis rudimentis, & quasi radicibus innitens, & aboleri tamen potest, vel temperari. Fruor sanguinis circa cor, spiritus & sanguine refrigeratis, ita ut ira, cum in consensum conuocet corporalia instrumenta, vel non inueniat, vel adeo frigida, ut nullus sint usus. Naturalem agimus nunc, non philosophum moralem, nam partes animæ inferiores, cum menti subiciantur, sui iuris non sunt, atque coercent in summa contenti animi tranquillitate. Igitur de solo corpore agimus prout materiale causam præbet animi perturbationibus. Ex quibus euidens efficitur argumentum: Corpus mutabile est; ergo mutari de factis potest; ergo animi mores mutationem suscipient, mutata propria materia. Videt, ut concupiscibilis & irascibilis passiones, permutata temperie variantur. Nam licet mutatis organis id etiam contingat, tamen cum temperies prior sit, vitium solum de sola temperie philosophari cum Hippocrate in hoc libro, quæ organorum compositio derelicta (tanquam per diartem incurabili) ad solam temperies sermonem reducit.

Dixi mutari posse mores mutatis organis; nõ Anaxagoras putat animam talia esse, quia talibus prædita sunt instrumentis, ut taurus feroc, quia cornua habet, qui ma
gnam

gnam partem ferocitatis deponet, si ferrenur cornua, quasi consuetudinem amittens. Neque contraria argumenta Hippocrati- eam conclusionem debilitant.

Ad primum dico, elegantem esse fati- Se necesse sententiam, & philosophiam maximè consonam, cum corporis temperaturâ ra- dicem faciat illorum affectuum, si vis ma- terialem, vt dixi. Quod verò dicit auferri non posse, quæ ex conditione nascendi, & temperatura exoritur, intelligendum est iuxta illius sententiam in eadem epist. ait enim: *Quicquid infans & ingenitū est, sentitur arte non vincitur.* Quod Hipp. in nostro textu similiter sentit, dicit: *Splendidi, & fortes exsunt, nisi à diæta damnâ suspiciâ, id est, reuicissione.* Vt doceât magni illi viri, mo- rum principia quoad naturam propensio- nem auferri nō posse (esse enim auferre ip- sâ naturâ) demereri tamē artis operibus, & effrenatâ contentiōē deseruere: ma- nent itaq; affectus, tollitur effectus. Quod Gale. lib. de Cognoscend. & curand. animi morbis, sic confirmat: *Nā ab ira profusus lib- rari simul, ac quis velit non continuo quis pot- est: cōprimere autē illius perturbationis int- perantia atque insolentiam potest.* Hæc Gale. qui vt in eo libro docet animi affectus mo- detari sapientia, ita nunc Hipp. temperari posse victus ratione defendit.

Ad secundū patet ex diuisis, quod Hipp. in superiori textu, de anime substantia dis- putauit, qua parte separabilis & inalterabi- lis est. Hic verò de eōcupisibilis & irasci- bilis affectib; partis seriētis: ubi de radicali principio, hic de materia purè corporali.

Ad tertium dico, vanissimam esse chy- roman- tiam, si ultra proprios limites effan- ditur. Sunt autem, vt temperiem, & propensio- nem hominis ostendat; secundum locum post physionomiam obtinens: oritur autem magna pars illius artis ex obsec- ratione eorum signorum, quæ in bruis contemplatur, nam in his æqualis est ratio. Vt ergo brutorum conditiones ex qui- busdam signis certò cognoscimus, ita & in homine, ex similibus eandem temperiem, & propensionem perscrutimur: at si chy- roman- tia, physionomia, aut astrologia, ad alios humanos euentus praedictorū assir- gunt, qui ex rationali libertate dependent, non sunt artes, sed derelictanda deliramen- ta, vt Hippocrates sentit, & vniuersa com- probat philosophia.

Sed pro dolor, eō deuenit iam homi- num uecordia, vt diuino lumine sepulto, belluinis moribus uicere gaudeant, ita vt

physionomia de homine multoties cer- tō iudicet, ac si bellua fuisset: est enim cer- tissima in plantis, certa in bruis, dubia in hominibus. Dubia, inquam, in euentibus praesagendis: propter miserandam homi- nis amentiam: quæ aliàs non dubia, sed nul- la erat.

Ad quartum dico, mutari paulatim ten- pericm sine molestia, licet alimentum sit medicamentosum, præcipuè in pueris, qui propter substantiæ molliem, hoc aut illo lacte faciliè mutari sine sensibili noxa. Ga- len. lib. citato de Animi morbis ait: Porro natura in puerili ætate ad viram perficiens- dam in cunctis plurimum potest. Secundo autem loco studia exercitationisq; disci- plinarum. Ceterum ipsa puerorum ingenia plurimum inter se differunt, eò alia magis, alia minus virtutes seculentur, omnia tamē sunt, vel maximè ad affectus propensa: ita igitur, & corpora puerorū mirabiliora sunt sensimque emutanda, in eam quam volu- mus contrarietatem, quod sine periculo facere artificis est. Neque consequentia ali- quam habet vim. Est curatio: ergo sit per- contraria. Distinguentur siquidē illa pro- positio. Nam contraria possunt adhiberi modo naturali, aut absoluta tantum oppo- sitione, si modo naturali nō lædunt, sed vel reducunt, vel præcauent latent, nam vt natura quosdā morbos insensiles paritur, ira & ars per alimētā exhibet occultam & absconditam medelam quam certè non, quia corpus mutet, debes vocare curatio- nem simpliciter, nam nutrimenta adiu- cunt, cum nulla pollem qualitate, manifestè cor- pus nostrū immutant; non tamen nutritio curatio dicitur, Auicenna id expresse do- cente cap. de eo quod comeditur, & bibi- tur: *Totum* (inquit) *id quod nutrit in fine rei, naturali mutatione corpus mutat.* Et ratio Auicennæ est. Nā cum rapiamur ab alimē- tis, necessarium est, vt mutemur. Igitur nō probat argumentum, lesionem aliquam fu- turam sensibilem.

Ad quintum dico, Zamoisidem contra hominum segnitie proclamasse, bona, vel mala in corpus ab animaderiuari, quod illa sit, quæ tanquam regina omnibus imperare debeat parentijs inferioribus, ad bo- na alliciendo, vel à malis abstrahendo: at si imperij obliuiterent partes fibulos exaudir, & illecebras simul amplectitur, om- nium malorum censenda scaturigo. Itaque horum morborum medela aliquando à sit- peltore ratione proficiscitur, aliquando ex corporis permutatione, mente quasi pon-

dere soluta. Hanc doctrinam non negat
 Res Thracie, cū forsitan vidisset magnos
 animi morbos, & magnis corporis lignori-
 bus fuisse repullos. Refertur antiquarum
 10 Sctiptores: Sicilæ tyrannum Hierona fuisse
 11 hē pnis, & priuatum. & plane omnium pre-
 12 cipuē inconcinnum in elegantiā, & agre
 13 in pōtō natura inconciliable, ferumquē,
 14 ac profum à fratre Gelone nil diuersum.
 15 Sed enim posteaquam xgritudinem implici-
 16 to à publicis curis indulta vacatio, seruari-
 17 quū abundē licuit, febre interpellante, ho-
 18 minum factus elegantissimus est. Stupidē,
 19 quod vel inuito, reculantiquē oriū ex mot-
 20 to impertiebat, doctus impendere disci-
 21 plinis adortus est, quamobrē iam sine spon-
 22 tis, ac profum conualidus. Simon de vte-
 23 batur Cco, ac Thebano Pindaro, necnon
 24 Bacchilide. Huculque Rodigi lib. 19. c. 28.
 Vbi alios multos memorat qui morbis cor-
 poris quasi ex profundo somno excitati ad
 meliorem vitā formulā traducti tenuerūt.

Ad sextum dico, Hippocratem admiran-
 da semper fuisse sequentem, & assequentem
 enamenter quæ non obscuram locum ob-
 tinet, quæ in hoc libro docet de mutatis
 sensibus parentum, & filiorum conditio-
 nibus inuouandis. Tamen vt hoc præster,
 non inspicit potentiarū animi consensum
 rationi rebellem, non vindictæ appetitum,
 non illicita desideria (hæc enim require-
 bant superiorem, & efficacitorem vim) sed
 vt medicus cōspicam cōtempnatus tem-
 periem permutare conatur cordis, & hepa-
 tis dispositiones, quæ tantorum malorū se-
 des existūt. Quod Plato in Thymæo doce-
 bat: *Triā, dicens, esse, quæ ad contrarium ani-
 mium deflectunt, disciplinam, conuersationem,
 atque solatationem.* Per educationem autē
 meo iudicio, *scilicet* (si vis prout compre-
 hendit vsum omnium rerum non natura-
 liū, & præcipuē alimentā) sint eligit, de quo
 Hipp. in presenti ergo viciis ratio sufficiēs
 auxilium est ad immutandas nostræ corporis
 partes, non ad afflictas euellendos.

Ad septimum dico, neque hedicam, ne
 que nostram natiuam temperiem esse habi-
 tum. Medici enim generali vocabulo, habi-
 tus vocant, quos illi suspicantur non facile
 amoueri. Transit hoc, non omnia sunt
 mensura philosophica ponderanda; nobis
 sit integra veritas, quā Angelicus Doctor
 que lione de habitibus manifestauit. Quip-
 pe ad rationem habitus necessarium est, vt
 pendeat ex causis ex sua natura immobilibus
 busque cum sanitas: & morbus pēdeant
 ex causis ex propria natura mobilibus, ab-

fundum est, vt in ordine habituum colloce-
 tur. Causas appellamus per se mobiles qua-
 tuor primas qualitates, quæ in propria na-
 tura corruptibilitatem includunt. Accipe
 hominem sanum, illa optima sanitate à Ga-
 leno decantata, lib. Artis medicae & 23. de
 Optima secta, an continas non subiacent
 mutationibus? Proculdubio perennis labo-
 re colliditur vsque dum in morbum inci-
 dat. Propono hedicam: An calor iste, quē
 temus tibi videatur radicatus, non est ca-
 lor? Sernat prorsus caloris naturam, ergo
 tenuissibilis, ergo ex propria conditione,
 non est habitus. Galenus tamen vocat habi-
 tum illos morbos (vt non totam scholam
 medicorum euectamus) qui sunt per mo-
 dum habitus, aut qui amittunt habitum
 conditionem, quatenus arriuer ad diffici-
 lem curationem, & radicationem in feb-
 rē: quæ duo (meo iudicio) tenent se ex
 parte artificis & medicorum, non tamen ex
 parte ipsius naturæ morbi. Hæc distatim,
 vt perspicuum maneat, Hippocratem in
 hoc libro non enari habitum aliquem se
 mouere, sed illa, quæ sunt per modum ha-
 bitus alterare & remittere: ino (si opus est)
 in contrarium mutare, vel sit à parentibus
 hæditata, vel à calidibus defusa te mpe-
 ries, dummodo elementaribus subijciatur
 alterationibus.

*Utrum animi splendor, & corporis far-
 titudo à parentibus per semina cali-
 diora communicentur.*

EXPLICARĪ est quo pacto dependant ani-
 mi mores ex corporis temperatūra, &
 probandi mutari posse per dietam. Nunc al-
 tera pars textus explicationem petit, vtrū
 ab utroque semine masculino proficiatur
 corporis fortitudo, & animi splendor. Et vt
 intelligatur quid sit id de quo disputatur,
 memorari oportet ex Hippocrate, semen
 masculinū, idem esse quod calidius, prout
 nunc exigit disputatio) non penes hanc
 qualitatem distinguitur à femineo, vt ex di-
 ctis patet, & ex combinationibus, & diuer-
 sis mixtionibus seminum, quas proponit
 Hippocrates in sequentibus textibus. Hoc
 supposito dubitatio est maxima.

Primo, quia corpus temperatum habet
 omnes actiones perfectiores, quā
 corpus intemperatum, ergo habebit etiam
 actus fortitudinis, & mentis excellentiam
 eam maiori perfectione: non igitur à cali-
 diori temperatūra oriuntur virtutes istæ.

Responderi potest, corpus temperatum non melius ad singulas se habere actiones; atque nil mirum si corpus intemperatum arguatur aliqua pollicetur actione, ut canis odorandi excellentia, struthio coquendi potentia. Rectè hæc doctrina defendit illam partem textus, quæ docet fortitudinem ex robustis feminibus oriri. Sed difficultas vixit amplius aduersus hanc opinionem, quam Vallesius acerrimè tuetur. Inquit enim (ex mente Galeni) optimam temperiem per se solum deseruire actioni, quæ debetur speciei, alijs verò non ita; atque ex consequenti torquetur Scriptores in hac quæstione satis extra rem, nam dum modo homo temperatus sit prudentissimus, leo suo temperamento fortissimus, non est cur in alijs actionibus queramus perfectionem. Est siquidem sua cuique speciei temperies ad propriam actionem determinata. In brutis à medio recedens, in homine vero ad summam fractionem redacta. Ita vt possis dicere temperiem, quæ proprio iure homini debetur, esse omnibus numeris ponderalem. Sic enim oportebat ad actus præsensiales, & ad mentis diuinitatem, quæ omnia animalia antecedit. Huculque Vallesius, Iacobi, & aliorum sententiam patefecit, quæ secundum argumentum magnam suggerit stabilitatem.

Secundo, animi splendor nil est aliud quam fulgor doctrinæ, & morum concinnitas; hæc autem duo sapientia incholes sunt; ergo optimam semper insequuntur temperiem, ergo nullo pacto intemperatam naturam maior propositio ex conuicio desumitur Platonis, & ratione firmatur, nam animorum fulgor participatio est diuini splendoris; ergo illa virtus magis resurgit, quæ Deo similiores reddit; est verò sapientia, ex qua bonitatis pollulari reddendo. Igitur per animos splendidos sapientes & bonos in religiosis; ergo requirunt temperiem absolutam, & perfectam, quam ad pondus appellamus, eam hæc sit quæ sapietia humana debetur. Ex quo inferitur, non esse optimam feminam calidam ad iam eleuatas actiones, sed quoad possunt temperatam, vt corpus sit maxime temperatum.

Tertio non videtur corporis fortitudo cum animi splendore in causis conuenire, nam vt probatur eam animi excellentia requirit corpus maxime temperatum, corporis fortitudo feruidam quendam, & succum calorem; quod videmus in agricolis & exercitatis. Robusta enim habent corpora, & mitem, vt plurimum, debilem. Neque dici

potest, loqui Hipp. de fortitudine, quæ animi; potius respiciat (vt quidam credunt.) Est certe vanum, quæ Hippocrates consulo dilinquit, citandere nam inquit: *Animi splendor, & corporis fortitudo*; ergo de mēbentū loquitur fortitudine, & robore.

Et confirmatur ex ipso Hippocrate, qui inferius agit de animi cōstantia, oblita corporis fortitudine, postquam certam mixturem docuit ignis & aquæ, inquit: *Constantes autem merito sunt eiusmodi animæ, ad quosvisque rem animam applicuerint, &c.* Itaque reperies in Hippocrate vnam mixturem ad animi cōstantiã, aliam ad corporis fortitudinem. Igitur nosse textus non est explicandum de animi virtute, sed de membrorum robore.

Propter hæc argumenta in eam duces sententiam, vt ex istis in Hippocrate in hoc textu non de illo animi splendore (de quo Plato disputat, sed de quadam virilitate, quæ adhuc ipsos animos solet concedere, & ad facinorosa exequenda promptos efficere, non quidem distinguitur animus seu, tamen sexus sequitur conditionem. Videbis quosdam adeo mulcrosos & molles, qui nil aliud prorsus cogitant, quàm de corporis cultu, ad actus splendidos & liberales, ad opera virorum planè inuiles; quos grauitè simul & elegantè reprehendit Clemens Alexand. cum sententiã ad verbum transferbam, quia ad nostram textum explicandum maxime conducere videtur 3. Pedag. cap. 1. *Quisquæ ergo processit huius, vt non solum feminæ inani hoc studio laboret, sed etiam viri hoc vitium sequantur; qui enim à corporis cultu nimis pueri sunt, si nequamque sani sunt, ad molliem autem declinantes planè effeminantur, in liberali quidem tonso ac meretricio se tondentes, subrilibus autem ac perspicuis vestibus induti, gloriose vnde quaque obeantes, mallicen rodentes, & vnguentis oleis. Quis de his dixerit quispian, qui tanquam Metopolitopus ex figura diuinat, cum eos vident adulteros, Androgynos, atque effeminatos, vtrique Venere persiquentes, pilis insectos, glabros, storem virilè abhorretes, comas autem nō secus, ac mulieres ornantes. Hæc grauisimus Clemens ad inuicem capitis, & circa siuem iterum ait: *Quis nō igitur admiserit feminæ ad libidinem pro, pensè, alii vident viros talia vultu resimō verò nō viri, sed Bazali, & feminevoli dicendi sunt, quorum voces sunt cōpressæ & graciles, vultus autem, cum tactu, cum tinctura ipsa est effeminata.**

Mally cen rodentes appellat eos qui continuò dentes munitant, ut abii & locidi apparente quod mallyeis vfa perficitur: vel notat alio: qui labia mordent, ut rubcant. **Metoposcoyus** est, qui fröte insepca hominis conditionem deprehendit. Barali à Baralodiscantur homine effeminatissimo. Ex his patet Clementis sententia, quæ nostrum Hippocratem perficuum reddidit. Nam cù oppositorum eadem sit ratio (contraria ponitur, ut explicat Peripateticus) constat Androgynos vitis prorsus opponi. Nam vtri similiter agunt, fortia & splendida aggrediuntur, contra Androgyni muliebri illecebris & nois obliuini nil cogitant, honestum, nullas se honoris simulæ concitant, proprio amore detenti. Audiamus Hippocratem in textu sequenti, vbi ait: *Si verò à femina famineum semen feceratur, à viro autem masculinum, minus sunt spiritus prioribus, quamvis viri etiam nois obtineat. Ecce aperte splendidos magis, vel minus appellat, prout magis, vel minus virilitatem participant. Androgynos verò effeminatos, & obscuros prout magis ad femineam conditionem accesserint. Inquit enim statim. At si à muliere masculum semen secretum fuerit, à viro autem muliebri, sunt hi Androgyni, & merito sic appellantur. &c.* Vides quo pacto Hippocrates & Clementis conueniant, hic conditiones Androgynonem enarrans, ille causas generationis ista que consistere arbitror quid per animos splendidos intelligat Hippocrates viros propria libertate excelsos, mulierum blan simenta participantes, membra exercitiis consolidantes, ad agendum, & parandum fortia maximè idoneos; per Androgynos verò effeminatos & Baralod. In horum generatione muliebri semen prevalere, illos verò ex vtroque semine robusto proficisci.

Ad argumenta, his prelaicis, non difficilis erit solutio.

Ad primum dico, responsionem ibi traditam esse iuxta Galeni decreta, not enim singulas actiones debet habere perfectiores corpus temperatum, atque ex consequenti virilitas, de qua hic agit Hippocrates, & corporis fortitudo ad robusta femina consequantur, quæ talia sunt, non quia exuperanter calida, id est, multum lapsa, sed exuperanter calida cum tali modo, ut ad virilem fortitudinem promoueant.

Dixerat enim Hippocrates libeo de Genitura. *Semen esse robustissimum, quod est in corpore. Quod intelligendum est, quando*

prolificam, & masculam obinet conditionem, quæ non plurimum lapsa in virile temperamento (nam immoderate diversitas deicit alium propriæ virtutis) igitur fortes & splendidi istam habent temperationem.

Ad secundum respondeo, splendorem animi in nostro textu esse liberam quædam & virilem conditionem, apud Platonem verò esse sapientiam, & bonitatem, ut rectè adducit argumentum, atque ex consequenti non est necessaria illa exquisita & ponderalis temperatura, sed calidior & robusta.

Ad tertium dico, maximè conuenire animi splendorem cum corporis fortitudine, & ab eadem temperie distigare. Nam siue sumas fortitudinem in tollendo, siue in aggrediendo, ad vtrumque est apta caliditas, & tectitas membrorum, animique promptitudo non facile subiciabilis.

Vltima confirmatio philosophicam probat veritatem est enim quedam temperies ad animi fortitudinem idonea, quæ & ad sapientiam proximè accedit, quæ propriè est animi constantia: Hippocrates in præfata temperie virorum edocet perfectorum, contrariam effeminatis & Androgynis, ut declarat, effacillidit ergo sunt nervosi, validi, pilosi, impauidi, animoque subituro, & eminenti.

TEXTVS LXXVI.

Si verò à viro masculum semen secretatur, à muliere femineum, &c.

COMMENT.

Disputatione superiori perspecta, nil inuenies difficile in istis textibus sequentibus. Facit enim Hippocrates qualdam combinationes, & miscellas femininum & obscuro sermone. Concludens, amentiam esse, negare talem mixtionem femininum viralem calorem defectuum.

(?)

TEXTVS LXXVII.

IAm quomodo gemini nascantur, in hunc modum declarabo. Natura uteri muliebri, ut plurimum in causa est. Si enim similiter utrumque iuxta oculum dispositi à natura fuerint, & similiter hia uerint, & à purgatione siccantur, alere possunt. Si semen uiri conceperint, ita ut statim diuidatur, necesse est diuidi in utrumque uterum similiter. Siquidem igitur multum semen ab utrisque, & forte secretum fuerit, in utrisque locis augeri potest, cum superet in alimentum quod accedit. Si uerò aliter contingat, gemini non sunt. Quum itaque masculum ab utrisque secretum fuerit, necessarium est in utrisque masculos gigni. Quum uerò femininum, ab utrisque femella fiunt. Quum autem alterum femininum, alterum masculum fuerit, utrum alteri praualescet, id ipsum augetur pro ea ratione.

COMMENT.

DE causis numerosæ prolis multiplex fuit opinio. Aselepiades feminis efficaciam causam esse dicebat. Alij tot cellas in utero cõstituant, quot fetus exeat. Anatomici aliqui id etiam confirmant. Sed quantumvis extollant enarratores numerum gemellorum, Hippocratis sententia primum locum obtinet, quia statuit causam gemellorum esse feminis partitionem ad diuersa uteri loca. Cum enim uno coïtu non totum simul effundatur, sed diuersis ei aculationibus, impetu equariato, consonum est, ut feminis quedam portio in dextram, alia in sinistram colligatur, vel in duabus partibus, sinistra, vel dextre. Cui operi adiuvat multum utri rasilario, & morus. Semen enim commouet, & sese commiscet, & applicat mutuo, & diuiso complexu: est quippe, (ut anatomicis respondeamus) uteri unus sinus, ut & ventri-

culus, sinistra, & dextra gaudens parte, sola linea diuisus, ut de lingua dicebat Hippocrates circa finem coarctum. Lingua siquidem, qua parte media diuiditur, veluti salma alba obducta est, &c. Sic uterius duas habet partes linea tantum diuisas, non tot cellulas, ut multi fabulantur. Sed quid miraris multiplices fetus in vna canitate generari? Inspecias (obsecro) pisces vno sinu tot pisciculos gignere, & cõtinere: itaque Hipp. diueritatem acerbulorum nõ dicit esse causam numerosæ prolis, sed diuisas feminis portiones ad diuersas partes eiusdem concanitatatis, modo vnus in dextra, alter in sinistra, aut duo in dextrâ, & duo in sinistra generentur. Quod Aristoteles profus insectatus est. Aut enim 4. de generatione animal. cap. 4. Semen igitur trahi à locis utri, atque ob eam rem multa generari pro natura locorum, & acerbulorum, que vitium non sunt, opinari nõ rationis est. Sæpè enim in eodem loco utri gemini consistunt. Et hanc existimo fuisse mentem Auicennæ, sen. 2. lib. 3. cap. de gemin. causa. Inquit: *Est multitudo spermatis, & diuisio ipsius in duo, & quod est superius, & ibi casus in duos ventres; uti Gemellis non intelligit esse ventres diuersos, sed vana loca in vno ventre.*

TEXTVS LXXVIII.

Similes porrò inter se fiunt gemelli ob hanc causam. Primum quodæquales sunt loci, in quibus augetur: deinde, quòd simul sati sunt. Postea, quòd usdem alimentis augetur, & maturi ad partum in lucem procedunt.

COMMENT.

Certè hic textus Hippocraticus est: nam & per illius verba aliquando Hippocrates interroganti, quare similes procedunt gemini? respondit, quia ex eodem parte ad eodem utero, & eisdem alimentis fuerant procreati. Dicit etiam Diuus Augustin. in lib. de Ciuitate, referente Angelo lib. 2. de forme propriet. fol. 116. column. 2. linea 29. quòd fiserunt duo homines ita similes, ut si vnus letabatur, alter etiam

etiam; & si agrotabat vnus, alter etiã, &c. Interrogatus autem Hippocrates de causa huius mirabilis euentus; respondit verba expressa huius tenoris; vt hic colligas libi auctoritatem. Egerat ergo Hippocrates de causis sexus, de geminis, & illorum varietate: nunc rem attingit difficilem, de causis similitudinis partium inter se, qui vnicuique partu producuntur. Et ne à textu nostro discedã, iuxta tres causas similitudinis ab Hippocrate propositas dubitatur.

Verum similitudo gemellorum à loco, tempore, & alimentis similibus exoritur.

ET partem negatiuam valida confirmant argumenta. Primò, quia falsi reddi simile alium, dicit veram & realem actionem, qua tale fit: ergo debet tale fieri ab agente potente vni imprimere: sed locus ex se nullam talem habet efficaciam: ergo gemelli non exiunt similes, propter locum, in quo generantur, vt ait Hippocrates. Coninet quidem corpuscula pncipiorum materiam vterus, similia tamen facere nõ potest. Nã quæ est maior ratio quare gemellos faciat similes, & separarim generat os faciat dissimiles?

Secundò, quia pueruli non sunt vtero adaptati, sicut figuram figuranti, vt cera sigillo; sed in vtero tanquam in loco commodo propria experit figuram: ergo à loco neutiquam provenit similitudo.

Tertiò, neque à tempore, in quo semen ejaculatum est. Quid enim habet cause tempus seminationis, vt similes fructus adantur procius nil. Est enim tantum mensura motus. Atque adeò si simul generati sunt pueruli, & ab æquali causa, vnicuique tempore in lucem exhibunt, eritque optima consequentia: Vnicuique partu maturi foetus adantur, ergo vnica seminatione fuerunt concepti. Tamen ex tempore non potest argui similitudo in conditionibus individua libus, de quibus hic videtur agere Hippocrates. Quasi quis argueret Simul Socrates & Plato per foram deambulanti: ergo sunt alibi.

Quartò, argumentatur contra tertiam partem textus, quæ docet similes ad foetus, quia eisdem nutrimentis aluntur. Hoc videtur etiam difficilissimum, nam alimentum operatur, à matre, vt dicunt commaniter, id est, restituit dependentiam sub-

stantiam, non alterato notabiliter corpore: ergo non habet rationem efficiētis sed passivæ; ergo neque artificis: est quidem in principio dissimile, in fine simile: ergo non efformat, sed efformatur.

Quintò, quia est euentus vniuersali Hippocratis doctrinam, qua statimur semen esse artificis potentie, sedem & sustentaculum, & formatricis vehiculum, sanguinem materiam tantum præstare, qui licet sensum, & latentem possit temperiem mutare, vt supra probauimus, tamen figuram corporis variare non valet. Dicit id Hippocrates in textu superioris citato Natura occulta per dietam mutari non potest, id est, organonum fabrica, vt explicat. Tunc sic: Compositio non valet permutari per dietam, ergo neque per sanguinem materiam efformatur. Argumentum probat, nam per ea principia dissoluitur naturaliter per quæ constituuntur: dissoluitur per contrariam adionem elementorum: ergo per illorum vniõnem coalescimus: ergo à simili valeret ratio: Efformatur foetus per sanguinem, ergo per sanguinis mutationem mutaretur efformatio: quod est contra Hippocratem, & contra superiora probata.

Quæstio hæc difficilem habet solutionem, nisi aliqua prius supponamus. Et illud primò, aliam esse similitudinem in natura, aliam in sexu, aliam in peculiaribus lineamentis, quam indiuidualem appellant. Eam quæ est in sexu relinquere (quæ satis Hippocrates superioris edocuit, oriri ex victoria vnus, aut alicuius feminis, maiore, vel minore calore operatis, nisi necoterius quidam studio insurgeret contradicendi. At enim masculinum non fieri, quia semen calidius pudenda extra conformat, sed quia semen masculinum vincit feminicum. Nam alius, inquit, quare multæ partes calidæ non eminent, nec foras trudentur? At videmus frigidas partes, vt aures, erumpere, calidæ verò, vt tempora, subsidere: ergo neque pudendorum extractio femini calidioris tribuenda. Hæc ille. Quæ libuit breuissimè discutere. Equidem (vt superioris adnotati ex grauissimo Abulensi) ratio sexus non stat in situ genitalium, sed in dispositione totius, quæ per ipsa insluit genitalia (quod velim dictum fuisse contra Cardanum falsò allertent, in sola genitalium temperie sexum consistere) hæc autem dispositio nullo modo melius explicatur, quàm per maiorem, aut minorem calorem. Non enim scimus à posteriori alio modo distinguere, quàm

Similitudo in sexu.

Falsa tenuis opinio.

In quo ratio sexus consistit.

per calorem modificatum ad agendum in aliud, & per calorem modificatum ad generandum in se. Hoc supposito concedimus huic opinioni, non fieri masculum, quia semen calidius raram, sed quia femina cum calore habeat, ut totum efforet cum ea dispersione, ut generet in alio. Ad quod sequitur, ut etiam efforet instrumenta pro ratione illius finis, pudenta, scilicet, foras emissa. Itaque non quia una pars est calidior altera, ideo debet promerere, sed pro ratione sui finis, & usus in corpore. Sic cor calidissimum membrum recondit formatum, vngues frigidissimos manifestavit exterius, nimirum, ut propriis numeribus conveniret. Igitur in ordine ad finem semen calidius germinat pudenta, frigidius illa recondit.

Similitudo in natura specifice.

Sed ad similitudinem in natura specifica accedo, quam aliqui crediderunt à matre condonari. Nam dicunt, multum valere ad similem formam substantialem inducendam, sanguinem & materiam suppeditare. Atqui cum femina tam multam suppeditet materiam, & tam longo tempore, consonum est ab illa naturam specificam proficere. Et ob id à dicitur, foetus, ut plurimum, matri similes esse. Sic ex capra & ariete capra gignitur, ex oue & hircu ouis.

An D. Laurentius resellit.

Hæc Andreas Laurentius edisserit, non rigurose disputando, sed quasi referens historiam, ut alia solet. Proh dolor, quæ in genia destruxit historiarum signis quædam enarratio! Quot uniuersitates ad gloriosum nomen, dispersionis subtilitas euenit! Vellem profecto in rebus difficilibus intellectum attingi cōtrouersiarum ignescere, posita loca eruditionis, aut historiam, tanquam flores accedere, aut tanquam plantam aridas iam voces irrorantem. Igitur errat vir iste, & sibi contradicit. Primum probatur euidenter. Nam forma specifica datur ab efficiente, ergo non à materia, ergo impossibile est, ut femina ea ratione, qua materiam præstat, præset formam substantialem. Quod sibi contradicat, pater. Nam questione 16. agens de semine mulieris (Galeni suscipiens opinionem) semini totam efficaciam concedit, sanguini menstro proliis denegat. Igitur nos, qui superioribus disputationibus probauimus cum Hippocrate, verumque semen adiuuum esse, atque simul ad speciem conseruationem aspirare, consonè loquemur, si dicamus non se impedire duo semina, quantum ad naturam specificam (sic est se possent impedire, quantum ad individuales conditiones) si

sunt eiusdem speciei; si verò sunt diuersæ, vincet adiutus. Atque si conuulsis duobus speciebus, hircu & oue, ouis generatur; intelligendum id non ratione languidius maternæ, sed ratione feminis, quod actiuus in oue, quam in hircu reperitur. Pollular hæc doctrina partim ex Arist. partim ex ipsa rei veritate superius demonstrata ex Aristotele, quo ad eam partem, in qua dico, aspirare semen ad speciem formam inducendam. Nam lib. 4. de generatione animalium, cap. 3. philosophatur de similitudine adeo subtiliter, ut dubitem, quæ de causâ à quibusdam modernis tam acriter reprehendatur. Sed ad nostrum institutum ait: *Quod generat, non solum mater est, sed et mater, et Corifens, et Socrates, nec modo Corifens est, verum etiam homo, &c.* Et Paulo infra: *Actu insunt motus eius, qui generat, & omnia salina, et hominis, et animalis potentia insunt motus salina, & moria, & in patre, quam in matre.* Quibus verbis satis aperte nobis declarat Philosophus naturam specificam intendi à particulari generante, & ita esse imbiturum hunc finem, ut motum ad illum dicat esse in actu, motum vero ad reliquas similitudines esse in potentia. Huc accedit, quod sæpe soleo dicere, potentiam generantium respicere naturam absolutam: quod interpretor cum D. Tho. 1. parte, quæst. 41. art. 5. qui postquam declarauit, quo modo potentia generatiua conueniat aeterno Patri ex sententia Dini Hilarii, & Magistri Sententiarum, tandem concludit in hunc modum: *Forma autem individualis in rebus creatis constituit personam generantem, non autem est, quo generans generat, alioquin Sortes generaret Sortem: vnde neque paternitas potest intelligi, ut quo pater generet, sed ut constituens personam generantis. Alioquin pater generaret patrem, sed id quo pater generat est natura diuina, in qua sibi filium assimilatur, & secundum hoc Damascenus dicit: quod generatio est opus naturæ, non sicut generantis, sed sicut eius quo generans generat. Et ideo potentia generandi significat in recto naturam diuinam, sed à obliquo relatione. Hæc D. Thom. Quæ licet explanatione indigeant, modo relinquenda, quia ad nostrum institutum, & de generatione viuientis, de qua hic loquimur, scire solum oportet, potentiam generatiuam principaliter respicere naturam cuius similitudinem intendit: quod Arist. lib. 8. Ethic. c. 12. & 12. Metaph. cap. 28. docuerat aperte definitis generatione, quod sit ori*

go virtutis à principio viante cuiuslibet rationem similitudinem in natura specifica. Patet ex his, quàm sit ridiculus digladiari medicos de causa similitudinis in natura, & quàm confonè Arist. & Diu. Thom. philosophentur. Hic enim præcipuè ait generatam potentiam sequi naturam, vt sic. Ille verò, motus feminis ad hominem, & ad animal, & ad hoc animal in actu esse dicitur reliquos in potentia. Et rectè quidè. Nam hic effectus hanc causam sequitur, & è contra.

Similitudo
individuali.

Ad similitudinem individualem denotamus, de qua Hippocrates in nostro textu. Atque illud prius statuendum, in nostro los filios dici ab Arist. qui parentibus sunt dissimiles. Tantum valent qualitates & sigillationes feminis, quas à generante recipit. Nam licet præcipuè similitudo in natura specifica inducatur, vt dictum est, tamen generationes istæ rerum corruptibiles mille conditionibus sunt, quæ se tenent ex parte instrumenti; & efficaces, vt his, vel istis accidentibus excat genitum insinuat, quæ accidentaliter appellatur similitudo: non quòd Petrus generet Petrus (vt rectè dicebat Diu. Thom.) sed quòd Petrus generet hominem, & talè hominè per se, ex accidenti verò producat aliqua accidentia similia suis, aut auis, &c. Nos vt à restu nõ discedamus, disputationem relinquimus specialè de hac re. Erat enim inferenda quæstio de feminis à toto corpore deorsum, de eius sigillatione, de eminentia virtutis formatæ, & aliis multis. Tamen videamus, quare duo filij vnico partu nati, & vno coitu concepti tam similes sint in peculiari compositione, & accidentibus individualibus.

Equidè Hippocratica conclusio nobis placet, quia scilicet in vnico loco simul, & ex vnico semine concepti sunt. Neque intelligas gemellos idem spatium occupare, nam non se penetrant, sed in eodem loco sunt, largo modo, quia in vna capacitate vteri. Triã diã in hac assertione cõcurrere ad similitudinem, eundem locum, eundem punctu conceptionis, & vnicum semen. Quæ omnia textus noster subtiliter claudit. Identitas loci facit eandem commensurationem, & modificationem qualitatis constitutivæ à primò mobili influentis. Identitas feminis arguit eandem temperiem, eandem virtutem formatam, eandem à parente directionem ad vnum finem per se, & ad vnum finem secundarium, ad finem per se, scilicet ad naturam, vt sic, ad

secundarium, scilicet ad conditiones individuales. Rursum simultaneus conceptus magni momenti est. Nam (vt superius diximus) generationes istæ, quæ mediis influentibus nõ equè perfectis peraguntur, indigent influxu caelesti supplemto multos defectus inferiores. Atque ob id dicebat Aristot. *Sol & homo generant bonitatem*. Igitur consequens est, vt sub viscera cæli figura concipiantur gemelli, & ab eodem influxu caelesti dirigantur, & gubernentur. Hæc meam interpretationem crediderim ex Astrologia & Philosophia principiis constare. Vide (obsecro) quæta concurrant ad istam similitudinem efficiendam, vna virtus loci, vnus astrorum aspectus, vna feminis temperies, vnus finis, vna directio mediorum, ergo quàm similis existeret factus.

Quòd si vltimam partem textus adiungas, ni deerit ad gemellorum consimilitudinem. Nimirum partium eisdem alimentis, quibus verbis intelligendum est, & quòd partes materiales feminis habeat simillimas, & sanguinem matremum, postea superuenientem, etiam simillimum, quibus fit similis temperies, quæ immedia tum est talis formationis instrumentum. Quòd verò fiat similis temperies à similibus alimentis, superius probauimus. Igitur calor iste temperans, qui partes tenuiores feminis occupat, in propria natura feruatur, quando simillima materia apponitur. Quòd ergo mirum, quòd simili modo agat, simili modo extendat materiam, similes faciat missiones ad colores, ad delineationes, ad partium apparentiam? Effor mar quidem virtus hæc partes præcipuas ad inductionem formæ substantialis: at quòd hunc modum partibus indat, oculis glaucedinem, fronti amplitudinem, naso curuitatem, ori rubedinem, pectori hirsutiem, proculdubio ab hac temperie profilit, in tali, vel tali materia operante. Non itaque fit conformatio & figura ab alimentis (simpliciter loquendo) sed signa quædam quæ in conformatione reperiuntur, à temperie, hoc aut illo modo ab alimentis mutata. Neque ex hoc intelligas istam doctrinam superiori resolutioni contradicere, vbi determinauimus sanguinem matremum, non esse causam similitudinis. Hic enim philosophamur de causa per se, & immediata, quam dicimus esse virtutem formativam feminis, cuius instrumentum est ipsa temperies: sanguis verò quamuis illa inuauet, dicitur quædam causa remota.

Vnum

Vnum tamen pulchrum ad maiorem explicationem dicere non granabor, gemellos, vna (vt plurimum) fieri imaginatione. Dixi, vt plurimum, quia in vno coitu vna solet imaginatio tantum præstare, quantumvis transuolat humanum ingenium. Hæc erat apud Ciceroem primo Tusculanarum causâ, ob quam bestie similitudine nascuntur, quia scilicet sunt rationis expertes, hærentem habent imaginationem. Idem Plinius adserbat, subitas, quare tam dissimiles homines exsistant? *Quoniam, inquit, sollicitas cogitationum, cuiusque celeritas, & ingenij varietas multiformes inoprimis notas: cum cateris animalibus immobiles sint animi, & similes omnibus singulisque in suis cuiusque genere. Igitur cum generans in puncto formationis vnam habuerit imaginationem, & vnam ideam, quæ per spiritus in substantiam fuerit transfusa feminealem, consensum est, vt partio semini æqualis imparetur similitudo. At qui diuersis congressibus fratres generantur, iam diuersis imaginationibus efformantur dissimilequæ nascuntur. Non vnicuique status est humanæ fantasie, speculum est multarum figurarum, mille imaginibus depingitur.*

Solutiones argumentorum amplius tectam manifestant. Ad primum dico, locum, vt locus, non efficere gemellorum similitudinem. At eadem virtus, quæ per locum in fluit ab ipsa virtute locantis modificata, maxime facit. Quare hæc est ratio, quare fratres separatim geniti dissimiles esse soleant, quia licet in eodem loco, non semper per eandem virtutem loci faciantur dispositi.

Ad secundum dico, non adaptari pueros vtero tanquam figuranti, vt rectè probat argumentum. Adaptari tamen simul, vt vnam recipiant actionem à matre, & à corpore calciti per vterum influentibus.

Ad tertium dico, tempus vt sic nil efficeret, astra verò vno tempore influentia, & cause secundæ vno tempore operantes, multum ad effectus similitudinem condunt.

Ad quartum dico, alimenta sensim mutare temperiem, vt supra probatum est, & ex consequenti, mutant insulam: tum potentie generatiuæ, ad faciendam naturam hoc vel illo modo signatam. Est verò hæc differentia, quod in prima generatione, & delineatione, aut ante ipsam possunt id præstare alimenta. At postquam formata

natura est, non potest eius compositio permuari, & hoc est, quod docebat Hippoc. (naturam occultam permurare est impossibile) non quidem loquebatur de primo die, sed de exortis iam in lucem, qui morbo compositionis laborant. Quod satis aperte colligitur ex præcedenti discursu, quo docebat, mutari alimentis, & excretis masculos, aut feminas generari. Ecce quo pacto ante primordia, & in ipsis præuis dispositionibus, quibus inueter infans exoritur, potentia esse alimenta prædicat Hippocrates. Ad rigorem verò argumenti diluendum, non dicimus sanguinem matrem, vt alimentum est, similitudinem efficere, sed vt disponit calorem feminis. Hæc dico loquendo de ipso alimento, tanquam de causa mediata & remota. Nam si potest mutare mores, quia mutat temperiem, quare non ponet aliquid in ipso fieri compositionis media mutatione temperiei? Sed philosophemur de ipso alimento, vt causa materialis est, & de crassa parte feminis, nulla facta cõsideratione, si mutant, vel non mutant temperiem agentis. Equidem, si rectè contempserim Hippocretis dicta, identitas materis multum confert ad similitudinem gemellorum. Nã si vna & eadem est naturæ materis, eodem modo resilet, eodem modo extendetur, dilatabitur, coagulabitur. Præstet mater materiam biliosam, proculdubio quorundam agitur in materia exiunt gemelli graeciles, extenuati, figuris faciei paruisimis, scilicet oculis & profundis, nimirum materia non ferebat maiorem extensionem, propter suam siccitatem. At præstet mulier materiam humidam, qualis est optimus sanguis nascuntur gemelli, simul roseo colore præditi, faciei figuris dilatatis, oculis magnis, fronte ampla, carnis. Rursum, & quoad quantitatem corporis, solent filij materis sequi quantitatem. Quod rectè aduertit Diuus, in suo comment. ad lib. de natura foetus.

Ad quintum: iam dixi, quod alimenta non mutant compositionem: sed ita temore, vt prius mutare debeant temperie (quæ tardè & lentè mutant) deinde natura feminali mutata in prius & secundæ qualitatis: & præterea mutata temperie spiritus, in quo residet formæ, contingit, vt aliqui nouos modos imponant organizationi, quo similitudo concilietur. Tamen (proprie loquendo) hæc similitudo tribuenda superaddis causis effectibus, alimentis verò, aut sanguini remotè ad mo-

dum, & non in quantum alimenta, sed in quantum à qualitate operantur, quæ hoc aut illo modo disponit agens & patiens.

Laboramus cum Hipp. in exhibenda causa similitudinis gemellorum: sed maior difficultas est dissimilitudinis illorum causam inuenire, quæ non fuit ratio tantæ diuersitatis inter Esau & Iacob, qui vnicò partu educti, & simul generati sunt. O quanta machinantur Astrologi! Lege D. Augustini lib. 5. de Ciuit. Dei. c. 3. & 4. Nos verò asserimus, non dissimiles Hipp. gemellos necessarium debere debere similes; sed quando essent similes, huius causas iustatur. si autè aliter accidat, non erunt similes. Imò magis frequens est exire dissimiles. Tanta enim est diuersitas ex parte materie seminalis & sanguinis: tanta in alimentis, quibus utitur vir & femina: tanta, & tã vniuersalis virtus formatricis ad conformandum, vt mirum sit gemellos similes nasci, & ita quanquã non concurrant ad astra cũ Mathematicis, sufficere diuersitatẽ reperimus in causis proximis. Vnde Esau & Iacob ita contrarij in omnibus extiterunt, vt refert D. Augustinus.

TEXTVS LXXIX.

CAEterũ superfetationes hoc modo fiunt. Quum uteri calidi, & sicci natura fuerint, ipsaque mulier eius modi, & semen calidum, ac siccum illapsum fuerit, non sit amplius ulla aliqua humiditas in utero, qua semen super illabens contineat. Quapropter consistit ab initio, ac vixit: perseverare autem non potest, sed etiam id quod iam adest insuper corrumpit, quia non eadẽ utrisque conferunt.

COMMENT.

NON de superfetationis causis absoluit sermonem, sed particularem quandã causam edocet, disputationis ductus consequentione. Agit enim de his libro proprio diffusè. Nos etiam idem præstabitur, fugientes dicta transferre, nulla ad ducta nouitate. Egit ergo Hippocrates de superfetatione lib. proprio, Aristot. 4. de generatione animalium, Basilis 22. continet

tis, tractat. 6. c. 1. & alij multi antiqui & recentiores. Est superfetatio, supra iam conceptum puerum noua fetatio. Erat igitur necessarium, vt illis animalibus contingat, quæ primo coitu & conceptu non solantur, sed ad nouum ardentè contendunt, inter quæ femina humana frequenter superfoetatur, tum quia libidinis similibus concitatur, tum quia locum habet vacuum, in quo possit semen recipere ad nouam prolem. Bruta vel vno coitu multos fetus concipiunt, vel vnum adeo grandem, vt totam impleat uteri capacitatem; quare fugiunt dolorosos potius, quàm voluptuosos congressus. Quod Auicenna dicebat lib. 3. Fen. 21. tractat. 2. c. 17. obscuris verbis nostrũ textum scribens: Et parum contingit, quòd ex coitu super pragnario nem fiat conceptio. Nam sit conceptio, fit in mulieribus, quæ corpora habent tenera, & sunt multorum pilorum, & multi sanguinis propter fortitudinem caliditatis earum, &c. Sed in eodem capite paulò infra sic ait: Quòd si eadè impregnatio super impregnationem in nõ valde forti, & in ea, quæ non concept, nisi propter apertionem oris matricis, timetur quòd fit filius primus iam debilitatus, quare concipitur secundus. Isti duo textus dissimiles habent explicationem. Nam quo pacto dicit mulierem pilosam, & calidissimam, & multam sanguinis generantem? Videtur enim contraria iungere, nam quæ calidissima & pilosa est, bilem potius, quàm sanguinem auget. Quomobrem dicere oportet, fortitudinem illam caloris non transcendere latitudinem temperamenti sanguinis generatiui: sed quasi diceret Auicenna mulieres illas inter sanguineas primum locum obtinere: quòd cum ita sit, non loquitur de superfetatione, de qua noster textus. Nam hic deficit alimentum emori, & elabi vtrumque factum asserunt Hippocrates, Auicenna verò ad illam superfetationem sanguinem abidare assuecit. Relinquitur, vt secundus textus Auicenna nostrum insequantur, liber Hipp. & Auicenna simul audire. Cum uteri calidi ac sicci fuerint, ipsaque mulier eamdem habeat temperatiõem, non valde fortis est ad duos fetus alendos: nã quia inripe rara, idè & debilis. Superfoetatur verò, quia os matricis apertum est ob nimiam coitus desiderium ortu à prædicta inripe, quæ causa est, vt non sit sufficiens humiditas ad semẽ illapsum continendũ. Quapropter licet statim vniat fetus, perseverare tamẽ non potest, imò alterũ primò con-

conceptum corrumpit, quia utriusque non conficit tam paucum alimentum. Quare iustè timetur, & quod sit filius primus iam debilitatus, & quod secundus etiam corrumpatur. Hinc utque Avicennæ & Hippocratis. Neque arbitraria est textus Avicennæ in temperario, sed ratione facilitate philosophica. Nam si præcipua conditio ad superfoetandum est matricis hiatus, & hic à calore procedit, re idè Avicennæ, mulieres calidas per oris matricis apertionem delectat, quas Hippoc. ex solo temperamento manebat, alter eductum, alter causam adducens. At quod illa utrius dispositio sit necessaria ad novum factum excipiendum, dixerat Hippoc. lib. de superfoetatione. Superfoetant autem mulieres, quarum utrius oris post primum conceptum non exquiritur clauditur. Quæ sententia, quo pacto debeat intelligi, utrum scilicet omni tempore prægnationis, an certis quibusdam diebus, nunc disputandum relinquo, quæ nos ille textus non longiorum explanationem exposcit. Ergo Hippocrates causam partientem cumidam superfoetationis proposuit quam etiam utriusque factus corruptionem esse declarat.

TEXTVS LXXX.

Porro de anima sapientia & desipientia hoc modo se res habet, quod humidissimum est in igne, & siccissimum in aqua si in corpore temperamentum acceperint, sapientissimos faciunt. Quia ignis quidem humiditatem ab aqua accipit, aqua autem siccitatem ab igne. Utrumque autem sic maxime videtur sufficere.

Nam neque ignis ob alimenti indigentiam longius procedit, neque aqua motus admodum indiga leuior redditur. Sic igitur utraque & sibi per se sufficient, & inter se permixta. Quod enim minime vicinis indiget, hoc maxime presentibus attendit: ignis videlicet, qui minime monetur sed absque necessitate quiescit, & aqua, quæ maxime non tamen aliena re monetur. Ex

De Hippoc. Philosoph.

his igitur anima temperata, & sapientia, & memoria excellit. Si vero alicuius alterius superinductione alterutrum horum augetur, aut contabescat, desipientissima redditur, propterea quod cum sic habeant, ipsa sibi maxime sufficient. At si ignis sincerissimi aqua similiter temperamentum sortiatur, sit autem ignis paulo inferior aqua, sapientes quidem sunt etiam hi, plus tamen illis deficit, quam prioribus illis: propterea quod ignis ab aqua superatus, & tardiores motum faciens, sepius sensibus allabatur. Constantes autem merito sunt infortis anima, ad quamcumque tandem rem animum applicuerint, quod si recto victu utantur, & sapientiores, & acutiores præter naturam fieri poterunt.

COMMENT.

HÆc sententia licet serè explicata sit in superioribus (declarauimus enim, quo modo anima ad actus proprios corpore utatur, licet tam eleuata natura sit & immortalis ex doctrina Hippocratica) tamen in presentia, docet animam sapientiore esse, quò temperatus obtinuerit corpus, & è contra. Inquis præterea, acutiores & sapientiores fieri præter naturam, si recto victu utantur. Hæc duo considerationem exigunt philosophicam, quæ vix ea quaestione absoluentur.

Utrum anima corporum temperatorum alijs sapientiores euadant.

Aptum est, non esse moralem quaestionem hanc, sed merè naturalem. Vincit equidem omnia assidua labor, & optima disciplina possuntque imtemperati homines ad subigium emitti sceleratior. Sed dubitatio Hippocratica ad naturam deuoluitur. Utrum scilicet, quatum in

q

nandi

natura agitur, sapientior sit anima, quæ temperatius corpus fuerit sortita, atque (ut verum fatear) difficile est controuersâ ex sententia Hippocratica ad amulsim decidere. Sed utramque ordine scholastico, ut melius & breuius conitet, quid asserendum sit.

Primo, si doctrina Hippoc. vera est, sequitur, quod vna anima melius intelligat, quam altera: quod apparet falsum. Nam in intellectus est id, quod est formalissimum in homine, sed differentia formæ causat differentiam speciei: si ergo vna anima magis, quam altera intelligit; videtur quod non sint eiusdem speciei.

Secundò, magnum argumentum contra superius dicta conici potest. Nam cû Hippocrates cognouerit excelsum illam animæ rationalis operationem, nunc eam materie sic immergit, vt ad pensum temperamēti sapientiam meriatur. Quod vel contradi.ctionis in Hippocrate, vel minùs aptæ interpretationis argumentum videtur.

Tertiò, quid est fieri præter naturam sapientiores, & acutiores? An forsân anima, quæ ad tanta bona assurgit contemp. planda, dâ sapientior sit, morbo laborat! Nô certè: nam quò altiora speculatur, & amat, suo sine arctius, & naturalius cõsurgit: ergo non præter naturam, sed maximè secundam naturâ, animâ sapientia condecorat.

Sed vt primum punctum attingam. Notissimæ sunt duæ opinioniones, quæ de animarum perfectione in scholis circumferuntur. Altera eorum, qui putant animas nostras nõ differre inter se essentialiter & intrinsicè, sed extrinsicè & materialiter. Altera eorum, qui contendunt animas differre inter se substantialiter individualiter, non per ordinem ad corpus, sed (vt ipsi dicunt) seipsis. Iste duæ opinioniones famosæ sunt, & diffusè disputatæ ab omnibus Theologis. Quamobrem ego ad Hippocraticam sermonem conuerrens, vellem explicare, quid in re tam grani ex illius doctrina possit philosophari, si modo illud prius animaduertam, utramque opinionem esse defensibilem. Et primo intelligendum est, tam ab vna, quam ab altera opinione Hippocraticum dogma asplecti. Commemorant scilicet animâ suo corpori, ita vt quæ corpus temperat informet, ad sapientiores operationes sit apta; quæ verò è cõtra, inepta sit & inops. Differunt tamen opinantes in modo declarandi hæc veritatē. Quidam dicunt, quod Deus occasione hu-

ius, vel illius materie creat vnam animam cum talibus perfectionibus substantialibus individualibus, aliâ cum inæqualibus. Erit igitur ad sapientiâ aprior hæc anima ex se, & ex propria natura. Sumpti tamen Deus occasione ex temperie corporis ad taliter creandû animâ. Dico, occasione, quia corpus nõ est vera causâ alicuius perfectionis substantialis in anima, vt tenet hæc opinio. Sed Deus Optimus Maximus omnia tã prudenter disponit, vt perfectæ materię perfectâ animam tribuat. Alii rursus omnes animas æquales ita faciunt, vt solum penes extrinsicâ materiam differant, & penes corporis naturâ magis, vel minùs dispositâ, atq; sic intellectu & prudentia differre homines. Ecce amplectuntur omnes hæc cõmensurationem animæ ad corpus. Alii à priori, & intrinsicè; alij à posteriori, & extrinsicè. Probat igitur conclusio Hippocratica ex vniuersisq; opinionis contentis. Actus adinorâ sunt in patiente rectè disposito, 2. de anima, tex. 24. & forma in materia recipitur secundam capacitatem materię: ergo quantò corpus melius fuerit dispositum, tãtò meliorem fortietur animâ, sed nullo modo melius dispositur, quam per exactâ temperiè ignis & aque, vt sepius dictû est: ergo ex optimo & æquali temperamento rectè colligit Hipp. animæ perfectionem. At quòd illa perfectio in sapientia consistat, probatione nõ eger. Est enim per quâ humana species ab alijs distinguitur, & per quâ eleuatur. Reliqua animalia cum ad infimas operationes determinentur, immoderatis corporibus gaudent. Homo diuinitatis particeps exactior rem requirebat temperiæ. Probat igitur secundò nostra conclusio. Nam anima (vt dictum est) indiget ad intelligendum corpore, vt obiecto: ergo quantò inferioris potentie melius propria obiecta ministrauerint, quantò meliores fuerint operationes subsistentis potentie intellectiue, tãtò ipsa anima melius intelliget. Sed corpus temperatius inferioribus potētis meliorem præstat materiam, ergo & intellectui. Minor ostenditur à Peripateticis, secundo de anima, quo loco ex tactu sapientes & ingeniosos docer cognoscere Arist. dicens: *Qui verò sunt molles carne, & facit ingeniosi, mentisque dextri*, vbi per molles non intelligit effeminosos; hi enim molliorem quandam aquam, & vitiosam obtinent, ad prudentiam minime aptam; agit ergo de quadam molliitudine ex sanguinis mediocritate, & aliorum humo-

humo-

hominum temperata, in qua potentia tactus, tanquam in perfectione materia, melius proprii manus exercet: atq; cum tactus sit in ordine ad animam, sicut manus in ordine ad astricic, organum scilicet coniunctum, & organum organorum, nã neq; audire, neque videre, neq; ullam aliam operationem exercere contingit in corpore, nisi tactus supponatur tanquam fundamentum. Hinc est, ut qui exaltem habent temperiem, exacto pollicant tactu, exactis operationibus reliquarum partium, & tandem ad sapientiam maximè sint idonei. Quod plato in Timæo dicebat. Poterat Deus tam solidè corpus hominis concinnare, ut noquàm to fossificus occurranti minis foret obnoxiam, sed mollis efficere præparavit, quò esset contemplationi paratiss.

Hunc modum discendi utraque admittit opitio: sed cui magis Hippocrates animam applicuit, posthærum est ex eius verbis deducere, quod in solutionibus argumentorum patet.

Ad primum dico, quòd hæc differetia animarum nõ est specifica, sed solùm producit ex diversa dispositione materie, ut que ex consequenti licet una anima melius intelligat, quàm alia, & sapientior eadã, non ex hoc inferitur, quòd differat secundum speciem.

Ad secundum dico, Hippocratem in his textibus de temperie loqui, ut animæ deficiat, iuxta interpretationem nostram in questione de immortalitate animæ.

Ad tertium dico, quòd quantum ad opinionem attinet Hippocratis, colligitur sensibile animas rationales eum æquali perfectione fuisse creatas, recipere tamè in æqualitate ex parte corporis. Probatnr. Nam si Hippocrates intelligeret unam animam creatam cum aliquibus perfectionibus substantialibus, quas altera non haberet, non incenderet illas mediante dicta permutare. Hoc enim esset impossibile, & contra ipsius doctrinam, qui supra dicebat animam esse impermutabilem. Ergo siquidem nã animas permutare conatur mediante vita, permutat illas modo quo possunt permurari, variando, scilicet, & medicato corpore. Hæc veto inarato verè corporalis est, & nil admittit, vel ponit substantiale in anima, sed melius disponit organa, ut operetur. Secundò probatur ex superioribus textibus. Animam enim dicebat Hippocrates eandem esse in maiori, & minori, corpus in nullo esse idem. Ergo omnò diversitatem ex solo corpore oriri existima-

uit. Tertio probatur, quia inquit, præter naturam fieri sapientes mediante dicta, quod de solo corpore delecto (ut tertium diluam argumentum) nam qui ex proprio temperamento non sunt apti ad sapientiam, si eorum contra propriam corporis naturam temperem, sunt sapientes. Nomi plerisque tardos & pigros, qui nisi scimus corpora extenuent, nisi nullis se vigiliis exerceant, non possunt sententiam unam memorie commendare. Hicquidẽ contra propriam corporis naturam edocentur. Igne secundum Hippocratem tota animarum diversitas ex corpore petenda est.

Nunc querere oportet, quæ sit ratio physica, ob quam temperies ignis & aquæ elicitior est, ad prudentiam. Dixi, quæ sit ratio physica. Nam videtur hinc usque loquutus fuisse de recto Dei ordine, dispositionis ratio metis, ad rationem finem: tamen Hippocrates rationem merè physicam ex cogitavit, ob quam temperari sunt sapientes testis dicens: Neque ignis alimentis indiguitior, multum præcedit, neque aqua siccioris indiga multum levis redditur. Sic inque utraque, & per se sufficientissima sunt, & inter se permixta. Quod enim minimum vicinis indiget, hoc maximè præsentibus obtemperat, velut ignis, qui minimè movetur, &c. Quid sibi vult origina hoc? Certè physicam rationem continet, ob quam exacta temperies profest sapientia. Nam licet textus explicari possit de missione seminis utraque, quorum masculinum habet se ut ignis, femininum ut aqua, hoc ut pabulum, aliud ut agens. Tamen philosophatur Hippocrates profundius, docet (meo iudicio) quòd ad sapientiam eligibilibus se illud instrumentum, quod nimis proprio motu concitetur, & facile animæ obediat, quæ est calor maximè temperatus, & sufficienti humido nutritus. Indiget nunc, v.g. anima calore ad unam operationem, ut calor humidum querat, proculdubio diffusetur animæ obtemperabit, & violenter à pabulo aueretur, & ex consequenti ineptus fiet superioribus actionibus. Contingit hoc quotidie in calidissimis nationibus, in quibus calor continuo motu humidum querit, non solùm proptium, sed viciniam partium. Ex quibus colligitur, exactam temperiem melioris esse ex propria natura ad sapientiam, quia scilicet calor magis animæ obtemperat, non aueritur, non distrahitur, non alienam querit humiditatem. Et hoc est,

quod dicit. Quod enim minimè vicinis indiget hoc maximè præſentibus obtemperat, id eſt, operationibus animæ interioribus.

Quod ſi dubites, quo pacto calor auertatur, vel animæ inſequatur motionem, conſidera communiter hoc eſſe intelligendū de ſpirita inſuſcitate per actuos & arterias. Nam ſi ardeſcit proprio humido non contentus, alienum deſpicitur; ſi frigefeſcit, obruatur, vno, aut alio modo impotens factus ad perfectionem operum animæ. At ſi reuaperatus eſt, magis quieſcit, & motus caloris deſerent, melius loſcipit motiones inſtrumentæ. Quod ſi amplius volueris re exagitare, intellige hanc doctrinam de ſpirita inſuſcitate, quem Auicenniſe vocant ſpiritum appropriatum, de quo in tractatu de Pulſibus accuratius diſputaui. Contemplantur ergo calorem intemperatum, conditione ignea nunquam oblita, ad humidam ſe conuertentem, & animam, ſuperiori ſuo imperio, illum ad opera altiora conuocantem. Nonne vides duabus contrarijs motionibus agitari: hoc pacto potentiarum cerebræ actiones debilitantur. Quia licet anima tam potens ſit, vt inuſitū calorem vſquamque trahat, tamen multum intereſt ſi accedat reuocatus violenter. Extraneatur enim.

Reliqua huius textus, explicatone non indigent, niſi conſultò velis, quæ in commentarijs præcedentibus dicta ſunt, obliuiſci.

TEXTVS LXXXI.

Coitus vitendum eſt frequentiore, cum aqua acceſſiones ſunt. In ignis autem impreſſionibus, pauciore.

COMMENT.

Docuit victum, quo in meliorem ſtadū pituitoſa corpora reuocentur, exercitia, vomitus, alimentæ, &c. (omnia enim, quæ circa corpora ſunt, ſolet nomine dicte comprehendere, vt dictum eſt in principio) nunc coitus frequentior dicit eſſe vitendum hyberno tempore, æſtate verò nõ ita. Nimium vulgare eſt, morbis à pituita Venere prodeſſe, vt ipſe dicebat. Epidem. Tamen his temporibus, quibus orta

ex peccatis calamitas tot prouincias deuaſtauit, vellem iſtarum ſententiarum vira philoſophicè pendere, ne ignoantes inciderent ad libidinis libertatem, vel ſeſolos quodſdam falſo in ſua opinione confiſerent. Eſt igitur quaſitio.

Vitum ventreeorum uſus pro conſeruanda ſanitate, vel pro morbis arcendis ſit neceſſarius.

Aſſeruarina pars ita ab omnibus aſſeritur, vt hæc fuerit cauſa ob quam nullus de hac re diſputauerit. Libet tamen ſerè totam doctrinam communè pro argumentis conſtituere, vt clariùs pateat quid philoſophandum ſit.

Et primo tres opinionones exitere, iuxta tria quæ in coitu reperiuntur. Quidam Venere, tanquam animi aſſectum ad ſanitate pertineret arbitrati ſunt, conſiderantes ſolum voluptatem, atq; vt moderatam lætitiã, ita & coitum, maximè ad vite conſeruationem conducere alij non deſerunt, ſed ſuperflui euacuatione conſerere, nõ aliter ac quilibet alijs euacuatione naturali ſuo tempore faciã à natura: at, qui ſe melius philoſophari credunt, neq; quia euacuat ſuperflui, neq; quia voluptas conciliatur, ſed quia motu quodam corpus exerceatur, coitum prodeſſe opinantur. Ergo non rectè Epicurus dicebat venereorum nullum eſſe vſum.

Ex quibus opinionibus varia conſurgunt argumenta: nam Raſis inter alia conſiderat, quæ ex coitu accideret opinatur, vñ illud maximè arbitratur, vt amore inſectos refrigeret, & à tñtis liberet cruciatibus: cuius verba refert Iacobus de Paris.

Terriò, ſemen retentum in malignam degenerans naturam, calorem animalis ita extinguit, vt mortem anticipet: ergo eius euacuatio pro ſalute eſt neceſſaria. Probari poteſt antecedens ex facilitate ſeminis ad corruptione, ex loco in quo eſt, & ex eius ſine. Nam eum ita perfectum ſit & laudabile, citiſſimè & præuè corruptitur (hoc enim habent res optimæ & ſelectæ miſtionis, vt dum degenerant. malignè corruptantur.) Locus præterea ad id maximè eoducit, humidus enim non diſſolubilis: atq; vltimò, cum ſemen à proprio ſine deſeritur, ſpecies ſcilicet propagationem, quid amplius ſperandum, niſi vt putrefcat.

Quartò accedit, quod in homine, ſemen in

ter animalia referriſſimo, timenda est ma-
gis feminis cohibitiō.

Quinto pro argumento sit narratio illa
Gal. de locis affectis, qua ostendit, quæta
sint feminis reſerui accidentia, nam & me-
lancholicum refert coitu ſanari, & Dioge-
nē introducit, non voluptatis, sed ſeruitatis
deſiderio. Veneri indulgentē, & viduā il-
lam, quæ feminis effuſione à multis fuit li-
berata languoribus. Ex quibus probari po-
teſt coitū neceſſarium eſſe ad vitæ conſer-
uationem.

Ultimò confirmatur ex longa oratione
Gal. artis medicinalis vbi concubitiū inter
cauſas ſalubres enumerans, modum, & legē
imponit iuxta præcepta medica: contra
Epicuri opinionem.

Simili errorē caliginē obſcurata eſt me-
dicina: ſic tyronam animi ſeducuntur: ſic
libidinoſi propriā defendūt laſciuiam: ſic
alii miferabiliores, tanquā lege conſeſſum
coitū exerceant. Tamē ego miſtō aliter eſ-
ſe viuendum, & philoſophandum cenſico,
quamuis ſit contra communem dormitiū
tū medicorum opinionem, nil inoror. At
que vt certa ab incertis ſeparamus.

Primo ceterū ſit, vnā rē, vnā habeat cau-
ſam finali, nō plures, niſi ex accidenti & ex-
trinſecē. propter variā dirigentis intentionē
N. Exēplum pater in rē, de qua ſermo inſi-
tuitur. Nā coitus per ſe ad ſolū generis pro-
pagationē ordinatur, & ad hunc finē tantū
dirigitur à natura: quod verò habet volu-
ptatis, non eſt finis, ſed mediū quoddā, vt
in propriū finē ardentius aſpirat animalia:
Tamē ex intentione extrinſeca operantis
(vtor verbis metaphyſicis) cōtingit, vt coi-
tus, non vt mediū, ſed vt finis deſideretur,
ab illis hominibus, qui laſciuientes, reſerui
ordinē ignoſcentes ipſa nature principia per-
turbant. Hæc diſcrim propter Andream
Laurentiū virū alioqui doctū qui capite de
ſuperſtatione duos fines agnoſcit in hu-
mano concubitu, delicias, & prolē: bruta
verò, propter ſolā generis atternitatem con-
iungi aſſueſcit. Quæ ſententia falſa eſt, niſi
tēperetur philoſophicē, nimirū indiſtincto
rū ſuccellione per ſe, & primò nature eſſe
propoſitam, illecebras autē neutiquā, niſi
ex intētiōne libera operantis, quæ à bona
ratione deſcendens, quæ ex ſua natura ma-
diſi ſunt, tanquam finem reſpicit. Atq; ne
Andreas tanto deſecore nobilem creaturā
dehoneſtaret, legere prius debebat ſan-
ctū Thomā, aſſerentē, coitū propter de-
lectationē eſſe priuſ cōtra naturā, in quæ-
ſitionibus additis ad tertū partē, q. 65. ar. 3.

De Hippoc. Philoſoph.

in corpore, vbi ſit ac: R. rēpendo dicēdū
quod illa actio videtur eſſe cōtra legē, na-
tura, quæ nō eſt cōducens ſibi debitor, ſi-
ne qua non ordinatur in ipſum per addi-
tōne agentia, ſine quis de ſe eſt inſufficientis
nata illi ſine. Finit autē quæ natura ea tollē
cōducit intendit, eſt proſus p̄necitandū,
vt hoc bonū quæterent, potuit delectari
nō in cōducitū. Quæſq; ergo vitior cōcu-
bitu propter delectationē, quæ in ipſo eſt,
nō reſcendū in finē à natura intēdit, con-
tra naturā facit. &c. Vbi S. Tho. alia poli-
clia cōſentit ad hęc rem, vt diſcat Lau-
rent. quod ne iuro vltra crepidas.

Secūdo, ceterū eſt illud non eſſe, nec de-
bere dici neceſſariū mediū, quando alia
ſit quæta bene poſſit eſſe ſine cōducitū.

Tertio animaduertendū eſt, irritationē
venerē non omnem ex feminis, ſed ex hu-
more quodam ſeroſo, acti & mordaci præ-
cipue excitari. Quod eleganter Galen.
ſiderauit lib. 14. de vſu par. e. p. in hūc mo-
dū ediderit: Quæ humiditas præter di-
ctū antea ſuam ſuū quæſtam erat præſtari
ſi maxime, et quæ acrimoniam quorū, ac
mordacitatem habeat: quod humoris ge-
nus cōtinū maxime potēti partes ipſas ad
agēdū excitare, volupratibus, ſi ipſe agit,
præbere. Quod ſi potius quædā, ac leuis ma-
gnorū, ac mirabilis nature operū exēpla,
quorū ſit clarior inſiſcē diſputat: omē oportet
adferre, cuiusmodi quædā miſi accidere
intelligit, eſt humoris ſi ſeroſi incaleſcit.
Quod maxime accidit, eſt humoris acris
huū curanimalis ſepe ſit acerrimi, ſiſtunt
emittit eae pruritū excitat, & ſuo motu vo-
luptatē addit, &c. Quæ ſecondo ad argu-
merorū ſolutionē maxime cōducit, vt ſiue
bimus. Relinquo nūc alias cauſas voluptatis,
quas addit in Hippo. n. ad cōducitū natura cit
ca mediū, & lib. de aff. cōmibus mulierū,
non enim ad præſentē diſputationē eſt perti-
nēt. Hoc ſolētem velim opiniorū medico-
rum animis inſiſdeat, ex doctore Gal. exce-
pro, plura ac cōducitū, quæ feminis eſſe cre-
duntur non eſſe niſi huius humiditatis falſū
gnoſcā & ſeroſa, ſimulatis potētiſſi ſenti-
tū, vt enim promittit natura ad inſtella
excitāda, portionem bilis deſerui, vt reſerui
excrementi melius & citius fieret rapul-
ſio, ad inſiſcēdū ſi hōmitem. Pigna crina,
& dormitana inſtella, ſiſi cōducitū cen-
tur auxiliū, ita præſiſcē, ac ſeruites, & obli-
uioſe circa ſeruites atternitatem ſe potētiſ-
induſdas, ſiſi ſeruites ſeruites, velleſcē
tur, ponguntur, dilacerantur. Hinc motus
vagi, & tangidi, hinc irrogitū inſiſcē.

q 3 Hæc

Hinc phlogosis, & incēdia, hinc tandem alia multa, quæ proculcābio huic humiditati tribuenda sunt, non semini, semē enim cum subtilantia deberet esse maximè ærea, & selecta mixtionis, unde posset tā diros simulos imprimere) eisdem nullo pacto: ergo oportuit, ut humiditas hæc facta se in adbitas illas particulas insinaret, ut natura, quæ manisset feminis non sentit iniuriā, saltem huius humoris inclementiam experta ad vtriusque expulsionē concitetur, sicut excitatio intellectuum, præcipuè decremento secundæ cōditionis tribuendā, & non excremento primæ. Intellectū sciō) quid dixerim: nō aufero symptomata feminis retenti, aut corrupti, sed ex doctrina Galeni istas causas deduxi, quæ maximè faciunt ad præsentem explicationem.

His ita constitutis, dubitatio est, vtrum concubitus pro salute sit necessarius. Cui dubitationi simiter respondemus, non esse necessarium. Quæ assertio grauisimis autoritatibus, & rationibus physicis demonstrari potest. Nam ut ex primo patet notabili, ad solam generis propagationem dicit essentialē connexionem: ergo ex accidenti, aut perperam, aut ex fallaci hominum traditione alium sentem respicit.

Præterea ex secundo notabili, alia sunt media ad morbos ex femine retento propellendos (ad morbos, inquam, qui vocantur ex femine retento) nam vel natura resoluit, vel siliatio concubitus per somnū illam humiditatem excrementitiam Galeno explicatam inuoluntariè propellit, vel imaginatione translata malorum obliuiscitur, aut ars titillatam humorem in media consumit, exercitio attenuat, balneis exhalat, alexipharmacis malitiam obtundit, purgatiunculis primam causæ originem exhaurit, partes intemperatas cōtrahis cohibet, & reducit. Igitur cum tot sint media ad prædictos morbos coercendos, dicendum est, nequaquam concubitum esse simpliciter præcipiendum.

Dices, prædicta auxilia non ita tantis malis mederi, nec tam citò; coitum verò immediate molestantem humorē extrudere. Præterea ars naturam imitatur, sed natura per imaginarium coitum in somnis feminale omnis excurere tentat: ergo ex arte videtur venereorum vius. Tamen hæc magis apparentia sunt, quàm vera.

Ad primū dico, quod licet coitus molestantē euacuet humorē, tamen alia auxi-

lia id etiā efficere valent, & cum minori virium iactura: quod maximi momenti est ad illum punctum ponderandum. Non enim æqualiter hæc effeet, si coeas, aut sanguinem expellas: multum quidem inter est. Nam per coitum euacuantur spiritus animales vitales: & si opinaris esse naturales, hi etiam, & sub perfectiori forma neque, solum hoc, verum & præcipuis partibus dilabuntur, propter mirificum cum seminalibus consensum: quod neququam in alijs vacuationibus contingere videbis, eò tamen excessit hominum cupiditas, ut minus ex coitu, quàm ex alijs medicis auxilijs debilitari credant, ut qui phrenitici dolorem non sentiunt, aut qui ad victoriā aspirantes illata vulnera floccipiunt, nihil mirum potētissima sunt in proprio corpore imaginatio, & appetitus: atque ut Cicero dicebat lib. de finibus bonorum & malorum: *Cupiditates, quæ à natura proficiuntur, facile experiuntur sine ulla iniuria.*

Tamen secunda obiectio nil habet difficile. Nam illud axioma præuè intellectū: Medicus est imitator naturæ; non debet af ferri, ut ars facere præsumat quidequid natura. Nam ut supplet aliquos illius defectus, & facit quod ipsa nunquam facere potest (ut supra multoies insinuauit) ita ridiculū est eius miranda opera aggredi. Per oculos solet sagax natura cerebrum expurgare, in lacrymas humorē conuerso, an ob hoc hæcat tibi lacrymas excitando nobilissima lumina obsecraret? Sed multa sunt his similia erroris plena. Ergo non valet illatio: Natura solet expellere per somnum ergo coitu vtendum. Hæc secundū rigo rem logicam. Tamen medicè agamus.

Sed vtget difficultas, si tota ratio ob quam semen custoditūm præcipitur, est, ut in natura propagationem asseruetur ad quam dicit ordinem medicorum ad finem. Interrogo, si corrumpatur, si aliquam qualitatē obtinet, ob quam infecundum profus reddatur, ut quid non expellendū, cum neque ad speciem, neque ad individuum aliquid conferat sed potius fruisimorum sit accidentium origo? In hoc enim casu, neque species aliquid detrahitur, & laboranti summopere succurritur. Hic punctus difficultatis.

Sed respondēo, nequaquam licere semē profecto saluē, sine spe legitime prois effundere: quibus enim aliquid semen ita corruptū sit aut infecundū, periculū est ne eò illo aliud optimū inuisiter proficiat. Cuius periculi vitandi gratia, vel multa damna

perpetiendâ, vel alio modo curandâ. Est quidem à Theologis punctus hic felicitus forsitan agnitus; tamen ego vnum addere ad clariorem doctrinam decreui. Esse, scilicet, bonum individuum propter bonum speciei parvispendendum, atque malum speciei magis esse fugiendum, quàm malum individuum, quia quæ ad speciem pertinent, diuina sunt, & magis Deo similia. Hoc supposito, attende nostri discursus efficaciam. Putamus enim ad speciem diutius seruandam magis pertinere semen prolificum, quàm ipsum individuum in quo semen reconditur, vt puerulus diutius seruari potest speciem, quàm senex, ut & semen multo magis seruari potest speciem, quàm individuum cuius est. Ergo à Philosophia & à natura est alienum tantum malum pro tam paruo bono perpetrare, & bonum speciei pro bono individuo relinquere; quod noster Clemens granissimis verbis illustrabat, 2. Pedag. cap. 10. postquam coitus damna plura recensuit, iterum ait: *Paruum epileptum dicebat coitum Supressa Aderites, existimans morbum humedabilem. An non enim consequuntur resolutionem, quæ extenuationis est, quod abscedit magnitudini adscribuntur? Homo enim ex homine nascitur, & vellitur. Vixit damni magnitudinem, totus homo per insensibilem coitum abstrahitur. Dicit: Hoc nunc est ex oculis meis, & caro de carne mea. Homo ergo tantum extenuatur semine, quantum videtur corpore. Est enim generationis initium id quod recedit.*

Potuitne magis ad rem de qua agimus, aut subtilius dici, aut grauius? Igitur, quia in homine emergente speciei æternitas meliùs, quàm in aduito seruatur; hinc tanta seminis custodia nature legibus saluta, & diuinis præceptis confirmata. Sed diæ, coitumper se ordinari ad legitimam prolem, vt probatum est tamen quis vetat simul esse causam salubrem, potest enim esse ille principalis finis, & sanitas secundarius, & consequentis. Et ita matrem omnium consultamus multoties præcipue ad generationem, secundario, vt sanitas inducatur; neque hoc videtur contra naturam, neque contra rationem.

Rede aduertis. Propone igitur præ oculis finem primarium primo loco, secundarium relinque; sequetur coitus ad primum, igitur in testimonium eligenda enim consistebat Hipp. lib. de Virgin.

Sed obiecis iterum, doctam naturam, quod putridum est, expellere; quod optimum, sibi artius adiungere; ergo in coitu

propellet iritantem, & corruptum huiusmodi rem, completens cum qui facendum potest spiritus ergo nullum speciei periculum.

Secundo, quia vt præcipiebat noster Hippocrates in Aphor. quo natura verget eo ducere oportet per loca conferentia, sed humoribus contentis in telibus per nullam regionem patet promptus aditus, nisi per muliebrem congestum; ergo per eandem viam educendi ab arte, neque signabis alios conductus per quos transitur de potest molestus succus.

Neque istæ obiectiones securam nostram perturbant doctrinam. Ad primum dico, quod licet aliquando humorem ferrosam & putridum per somnum fecerit natura, vt supra ex Galeno colligi potest, tamen, quia in plurimum cum præco humore aliquis solit optimus dilabi, vel committitur, vel fractione ad id, quod vacuatur, vel nimia irritatione, consonum est, vt si deiecit alijs vacationibus experitur, in coitu fieri maxime timeamus; nam non sanguis, non bilis, non excrementum quoddamque, sed nature primordia expelluntur Sanguinem putridum extrahimus, licet aliquis optimus cum illo proficiat, bilem adustam, imò & aliquam portionem bilis naturalis simul trahit medicamentum. In hemorrhagia, in fluxu ventris, vires & animales consumuntur spiritus. Tamen ex hoc nihil mali, in feminis putridi putratione maius damnum est aliquid spiritus ignitius simul exeat, quàm bonum, quod potest consequi ex putridi excretionem; nam stricte loquendo, & penes ordinem nature, bonum speciei præcellit bonum individui. Et sic absolute talis expulsio contra naturam deberet dici, vt ex D. Thoma deducebam loco supra citato.

Ad secundum dico iterum, quod supra explicabam, non esse omnes regiones, quas docta natura percurrit ab arte tenendas; nam ipsa ab autore directâ, sine damno profectus multa mirabilia; per membra principalia transiit venenosos humores, vique dum vias occupet expurgationis, per densas, & durissimas partes, per remotas, per abditas, & incognitas, quæ omnia prorsus ignorat ars amulatrix. Sed descendendo iam ad formam argumenti. Non quidem existimes potenda esse debitam regionem, & conuulsalem expulsiorem illorum humorum.

Contenti humores in capite, hęcore, vel à toto corpore transmissi, vel à ventriculo cleuati, quo pacto euacuandi, & An partem

partem nobilem, & relictum facultatum domicilium moleſtibus? An melius tibi erit partes mittentes proſpicere, & illas enacrare, & corrigere, vt in origine propria, & in ipſa cauſa extingatur effectus producendus? Poſſeã verò id, quod factum eſt facile diſſipes, nullo damno animæ potentiã illatã? Igitur (ſolécro) ſic contempleris rem de qua diſputamus, eſſe, ſcilicet, genitalia (vt nomen indicat) in ſolum procreationis bonum eſſoſumã, recipere tamen, vel ſanus, vel ichorea mordaces à iecore, à capite, alienè, aut ab alijs corporis particulis, quas ſi euacuaueris, vel ita corroboraueris, vt non tranſmittere, niſi quod ad opera nature tranſmittere debet, proculdubio non te reddet ſollicitum ſeminis retenti agitato. Itaque quod malum tu per fallacem Veneris euacuationem delinire ſtrata conaris, per ſanguinis miſſionem, aut expurgationem, per balnea, aut per iecoris temperamentum, aut per alia auxilia, radicatus, & ſecurè diuelles, quia illa media cum iſto ſiſe coordinatam habent conuexionem, non ſolum in operibus nature vniuerſalis, vt ſic, & metaphyſicè diſputando, ſed medicè, & methodicè, vt probatum eſt. Quod dilucidius adhuc conſtabit ex ſolutionibus argumentorum, quæ in principio quaſtionis contrariam partem apparenter confirmanſant.

Ad primum, quod ex triplici opinione conſurgit, reſponderetur, quod coitus nullus eſt viſus, vt prudenter dicebat Epicurus. Vbi mirandum, quod cum ſummã felicitatem in voluptate collocares, hanc tamen reſpueris, quæ ex coitu proſeclitur. Certè, quia paratit maior eſt damnum debilitaris contractæ, quàm vtilitatem ex voluptate. Vnde in libro quem Epicurus conſcripſit, cui titulus erat De principibus ſententijs. Nullis inquit proſuit coitus, cuius autem coitus agitur, ſi non laſeris, qui tam ex lege eſt, eſt periculofus, niſi quatenus in liberorum procreatione verſar. Quã ſententiã ſequutus Acrius, ita dicebat: Coitus neque ſarſati, neque rationis ſarſationi conſeclit: ſed deprauatum animum ſarſat. conuulſioni coitus affinis eſt motus ille Veneris turbolentus. Lib. 6. cap. 27. de motu deprædit. Eſt periculofus non appellans coitum, quous tu diſtinas a libidine aggressus putas eſſe ſalutarem, atque ſi ea auaritia lex eſt, ut tato ſiſe periculo proſit, que homines diſtinet auaritia, vt iſtanciam congreſſum inter emolumenta vaſtitudinis inuane-

rit. Sed perſpice iam illarum opinio-num vanitatem. Prima dicit, coitum pertinere ad animæ affectus intellige, quod ſi paſſio corporalis, que corpus permittens in animæ potentiam terminatur & ſiſurone contra aliquando oriatur ab anima, & terminatur in corpus. Sed de hoc aliàs.

Tamen ferri non poteſt, vt coitum prodeſſe aſſerret quiſpiam tanquam animi ſolacium, cum potius illius ſequi ſolet triſtitia, & etiã pudor. Si Platonis ſaltem ſententia aſſimatur in Theæreto, dicens coitum illicitum iniuriam quandam eſſe, & inentem coniuſtionem; exiſtimo iniuriam diſiſſe, quia ſi iniuria ſpeciei, nam de illius æremitate detrahitur, & quia ſi iniuria proprio indiuiduo, nam debilitatur ſine ſpe legitime proſit: illicitum vocat qui tantum delicias querit.

Præterea ridiculum eſt, motum corporis congregentis tantæ vtilitatis, cum non omnium partium ſit, iuxta illam viſam, agitaris, aut ſecti inter motus corporeos poſſit numerari, cum tamen aliæ e parte inutiliter pellat, que ad ſpeciem pertinent, & cū tanta virium iactura ſit, vt non poſſit inter cauſas ſalubres recenſeri nec eſſe ſariorat qui propter ſuperfluum expulſionem prodeſſe alleuerat, indiſtinctè id pronunciate non verentur, neque attendentes congeri ſimul in reſibus, non ſolum ſemen, ſed excrementis aliſquas & acres humiditates, ad quarum propulſionem leuari ſe animal perſentit, non aliter, ac poſt ſanguinis miſſionem in magna plenitudine, quo cū tu ſedaſti multi medici in maximos errores prolapſi ſunt, vt ex reſponſione ad reliqua argumenta conſtabit.

Ad ſecundum, turpiter errat Ratiſ, cum amor affectus animi ſit, in rem amaram ardentem dirigens, atque nullam aliã habens coratione, niſi rei deſiderate coniuſtionem, vel imaginationis ad grauiora manera diuerticulum, vel ſi cò viſque eſſe uelcat, vt in maniam tranſcat, melnchoſie auxilijs fugatur. Tantum igitur abſt, vt coitu alieno miſceat, vt ille barbarè pſtauriquin potius amplius incendat, & exardeſcat. Etenim cerebrum eſſe eorum, ſpiritus eſſe meſcic, & inflammatur, quo nil poteſt amantibus accedere detentis. Præterea nõ videt author iſte abſurdam ſumã ſententiã, nam dicit curas amantes ſi rem habeant multoties cum alia muliere, quam non deliquit. Quid amentius! Certè demonis ſuggeſſionex ſunt in hominum perneciens, cum ratio contrarium ſuadeat.

Siqui.

Siquidem nullo pacto rei amaræ remittitur desiderium, sed increfcit, cum per alienos concubitus magis cognoscatur bonum expetitæ pulchritudinis, vt per tenebras lux, atque ex consequenti vrgentior, & tumidius germinas appetitus. Præterea, quid habet concubitus alienus cum amore? Amor enim est vinculum appetitus complaceatis, & quietantis se cum suo bono. Quid ergo habet passio oblectata, & impudica cum amore, qui affectus purus animi est? Quod mirari oportet in Rasi, quod, scilicet, curare intendat amantes, & illos deducit in morbum melancholicum, frigeſcit enim cor, & cerebrum ipsum, quæ dispositio aptissima est ad melancholiam. An Rasi putat de Apolline ipso doctiorem? qui antoris ignibus incensus, parens medicinx, medicina defixutus sic conquiritur apud Ouidium lib. 1. Metamorf.

Inuentum medicina meus est, apifexque per orbem

Diceret herbarum subiecta potentia mihi. Hæc mihi quod nullis amaræ est sanabilis herbis;

Nec profunt domino, qua profunt omnibus arti.

Hoc autem remedium, quod ignorauit Apollo, inuenit Seneca in Othonia, quem refert Toſtarius in quest. de Amore, c. 1.

Vis magna mentis blandus atque animi calor, Amor est, iuuentia, gignitur luxu, potis.

Nutritur inter lætæ fortuna bona: Quam si foueri, atque alere desistat, cadit, Breuius vires perdit extinctus suas.

Ad tertiam, licet semen corruptum peccat sui vacationem, id faciendum, si aliud amplius non vrget, vt in alijs omnibus medicis operationibus: at cum timor sit ne simul etiam prolificum effundatur in damnum speciei, proculdubio abstinendum, sed quid dieo abstinendum propter damnum speciei? Certè nō solum propter hoc, sed aliquando ob superius bonum ipsius indidui, vt celeberis pudicitia Verini testatur, qui ne se pollueret, mortem elegit. Ea est vis abstinentiæ.

Sed medicæ respondeamus argumento: Corruptum est semen, ergo eiacuari excolit. Distinguenda est illatio. Nam vacuari quidem oportet, sed non necessariò per coitum, sed per alia nature & artis auxilia.

Ad quartum, si feminis maiorem copiam homo congregat, faciat vt nimis facilis obineat, quod optimo victu, alimentis diuicijs, exercitijs, virtutis cultu conseque-

tur, quæ soli homini donata sunt ad vitæ perfectionem.

Quintum argumentum peribat, vt curationem melancholicæ indiducem orta ex semine retento, vt oblectata illa Galeni narratio nō amplius pueris philosophorum aures luceſceret. Doctissimus autem meus progenitor, cui non solum vinctam auram, sed doctrinæ lucem felix debeo; virgines & viduas, & religiosos viros maniacos ob feminis retenti malitiam publica admiratione curauit, tamen rursus congressum necarium necessarium esse existimauit, sed mitebat sanguinem, leniter & multoties expungabat. Virebatur balneis, exercitijs illesis euacuationes excitabat, hunc labat, attemperabat, animum variè denudabat, coitum inerti, & profus perniciosum existimans, liquidum nūquam illius mentionem fecit, de qua materia, suum Opusculum, ante quadraginta annos elaboratum, & desideratum, in hoc tomo inuenies. O medicorum turpia deliramenta! o audaciam hominum propria natura illata inuicem aliquid cum ignoret vera morborum remedia, cum in illorum causis miserè cæcutiam, ad animæ, & corporis stragem topicis abutuntur.

Legas (obsecro) practicos in proprijs capitibus de illis affectibus, & videbis veritatē vi in ipsam tandem incidere, non enim femina illa ad coitum agitata ex semine retento proficit, sed ex terribiſſimo humore (vt dicebat Galenus) vel ex flama ab alijs partibus transmissa. Adhuc Rofas ille, quom reprehendebam, in capite de Melancholia id expresse fatetur, tumidos dicens esse, & turpentes ad Venerem qui hippocondriaca laborant, ob viscerum imbecillitatem, flatulentam subtilitatem generantium. Age iam, & infirmos istos si curare velis per mabeberem congressum, in mortem celeriter daces, cum tamen, vt tibi videtur, natura per eam regionem onus proprium excurere setaret. Inspeciendæ igitur sari præcipue medicæ indicationes, a lijs relictis, quæ casu quodam inordinato, & temerario procedunt. Vnum autem aduertendum existimo, cum per multos annos circa agros me exercuerim, longa obseruatione notauim, morbos virginum nullo pacto abstinentia moniales opprimere, sed illas, quæ praua victus ratione, otio, libere confabulatione, & imaginationis dispendio valetudinarie viuunt, abstinentes à Venere, & alla ex parte mille modis ad proprios cruciatus illas comparates at illæ, quæ strictioribus

legibus

Legit us religantur, & amore virtutis infla-
mantur, neque limina illorum morborum
cognoverunt. Sed illud differendum haud
quaquam, non Chrifticolas tantum, sed
Gentiles nostram conclusionem exemplis
demonstrasse. Audiamus Caelium libr. 1.
Antiquitatum, cap. 7. *Legimus* (inquit) *in*
Græcorum monumentis maximè quæque tem
perantia mulieribus argumentum produisse ex
Clæo, quoniam neque adulterium neque illi
liberum concubitiuæ collum ibi acciderit, conquam
fratelli memoria est. Putasne in tota illa pro
vincia aliquos morbos ex femine retento non
contingisse? Curati tamen fuerunt sine femi-
nis profusione: quòd si tam dira lues,
tam castos homines non oppressit, affirmare
oportet summum auxilium præcautionum,
aut curatorium in vitæ modè cramine esse
constitutum. Videbant certè illi compa-
gem corporis labefactati, & conturbati
chulitione materie, lepedicè dixisse il-
lum (vt refert noster Clemens loco supra
citato) qui interrogatus, quomodo adhuc
rebus vteretur veneris? respondit: *Roma*
terris quæso, ego verò lubentissime istibus tan

quam ab agræsti & insano domino profuit.

Quod in Hippoc. in nostro textu legitur
coitus constituit, & in alijs locis, morbis à
pinnis venereis proficere affirmat, non
ob id intelligat, summum didatoricæ, &
pium philosophum turpes consilere con-
plexus. Sed docet quo pacto in varijs anni
temporibus, & in varijs hominum tempe-
ramētis eorpus afficiat, quasi dicat in a-
state abstinendum ob caliditatem & siccita-
tem, in hyeme propter frigiditatem largè
concedendum. Nimirum exorta corpo-
ra ad magnos morbos disponuntur, & a-
rida redduntur à coitu, & ab ambiente exi-
cata. In hyemè verò eù aquæ accessiones
sunt, humedantur, calore interno vigen-
t, vt possint coitus damna melius perferre.
Quæ omnia ad causas morborum digno-
scendas, & ad vires in morbis mensuran-
das, & ad præfagium maximè conducere
omnibus constat. Probarum igitur est,
non esse coitum simpliciter necessarium
ad valetudinem. Vbi quæstio hæc

si sine coitu obruiat.

(b)

Finis prioris partis de Hippocratica Philosophia.

EXACTISSIMÆ

DISPUTATIONES

DE

PULSIBVS,

QUIBUS GALENI ET AVICENNÆ
Doctrina philosophicè perpenditur.

ARTORVM

ANTONIO PONCE SANCHEZ

*Aliae Primario Professore, ac deinde a Universitate Philippi Quinti
Regis Castellæ et Prætorum Generali.*

ad Excellentissimam Civitatem de Olivarès.



MDCLXXII

APUD THOMAM IUNTAM

Typographum Regium.

ANNO MDCCLXXII

UVA.BSCH

EXACTISSIMÆ
DISPUTATIONES
DE
PULSIBVS,

QVIBVS GALENI ET AVICENNAE
Doctrina philosophicè perpenditur.

A V T O R E

ANTONIO PONCE SANTACRVZ
*Olim Primario Vallisoletano, nunc autem à Cubiculo Ppilippi Quarti
Regis Catholici, & Protomedico Generali.*

Ad Excellentissimum Comitem de Oliuares.



MATRITI,
APVD THOMAM IVNTAM
Typographum Regium.

Anno M.DC.XXII.

DISPUTATIONES

DE

PULSIBVS

QVIBVS GALENI ET AVICENNAE

Doctrina philosophice perpenditur.

A V T O R E

ANTONIO PONCE SANCHEZ

Olim Prætorio Vassilæ, nunc totius à Carolo Philippo Quæsi
Regis Catholici Professoris Ordinarii.

Ad Excellentissimum Consilium de Olinariis.



M A D R I D

APVD THOMAM IVNTAM

P. Typographum Regium.

Anno MDCXXII

INDEX RERVM MAXIME NOTABILIVM in his Opusculis de Pulsibus con- tentarum.

A



ACTIO VNA & duplex pulsio in
traditione cordis 19. c. 1.
An quatuor modis trahatur 2. c. 1.
& uterq. 33.
Ergo motus operatio de impu-
lione cordis motu de se de
statuenda. 1. c. 1.
Et tamen vtri pulsus 113.

Agens & patiens an semper coeant: esse diversa.
35. col. 1.

Amatorius pulsus an detur. 118. & seq.

Amor quid sit. ibid.

Amor sine appetitione constituta. ibid.

Amor contrarius semper implicatur. ibid.

Amoris pulsus datur. & quibus luc fit. ibid.

An quere pulsus. 124. c. 1.

Apoplexia & epilepsia quomodo habeant similes
pulsus in magnitudine. Difficultas quam non vi-
dit Mercator: sed pitarat istam similitudinem
esse cum paraly. Legit attentè totius discursus.
140. & 141.

Apoplexia quomodo est possibilis quòd habeat pul-
sus venosus, sicut consulsus. Difficultè exas-
tur Galenus. 141.

Apoplexia pulsus. 143.

Arthrosiles non existimant, sensuorum sanguinis esse
causam pulsus. 15. c. 1.

Arteria venalis an pulsus: ut alii. 18. c. 1.

Arteria disterix à quibus partibus trahant. 50. c. 1.

Arteria iuxta cor à quibus trahant. ibid. & 51. c. 1.

Arteria an per transeat suos terminos naturales
quando moueatur. 60. c. 1.

Arterix vtrum equali celeritate moueant. 60. c. 1.

Arterix calidiores quare in catochis. 139. c. 1.

Arteriam quid retrahat in pulsui consulsus. 140.

Arteriam quid retrahat in dycroco pulsui, aut alijs
bus pulsibus. ibid.

Arterijs compressis quid implet vacuum quod re-
linquitur. 51. col. 1.

B

Breuis & longus pulsus describitur. 87.

Breuis & longi causa, dignotio, praesagium. 86.

C

Calor febrilis non potest oriri ab intrinseco. 48.
col. 1.

De Pulsibus;

Calor duplex in corde, naturalis & malignus. 47.
& seq.

Calor cordis quomodo attingit eum ab aere intrin-
te dignotatur quare quomodo mouetur. 27. & 28.

Cape itatis pulsus naturalis, & malignus, & pul-
sus. 100. c. 1. & 1.

Cathetico pulsus. 139.

Cathetico quomodo potest habere pulsus, similes
languoribus. ibid.

Cathetico quare minus debiles pulsus habeat. ibid.

Causa quae debent considerari in pulsui. 73.

Causa continencia quare & quomodo pulsus habeant
efficere. ibid.

Causa alterationis quae sint. ibid.

Celeritas duobus modis accipitur à Galen. 60. c. 1.

Celeritas pulsus quando prout apponitur, & si qua-
m magnitudine ad expectationem aliquorum ho-
minum Galen. 55. & seq.

Celeritas pulsus in quo proprie consistat. 59. & seq.

Celeritas à quo moueantur. 54. & seq.

Consulsus pulsus, natura, causa, dignotio, & pre-
sagia. 113. 139. & 140.

Cor cum sit vtrum principium, quare tam multi-
pliciter compositum. 8. c. 1.

Cor fetus in vtero licet non pulset, semper tamen
e iueum cordis motum esse primum. 18. c. 1.

Cor separatis sanguinibus temperabitur ex se, quare
ergo indiget aere frigido. 50. col. 1.

Cor & arteria an simul compendantur & dilata-
tur. 55. & seq.

Cor si quiesceret omnino non communicaret insula
tam alijs partibus. Contra Petrum Garciam. 18.

Corde compresso quid implet vacuum quod re-
linquitur. 51. c. 1.

Cordu fibre. 7. c. 1.

Cordis temperies. ibid.

Cordis quantitas. ibid.

Cretus & rarus pulsus quae nomina habeant, quomodo
essentiam, causas, dignotioem, & praesagia. 91.
& 92.

Cretus an taliter cretus, ut careat quere. 93.

D

Definitio pulsus tradita ab Aui. describitur eò
tra Menam & Mercatum. 4.

Definitio pulsus Aui. iterum defenditur ab alijs
recentioribus. 4. c. 1. & 1.

Definitio pulsus notionalis à Gal. tradita defendi-
tur. 5. c. 1.

Definitio essentialis à Gal. tradita defenditur. 5. c. 1.

in Definitione pulsus quare Gal. dixit esse pulsatione actionem cordis, cum hoc sit notissimum. Vide responsionem et egerantem à nemine facti. 1. c. 1.

Diaria febris pulsus 111.

Diaria pulsus ortu ab obstructione, aut familiaritate, ibid.

Differentia ex proportione quietem an deute, sicut datur ex proportione motuum. 64. c. 1. & 2.

Differentia primæ pulsuum virtutis tantum octo. 61. & seq.

Differentia aliarum octo dictas à Gal. resolutione. 67.

Differentia pulsuum à quibus principis temperant Galenus. 64.

Dilatatio in corde frigidò ad quid. 49. c. 1.

Dilatatio & compressio non semper æquales, sed se quuntur naturam sui visus. 60. c. 1.

Dilatatio separata fulgure, compressio illas pulsus. 130.

Dilatationis visus exactè perpenditur. 46. & sequen.

Dilatationis cordis quomodo trahat anem. 19. c. 1.

Diurna Thoniam artem legere oportet agentem de motu nam aliquando agit de motu animalis, aliquando vero de motu primo animalis. In quo etiam in de necessaria differentia. Vide locum. fol. 29. & 30.

Duri & molles pulsus essentia, cause, dignotio, & prædicta. 100. & 101.

Durus & dycrotus pulsus an in lethargo inueniantur. 138.

Dycrotus pulsus natura, cause, dignotio, & prædicta. 107. & 108.

Dycrotus ad quã ite qualitatis speciem pertinet. ibid.

E

Elegans dubitatio. Quare natura in irregularitate febrili accelerat dilanem ex remanente, ut citò comprimatur, & non accelerat compressionem, ut citò dilaret, vegente tanto incendio. 111. & 112.

Elemento vegetatiue potentie à sensitiua quando excludenda. 29. c. 1.

Epilepsia quomodo habeat pulsus in principio simili serians, solum differentes quia totò sero. Distinctio est ex Gal. Vide anem. fol. 41. & 42.

Epilepsia pulsus. 240.

F

Facultas aeris trachina per se an sit. 14. c. 1.

Facultas pulsatilis an sit vegetalis, et per distubuta. fol. 16. & seq.

Facultas vitalis que generat spiritus vitales non est pulsatilis. ibid.

Facultatem pulsatilicam non esse mediam, ostenditur contra Vallesiam. 104. & seq.

Facultatem pulsatilicam procedere ab anima sensitiua in quantum continet vegetalem, probatur. fol. 11. & seq.

Facultas vegetales appellari à D. Thoma natus. 104. & anem in vegetalem diu etiam naturalem. ostenditur ex eius doctrina. 106. c. 1. & 2.

Febris febrilis quomodo pulsus adiungat. Hæmatur Angustus & Ferronius conuincuntur. 114.

Febris putrida quare, in quantum putrida, habeat

celeritatem constantiorem, & manifestam inæqualitatem febrili. 110. c. 1.

Febris putrida pulsus in principio, augmento, flatu. &c. 110. c. 1.

Febris putrida in statu quomodo pulsus habeat, iuxta varias sententias de statu februm. 120. & 121.

Februm pulsus. 114.

Febrilis irregularitas quid sit, latè differentia. 115.

Febrilis irregularitas quare in pharaciside tam apte se sentitur. 118. c. 1.

Fermetus sequitur in examinanda inæqualitate febribus. 117.

Fermetus moderati augmentem in quantum talent habet formam quomodo intelligendus. 17. c. 1.

Fibræ varice & subitæ. c. 1.

Fibrarum an sit aliquando. 8. c. 1.

Figura cordis. 6.

Finalis causa dilatationis. 101.

Fines duo in pulsò. 47. c. 1.

Finis pulsus medicè loquendo, quales. 14. c. 1.

Finis compressionis an vitæ. 101.

Fortis pulsus in viro. 101. & 102.

Forme pulsus quæ. 6. c. 1.

Forme conueniunt duo naturaliter. Primò, illud cance quod pertinet ad conseruationem & esse.

Secundò illud quod conuenit ad operari. Sed ex pharaciside ad maiorem notitiam motus cordis. 17. c. 1. & 2.

Fulgens ex parte an calorem producat in corde, aut melius modum. 48. & 49.

G

Generans quare non debet omnes debet imperfectio nes in 210. nullam omnino generat. 100. c. 1. & 2.

Genialis loquens de dilatatione & compressione cordis an aduerterendos, quia videtur constantior non inuoluitur. 19. c. 1.

Genialis opinio falsa circa hanc rem. ibid.

H

Hæcilius pulsus quomodo. 111.

Hepar an possit labore edemate. 135. & 136.

Hepar vesiculis sit repletis. 116. c. 1.

Hepar secundum varias partes inflammatur. ibid.

Hepatis inflammatus pulsus conueniunt fol. 155. c. 1.

Hæciles de Sæmæ reijores in explicanda definitione pulsus. 123.

Horatius Augustinus nouam & inauditam opinionem adhibet afferens non repenti inæqualitate febriens nisi ex labore febre per esse. riam. Reijuratur & concluditur ad hominem. 115. & 116.

I

Ignis iste quo videtur quare indiget refrigerio, subtiliter perpenditur. 47. & 48.

Ignis cordis eodem indiget. ibid. & 49.

Ignis quomodo reaccenditur sublatione. 49. c. 1.

Imposititas pulsus natura, cause, dignotio, prædicta. 107.

Inæqualitas essentia & differentia. 101. & 104.

Inæqualitas singularis quid. 104.

Inæqualitas singularis sub uno digito in eadem par-

INDEX.

parte arteria an possit reperiri in omnibus pulsibus differentiis. ibid.

Inæqualitas fibrilis quid. 116. c. 1.

Inæqualitas pulsus quæ sequitur febres putridas. ibid. col. 1.

Inæqualitas fibrilis putridarum sequitur tempora & partes febrium. ibid.

Inæqualitas fibrilis an sequatur omni natura, ut putant Mercatus. 117.

Inæqualitas fibrilis an omnino febrem infestat. 117. & 118.

Inæqualitas pulsus in putridis fibrilibus non semper procedit ab obstructione, ut putat Mercatus. 119.

Inæqualitas fibrilis, aut inæqualitas pulsus in putridis ad quas causas sequatur. 120. c. 1.

Inæqualitatem fibrilem non necessario sequi ad omni naturam ostenditur. 119. c. 1.

Inæqualitatem fibrilem differunt. 104.

Inæqualitatem fibrilem naturam in pulsibus differentiis per se videtur. excepto dicitur & nullis. 109.

Inæquitas quibus pulsus. 110. c. 1.

Intermissionem causæ & perpetuam. ibid.

Intermissionem dimittit. ibid.

Intermissio non fit de error omnibus. ibid.

Intermissio de raro quomodo differat. 111. & sequitur de viciis pulsus in viciis parte arterie de viciis natura, causæ, dignitas, per ægros. 107. & 110.

L

Lati & angusti pulsus essentia, causæ, cognitio, & præsigna. 87.

Longus & brevis pulsus describuntur. 83.

Longus & brevis causa de dignitate, atque præsignis. 86.

M

Magnitudo pulsus quid sit. 1.

Magnitudo pulsus per se quid sit datur. ibid.

Magnitudo pulsus datur viciosa, qua nulla maior in illo subiecto non sit de essentia, hanc enim semper potest in crescere. Ratio hinc. 92. c. 1. & 2.

Mari thaus de rebus per se in causam vaines. Quomodo. 121. c. 1. & 122. c. 1.

Materia pulsus quæ sit. 1.

Moderatus pulsus inter magnitudinem parvam an debeat esse. 122.

Moti repentina inter dicitur ubi quando de qua sit perceptus pulsus. 111. & 112.

Motus in viciis. ibid.

Motus omnia reperiantur in cordis, hepatis, aliter. 102. c. 1. & 2.

Motus quibus viciis potest à causa extrinseca causari. 102. c. 1. & 2.

Motus cordis non potest precipere immutari à causa viciosa. 113. c. 1.

Motus cordis non potest esse animi sensus, ut putat natura. 113. & 110.

Motus primus dicitur esse quid sit. ibid.

Motus repentina quæ dicitur voluntas aut intellectus, pulsus est. ibid.

Motus viciis quomodo viciosaque generantur, est quæ sit. 102. c. 1.

Motus viciis est de genere, quæ sit dicitur. D. Thomas. 1. 2. q. 1. de viciis. 11. & 12. q. 1. de viciis quæ dicitur generantur à viciis.

Motus gramini & lesium adducitur ad eam exceptionem motus dicitur, & similiter motus scilicet ad magnetem. 176. 1.

Motus cordis quare similis circulari. 19. c. 1.

Motus & quæ sit pulsus quomodo cognoscatur, latere dicitur à 1. 46. vique ad 71.

Motus duo contrarii an sint, quæ sit media. 93. & sequitur opinio Mercati refutatur.

Multitudo & viciis pulsus. 121.

Mixti pulsus differunt. 109.

N

Natura quare magis sit sollicita in expellendis febribus quam in attemperando per dilatationem. 111. & 112.

Nobilitas viciis cordis. 107.

Nobilitas quæ sit. ibid.

Nutritioem quare non numerat D. Thomas, quæ de rebus sit motus vegetativæ partium. 113. c. 1.

O

Obstinatio quæ causat pulsus intermittentes varia est. 1. 46. vique ad 107.

Obstinatioem non semper sequitur in febribus putridis, ostenditur. 119. & 120.

Operari pulsificam per qualitates incompetentem, est falsum. 12.

Operari per naturam pulsificam supposita qualitate elementalium est certum. Vide locum elegantem D. Thomæ de motu cordis. 1. 46. 1.

Opinio Mercati de facultate pulsifica prorsus evertitur. 104. 1.

Opinioem viciosa ex varia intelligentia Opusculi D. Thomæ de motu cordis recitatur, & alique reperitur. ibid.

Opusculum D. Thomæ de motu cordis peripicere restat ubi ad quædam conclusiones. 13. col. 1. & 2.

Ordinati & inordinati pulsus essentia, causæ, dignitas, partium. 104.

Ordinatos & inordinatos pulsus cui admittantur motus. 104.

Ordinatos ad quædam de differenciis generatim natura, latere dicitur à fol. 99. vique ad fol. 103.

Ordinatos pulsus. 111. c. 1.

P

Palpitationem quibus quibus. 114.

Palpitationem quibus quibus. 114. c. 1.

Perpetua essentia in inflammatione consistit. 113. col. 1.

Perpetua quare dicitur pulsus. 113. c. 1.

Perpetua quare dicitur habere pulsus, nec finem, nec intermissionem dicitur, ut de se viciis habet, atque de perpetua viciis de arteriis. 113. & 117.

Perpetua pulsifica est de motu vegetativæ de de hoc appetitum viciis. 111. c. 1.

Perpetua pulsificam quare per incompetentem appetitum vitalium. 113. c. 1.

Perpetua viciosa dicitur propter se de perpetua alia. 113. c. 1.

Perpetua pulsifica inflatur, licet in vegetalis sit. ibid.

Perpetua pulsifica quare celli viciis dicitur. ibid.

Perpetua pulsifica in viciis in obstructione, sit viciis & perit. 111. c. 1.

Perpetua naturalis (qualis est attractiva) non terminatur.

per agit eodem modo, sed nunc debiliter, nunc
fortiter. *ibid.*
Potentia vegetalis quamvis operetur pro ratione
indigentia, non transiendit ad genus anima-
lum 13.
Potentia pulsantis an duplex. 17. & seq.
Prima nutritio, prima visio. &c. non debent tribui
generantibus, sed solum motus cordis. Contra Pa-
trem Rabbium. Rationabiliter declaratur. 13. col.
1. & 2.
Principium quod & quo dividitur, & explican-
tur ad agendum de motu cordis. 22. c. 1.
Principium formale totale quo pulsus quid sit. 23.
col. 1. & seq.
Pulsus, actionum, aut motuum appellari aptus ali-
quod ad interit. *ibid.*
Pulsus ferax. 114.
Pulsus an fiat ab aliqua facultate, latè disputatur à
fol. 11. vique ad 15.
Pulsus arhythmus non est inæqualis, proprie loquē-
do. 101.
Pulsus febriis putride qualis. 112.
Pulsus inæqualitas sub pluribus digitis, natura, cau-
sa, & dignotio, &c. 108. & 109.
Pulsus non potest oriri à calore aut feruore sangui-
nis. 14. c. 1.
Pulsus licet uno tempore fiat in omnibus partibus
sit tamen pro ratione indigentie consuetum-
quo. 15. c. 1.
Pulsus dicitur decrescere à maturitudine in paruitate,
ut opus est. Et omnia Mercuriorum clarat in-
crefcere à paruitate in magnitudine. 109.
Pulsus qualis fiat ex connexione facultatum & visus.
78. 79.
Pulsus an possit mutari sine permutatione cause
contingente. 76. & seq.
Pulsus an sit proprius animalis spiritus generatio-
nem. 71.
Pulsus magnus & parvus, & illorum differentia,
61. & 66.
Pulsus magni & parvi causæ, cognitio, & præsigna,
74. & seq.
Pulsus alti & humilis essentia, causæ, cognitio &
præsigna. 87. & 88.
Pulsus potentior. 124.
Pulsus inueniens. *ibid.*
Pulsus senum. *ibid.*
Pulsus complexionum. 125.
Pulsus anni temporum. *ibid.*
Pulsus veri qualis, constituitur. 126.
Pulsus astrumens. *ibid.*
Pulsus æstivus. 127.
Pulsus hyemalis. *ibid.*
Pulsus Regium. *ibid.*
Pulsus à cibo. *ibid.*
Pulsus sine tumore, volupetate, & tristitia. fol.
122.
Pulsus ex cogitatione non datur. Disturbans no-
tum. *ibid.*
Pulsus inflammationis. 134. & 135.
Pulsus pericardiorum. 136. c. 1.
Pulsus suppuratorum marcat secundum statum af-
fectus. 136. & 137.
Pulsus phyticorum. 137.
Pulsus marcorum. Constituentia agitur. *ibid.*
Pulsus pulmonis. *ibid.*

Pulsus lachryalis. 138.
Pulsus phreneticorum quare intermittens contin-
etur. *ibid.*
Pulsus paræ. 138. & 139.

Q

Quare non possunt sentientes querentem de
retinens quod accedens est, sicut possunt
facilius non retinens querentem querentem dicitur
sunt ab alijs, sicut per penditur. 15.
Qualitas est res de Positione. An sit, Propter quid
fit, & Qualis sit. 1. c. 1.
Quies & motus an fiat partes à facultate proceden-
tes. 40. & 109.
Quies an comprehensat pulsus, ut dicitur Herennius.
43. & 44.
Quies non actio est visus. *ibid.*
Quies non hinc ex accidenti in pulsus, sed per se
ibid.
Quies an fiat à duabus diversis facultatibus, si-
cut & motus. Sicut res refellitur. 44. & sequen-
tia.
Quies pulsus non agere dicitur facultatibus à motu
triticibus, sed quies alimenti in partibus indigēt
facilitate retinente. *ibid.*
Quies propter quem finem facta à natura. fol. 31.
& 32.

R

Raritas & intermissio multis modis differunt.
Villus dicitur. 111. c. 1. & 2.
Raccensio proprie quid sit. 49. & 50.
Raccensio quæ ab arte fingitur, quomodo fiat. *ibid.*
Raccensio nulli caloris quomodo fiat pulsus dila-
tatione. *ibid.*
Respiratio ministrat aerem, sed cur generat spiritum
vitalis sua temperie, & motu distribuit.
33. c. 1.
Respiratio de pulsus quo pacto sibi ad insensum
correspondent. 14.
Respiratio an sit magis necessaria, quam pulsus.
33. c. 1.
Respiratio & pulsus an consonant motibus. fol. 38.
col. 1.
Respiratio indigent omnes partes, sed quia illa
non potest exire de omnibus ministrari, pulsus
commensuratum defectum supplet per suum
corpus. 30. c. 1.
Rhythmi essentia, causæ, dignotio, & præsigna. 101.
& seq.

S

Sanguis non valet nutrire partes aeris & ignis,
si cordis calore non agatur & perficiatur. 33.
col. 1.
Sanguis quomodo trahatur à corde & arterijs
ibid.
Siccitas de pulsibus an sit. 1. c. 1. & fol. 1.
Siccitas pulsus causa, dignotio, & præsignum. fol.
113.

I N D E X.

Signum bonum quid sit. 7.
 Signum malum ibid.
 Signum periculofum. ibid.
 Signum fecurum. ibid.
 Similitudines potantarum in aliquibus rebz fal-
 sunt merodicos, vt illas confundant. fol. 11. c. 1.
 Situs cordis. 7.
 Sinitus pulsus. 118.
 Sicut etiam argumenta ad probandum contra S. Tho-
 mam motum cordis non esse à generante. fol. 19.
 & seq.
 Sueretio argumenta dissoluuntur. 27. & 28.

T

Tardi & ceteris pulsus essentia, causa, dignotio,
 & praesagia. 26. & seq.
 Thoracis & pulmonis inflammati pulsus fol. 149.
 col. 2.
 Tractio aeris multis modis explicatur. fol. 13. & 139.
 col. 1.
 Tractio quae fit à corde multis modis sic. 31. col. 1.
 Tractio & pulso per easdem vias, & eodem tempo-
 re fieri possunt. fol. 21.
 Tremulus pulsus quomodo in phrenitide. fol.
 115. col. 1.

Typhomania pulsus. ibid.

V

VAllesius existimat febrem inaequalitatem
 in solis partibus regere. 119.
 Valuit cordis an ab eadē qualitate moueatur. 19.
 Vasa quae oriuntur à corde. 11.
 Vehemens pulsus & debilis quid. 57.
 Vehemens & debilis an admittant medicinam. ibid.
 Vehemens & debilis cause carnes, dignotio, &
 praesagia. 97. & seq.
 Ventriculi cordis explicatur. 9. col. 1.
 Ventriculi cordis an ab eadem facultate mouean-
 tur. 19.
 Ventriculi oris affecti pulsus. 141. Contradictio in
 dictis Gal. explicatur & Anie. componitur. ibid.
 Vibrati pulsus causa, dignotio, & praesagium. fol.
 97.
 Vigiliae pulsus. ibid.
 Vndosus pulsus natura, cause, dignotio, & praes-
 agium. 112.
 Vndosus pulsus quomodo in phrenitide. fol. 118.
 col. 1.
 Vteri suffocationis pulsus. 141. col. 1.

F I N I S.





OPVSCVLA

AD LECTIONES PRIMARIAS DE PVL SIBVS.

A V T O R E

Antonio Ponce de Sanctacrucce,
Primario Vallisoletano.

OPVSCVLVM PRIMVM.

De causis intrinsecis Pulsus.

CAPVT I.

Antequam Anticenne (secundum leges Cathedrae) textum interpretemur, disputationes aliquas praemittere oportet, ut tantae translationis subtilitatem, & necessitatem non sine magna praemeditatione aggrediamur.

Dubitatur aliqui (antequam rem aggrediantur) an sit aliqua scientia de Pulsibus, cum non cognoscantur omnes eius partes. Secundo, cum Hippocritus tam diligens naturae scrutator, nisi ad rem pertinens praetermisisset, (quod nulli acria inuentori concessum est) de his de Pulsibus nobis scripsit reliquerit: apparet hunc laborē esse inutilem. Tertio, quia cum vixina internat aethiōnes claris manifestaret, nō opus est ad incertam & obs-

De Pulsibus.

curam cōtēplationē de Pulsibus deuenire.

Ad primum descendam, sciens autem esse de Pulsibus vtilē ac necessariū, et si difficilē, cognoscatur eīna à perito medico partes illius quae per tactum dignoscī possunt, aliter ad illa ratione sensus in partē percipiuntur, neque, ut de re aliqua sit scētia, oportet ut omnes partes illius perfectē calcamus, nam de celo est scientia, & neque omnes eius stellae, neque plura ista percipiuntur, sicut enim, quod aliqua ita etiam, licet aliqae pulsus particulae, aut differētia non possunt dignoscī, nisi id illius scētia tollenda, imō audaciori animo profectenda, nam & quae palchra, etiam difficilia. Et (ut Aristot. dicebat) melius est pauca scire circa caelestia corpora, quā multa de istis inscriptionibus. Sic etiam tractatus de Pulsibus tam ardua & excellens est ars scientia Medicinae, ut aliquid (si non omnia) de illis disputare estimatio sit magis dignum.

A

Ad

Ad secundum, existimare oportet multa scripsisse Hipp. quae temporis iniuria perierunt, forsitanque de Pulsibus scripsit tamen sparsim per suos libros multa docuit, quae in aeterna celsanda sunt, cum ad medica eo tempore in cubilibus versaretur. Vidimus tamen iam aliqua manuscripta professoris primarii Philosophiae nostrae vniuersitatis, quorum inscriptio erat: *De pulsibus secundum Hippocratum*; laudo conatus. Sed argumenti propositi nulla est efficacia, quando dicitur Non scripsit Hippoc. de pulsibus; ergo nulla est necessitas talis tractationis: nam Galenus plura elaborauit, quae Hippocritae non potuit perficere, & artes per additamenta increuit, vt dicebat Aetioetes.

Tertium dubium in nostro tractatu de vitiis diffusè agitarum est, nunc scire oportet, pulsuum vt signum praecellere ad vitam, & mortem praedicendam, ad robur cognoscendum virtutis naturalis & vitalis: pendet enim vegetalis à vitali cordis, imò ad eruditatem & coctionem dignoscendam ex cellensissime prodelti, quae doctrina multis medicis apparebit difficilis, aut salia, sed suo loco dilataabitur.

Operis diuisio.

Mihi verò placet totam tractationem modo Aristotelico diuidere, iuxta quatuor, quae quae possunt de re aliqua, vt docet Aristotel. 2. Poster. cap. 1. ad sciendam enim naturam alicuius rei, debemus scire An sit, Quid sit. Propter quod sit, & Quis sit. Quibus definitis tota consistit veritas. Ergo primò videbimus, an pulsus sit. Secundò, quid sit, & huius occasione formalem & materialem causam intelligebimus, quae sunt causae intrinsecae: & istae quaestiones appellantur ab Aristotele simplices. Tertio, videbimus propter quod sit pulsus, vbi examinabimus causas extrinsecas, scilicet, efficientem & finalem, quas subintelligit Aristoteles in illa quaestione Propter quod. Quarto, quales sit pulsus: vbi accidentia propria, & communia, & omnes differentias comprehendemus. Quibus absolutis declarabitur admitanda pulsus natura: quod manifestat recta diuisio. Reducitur autem haec methodus ad quinque praedicabilia, nam cognoscemus genus pulsus, speciem, differentias, & quilibet accidentia propria, & communia.

(1)

An sit pulsus.

AD primam quaestionem devenientes, videamus An sit pulsus. Hoc auctore ita dicamus per se notè, vnde Aristot. 1. Poster. cap. 3. dicit praetermittendam esse quaestionem An sit, quod fecit ipse à Physic. cap. 1. vbi agens de Natura, nulla facta mentione an sit Natura, statim aggreditur docere quid sit. Nam vbi sensus hunc fuit, debilitas est intellectus, rationem quaerere. Ergo cum Aristot. istam relinquamus quaestionem, & ad secundam accedamus, quid sit pulsus, docendo.

Vbi sensus dem facti, et the superius est.

CAPVT II.

Utrum definitio pulsus tradita ab Auicenna sit optima.

Quid sit pulsus.

AVicenna Fet. 2. 1. doct. 1. Sum. 1. cap. 1. sic pulsus definit: Pulsus est motus receptaculorum spiritus ex dialole, & systole compositus, ad regendum spirituum per aërem attractum. Cum autem Auicenna se iactet Galeni esse interpretem, visum fuit mihi possit per hanc definitionem agitare, vt videamus, quae sit inter Galenum, & Auicennam differentia.

Definitio sui secundum Auicennam.

Contra istam definitionem Auicennae arguerantur sic. Primò, quia cum non explicet causam efficientem pulsus, necessarium est, vt sit manca.

Argumenta contra definitionem.

Secundò argumētatur, quia receptacula spiritus ponit pro causa materiali pulsus, cum tamen in nostro corpore multae sint partes, quae in se spiritus recipiant, & contingant, & tamen non pulsant.

Tertio inquirunt, quia non exactè finalem causam demonstrat, cum planè constet pulsuum alios habere vsus praeter gubernationem spiritus.

His argumentis mouetur Ferdinandus Mena ad reuocandam definitionem Auicennae, & ipsum sequitur nosse Mercatos.

Tamen contra illos viros, & pro veritate sit conclusio.

Definitio tradita ab Auicenna optima est.

Probat, quia datur per genus, & differentiam. Ponitur etiam motus loco

Conclusio pro tradita arguit.

gene-

generis, & relique particula loco differenter, ut in processu sermonis declarabitur.

Vnde non potest identico præteriti, quod Hercules Saxonicus: ab his doctissimis adferuit lib. 5. de Pulsu c. 1. (nisi forsan Vissbachius doctrinam inseruit.) Pulsus, inquit, est dilatario, & confictio cordis, &c. Vbi etans esse ipsam dilatarionē, & cōpulsioni manifeste contendit: quod quæritur à philosophia discere, alii iudicent. Gemiscere est quid superius, ut animal ad hominem: & ut implicet quod forma hominis sit ipsius genus, ita quod dilatario & cōpulsio sint genus pulsus est enim potius quid permixtum ad formam pulsus, et inferius ex mente optinosem Philosophorum clarificet. Quod cum viderent Galenus & Auicenna, pulsus est cere motum ex dyastole & systole cōpulsium, motum præferentes, ut prius & ut genus formam latius, et contrahentem illud. Igitur semper antiquorum definitiones amplectentur, sed nonis coloribus illustranda. Quæ omnia alacri vultu suscipias, & que inferius circa definitionē pulsus propositam, attemet perlegetas.

Secundo probatur, quia datur per quatuor genera causarum: materialis enim significatur in illis verbis: *Receptacula spiritalis*, que nil aliud sunt, quam cor & arterie sunt enim materia pulsus, non quidem materia ex qua; nam cum pulsus motus quidam sit, non componitur ex subiecto tanquam ex materia, sed est in corde & arterijs tanquam motus in mobili, ut accidens in subiecto.

Præterea tangit Auicenna causam formalem, quando dicit quod est compositus ex dyastole & systole, id est, ex dilatarione, & cōpulsione. Tangit etiam efficientem causam, quia dicere, quod sit motus receptaculorum, clarè insinuat talia receptacula habere virtutem ad talem motum producendum, quæ virtus ad causam effectivam receditur.

Insinuat causam finalem in illis verbis: *Ad regendum spiritum*, quia præcipuus finis pulsus (ut medici putant) est calor naturalis conservatio, quæ fit per spiritum vitalis generationem & temperationem: & hanc vocat spiritus gubernationem.

Ex quibus sequitur, optimam esse Auicennæ definitionem. Et licet de hislibus argumentis non demoror ex dictis iam responsum videatur, tamen placeat iterum illa deservire.

Ad primum, præter ea quæ dixi ex mente interpretum Auicennæ, respondeo, quod Auicenna dixit, pulsus esse motum:

qui autem dicit motum, etiam dicit actionem; qui dicit actionem, dicit agens; ergo de primo ad vltimum intellexit virtutem agentem & producere talem motum, etque assistentem. Quod verò omnis motus sit actio, patet ex Aristotelis 1. Phyt. vbi ponit definitiones motus, & una illarū est, quod sit actus movēdis in mobilibus motus est actio. Quam doctrinam respiciens Galen. Nihil in. cretū inquit; si pulsus motum aut actionem appellemus; ergo definitio Auicennæ continet causam efficientem. Ad secundum resp. quod per receptacula spiritus intelligit cor & arterias, in quibus in maiori copia, & per se primò, & tanquam in loco naturalissimo recipiuntur spiritus. Si enim in alijs locis repererunt, id nō erit tanquam in proprio domicilio vbi conferretur, sed secundario nam in corde & arterijs sunt tanquam in fonte, & origine.

Sed replicat aliquis contra, quia spiritus vitalis etiam est in sanguine venali, vbi conferatur: ergo arterie & cor non sunt sola receptacula spiritus.

Ad hoc respondetur, verum esse, spiritum vitalem calefacere sanguinem venale, sed hoc pacto, nempe, quod sanguis calefacit à vena, vena ab arteria, arteria autem à spiritu incluso. Quod si velis spiritum transcolari in capacitates venarum, tunc dicam temperari talem spiritum, & amittere illū vigorem quem habebat in arterijs, vapore à tantis contrarijs remissum. Et ex consequenti non potest vena dici propriū receptaculum spiritus, quia non conservat spiritū in eo tenore in quo fuit productus. Ergo rectè Auicenna solum cor & arterias esse propria spiritus receptacula voluit.

Quod si obijcias, ventriculos cerebri spiritus esse receptacula dicam esse spiritus derivatos à corde tanquam à primo generante vel receptaculo in hac definitione intelligi receptacula mota à facultate vitali.

Ad tertium respondetur, sufficienter causam finalem insinuas, nam per gubernationem spiritus factam per aerem attractū, intelligit omnes partes, ex quibus cōstat nostrum calidi moderatio: nec enim sua quietate temperat, impetu separat fulgines, & subtilitatem præbet materiam, ut generetur spiritus. Ex quibus cōstat calor integrali moderatio.

Sed contra illa quæ diximus in explicatione Auicennæ, replicabit aliquis, probando, quod accidentia habeant materiam ex qua. Primò, quia educuntur de potestate materie. Secundò, quia ex accidenti & subiecto fit vnum totum accidentale.

*Nihil inter-
est pulsus mo-
tum, aut actio-
nem dici.*

Replica.

*Cor, & arte-
ria sunt mate-
ria pulsus.*

*Finis pulsus
caloris conser-
vatio est.*

Ad hæc resp. quod loquuti sumus de acci-
dente præcisè, & in sua formalitate abstra-
cta: sic enim optinamus non habere mate-
riã ex qua, habet tamè materiam in qua. Si
verò loquamur de accidente in concreto,
id est de composito accidentali, tunc restè
dicemus tale concretum componi ex sub-
iecto tanquam ex materia, & ex accidenti
tanquam ex forma. Ergo ad rem dicamus
eù Gentile, & in rigore physico loquẽtes,
quòd cor & arteriæ sunt materia à qua pul-
sus sustentatur, non ex qua pulsus fit. Si ve-
rò consideremus totum hoc accidentale
compositum ex pulsa, corde & arterijs, nõ
dicendam, cor & arterias esse materiam ex
qua, & pulsus esse formam, ex quibus re-
sultat totum quoddam concretum; quod
(i vis) appelletur pulsus.

CAPVT III.

Reijcitur quidam error Neotericorum.

Sed non desunt quidã, qui hanc nostram
defensionè Auicæ, turbare conãtur, qui-
busdã obiectiunculis & argumentis cõ-
moticè porius debentur antiquos amicè,
vt facim, interpretari. Primò dicunt, quod
Gale dixit, pulsus esse actionè cordis, & c.
vt declararet, esse actionem ipsius. At verò
definitio Auicæ dicit, quòd sit motus: non
tamen cõstat vtrũ sit motus, vt actio ipsius.

Secundò, cõtra nostrã explicationè argi-
mentantur, quia si ratio motus esset explica-
te causam effectiua intrinsecã, qualis est fa-
cultas pulsifica, sequeretur quòd omnis mo-
tus esset actio immanens, quomã omnis mo-
tus explicaret causã intrinsecã. Consequẽs
est absurdũ, ergo illud ex quo sequitur: er-
go motus vt motus non explicat causam
effectiuam: manet enim sub dubio, vtrũ sit
factus à causã intrinsecã, vel extrinsecã.
Et ideo per genus huius definitionis non
distinguitur pulsus à palpitatione, siquidẽ
etiã palpitatio est motus cordis, & arteriarũ.

Ad primò dico, quòd sepius declarau, ha-
bere, scilicet, motũ interiorè rationem ad
actionè: nam omnis motus est actio, nõ ta-
men è cõtra, quod patet in illuminatione.
Postquam enim primò aer est illuminatus,
iam non moratur, sed consecratur ab eodẽ
illuminare, vbi certè est actio, & terminus
actõnis, & non est motus, quia subiectum
non è habet aliter, quàm antea. Nullus ta-
men est motus qui non sit actio, & ex con-
sequenti infert virtutem agẽte minam im-
plicat, quòd fiat aliquid, & nõ ab alio. Nũc

ad argum. dico, quòd non fuit necessarium
declarare in illa definitione, quomodo in
actio sit cordis, vtrò cordis tanquã instru-
menti generantis, vel vtrò cordis tanquã
quodam essentialis definitio principaliter
petit causas intrinsecas, materiales, &
formales. Præterea idem argumentũ pof-
set fieri contra Gale. nam qui dicit: Pulsus
est actio cordis, nõdum explicat an sit cor-
dis vt quo, vel vt quod: in hoc enim mag-
na versatur inter Philosophos cõtroversia.
Quamobrè si definitio, vt clamat Arist.
in Posterioribus, & Galen. de Dif. pul. c.
2. debet esse breuis, quo pacto debebant,
quæ in disputatione, & laborioso certamine
versantur, vnica definitione cõprehendi?
Itaq; non est necessariũ, sed superfluum
illud declarare.

Ad secundũ dico, mihi videri ridiculum.
Ego enim non dico, quòd motus inferat
causã effectiua intrinsecã, nequã tale pro-
fiteor, sed dico, quòd inferat causam effecti-
uam, quæ illa sit non necessariò inferat. Est
enim alia difficultas, vtrò sit intrinsecã, vel
extrinsecã. Et vt videas argumentũ fallaciũ,
vltima consequentia talis est: ergo motus,
vt motus nõ explicat causam effectiuam.
Et prima propositio erat: nõ omnis motus
explicat causam intrinsecã (nã omnis esset
immanens) ergo motus, vt motus, non ex-
plicat causã effectiua. Vides quo pacto ar-
gum. non explicat intrinsecam, ergo non
explicat causam, non est homo, ergo non
est animal. Pulchra, scilicet, illatio. Proba,
quòd equus nõ sit animal; non est homo,
ergo non est animal.

Sed vltima ratio dolendi dat occasionè;
nam dicit, quòd per genus huius definitio-
nis non differt pulsus à palpitatione, quasi
hoc quod est differt, debeat esse per gen.
Nonne vides, quòd est per differentias, &
nõ per genus? Vide alias particulas, & præ-
cipuè causam finalè. An forsitan palpitatio
est ad rucã calidissimò profluxu ad corrup-
tionem, cum sit à causã morbosa. Palpita-
tio igitur caret causa finali per se, est sit ma-
lum quoddã symptoma; pulsus verò ha-
bet propriã causam finalè, & per se, cum sit
opus nature. Sed tantũ tribuo Auicẽ, vt
exillimè, quoad hanc particulã motus me-
lus definissè. Nam ipse Gale. cit. est defini-
tionem essentialẽ cõuenire debere cum
notionali dicebat, quòd aliqua in definitio-
ne notionali adest motus, & non actio. Er-
go melius Auicẽ nãta vt mirer Galenõs
disisse actionem, & non motum; quasi sui
oblitum in eodem capite.

C A P.

CAPVT III.

De definitionibus pulsus à Galeno traditis.

Galenus licet diuersis verbis, idem tamen voluit dicere, vt patet in definitione essentiali. Et primo videmus definitionem notionalem, quæ explicat quid nominis. Itaque 4. de Differ. puls. cap. 2. quid nominis pulsus non solum esse motum me dicis ait, sed omnibus mortalibus. Vident enim omnes, quasdam partes animalis moueri citra voluntatis imperium; & manus admodum id tactu percipiunt, ita vt dicat Galenus, ex viuis & tactu id patere hominibus. Tandem post longum sermonem sic definit.

Pulsus est motus inuoluntarius, sensibilis in quibusdam partibus animalium sanguine prædito, quæ in media intercisiis. Ipse autem Galenus se explicat, quid per inuoluntarium intelligat, id est, quod sponte fit & à natura, & à principio intrinseco. Quæ significatione multoties vñs est Hippocrates. Neque stricte loquens est Galenus de inuoluntario, vt Anstorsia Ethicor. cap. de inuoluntario. Ibi enim illud appellat inuoluntarium, quod fit à causa extrinseca. Pulsus verò sit à natura, & à principio intrinseco.

Obiectis. Sed contra istam definitionem est difficultas, quia videtur quod tota cõuenit palpitatio in partem palpitatio est motus inuoluntarius, sensibilis in animalibus sanguine præditis, quæ in intercisiis: ergo palpitatio verè est pulsus.

Huic argumento dupliciter respondetur. Primo, quod palpitatio nõ est motus spontaneus, hoc est, factus à natura, sed totus est à causa morbifica, ita vt sit actio, ita in nobis, vt explicuim⁹ in li. de Morb. & sympt.

Secundo resp. quod pulsus est operatio, non tamen affectio: est enim differentia inter ista duo, vt docet Galenus 6. de Placit. cap. 1. nam operatio dicit fluxum ab agente; affectio verò dicit transfusum de viuo in aliud, ita vt sit passio. Itaque operatio, & affectio erunt idem realiter, differunt tamen formaliter, vt actio, & passio.

Pateretã differunt operatio, & affectio: quia operatio est in ordine ad finem, cum sit secundum naturam; affectio verò est contra naturam. Ergo pulsus est operatio, non tamen affectio; sic non conuenit illa definitio palpitatio.

De Pulsu.

De definitione essentiali pulsus.

Galenus loco citato relinquens nominis definitionem, de clarationem sic definit pulsionem. Pulsus est actio peculiaris cordis, deinde arteriarum, ex dilatatione & compressione composita à facultate vitali, adseruandam caloris naturalis moderationem, & generandos spiritus animales in cerebro.

Contra istam definitionem posset aliquis arguere, quod non sit necessarium, vt denotet per quatuor causas, siquidem essentialis definitio non requirit causam finalem, & efficientem.

Tamen respondetur, quod si causalis debet esse, certè debet continere omnes quatuor causas; & sic definitio Galenica aperte indicat pulsus naturam, quæ iam innuara est in definitione. Anticent. Ponitur enim motus loco generis, & reliquæ particulæ loco differentie; causa efficiens, facultas vitalis; causa finalis, caloris moderatio, & spiritus generatio; causa materialis, cor & arteriæ; causa formalis includitur in illis verbis: *Ex dilatatione, & compressione.*

Nova defensio Galeni.

Tamen contra solentissimi motum Galenum non desunt qui arguant, asserentes superfluum esse istam particulam. *Peculiaritatem* nam apertam erat non esse actionem aliarum partium, nisi solius cordis, & arteriarum. Sed ista obiectio nullius est momenti, porret enim existimare istam particulam non superfluum, sed profusam necessarium esse: sit enim in node corpore alie motiones, quæ possunt salire, & nomine pulsus insigniri; vt motus pulmonis, quem considerans Herophilus eò deuenit, vt opinaretur, dilatationem, & compressionem, ita esse omnibus partibus conaturalem, vt pulmonem, & omnes partes constitutionem, & dilatationem appetentem, sicque moueri pulmonem, & reliquas partes. Ita refert Pintarchus lib. 4. de Placit. cap. 22. Quæ omnia cum Galenus animaduerteret, pulsam ait peculiariter actionem cordis, & non aliarum partium: solum enim cor & arteriæ hoc genere motus conueniunt; hoc innuatur per istam particulam *peculiaritatem*, aduersus Herophilum.

A 1 CAP.

CAPVT V.

De forma pulsus.

CVM Iā finis in questione *Quid sit, videamus quid sit forma, & materia pulsus, & postea deueniemus ad efficiens, & finē.* Pulsus cum motus quidā sit, formā habet more aliorū motuū; non quidē formā à qua sit, sed ad quā sit: tota enim eius forma est tendentiā ad formam, quā in termino ad quē acquirit. Quamuis enim Aristoteli, dicat, quod motus est actus, addit tamē, entis prout in potentia, ita vt clarē demonstrēt tendentiā ad id quod nondum est. Ergo pulsus non habet aliquam formā intrinsecam, quæ sit completus actus cōponens illi: conuenit tamen cū omnibus alijs accidentibus, quō d fit actus alicuius subiecti. Quamobrē quando Gentilis dixit causam formalem pulsus esse dilatationem, & compressionem, interpretandus est mathematicē. Sic enim est quoddam aggregatū accidentale ex duobus motibus, & ex duobus quietibus. Et hanc vocat Gentilis formam pulsus. Si verō interroget quæ sit forma ad quā tendit pulsus, respondendū est, duos esse terminos ad quē alter enim est primarius, alter secundarius. Primarius est cordis & arteriarū vbiatio, nō quidē totalis, sed partialis. Secundarius verō est calor natiui moderatio, qui ad primum consequitur.

Dixi notanter, quod terminus primarius est partialis vbiatio, quia in hoc etiā similitur hic motus motui circulari corporū celestiuū. Nam cor & arteriæ partialia loca mutant, non totalia, sicut partes celi mutant locum, non tamen totum cælum. De hoc tamen termino latē disputandum erit cum agemus de causa finali.

CAPVT VI.

De materia pulsus.

DE materia verō pulsus, magis medicū est, agere; quam diximus esse cor & arterias, quorum natura breuiter expendēda est: licet os ventriculi solet appellari cor ab Hippocrate & Galeno multis in locis, lib. de Caus. sympro. cap. 6. 1. popul. p. 3. 2. de Placit. & 4. Aphorif. 17. & alibi sæpius id tamen est propter societatem, & cōsensum quem cor habet cum ventriculo. Et quia accidentia, quæ ad illius morbos sequuntur, ita solēt esse terribilia, & lethalia,

ac si ventriculus fuisset vitæ principū: sed in hoc tractatu non loquimur, nisi de vice re præcipuo, quod est origo vitalis caloris, & appellatur à Græcis *Kardia*, & particula riter à Chryssippo; quod vocabulum significat principatū, quasi princeps sit animalis. Aliquando verō appellatur musculus, vt in Hipp lib. de Corde: cuius sententiā de verbo ad verbum scribam, quia à multis sine fundamento reprehēditur: *Cor musculus est valde fortis, non nervus, sed densitate, ac conscriptione carnis.* In hac sententia semetipsū explicat Autor; vocat enim musciculum propter similitudinē in modo substantiæ; & quia videbat quod aliquis posset illum reprehendere, quod appellaret musciculū, cum musculus nervis polleat, quibus facultate animali fruatur; responderit huic obiectioni, non appellari musculū propter neruum, sed propter densitatē carnis. Quare sine vilo liuore possum dicere, istam sententiā non esse vitam à modernis à quibus reprehēditur.

COR ita præcipua pars est, vt facultatis vitalis sit domicilium, fons caloris, primū vt uens, vltimō moriens. Et licet cerebrum dignior pars sit, quia continet potentias reditices, cor tamen est magis necessarium ad vitam, ita vt ad solas magnas cordis interperies mors succedat, vt docet Galenus 4. de Locis affectis.

De figura cordis.

COR figurā habet vt nux pinea superiori parte amplā basem, inferiori cuspidē. Est autem dubium, vt quid natura dedit cordi figurā pyramidalem. Quidam cum videant ignem istū figurā pyramidali gaudere, vt apparet in flamma, quæ inferius est ampla, superius verō acuminata, dicit res igneas ad hanc figuram inclinari; & ob id cor tāquam membrum, calidissimum hac figurā dotatum esse.

Fundare possunt illi suam sententiā in quodam dicto Platonis in Tymæo, vbi ignem dicit esse pyramidalem, & terram cubicam. Tamen ista puerilis imaginatio est: quia si ob hanc rationem cor habet figurā pyramidalem, debet habere basim inferiorem, & cuspidem superius sicut omnes flammæ.

Ad id verō, quod ex Platone adducunt, responderunt, clementia nullam habere propriam figuram: hac enim perfectiora corpora insequitur. Dixit ergo Plato ignem pyramidalem, vt aliquam proprietatē eius

Dignitas & necessitas videtur.

Forma pulsus est aggregatum accidentale ex duobus quietibus, & duobus motibus.

Motus pulsus assimilatur motui cæli.

loceret. Nam ſicut acuminata figura maximè ad incendendum confert, ita etiam ignis inter omnia elementa hanc prerogatiuam obtinet, vt penetret, & incendat; hoc enim conueniebat, vt fuiſſet miſionis autor; manu dicit ergo Plato ex flamma illa viſibili ad contemplandam naturam ignis illius elementalitatis.

Quæ autem ſit ratio quare flamma pyramidalis ſit, non eſt præſentis loci diſputatur tamen à Julio Caſare Scaligero lib. de ſubtilit. contra Cardan. exercitat. 105.

Nos autem dicamus cauſam illius figure cum Auicenna & Galeno. Figura pyramidalis maximè accedit ad longitudinè, & rotunditatem, quæ duo conueniebant cordi; rotunditas ad forſitudinem, longitududo ad tractionem. Fuit præterea ſuperiori parte amplius, quia ibi erat futurus exitus vaſorum; inferiori verò parte acuminatum & duriffimum, vt non laederetur in contractionibus peſtoris. De hoc diſſuſe Galenus 6. de vſu part.

De ſitu cordis.

COR poſitum eſt in medio thorace, quod non eſt ſtrictè intelligendum. Si enim mathematicè loquamur, ſola baſis cordis eſt in medio thorace, vt demonſtrant Anatomici, quia æqualiter diſtat à diaſtagnate, à ligulo, à vertebriſ dorsæ, & ab externo anteriori. Poſitum autem natura hoc medium in medio; quia vt inquit Arif. 3. de partib. animal. cap. 4.) locus medius debetur membro nobiliori; & quia principium caloris vitalis meliùs poteſt ad extremas partes propeream virtutem communicare.

Sed poſſet quis arguere, quia vbiuſque fuiſſet cor, ſuas poſſet edere actiones; ergo non eſt optime aſignata ratio ſitus. Reſpon. quòd in corde duplicem conſideramus actionem, aliam communem, aliam particularem; hanc certè, quantum eſt in pede, rectè exerceretis illam verò non nifi in medio peſtore, à quo meliùs in omnes partes extremas diſfundit calorem. Tendit verò inferior pars cordis entura, nè impediret motum diaſtagnatis. Tendit ad ſiniſtrum, quia dextrum latuſ occupatur ab aſcendente vena cava & ab hepate; ſiſt vero magis descendit, vt inquit Auicenna, & ſic tribuit locum cordi præterea vt frigiditas lienis non diſtemperaret totum latuſ, ſed calciferet à culpidè cordis

Quantitas cordis.

NON poſſet cor maxima quantitate, quia principiorum virtus eſt magna, moles verò parua; hoc enim eſt proprium principiorum, vt colligitur à Meta. ſex. 8. non eſt tamen æqualis quantitas in omnibus animalibus; timidiora enim magne habent cog, vt lepores & aſini, & alique referunt Arif. 3. de partib. animal. cap. 4. cuius cauſam rectè docet Auicenna lib. 3. ſen. 11. ibi videte.

De temperie cordis.

INTER omnes partes cor calidiſſimum eſt, & ſiccioſum quàm reliqua viscera, humidius tamen cute. Auicenna autem dicit eſſe ſiccioſum cor, & eſt multum probabilis opinio; & contra Aver. & Andr. Laurent. pro illa concluſimus a p. ſen. c. de comp. membrorum.

Sed obijciat aliqui, quia videtur cor eſſe frigidum & hec à completionis. Prob. Reſtit. combuſtionis, ergo ſignum eſt eſſe frigidum frigiditate natura.

Hoc argumentum inuenit ſunt Conciliator ad credendum eor eſſe frigidum, quòd tamentidicium eſſe exiſtimamus, quia arguit de non cauſa vt cauſa. Reſtit. e. combuſtionis ergo eſt frigidum, non vſe r; quia hoc ſoler contingere non propter qualitates primas, ſed propter certum quendam modum ſubſtantie. Sic enim videmus quòd vini reſiſte igni magis quàm aqua, cum tamen vinum calidius eſt aqua.

De fibris cordis.

CORO hæc triplices ſiſtas habet, ita intertextas & implicatas, vt non poſſimus vnam ſine alia eruiſione eniſiſtere. Rectè ſiſta extenditur à baſe ad caſſidè, quomòs trahit ſanguine in ſua dilatatione per venam cauam à extram ſiſtam, & aerè per arteriam venoſam in ſiſtas. Alie ſiſtae ſiſtae oblique procedentes per cordis longitudinè obliquo modo, quæ ſiſtae natura, vt reſiſteat, & attractis fruatur, & gaudeat, Alie ſiſtae ſiſtae tranſuerſe, ſiſtae titudinæ, quæ obſeruatam cauam cor dis ſubſtantia & eſt ventriculoſus, quibus equalitringitur cor, vt ſua expulſio. E. xpe lli

tur enim, per constrictionem factam per illas fibras transfusas, sanguis per venam arterialem in pulmones, vitalis spiritus in in aortam, feligines vero in arteriam venosam.

Monetur
quasi Sed quoniam non solum materiam pulvis sed usum & finem cuiuscumque partikulæ intelligimus (dubitabit aliquis) usum cor tantis fibris debeat esse primum?

Et argumentatur primo: cor est primus partium actionum animalis, in quo debemus sentire, ergo quanto magis fuerit unum, & magis simplex in sua compositione, tanto melius habebit rationem unius principii: ergo non debeat habere tantam multipliciter compositionem.

Secundo argumentatur, quia si propter aliquid fuit necessaria fibrarum multitudo, ob id aliud, nisi ad expansionem, tractionem & retentionem, sed illæ actiones possunt fieri, si ne fibris, ut contingit in partibus pitæ similibus, & in carne hepatis, quæ solo temperamento operatur: ergo convenientius fuisset ut natura conficeret cor ex una carne uniformi.

His tamen non obstantibus, oppositum dicit Galenus, de usu par. & Avicenna, 1. de animalibus, cap. 7. & lib. 3. fen. 11.

Pro cuius intelligentia notandum est. Primum, has fibras diversas, factas fuisse, ut cor possit moveri. Sicut enim pars, quæ voluntarie movetur, diversis musculis prædita est, ut varios motus possit perficere: sic etiam cor plures habet fibras, ut valeat vario motu agitari.

Secundo notandum est, quod in partibus duplex esse potest operatio, alia particularis & privata, quæ se nutriunt & conservant, quæ sine diversis fibris, sed solo temperamento potest exerceri. Alia verò est actio magis organica & communis, ad quæ requiritur, non solum actio temperamenti, sed etiam aliquid motus localis, sine quo non possunt rectè communem operationem præstare ut in matrice, ventriculo, & vesica illa enim membra non possunt moveri ad propria munia sine fibrarum diversitate, nam indigent motu locali, qui per fibras præstantur.

Tertio notandum est, quod licet fibræ sint immediatiores ad motum localem partium organicarum, radicaliter tamen reducitur illa operatio in temperantem, tanquam in primam & principialem dispositionem facultatum. Hoc enim modo loquantur medici.

His sic notatis, respondetur ad argumen-

ta. Ad primum, quod illa partium multiplicitas reducitur in unitatem compositionis cordis. Quæ unitas sufficit ad constituendum unum primum, cui anima primo vivitur.

Ad secundum respon. quod partes similes non indigent fibris, quia illarum operatio non est communis. Operatio tamen hepatis, eadem sit sanguificatio, cõpletur per metam alterationem. Concedimus tamè ipsam hepar uti fibris suarum venarum, ad attrahendum alimentum & retinendum, tanquam pars organica, minus perfecta, quam cor, magis tamen composita quam caro simplex.

Præterea dubitatur, verum in illis fibris *Dubium.* sit aliquis ordo positionis, ita ut transfusiles sint priores & magis adherentes parti interiori cordis, & reliquæ fibræ sint magis exteriores.

Primo sic argumen. Per fibras orbiculares & transfusas cor operatur expansionem: sed per solam istam actionem obtinet principatum: ergo ista actio est prior, & principalior: ergo fibræ, quibus perficitur, sunt magis intimæ, & adherentes cordi. Illa Minor probatur: quia cor ob nihil aliud est membrum princeps, nisi quia omnibus tribuit: hoc autem munus adimplet per expansionem: ergo expansio est principia actio: & ex consequenti fibræ transfusæ, quibus expellit, sunt etiam intimiores.

Secundo argumen. Cor nunquam cessat à retentione, nam licet non attrahat & expellat, nunquam tamen potest cessare à retentione sui sanguinis & spiritus: ergo fibræ obliquæ, quibus si retentio, sunt magis necessariae, & principaliores. Antecessus prob. quia adhuc in tabe factis repetitur sanguis in corde à facultate retentrice ibi detentus ad vitæ custodiam ita ut possit cor cessare à dilatione & compressione per aliquot tempus, à retentione tamen neutiquam: ergo fibræ obliquæ sunt magis intimæ ipsi cordi.

Pro huius questionis intelligentia notandum est, quod in aliquibus partibus fibræ sunt ad invicem contextæ, quando scilicet sola via tunica adest. Tunc enim illa tunica omnibus fibris cõfusis prædita est, ut docet Avicenna prima primi, cap. de mēbris, dicens: *Membrorum, quæ unum habent tunica tres spiritus villorum sunt adinvicem contextæ.* In corde ergo non ponimus duas tunicas, sicut in stomacho & intestinis: & ex consequenti dicendum est, quod sicut

in ve-

in vena fibræ sunt ad inuicem contextæ, ira & in corde. Neque hæc fibrarum mixtio impedit diuersam operationem: nam etiam venæ attrahunt & expellunt, quamuis habeant fibras mixtas & confusas; vititur enim natura suo instrumento, vt petit necessitas.

His sic positis, fit conclusio. Quamuis fibræ cordis sint intertextæ, si aliquis ordo inter illas debet assignari, est, vt fibræ longitudinales, quibus fit attractio, sint priores, & positæ in intimiori loco circa cordis substantiam.

Hæc conclusio probatur quia attractio est prior in ordine: ergo fibræ, quibus attrahitur, erunt priores & intimiores. Prob. antecedens, quia nil retinetur aut expellitur, nisi prius attrahatur: ergo attractio est prior: & ob id Auicenn. sen. 13. tertij in c. de Anoto. Iomachi, inquit, quædã fibræ expulsiuæ posite sunt in exteriori tunica, quia expulsiuæ est posterior actio. At verò fibræ longitudinales & attractiuæ posite sunt in interiori tunica, quia attractio est prima operatio. Hæc Auicenn. loco citato.

Rectè scio, peritissimos dissecutores negare tunicam interiorẽ ventriculi habere istas fibras ad attrahendũ, vt pore quod sufficit fibræ longitudinales, quæ sunt in gula. Sed ea ratione adducta est Auicennæ auctoritas, vt ex illo pateat, ordinare naturam illas fibras, sicut ordinauit operationes. Quam doctrinam desumpsit ex Gale no 7. de vsu partium; sed quo pacto attractio prior sit & principalior, videbimus in ferriis, agentes de dilatatione cordis, vbi probabimus dilatationem esse primũ motum cordis, & attractionem primam operationem nature viuẽtis, & idem retigimus in Opuscul. de Hippocr. philosoph. nunc enim non agimus de ipso motu, sed de natura motus.

De vena cordis.

Cor habet in basi venam, à qua alimentum suscipit; & arteriam, à qua conferuatur in suo calore; & neruum, à quo sensum participat, secundum opinionem me dicam. Vena dicitur coronaria, quia in modum coronæ cingit basin cordis, hinc inde ramulos spargens, sed præcipuè in finistram partem; habet etiam cor arterias coronarias duas, neruum verò à sexta cõlugatione deriuatum.

Totum hoc artificium adipe cooperit

natura, ne continuis motibus ignesceret cor, sed temperaretur hoc ambiente.

De ventriculis cordis.

Ventriculus est quædam concavitas ordinata à natura ad aliquid ibi continendum, vel generandum, & quia in corde debebant generari sanguis & spiritus arterialis, non solum pro ipso, sed pro omnibus corporis partibus, hinc est vt natura quosdam fabricauerit ventriculos, de quorum numero variè videntur sentire philosophi.

Aristenim 3. de partibus animal. cap. de corde, inquit: Nullum est animal, quod in corde non habeat saltem vnum ventriculum, animalia verò magna habent tres ventriculos. Ipsum sequitur Auicenna loco citato. Tamen id contrarium est Hippocrati lib. de corde, vbi tantum ponit duos ventres, finistrum, & dextrum; quem sequitur est Galenus.

Sed ista contrarietas taliter dirimenda est, dicendo, quod in corde duo debebant elaborari pro vita conferuanda, nimirum, sanguis & spiritus. Hæc autem non poterant in vna & eadem officina disponi; ergo conuenientius fuit, vt in dextra parte sanguis calefcat, in sinistra verò spiritus suam vltimam perfectionem adquirit. Spiritus enim fit ex sanguine & aëre, vt postea videbimus; quamobrem, conuenientissimum fuit, vt sanguis crassus ab hepate procedens atretuaretur prius in dextra parte cordis, vt incipiat disponi ad formam recipiendam, & aër incipiat disponi in alijis vasibus ante cor, vt cum adueniant in finistrum ventriculum, simul miscantur, & suscipiant vltimam dispositionem spiritus. Hæc autem fieri non poterant rectè, nisi à dextro in finistrum ventriculum esset via, per quam colaretur: & sic natura fecit foramina in medio cordis, quamuis illa non rectè iudicet sensus. Ista igitur foramina in aliquibus animalibus patentissima sunt, & ob id dixit Aristoteles tres habere ventres. Et idem significat Auicenn. ex mente Galeni: igitur solo nomine disse runt illi autores. Nam Aristot. vocat ventriculum, quæ Galenus vocat viam. Propriè enim loquendo Galenus solum vocat ventriculos finistrum, & dextrum, vt latè disputat 6. de vsu par. cap. 9.

Differentia inter istos ventriculos talis est. Dexter non ita descendit, & solo reni paric-

pariete custodiant, ut pote quod ad sanguinem continentiam hoc sufficeret. finiter vero cum debebat firmare aeream libillanriam, quae evanescente poterat, crassissimo pariete tanquam muro procederat. Vbi notare licet cum Gal. quod propter istam libillanriam aerea poterat cor leuitare. Quod ne contingat, primum est vt spiritus crassior admodum insuolatur tegumento.

De nobilitate partium cordis.

Sed merito quis dubitabit, quae pars cordis sit nobilior. & primò argumentatur, nam in cerebro media pars dicitur nobilior, ergo sic dicendum est de corde.

Secundo probatur, quod pars dextra sit nobilior, auctoritate Auicenn. lib. 11. de animal. Vbi dicit, quod melior & nobilior dextram partem cordis est dextra, & ab ea emanat multum de spiritu. Confir. ex Arist. 1. de partibus animal. citato, quod quantum honorabilior est locus anterior (inquit Arist.) posteriori loco, tanto principalior est vena magna, ea quae dicitur vena adortii. Sed sic est, quod vena magna est ad dextram partem cordis, ergo ista pars est nobilior.

Tertio argumentatur. Cor dicitur nobilissimum membrum, quia est principium motus & vitae, adeo vt sicut oculus est, qui primò moritur, ita & cor sit, quod postremo vitam amittit: ergo si in ipso corde est signa bilis aliqua pars, quae tardius motum amittat, certe illa censenda est nobilior. Tunc sic? Sed sensus man. scilicet, quod in animalibus recenter mortuis, si statim inspiciamus cor, inueniemus sinistram partem prius amittere motum, dextram vero posteriù: ergo signa est, quod in dextra parte est nobilissimum vitae fundamentum.

Et confirm. quoniam moriens animal prius amittit pulsum partis sinistrae, quam partis dextrae, ergo signum est partem dextram esse nobiliorem.

Quarto argument. quia in animalibus suffocatis videmus spiritum concurrisse ad venas, & arterias descensisse: ergo signa est, quod pars dextra, (a qua nascuntur venae) est nobilior, siquidem ad eam fouendam concurrunt natura.

Quinto, quia quaedam pars pulmonis appropinquatur parti dextrae cordis, tanquam tutamen, quod in sinistra parte non fecit natura: ergo signum est, dextram partem esse nobiliorem.

His tamen non obstantibus, cum Gal. sententiandum est partem sinistram cordis esse nobiliorem, vt colligitur 6. de vita par. cap. 2 & ratione probatur.

Primò, quia in sinistro ventriculo spiritus conficitur, in dextro sanguis, ergo quod spiritus præcellit sanguinem, tanto pars sinistra dextram. Quod vero spiritus sit nobilior sanguine, patet ex se, nam habet se vt forma respectu sanguinis & aliorum membrorum. Secundo prob. quia est instrumentum propinquum potentiam animae, sanguis vero neutrumquam. Vim illarum rationum aliqui ctingere conantur, dicendo eum Auic. quod in dextro ventriculo est plus de spiritu, sinister vero illum expandit ad membra, contingereq; quod in manibus. Nam manus dextra operator principaliter, sinistra vero adiuvat & cõpler. Hæc ex Auic. lib. 11. de animal. c. de corde. Hæc (inquã) foga est, nam in corde capite docet spiritus contineri & generari in sinistra parte, atque ob id crassiori tegumento orerri, ne leuiter cor erigat Auic. idem intellexit.

Tertio prob. quia via per quam colatur sanguis à dextro in sinistram ventriculum, est admodum stricta, ob nil aliud, nisi vt sanguis crassus comprimeretur & detineretur, vt melius attenuaretur suscipere.

His & aliis rationibus probatur nobilitas partis sinistrae, quas consulto prætereo, quoniam ad argumentum respondetur.

Ad primum, quod non tenet argumentum de cerebro, nam in media parte cerebri re fidel cogitata, quae principatim obtinet, media autem pars cordis est via & transitus sanguinis.

Ad secundum resp. quod Auic. intellexit non de præstantia & nobilitate partis, quae sumitur ab operatione, sed de loco. Dicimus enim locum dextrum esse nobiliorem, vt Arist. secundo de celo. Et ad verba Auic. dicimus, quod significauit esse multum ateriã in dextro ventriculo, quae ad sinistram debebat transferri, vt in veru spiritu abiret.

Ad auctoritatem Arist. resp. quod loquutus est de præstantia loci, non de præstantia operationis.

Ad tertium resp. quod pars sinistra tanquam crassa non potest conspicuos motus præterere, pars vero dextra, quae magis tenuis, potest eleuari & deprimi: hoc dicendum est in animalibus recenter mortuis.

Ad confir. respond. quod anima nunquam deserit partem sinistram cordis, adeo vt ceteram partem pulsus dependeat à pulsa sinistra. Pulsant tamen dex-

Loquuntur de sanguine venali.

Dubium, quae pars in corde sit nobilior.

tra partes & non sinistra, quia magis obediens fuit instrumenta, neque est in conuentione, ut pars sinistra cordis cesset à motu, & ibi sit anima, & postquam cessauerit in parte dextra, simul ab utraque parte discedat anima. Hoc inquam non probat nobilitatem partis dextrae, propter rationes has, & quia (ut postea probabo) vita non consistit in aliqua operatione accidentali, sed in esse uiuentis, & sic licet pars sinistra cordis non pulset propter crassitatem, habet tamen principalis principium pulsandi, quod exequitur quomodo libet in parte dextra, propter meliorem dispositionem subiecti.

Ad quartum respond. quòd in suffocatis spiritus còcurrit celeriter ad sua principia, & transit in uenas, propter sui subtilitatem hoc enim facilius est, quàm quòd sanctorum intret in artérias.

Secundo respond. quòd in suffocatis, maximum excitatur incensum, resoluunturque magna portio spiritus. Et sic arteriæ apparent vacuæ.

Ad quintum respond. quòd sinistra pars cordis non indiget pulmonis operimento, quia ipsa pars dextra feruit, tanquam tutamen. Praeterea quia pars sinistra altiori loco posita est.

De uasis qua oriuntur à corde, & de alijs annexis.

PRater dicta uidemus in corde auriculari duas, uasà quatuor, & uidecim ualvulas, siue portas. Auriculæ dicuntur non ab officio, sed à similitudine. Sunt membranosa & caernosa interiori, foris uero sunt aquales & lenes. Dextra auricula sita est ante officium uenæ caue, & est amplior, quia debet esse receptaculum sanguinis. Sinistra est in officio arteriæ uenose, & est minor, quia aerem continet. Sic autem factæ à natura. Primò, ut sanguis, & nec non subito cor aggredere, ne cor suffocaretur. Secundo, ut ueluti solia arborum uentilarent ipsam cor. Tertio, ut in illis am fractibus disponatur sanguis & aer, ad spiritus formam suscipiendam.

Uerius in dextro cordis sinu duo apparent uasà, uena scilicet cava, & uenâ arteriâ, cava ascendit ab hepate, & transit per diaphragma, & in cor implantatur, sanguinem deferens pro spiritu generando, & pro pulmonis alimento. Venâ arteriâ dicitur, non quia pulsât, sed quia du-

ta est, & densa sicut arteria est tamen uena, quia defert sanguinem, quem suscipit à uenâ cava ad pulmones atendos. Rostus in sinistra parte concisus duo apparent uasà, scilicet arteria uenosa, & arteria magna, siue aorta. Arteria uenosa sic nominatur, quia habet uenas arteriæ, & tunicam tenuem sicut uena. Huius officium est deferre aerem à pulmonibus in cor, & portionem spiritus diffusit in pulmones. Arteria magna, siue aorta, spiritum perfectum suscipit, & in varias arterias difflaminata, totum corpus irrigat.

Si uero interrogas, ut quid uenâ pulmonum est arteriosa? & arteria uenosa? Respondetur, quòd uenâ debet esse arteriosa, ne alimentum purum & tenue pulmonis euanesceret. Arteria uero uenosa, ut faciliè acrioriter instrumento blando, & obedièti motui pulsationis.

Valuæ sunt quatuor portæ, quas ita diuisit natura: duas dedit arteriæ uenose, tres uenæ arteriosæ, & tres uenæ caue. Factæ uero sunt, ut quòd à corde in exteriora expanditur, nec non restit in cor, & quòd ingreditur, non exeat. Clauduntur enim & aperuntur ad dilatationem & compressionem cordis. Sunt uero in duplici differentia: quædam ad interiora cordis clauduntur, descendendo in trígulum, ad exteriora uero aperuntur. Illæ fibrosæ sunt adeo, ut (meo iudicio) Anisolem deceperint exillimantem esse neruorum, & hinc habere suam originem. Defert autem istæ ualuule ad intromissendam materiam in cor, & à figura appellantur tricuspides. Aliæ sunt sensiliores, quæ intus aperte sunt, & clauduntur ad exteriora. Sic enim melius expellunt.

Sed dubitabis, ut quid arteria uenosa tantum duabus portis prædita est? Respond. quia oportebat, ut fuliginosis excrementis pateret aditus; & ob id non tantis obstruionibus intro clauditur. Cor tunica quadam circumdatur, quæ appellatur pericardion, in cuius fundo reperitur aqueus humor perceratus ex parte serosa sanguinis à frigiditytate tunice. Nec est improbabile, ut eisdem membris portionem porus paulatim transmitti in thoracem, & inde in pericardion.

Explicauimus cordis compositionem, restat ut definiamus arteriam, quæ uenâ arteria est; quæ nihil aliud est nisi corpus oblongum, rotandum, canum ut fibrosa, duplici tunica crassissima dotata, deferens spiritum. Hæc definitio competit arteriæ magnæ, & omnibus ab illa difflaminatis. Ecce

et iam causam materiale in pulsus inefficacissimus, & manet explicata illa particula cordis & arteriarum. Et licet plerumque sint dicta que disputatione indigent, tamen

pertinere videntur ad causas extrinsecas pulsus. Nunc te mpus est, vt alias diffinitionis particulas expendamus que pertinent ad questionem Propter quid.

OPVSCVLVM SECVNDVM.

De Questione Propter quid sit pulsus, siue de causis extrinsecis illius.



ACCEDIMVS iam ad questionem Propter quid, sub qua Arist. efficietem, & finalem causam comprehendit. Et primo de causa efficiente quaerimus, Vtrum pulsus fiat ab

aliqua facultate.

CAP. I.

Vtrum pulsus fiat ab aliqua facultate.

PRO parte negativa sic arguunt. Frustra fiunt per plura, que possunt fieri per pauciora: sed motus cordis potest fieri à calore ebulliente sanguine: ergo non est ponenda facultas sine necessitate. Minor prob., quia calor licet per se habeat calefacere, tamen ex accidenti moouet localiter. Nā ille vapor eleuatus potest dilatare cor & artetias, & rursus constringitur propria gravitate: ergo dilataio bene potest fieri à calore ebulliente, licuti cōstrictio à gravitate deprimente.

Secundo, quia Arist. lib. de spiritu, in fine vero conclusio nutritionem & motum cordis dicit esse priores, respirationem vero postremam, quia adhuc in vtero calor agit in humidum, statum eleuat, & dilatat eor. & ex consequenti pulsat statim. At vbi respirare, nequaquam potest infans vsq; dum in lucem exeat, aerque finatur: ergo siquid est cor dilatare & constringi à predictis causis.

Tertio, quia sicut aqua quando effertur cit dilatare; si vero a cecidit acv impetuosas, deprimatur & constringitur: pari ratione cor per sanguinis efferturcentiam dilatur, & per aere refrigerantem constringitur. Ergo cum illa rā aperta causā pos-

sint assignari, non est ad facultatem aliquā recurrendum.

Quarto, quia in adolescentibus, & his qui magno possent seruore sanguinis (quales sunt irati) videmus magnas pulsus dilataiones ergo.

Quinto, quia in statu febrium deberet esse pulsus minor, cum eo tempore facultas sit debilis: sed sic est, quod pulsus sunt maiores; ergo ob nil aliud nisi quia tunc maior est spumescencia circa cor.

Sexto, quia si propter aliquam rationem est ponenda facultas, maxime, vt aer attrahatur. Sed aer attrahitur, ne detur vacuū, vt constat in dilataioe thoracis: ergo non est ponenda facultas, cum potentissimā causa sit tractionis, nempe ne detur vacuum.

Septimo, quia si sit ab aliqua facultate, necessarium est, vt illa sit ex numero vegetatiuarum, sed hoc non, quia omnes plātae possunt fruenterur: nec est sensitiua, nec appetitiua, neque intellectuā, nec secundū locum motiua: hoc patet, quia in perfectē dormiente nullus est actus secundus in appetitu, nec in sensu, nec intellectu, & tamen pulsus perpetuo adest in actu. Ergo ad nullam istarum potentiarum potest reduci. Neque est secundū locum motiua, quia ille gradus praesupponit gradum sentiendi: ergo si non est sensitiua, non est secundū locum motiua.

Octauo, quia si pulsus sit ab aliqua facultate, sequeretur, illam propter finem operari sicut alia agentia naturalia: sed non operatur propter finem: ergo. Prob. minor, quia in omnibus partibus à corde vsq; ad pedes sit vnico tempore dilataio & cōstrictio: sed hoc non est operari propter finem: ergo pulsus non fit ab aliqua facultate, ista minor, prob. quia est impossibile, vt vnico & eodem tempore sit necessitas pulsandi, in pede & in corde: nam in partibus frigidis non est tanta necessitas euen-

entiationis ergo nō eodē tēpore debet ar-
teria pedis dilatari cū arteria cordis. Et ex
consequētī sicut nō nō generari ex intē-
tione finis, sed ex accessū ad caloris effe-
nescentiā. Alioq̄, ut quid nō expectat fa-
cultas vsq̄ ad necēsitras vryatē pulsandi
in partibus frigidis? Hoc est enim agere
propter finē, sicuti facultas expultrix non
expellit vsq̄ ad necēsitras sit expellendi.

Nonō, omne quod mouetur, ab alio
mouetur, vt ait Arist. 7. Physic. t. ergo in
corde debemus assignare partē à qua mo-
uetur, sed ista pars non est signabilis, quia
videmus totum cor seipsum mouere, ergo
dicendum est moueri ad ista efficiētētia
sanguinis. Neque satisficit multorum
solutio asserentium distingui in corde par-
tem motam à mouente, quia scilicet po-
tentia est motor, & ipsum cor est mobile.
Hoc inquam non euacuat difficultatem.
Nā Arist. loquens fuit de principio quod
non de principio quod potentia autem est
primū quod, & id id cum in grauitibus &
leuitibus nō possit inuenire principū quod
sui motus, dicit moueri à genente: ergo
cum in corde non inueniamus partem à
qua mouetur, quae sit principū quod, debe-
mus recurrere ad sanguinis efficiētētia.

His argumentis poterit aliqui sibi per-
suadere, pulsū nō fieri ab aliqua facultate,
& huius opinionis Antiochē dicit fuisse. A-
rist. lib. circa de spiritibus & ipsi sequitur Turi-
sanus in arte medicinali, totaq̄; illius opi-
nionis ratio eodē modo videtur ob nō aliud
arterias dilatare, nisi quia implentur, non
tamen impleri, quia dilatantur. Huius opi-
nionis originē & quid circa illā sententiā
existimem, in responsione ad argumēta pa-
testestam, & hoc ordine circa singulas opi-
niones procedam.

Decimo argum. Motus cordis est ad eō
rariē, & cū hoc habet, vt sit perpetuus da
tate vitæ ergo est impossibile, quod sit ab
intrinseco principio actiue. Pater, quia vi-
tū & idem mobile nō potest moueri ad
duo cōtraria naturaliter, ergo dicēdū erit,
quod ad vnu terminū mouetur violētē, er-
go à causa extrinseca, sed sic est, quod nul-
la causa extrinseca habet proportionē cū
illo motu, sicut corpora celestia ergo dicē-
dū est à corporibus celestibus moueri e. g.

Et potest cōfirmari argumētū sup̄ dictū à flu-
xū & refluxū maris, vt enim motus maris
mouetur est, quomōdo est & deprimitur
pōdens à circūolutione corporis lunaris,
sic fluxus & refluxus cordis à causa celesti
depēdet. Videtur enim maxima proportio

inter istos effectus, & illas causas. Nā sicut
ille mouetur perpetuō circularitē, sic et-
riā producit ista perpetuas circūlationes
sibi quā simillimas. Quæ nō aliud sunt, quā
accessus & recessus inter terminos opposi-
tos. Eō tamē differit, quod celestia corpo-
ra nulla quæere motū intermittunt. At ver-
tū cor & arterie & mare ipsum medijs
mouētur à labore quiescunt.

Propter hoc argumētū exilit secūda
opinio asserentū motū cordis fieri à cau-
sā inuē fallē, & nō à particulari, quos refert
D. Thom. Opule. de motu cordis.

Pro huius rei intelligentiā adhaerētēdas
est titulus quæstionis, nā licet in corde re-
peritur omnes species motus, loquimur
in presentia de solo motu locali, quæ ac-
cessu & recessu continetur. Profuit enim
à corde motus aberratōis, quō sangui-
nem alterat & reliqua membra, imō
quō semetipsum conseruat varijs animi af-
fectibus compulsum. Præterea motum an-
guenti, & decrementi experitur, & certū
mirabili quodam ordine, si verū est, quod
credebant Aegyptii, per singulos annos à
formationē augeri cor vsq̄ ad pondus
ducentæ vniū, & hoc pacto ad quinquagē-
simam annū deuenire. Rursus detra-
hi tantumdem per diminutionem vsq̄ ad
centesimum. Et idē hominū mori, quia
caerē sufficienti cordis quantitate. Hæc ex-
mente Pythagorēorū scripsit Plinius lib.
11. c. 37. Quod an verum sit, videtur Plu-
tiani, qui rigorē dīsporationis fœgere so-
lent. Motum generationis suo modō etiā
participat, quia licet non generet alterum
cor sibi simile, generat saltem spiritum vi-
talem, qui veluti cor est aliarum partium.
Vltimo mouetur localitē motu pulsus,
de quo in presentia dubitamus.

Sit ergo prima cōclusio: Cor nō potest
moueri per se à causa extrinseca. * Prob. li-
te motus simpliciter locū dō est motus vi-
tū, ergo à principio intrinseco per se er-
gō nō à causa extrinseca, quæ est finitū
essentia. Dixi in cōclusione, per se à cau-
sā extrinseca, quia est impossibile, quod a-
ctiue, quæ per se oritur ab vno principio, ori-
nari etiam ab alio: ergo si est motus per se
procedēs à viuentē, nō potest remitti in cau-
sā extrinsecā nō viuentē, aliā esse violētē
totā, & neutiq̄ negrariē. Dixi etiam in cō-
clusione, eū nō subordinari causā remera
inferiōs moueri à superiorē, quia subordi-
nari per se, vt creaturā à creatore, & ele-
mētā à celo: tamē eū non subordinari
sanguini essentia, vt causā superiorē.

*Cogitatio
Aegyptiorū
de corde, cuius
nulli scimus
veritatē in
Opus. de fine
vite; quia
nullum habet
fundamētū.*

** Cuiusmodi
ordinatur.*

Secunda conclusio. Pulsus procedit ab aliqua facultate superioris ordinis, quam sit calor, aut sanguis.

Prob. primo, argumento Gal. nam si ligetur arteria immisso calamo, non pulsant partes infra ligaturam, quamvis transeat spiritus & calor: ergo signum est deficere aliquam facultatem in illis partibus, modo facultatem voces, aut qualitatem.

Nec potest dici, quod impeditur calor. Nam reuera tunica interior non defuitur calore, imò nec impedimentum est sufficiens, quia etiam est calefactibilis: ergo non sufficit illa effluencia sanguinis ad dilatarandum, cum ex persona doceat, neque calorem, neque statim eleuatum posse arterias mouere infra partes ligatas.

Secundo prob. quia in ardentibus febribus perpetuo inueniuntur pulsus magnos cum semper à magno febre circa cor eardium sumant. Contrarium tamen docet vltus, quia multo rari cum magno calore, & febre sanguinis coniungitur pulsus paruitas, debilitas virutes: ergo pulsus non fit à sanguinis effluencia.

Tertio, quia venæ quæ sunt iuxta cor, pulsare nunquam desinent. Arterie verò parue, quæ sunt remotæ, non pulsabunt: quod est contra sensum. Prob. quia in illis venis insignis febris, in illis arteriis tepidus spiritus elucefcit: ergo illæ agitabuntur, illæ quiescent.

Quarto, quia sequeretur, semper æquale esse dilatarionem cum compressione, quod etiam negat sensus, qui magni in rhythmo varietate dignoscit. Prob. sequela, quia aer ingreditur ad remittendum calorem in æquali portione spatii dilatarionis, & sic ad partem aëris frigidi intrantis effluet calor, & constringitur arteria. Neque argumenta in contrarium aliquid probant.

Ad primum respondetur, quod tamen necessarius motus, qualis est pulsus, debuit à superiori facultate proficisci, & non à causa violenta & extrinseca, qualis est febris sanguinis. Et ad secundum argumentum respondetur, quod motus localis cordis est causa effluencie, & non est contra, quod nunquam videntur illi opponantur. Quis enim calor cordis agit, agit tamē non impetuosè, sed coalescendo, & assimilando: nec vapores eleuati ab illa eoditione poterit tantū pōdus dilatare, nisi accederet motus localis, qui feruor adauget. Est ergo motus causa illius effluencie, & non effluencie causa motus. Sed quis credit tantū pulsus concentum ab inordinatis vaporibus emanare?

Ad secundū dicimus, libris de spiritibus non referri inter aulcatorios & acromaticos, sed inter exotericos & vulgares, in quibus Arist. selet mycrologiam deferere, quæ semper Peripateticū dogma extitit. Quid itaq; Arist. senserit de aliqua re, inquiri tendit est in his libris, in quibus de motu procedit. Dicimus ergo, pulsus motus existeris in vtero, nullū aliū esse, quā qui per arterias vmbilicales praflatur à matre. Et sic eorū tempore non pulsant, vsque dum, aere attracto, ad propriū munus excutetur. Imò idem argumentū fieri potest contra prædictā sententiā. Agit enim calor in humidū à principio formationis cordis, statim eleuat, & ramē nō pulsat. Vt ex hoc colligere liceat. Aut orē lib. de spiritibus aberrare. Licet enim mixtū foetus proprijs facultatibus statim exerceatur, pulsus tamen nō à proprijs, sed à principijs matris dependet. Quia toto illo tempore gestationis, foetus est quasi pars matris.

Ad tertium responderetur, non esse partem rationem inter aquam ebullientem, & pulsus, arguit enim de re inanimata ab extrinseco mota, ad rem animatam, quæ à semetipsa mouetur, & (vt dixi) motus est causa effluencie in corde, non è contra: in aqua verò effluencia est causa dilatarionis. Et idem respondendum est ad omnia exempla à Turillano addita.

Ad quartum dicimus, adolefcentes pulses habere proportionatos, non quidem effluencie sanguinis, sed roboti facultatis & intensioi caloris.

Ad quintum, licet in statu febrium magnis debilis sit facultas, quæ in principio, tamen absolute non est debilis, ita vt non possit magnas facere dilatariones. De qua re disputabimus, cum de differentijs agemus.

Ad sextum, cōcedere aliquis posset, nullam esse virtutem per se aëris attractiuam, sed per se dilatariam, & ex accidenti aëris attractiuam, vt thorax eleuat se, & ad istā eleuationem sequitur aer: non ergo trahitur, sed oc comit. Quamobrem præcedere debet actio facultatis in mouentis, & ex consequenti non est tollenda facultas. Nam si hæc non moueret, nulla esset ratio vacuū, vbi nota, quod ad solutionem huius argumenti non est necessarium disputare, an sit aliqua virtus aëris per se trahens.

Septimum argumentum perit grauissimam difficultatem, quæ facultas sit hæc. Quam in sequenti quaestione latè disputabimus, huic argumentum respondentem.

Ad octauum dicimus, quod licet pulsus unico tempore fiat in omnibus partibus, fit tamen pro ratione insipientie, quia facultas pulsatrix non respicit partes frigidias vel calidas, sed solum conseruationem spiritus arterialis; qui cum in omnibus arteriis exultat, necessarium est, vt motus ventiletur. Pulsus itaque arteria in pede non propter euentrationem caloris naturalis ipsius pedis, sed primario, propter ventilationem spiritus arterialis ibi conclusi. Quod vero ex hoc resoluitur moderatio temperamenti actualis, probat certe facultatem agere propter finem proprium, & subsequi secundarium.

Nonnulli argumentu perit difficultatem magni momenti, vtrum debeat esse distinctio inter efficiens & passum, & quae distinctio sit haec, & in quibus actionibus, quod ex sequenti questione magis elucecet. Nunc dicimus, non esse necessarium assignare in corde partem mouentem quantum tatiu diuersam a mota, sed sufficere assignare partem essentialē distinctam a mobili. Illa verò est facultas, quae se tenet ex parte formae. Quod si interroges: Quod est principiu *quod*. Respondit quod Arist. in illa famosa propositione: Omne quod mouetur, ab alio mouetur; non concludit aliquid contra motus naturales & simplices: neque per illam in toto rigore potest eòque qui, esse Deum primam causam, hoc enim demonstratur ex alijs principijs metaphysicis, & superioribus, imò magis efficaciter, quam in s. Phys. Videtur itaq; aliquibus, quod illa propositio intelligenda est de his quae mouentur extra suam naturam. Illa verò quae mouentur a proprio & intrinseco principio, non mouentur ab alio tanquam a principio *quod*, sed à seipsis, & tota se tota mouent; & ita cor est, quod se mouet, & etiam est motu diuersis rationibus. Re-liquo nunc causas vniuersales ordinatas, quae concurrunt. Sicut ergo in illa opinio ne, quae tenet, grauias & leuia moueri à se ipsis, ponunt grauitatem & formam à qua emanat, & dicunt lapidem moueri se in centrum tanquam *quod*, & grauitatem appellent proximum principium, & formam, remotum, ita multi in corde philosophantur. Cor enim est, quod se mouet, forma & facultas sicut principia *quae*. Tamen si volueris istam opinionem desere, forsan placebit tibi dicere cum multis Peripateticis, praecipue cum Marco Ant. Zimara in Theore. 94. quod animal diuiditur in duas res actuales scilicet, in animam, & corpus,

De Pulsus.

anima est mouens per se, corpus est motu per se, & sic distinguit partem motam à mouente. Erat ergo corpus cordis motum per se, & anima motor. Quod in grauius & leuius distingui non potest, nam materia cum sit potentia; non potest esse mota per se: sed quid ego sentiam, questione propria declarauit: quia quae dicta sunt, sufficient ad solutionem argumenti.

Quod verò Aristot. non sentierit effectiuentiam esse causam pulsus, vel hinc patet, quod ipse solum istum rigorem philosophandi inducent, inquirendo vnum, quod per se sit aliorum motuum causa in animalibus; ergo non poterat dicere, cor moueri à sanguine scinduo. Quod manifestè insinuat lib. 3. de partibus animalium, cap. de corde. Praeterea, quia lib. de animal motu, dicit cor esse veluti animal separatum; ergo ob nil aliud, nisi quia à seipso mouetur. Illud autem pulchrum videtur, quod dicat Aristot. libr. citato de motu, cor & potèda esse, veluti animalia separata, & tribuens rationem, inquit: Quia cor est principium omnium sensuum, pudenda verò, principium alterius animalis, quod virtute in semine continetur. Vide quo pacto cor sit quoddam animal paruum, quod reliquarum actionum animalis sit principium; ergo Arist. cum ex professo de corde agit à semetipso moueri insinuat: loquens verò de sanguine, dicit reperiri circa cor vitalem humiditatem, quia omnium erat principium. Dicit ergo sanguinem esse se materiam, non motorem, quali oportet, vt princeps facultatum vitali abundet humiditate, nec vnquam alimento indigeat. Cum hoc tamen fiat, tribui posse motum cordis, generis, in doctrina Arist. Quod inferius declarabo.

Ad decimū argum resp. quod actio particularis cordis, ex qua dependet vita & cōseruatio individuū non debeat proficisci immediatè à causis vniuersalib. Et demonstratur, quia finis pulsus est finis quidam particulatis pertinet ad particulare cōseruatiōnē huius individuū; ergo eius causa debet esse particularis, nā causa vniuersalis nō agit, nisi propter finē vniuersalē. Merito itaque S. Tho. ridiculam vocat illam opinionē in Opusc. de motu cordis.

Ad confir. resp. quod fluxus & refluxus maris duo habet propter quae pertinere videtur ad causas caelestem. Primò, quatenus motus simpliciter corporeus. Secundò, quatenus per illum consequitur finis quidam vniuersalis pertinens ad solius

B 2 maria

maris conseruationem, quod nisi ab alio moueretur, absque dubio corrumpetur. Dixi, quatenus motus simpliciter corporatus, quia talis motus propriissime subordinatur corpori caelesti, alij verò eleuatio res motus, quales sunt animatorum, non subordinauitur, nisi secundum quid: ergo mare immediate mouetur à cælo, cor verò àquam altioris ordinis missum, non à cælo, sed à virtute particulari intrinseca, quæ generans dedit. Præterea nisi moueretur mare, corrumpetur tota aqua, & sic est finis magis vniuersalis, quia videtur respicere speciem aquæ, & ob hanc rationem pertinet ad causam vniuersalem. At verò motus cordis est actio particularis, vt dictum est.

CAP. II.

Vtrum facultas pulsatricis inter vegetatiuas sit recensenda.

Clarioris doctrinæ gratia aduertendus est titulus questionis. Non enim quærimus, vtrum ad animam rationalem pertineat ista potentia, quia per se notum est non producere ab anima, vt intellectiua, cum etiam brutis communis sit. Est itaque cōtrouersia inter facultates animales & vegetales.

Præterea notandum, quòd non agimus hic de facultate quæ facit spiritus vitales, seu sanguinem arterialem. Nam etiam est per se notum, quòd talis facultas est cœlestis, & vegetatiua, eiusdem ordinis cum facultate iccoris, sola perfectione effectus differens. Loquimur itaque de facultate quæ dilatat & comprimit.

Tertio est notandum, plura ex inferioribus argumentis moderno quosdam conuincere, vt teneant, istam potentiam esse animalem. Inter quos est Mercatus, cuius rationes, quia in nostra schola solent circumferri, verbo ad verbum adducam, vt videatis, quæ sumptis fundamenta. Præter illa addemus nos alia fortiora, quæ magis intime punctum difficultatis attingunt, deinde opiniones examinabo. Tertio, notabilia proponam, tandem conclusionem probata, modernorum argumenta dissoluam.

Præter negatiua argumenta talia cōferant. Primum, Vegetalis potentia est iusta & partibus implantata, non aliunde descendens, tamen facultas pulsatricis insinuat in corde per arterias, sicut animalis à cerebro

per nervos: ergo non est vegetalis, sed animalis. Minor est communis in doctrina Galeni, præcipue lib. an. sanguis in arterijs contineatur, vt nos superius adduximus exemplo calami.

Secundò argumen. nam vegetalis potentia à seipsa, & propter seipsam operatur, vt patet in affectionibus animæ vegetatiuæ, quæ semper sunt propter seipsas, nec recipiunt aliud obiectum. At verò pulsus non est propter se, sed propter aliud: ergo eius facultas non est vegetatiua. Minor est per se nota, cum fiat propter conseruationem vitalis caloris omnium partium.

Tertio prob. ex modo, quo ista facultas comunicatur, nã subito insinuat. At verò vegetalis facultas, etsi insinuet, solum tamen modò operandi tam citissime non fortiter: ergo pulsus sit à superioribus facultatibus.

Quarto, quia pulsatricis facultas efficit suos actus per virtutem in corpore æqualitatis, vegetatiua verò per meras qualitates corporales.

Quintò, quia requirit organum tã mirè fabricatum, vt superius explicauimus, quod solis potentis sensitiuis concessum est. Organum, scilicet, cū figura, & sine qualitate elementalibus: at verò vegetalis est contra he habet, vtrum enim organum tantum & cum qualitate: ergo pulsus sit à facultate animalis.

Sextò, quia sicut animalis potentia fertur in obiectum externum, ita etiam facultas pulsatricis: ergo non est vegetalis.

Septimo, quia sicut animalis potentia licet vni obiecto aduersa sit, percipit tamen varias differentias illius obiecti, vt vilius versatur circa colorem, & circa omnes differentias coloris. Pari ratione pulsatricis virtus licet vnum obiectum habeat, nec per caloris moderationem, tamen plures excipitur mutationes pro varietate obiecti: ergo signum est esse animale.

Octauò, quia omnis potentia vegetalis diuisibilis est, vt & ipsa anima: potentia verò pulsatricis non est diuisibilis, vt exemplo calami probat Galen. loco citato.

Nono, nam licet plantæ in aliquibus operationibus habeant cōmissum localem motum, cum tamen vnum, aut alterum, & obiectissimum, ac sine ordine & concertu. At verò motus pulsus ex contractis cōpositus, ordinatus & manifestissimus existit: ergo ad sentientes potentias pertinet.

Decimò, quia animalia imperfectissima solo motu dilatatiuo & cōpressiuo distent à plantis, vt cœchiba: ergo sciogenda est ista potentia à vegetatiuis, siquidē videtur con-

Vnumquodque arg. petit aliquid pulsatricum.

construitur & distinctus ab eo animalis.

11. Quia ista potentia aliquando agit vehementer, aliquando debilitate; quod nisi quam vegetabilibus contingit: ergo signum est esse animale, quia ordinatè mouet media.

12. Omnis facultas vegetalis agit per modum naturæ, adeo quod semper sit in actu & agit quantum potest, ut ignis. Sed facultas pulvisca agit pro ratione indigentia: ergo est superioris ordinis censenda. Minor patet ad sensum. Nam videmus ad mensuram caloris aucti, aut diminuti, variari pulsus, ergo.

13. Quia talis actio nunquam reperibilis est in plantis: ergo non est vegetativa.

14. Estat pro argumens. auctoritas Divi Tho. Opusculi de potentia, c. 5. ubi dividit potentiam motuam in animale & naturalem. & Opusculi de motu cordis. Et in disputata questione de anima, & confir. ex Galieno 4. de praefatione ex pul. capit. ultimo.

Hæ sunt rationes & fundamenta Mercati ad suam opinionem stabilienam, quæ arbitratur esse Divi Thomæ. De qua re statim agemus.

15. Corroborari potest prædicta sententia alijs argumentis, quæ ponenda difficultatis magis attingant. Nam si pulsus est perfectio vegetativa, non est dicendum, quod omnes plantæ illa careant. Vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erat valde bona. Ergo, ut plantæ sint in suo genere valde bonæ, requiritur ut habeant completam omnem suam perfectionem: ergo debebat illis Deus præbere pulsus, si illis est simpliciter dignans ab anima vegetativa, & ad eius perfectionem pertinet.

Solet responderi, quod pulsus sit à potentia vegetativa, eleuata tamè ab anima sensitiva, & usque ad hunc terminum deuenit modicum. Sed non videri inquit minus de ista eleuatione: & 16. argumens est.

16. Ista eleuatio facta per eminentiam animæ sensitivæ non potest traducere vni potestati de vno genere in aliud, quia hoc non est perficere, sed corrumpere. Sed sic est, quod potentia agere pro ratione finis, & variare suos motus secundum necessitatè animalis, pertinet iam ad potentias cognoscitivas: ergo non est dicendum, quod potentia vegetalis per eleuationem possit esse fieri actionem alterius superioris virtutis. Poterit itaque potentia vegetalis eleuata facere carnis, quæ solet facere folia arborum: non tamen erit possibile, ut

De Pulsu.

faciat motum localem pro indigentia finis, quia hoc est transire de genere in genus.

17. Omnes actiones quæ spectant ad animam vegetantem, debent fieri media qualitate elementali, tanquam instrumento, sed motus cordis non potest fieri ab aliqua ex qualitatibus primis: ergo non est reducendus ad potentiam vegetatiuam. Prob. minor, quia est motus localis. Motus autem sursum aut deorsum, non provenit à calore, tanquam ab instrumento; licet possit provenire à raritate, quæ consequitur ad calorem, tamen patet, quod calor non sit instrumentum motus localis.

18. Argumens. quia si ad aliquam facultatem est reducenda ista potentia, maxime ad attractivam & expultricem, cum quibus habet similitudinem. Sed hoc non est. Prob. minor, quia attractrix imprimat attractio vim aliquam, quæ moueat ut se: ac verò cor & arteria movent aerem, non attractivè, sed ne detur vacuum: ergo non est illa virtus vegetalis, siquidem non imprimat acri aliquam vim. Similiter facultas expultrix operatur rariter, ut expulsum debeat moveri impetu sibi impresso. At verò cor & arteria movent localiter, & expellunt fuligines hac ratione. Nam cum duo corpora non possint esse in eodem loco, sequitur quod quando comprimuntur cor & arteria, ad coniunctionem duorum corporum exeunt fuligines. Hæc autem non est vera expulsio.

19. Si propter aliquam rationem hæc facultas est vegetativa, maxime quia ordinatur in reparacionem spiritus vitalis. Sed propter hæc non est. Prob. minor, quia illa reparatio spiritus, etiam si fit per respiracionem, & tamen respiratio non pertinet ad animam vegetativam: ergo neque pulsus.

20. In nutritione omnes partes reparantur, tam tenues, quæ crassæ & mediocres: ergo sufficit restauratio per nutritionem: ergo non est ponenda ista facultas de numero vegetabilium. Illud antecedens patet, quia alimentum partes habet tenues, crassas & mediocres, quibus nutrimentum potest restaurare omnes suas perditas.

Opiniones orta ex Opusculo de motu cordis S. Thomæ.

IN hac re sunt aliquæ opiniones, ex quarum disputatione magna pars pendet indagandæ veritatis. Et prima est, quæ solet tribui Divi Thomæ, vel Antoni libri

B 3 de

de motu cordis: ubi dicit, motus cordis effectivè procedere ab anima sensitiva; quatenus est naturalis forma corporis.

Hæc sententia magnam dedit recentioribus occasionem, ut in variis disiderentur opiniones. Unusquisque enim eam, ut vole, interpretatur. Placet ergo breviter illas declarare & impugare.

Secunda opinio est illorum, qui dicunt motum cordis esse naturalem productum ab anima, non mediante aliqua potentia animata, sed ab anima sensitiva, ut est natura. Et hanc volunt esse opinionem Doctoris Angelici, quam confirmant argumentis deductis ex ipso opusculo de motu cordis.

Primo, quia sicut in conclusionibus procedendum est usque ad primas propositiones, quibus intellectus ascendit naturaliter per habitum primorum principiorum, ita etiam in animabus deveniendum est ad unum motum, qui sit naturaliter, & sit alicuius causæ, qualis in animali est motus cordis, & in mundo maiori est motus cerebri, sicut ille assensus est naturalis, ita & hic motus procedit ab anima sensitiva, tanquam à natura.

Secundo, quia sicut in appetitibus deveniendum est ad primum appetibile naturaliter desideratum, quod est primum, & ultimum bonum, scilicet Deus: ita etiam in motibus animalium debemus assignare unum primum, qui naturaliter competit, qualis est motus cordis.

Consentaneus ista opinio auctoritate Avicennæ lib. 7. fen. 10. tradat. 1. cap. 7. ubi dicit, quod motus anhelitus est voluntarius; motus verò cordis est naturalis motus: & multis Galeni locis, quibus expressè dicit, motum cordis esse naturalem præcipue 7. de usu partium, cap. 6. induit, motum thoracis fieri ab anima, cerebri vero à natura.

Tamen iste motus dicens falsus est, & contra mentem Autoris opusculi de motu cordis. Nam in eodem loco motus cordis appellat vitalis. Ergo non potest dici nisi plures à natura, prout natura distinguitur ab anima.

Secundo, quia natura, ut sic, determinatur ad unum, ut grave ad centrum, leve sursum. Sed motus cordis est compositus ex contrariis; ergo non procedit à natura, sed ab anima, ut anima est.

Tertio, quia in moribus motè naturalibus, unus est naturalis, & alter oppositus est violentus, ut lapidi est naturalis motus deorsum, motus verò sursum non est natu-

ralis. Sed sic est, quod uterque motus, dicitur rationis, scilicet, & esse rationis, est natura sicut coeli & arteriæ; ergo non est possibile, quod procedat ab anima, ut natura, sed ab anima, ut anima est, hæc enim, cum superiorum obtineat rationem, potest esse principium motuum contrariorum.

Restat ut illorum argumenta dissolvamus. Ad primum dicimus, quod deveniendum est ad unum, quod sit radix & principium aliorum, sed hoc intelligendum est in eodem genere causæ; ergo in actibus vitalibus deveniendum est ad unum primum actum, non quidem naturalem simpliciter, sed vitalem, ita ut actus vitalis procedat à vitali. Et sic dicendum est de motibus animalium, quorum primum voluit ille Autor, ut fuisse cor, non quidem secundum esse, vel operari naturaliter, sed secundum esse, & secundum operari vitaliter. Prima verò principia cognoscit intellectus, non purè naturaliter, sed elicito adu vitali cognoscendo. Tamè hæc est differentia inter principia prima & alias conclusiones, quod intellectus habet naturalem inclinationem, ut assentiat illis principis, tamè ex hoc non sequitur, quod circa illa non eliciat actus vitales. Et sic non procedit ab intellectu tanquam à natura, sed tanquam à potentia animata & illuminata, ut habetur in Psal. 4. Quis ostendet nobis bona signata est super nos lumen vultus tui Dñe. Ergo assensus principiorum est actus vitalis & elicitus: sed est propensio, quæ dirigitur à lumine divino participato. Idem prorsus dicendum de motu cordis, qui licet sit primus, est tamen vitaliter elicitus.

Ad secundum exemplum de appetitibus idem respondendum, amabilem esse Deum, tanquam ultimum finem, elicientem ad unum amandi per voluntatem, quæ ad illum inclinat.

Ad auctoritatem Avicennæ, & Gal. resp. illas ferè semper animi vegetalem, motè Stoicorum appellare naturam.

Tertia opinio est illorum, qui dicunt motum cordis procedere ab anima sensitiva, nulla mediante potentia motiva, quæ comprehendatur sub dictis, quæ tenent Arist. sed procedere per quandam resultantiam naturalem, ita ut principium quod, huius motus sit generans, & anima cordis sit tantum principium quæ.

Ista opinio est satis rara, & probabè sit apud aliquos. Illud tamen ridiculum existimo, quod isti reprehendunt opinionem D. Thomæ, & in illam incidunt, scilicet quod ad aliquam partem.

Si verò interroget, sub qua facultate cōi-
muni hæc potētia inerat illis quinque quas
refert Aristot. scilicet, nutritivam, sensitivam,
appetitivam, loco motivam, intelle-
ctivam? Respondēt in ista opinione, quòd
sub nulla ex dictis continetur, sed distincta
est ab omnibus, referturque ab anima sensi-
tiva, medio modo se habens inter vegetati-
vam & sensitivam.

Neque ex hoc sequitur, quòd motus cor-
dis non sit vitalis, nam quāvis sit à gene-
rante procedit tamen ab immediato prin-
cipio viventi: & hoc sufficit.

Quòd si dicas, quare Aristot. non fecit
mentionem istius potētiæ? Respondent,
quòd solum enumeravit illas potētiās, ad
quarum actiones anima se habet, vt agens
particulare. Et illas omisit ad quas ani-
ma se habet solum vt instrumentum gene-
rantis. Cū ergo iste motus procedat à ge-
nerrante tanquam à principali, & ab anima
cordis, tanquam ab instrumento, non erat
necessarium, vt Aristot. istam potētiām
motivam recenseret. Punctus huius opi-
nionis stat in hoc, nam cū nō velint isti
opinantes assignare in corde partem mo-
vumentem distinctam à motu, recurrunt ad
generans, sicut in gravibus & levis, pau-
cis miratis.

Hanc opinionem sequuntur aliqui nos-
tri tēporis, surreptam à Ferrariensi 1. Con-
tra gentes, cap. 97. vbi expressè illam tenet,
& dicit esse mentem D. Thom. Et cer-
tè dicat quiddam voluerit Mercatus cre-
dendum est Ferrariensi, magno interpreti
D. Thom. & in nostris temporibus Zivare
260 in sua Metaphysica, qui intelligit D.
Thom. in citato Opusculo asserere motum
cordis procedere à generante tanquam à
principio suo.

Quòd si iterum dubites, quo modo à ge-
nerrante procedunt diversi motus, qui nec
sunt deorsum, nec sursum? Respondent,
quòd sunt motus consequenti ad animam
sensitivam cordis, resultantem ex certa pro-
prietate naturali ipsius animæ, vt magnes
trahit & movet ferrum, certo quodā mo-
tu, qui neque est sursum, nec deorsum.

Et licet contra istam opinionem possint
fieri efficacissima argumenta, quibus pro-
batur, gravia & levia moveri à se ipsis, &
non à generante (quæ poterunt con-
vincere Scotum in 2. Sentent. dist. 2. quæst. 10.
Grego. dist. 6. quæst. 1. art. 1. Abulensem in
Marth. 22. quæst. 224. & Valles 7. & 8. Phys.
quæ, ne scripta transferam, relinquenda es-
se dixi.)

Tamen conveniamus cum præstantissi-
mis Philosophis, qui dicunt gravia & le-
via moveri à generante, & ad particulola-
rem sermonem argumenta applicemus in
hunc modum: Iste motus cordis est quor-
dam resultantia naturalis, ergo nō est actio
propria ipsius cordis. Patet, quia certan-
tium se habet vt instrumentum generantis,
quòd est contra communem modum sen-
tendi, & contra definitionem pulsus à ne-
mine negatam, qua dicitur, quòd pulsus
est actio cordis.

Secundo, si cor movetur à generante,
illa resultantia est naturalis, ergo est impos-
sibile quin semper fiat eodē modo. Patet,
quia generans istam resultantiam opera-
tur, dans formam, & quæ ad illam conse-
quuntur, ergo est impossibile, quòd talis re-
sultantia sit multiplex, & contraria, qualis
est harmonia pulsus. Probat, quia illa ta-
lis emanatio, aut sit modis potētiis, quæ
possunt facere varios motus, & sic illa po-
tētia non erit de numero vegetativa-
rum, nec naturalium, cūm determinetur
ad unum, verò emanat pulsus per miseram
proprietatem naturalem, nunquam potē-
tis componi ex contrariis, nec diversifi-
cari.

Respondetis pro ista opinione, quòd
emanat pulsus mediante vna potētia, me-
dia inter vegetativam & sensitivam, & sic
poterit esse multiplex pulsus pro ratione
suis, quia sensitivus operatur hoc modo.

Conterà, sequitur, quòd illa potētia par-
ticipat aliquid de cognitione, & apprehen-
sione, aliis non erit media, hoc autem est
falsum, ergo. Tertio sequitur, quòd etiam
motu nutritio fiat à generante. Patet, quia
non est maior ratio de nutritione, quàm
de motu cordis. Probat, nā nutritio est
naturalis, & incipit extrinsecè ab instante
generationis, & presentia durat ex se per to-
tam vitam, & tertio non tendit in aliquam
perfectiōem ex vi generationis, sed solum
ad conservandam vitam. Idē prolixius con-
tingit in motu cordis.

Sed pro istorum argumentorum clariori
intelligentia notandum est, quòd inter per-
fectiōnes, quæ cōveniunt alicui generi est
maxima differentia: quædam enim sunt, quæ
competunt illi ex momento generationis
ex vi illius actionis. Quædam verò, quæ nō
competunt illi in illo momento, sed postea
succedunt: convenit ergo gravibus tan-
quam perfectiōem ex vi generationis, vt sint
in proprio loco. Ex hoc sequitur quòd ista
perfectiō statim resulter, & sicut alia pro-
prietate.

Argumenta
Scotus ad
probandum con-
tra S. Thom.
motum cor-
dis non esse à
generante, quæ
postea diffusio-
naut in ex-
plicatione opi-
nionis pro-
pria, quæ est
similis, vt pro-
batur esse D.
Thom. contra
modernos.

prierates dicuntur dari à generante, ita & locus & vltimus, quia eiusdem est dare perfectionem & motum ad illam, hinc est, vt ad eandem referantur referantur motus, sicut & terminus: at verò augmentatio, v. g. aut calefactio ignis non tribuuntur generanti, quia non conueniunt ipsi genito præcisè in momento generationis, & ex vi illius: ergo cum pulsus non sit perfectio, quæ debeat cordi, aut animali in momento generationis, non est dicendum, quòd tribuatur generanti. In illo enim instante quando dicimus: Nunc est lapis, debetur illi esse in loco & ortum, quia est perfectio consequuta ad generationem: at verò hæc alligatio ad locum nō debetur cordi ex vi generationis, & ex consequenti, nec pulsus.

His argumentis insurgit nostris temporibus Suarez ad delendam prædictam opinionem, quam ipse arbitratur esse D. Thomam, tamen nos inferius in vera explicatione D. Thomæ, hæc argumenta dissoluemus.

Quarta opinio nullam facit mentionem generantis. Nam Vallesius tractans de hac re conuincitur argumentis propositis in principio questionis, & proponendis pro nostra conclusione, & dicit istam facultatem pulsificam esse mediam inter animalem, & vegetalem: nam actio, nec est purè sensitiva, nec purè vegetatiua: ergo media. Vallesius sequitur Hercules Saxonius lib. de Pulsibus.

Sed contra istam opinionem nostrum fortius argumentum adducunt moderni, nisi dicere: Est potentia media: ergo datur anima media. Hoc autem argumentum non est efficax: eadem enim anima potest facere operationem mediam, si potest facere extremas. Cum ergo anima sentiens potens sit vegetare, & sentire, poterit etiam medio modo procedere, si illi dantur finis & organum, quæ medio modo se habeant: quare vt (existimo) hucusque nunquā conclusum est contra Vallesium, nisi argumententur ratione supra posita in secundo argumento, contra secundam opinionem.

Probatur vltimus. Nō est media per negationem extremorum, sed media per participationem, vt Vallesius tenet: ergo debet participare de appetitu & apprehensione, quod falsum est. Sed ista ratio inferius magis declarabitur.

Quinta opinio est Mercati, quæ ad duas propositiones reducitur.

Prima, pulsus sit ab anima sensitiva operante naturaliter, id est, imitando modum

operandi naturalium facultatum.

Secunda propositio, cum motum male caliter, de quo Aristotelis in lib. de Animalibus dividatur in motum naturale & motum animale, dicendum est istam potentiam pulsificam contineri sub motu naturali.

Ad istas duas propositiones reducitur totus discursus, qui multiplicem contradictionem involuit, vt iam declaro.

Concedamus ergo illi totum sermone defectum. Nonne sequitur euidenter pulsus esse meram actionem naturalem? certe sequitur: Probatum. Procedit pulsus ab anima agente, imitando modum naturalium operandi, & potentia, qua virtus, est naturaliter motus: ergo pulsus est actio naturalis, & non animalis. Concludit argumentum ad hominem ex eiusdem verbis.

Illud autem est contra omnes philosophos, diuidere, scilicet, loco motuum animale in duas partes, scilicet, in motum naturale, & motuum ex apprehensione: quæ vtrum membrum diuidens est generalissimum, nullo modo contentum sub alio.

Et vt hoc luce clarius pateat, aduerte, quòd loco motuum animale, & motuum ex apprehensione, idem prorsus sunt, nam motum animale præsupponit appetitum & sensum: & actus secundum motum præsupponit actum secundum sentiendi & appetendi. Si ergo velis diuidere hoc loco motuum, proculdubio membra diuidentia debent conuenire vni tertio, ita vt de illis possit predicari, ergo implicat contradictionem, quòd loco motuum animale, aliud sit naturale, aliud ex apprehensione: est enim, ac si dicas: Animal, aliud animal, aliud non animal. Igitur in sententia de anima edocemus, quòd facultas motrix animalis constituit gradum quædam viventium, qui præsupponit alioquin quam materiam, & tanquam gradus imperfectiores: sensum enim & appetitum constituit gradum primum animalium, quæ adeo imperfecta sunt, vt sicut solo sensu tactus gaudet, & appetitum, quo se ad bonum dilatare, & à malo retrahere possint, quæ dicuntur à Latinis planta animalia. Ista quidem nō possunt totalem locum mutare. Sed adiac ad istum imperfectum motum opus fuit sensum & appetitum præcedere. At rursus ad perfectionem vniuersi pertinebant animalia, quæ locum totalem mutarent, quæ manifeste collocantur sub loco motu Aristoteli, illa vero obferre. Vtrique tamen commune est, vt moueantur ad obiectum appetitus, & ita hoc

vtrum

verum est, ut multi crediderint potentiam motuam esse idem cum appetitu, & actionem appetitus esse formaliter immanentem, & virtualiter transuentem, & sic posse mouere partes corporis; sed de hoc non disputamus.

Ad autoritatem D. Thom. Opusculi de Potentia quam affert Mercatus, & in qua fundat totam suam opinionem, Respondeo, quod ibi non diuidit potentiam motuam formaliter animalens, sed potentiam motuam animalis, id est, quæ reperitur in animali per se, imò & titulus capituli in demonstrat, si enim Mercatus legitur in descriptione capitis, non incidisset in talem errorem. Dicit ergo diuus Thom. Potentia motuosa, quæ reperitur in animali, alia est naturalis, quæ mouet cordalia quæ mouet ex apprehensione.

Sed dices: Quam ergo diuisionem patitur potentia motuosa? Respondeo, quod in hunc modum debet diuidi potentia motuosa. Alia naturalis, quæ sequitur appetitum naturalens, quæ communis est grauiibus, leuibus, & vegetabilibus alia animalis, quæ insequitur appetitum sensitiuum, quæ reperitur in animalibus. Rursus potentia motuosa animalis, alia progressiua, alia reptilis, & tandem accidentaliter diuisi potest penes tam varias differentias quibus animalia mutant locum, alia progrediendo, alia reptando, alia saltando, alia se se circumagendo, &c.

His ergo rationibus discedimus ab opinione nostri antecessoris Mercati.

CAPVT III.

Illustratio Opusculi D. Thom. de motu cordis.

Sed iam tempus est, ut nostram sententiam aperiamus, quam in duas partes diuiso. In prima parte quid senserit diuus Thom. contra modernos, probabo in secunda opinionem Auicennæ & eius sequacium ostendam, existimantium illam facultatem esse vegetariam, & (quod huc usque nemo declarauit) probabo istam sententiam esse diui Thom. Dicimus ergo, quod motus cordis emanat ex vi vniuersalis anime sensitivæ cum corde, non in quantum sensitiva, sed in quantum vegetaria, & naturalis, & in hoc simular motui grauium, quia in illo momento de-

betur talis motus, sicut descensus lapidis debetur illi statim ac generis est.

Dicimus secundò, quod ille motus non solum tendit in aliquam perfectionem debitam in illo insitari, sed (quod magis est) in eo fundantur omnes perfectiones reliquorum motuum, hoc enim nobis intelligere Suarez putauit enim, quod motus cordis tendit in aliquod merè accidentale, v. g. in attemperacionem caloris, sed hoc in vera doctrina D. Thom. falsum est. Nam licet motus cordis habeat aliquos fines accidentales secundarios, tamen per se primo ordinatur ad reliquos motus corporales, tanquam radix, & fundamentum illorum, & hoc est esse primum, & quod voluit D. Thom. in Opusculi de Motu cordis: ergo cum ille motus sit primus, debet emanare immediatè sicut prima potentia. Ecce quo pacto ille motus simular motui grauium & leuium, & tribuitur generanti, est tamen vitalis ex vi vniuersalis vitalis (in quo maximè differt à motu grauium & leuium) sicut actus primus intentionis voluntatis tribuitur autori naturæ, actus verò electionis tribuitur voluntati. Sic etiam motus cordis tribuitur generanti, reliqui verò motus corporei tribuntur ipsi cordi.

Si quæ tam breuiter dixi, altiori mente perpendas, statim apparebunt multi errores eorum qui non intelligunt quid senserit D. Thom. de causa effectiua motus cordis. Hæc dixerim, quia aliqui audaces putant Sanctum Thomam non assensisse motum cordis esse à generante tamen qui talia dicunt, neque Ferrarienses, neque venerandum Patrem Suarez, neque varia loca S. Thomæ perlegerunt, sed ad claritatè rei, & ut appareat veritas philosophica, aliqua notanda sunt. Primo, iam vides, quo pacto conuenio cum illis qui dicebant motum cordis esse à generante, quamuis in modo explicandi maximè differam; sed illam potentiam mediani proterius detestor; & dico, quod cum anima sensitiva in quantum vegetalis sit principium quo illius motus, (quem S. Thomas appellat naturalem) si aliqua potentia est ponenda, pertinebit certè ad genus vegetariam, per quem gradum causat sensitiva pulsus.

Secundò, memorari oportet, quid vocemus principium quod, & quo, & quæ sint differentia illius, nam multoties in meis operibus est necessarium uti illa distinctione. Dico ergo, quod principium actiuum substantiale alicuius motus, aut operationis vitalis, duplex est; aliud totale, & aliud

partiale. Sed totale adhuc est duplex, scilicet, totale *quod*, & totale formale *quo*. Totale *quod*, dicitur ipsum suppositum, quod operatur ut *quod*, v. g. in actione videndi, homo dicitur principium totale *quod*, quia est suppositum, quod videt. Principium vero totale formale *quo*, est forma constitutiva principij totalis *quod*: ut anima, que est forma hominis, quoniam est principium formale cuiuscumque operationis vitalis.

Principium parziale etiam duplex est, *quod*, & *quo*: parziale quod dicitur organum, a quo (cum sit pars) procedit operatio, tanquam ad principium immediato proxime est citius, ut in exemplo supra posito, oculus est, a quo visio procedit. Aliud vero dicitur parziale *quo* formale, quod quidem constituit tanquam forma ipsum parziale *quod*: qua ratione potentia visiva constituit oculum in ratione principij videndi. Cum dicitur tamen stat, *quod* operationis tribuitur principijs totalibus *quod*, id est, suppositis, & ita quomodo homo constituitur per animam, & videat ratione potentie visive existentis in oculo; homini tribuitur ut *quod*, tanquam operanti *quod*, unde oritur commune dictum, quod actiones sunt suppositorum, quomodo ratione partium operantur.

Ad quid hoc notabile, quod magis videtur pro tyrtonibus philosophis? Certè non video Scriptores distinctè procedere, nec docere, quid moueat cor? & ex dictis modis, qui nam sint, qui reperiantur in motu eius? Nil aliud dicunt, quam esse quandam vim pulsificam, de cuius natura dubitant, & cuius anime sit: nos verò nil dubij relinquimus (sistente Deo.)

Tertio, animaduertere opus est, Sanctum Thomam primam volitionem, & primum motum animalis, afferuisse, debere tribui auctori nature, aut generanti, tanquam principio totali substantiali *quod*: & ex consequenti cum motus cordis sit primus inter tam multiplices motus animalis, procedet à generante, modo dicto. Quomodo philosophandi rationem sequitur minor pars Peripateticorum, in tractatu de Motu grauium & leuium, dicunt enim ista entia moueri ad sua loca à generante: quod proportionaliter intelligunt de motu cordis non quidem, quod mouetur cor tanquam graue & leue, (hoc enim deliramentum nullus dixit) sed dicunt, quod (sicut generans, est agens principale ad motum grauis & leuis, quia debet dare ge-

neratio omnem sibi debitam perfectionem: ita generans vitale est auctor motus cordis, quia talis motus debetur ad complendam perfectionem animalis, in illo instanti ex vi vnionis talis anime cum corpore, quam vnionem attingit generans. Quam doctrinam non sic intelligas, ut generans debeat esse principium totale *quod* istorum motuum, sicut hominis suppositum est, quod videt, aut quod ambulat: (hoc enim propriissimè est causa suarum actionum per suam animam, ut dictum est) rariem generans est causa talis motus, quia dedit necessaria ad illum, & quia ad illum pertinere constituitur generans in optimo statu, unde, quibus adhibet, quatenus mortuam, tribuitur illi prima passio, & primum motus, quia tribuit formam, quæ est formale principij reliquarum passionum. Hac ergo interpretatione sic adhibita, lege B. Thomam in Opusculo 35. citato de Motu cordis, & colligas talem motum tribui generanti. Lege elegarem locum in disputatis quæst. de Anima, artic. 9 ad 4. quem propriis verbis transcriberem, nisi ita esset extensus. Et adducitur à Ferrarienti lib. 1. Contra gentes, cap. 97. vbi eandem defendit sententiam. Vide apertum locum 1. 2. quæst. 17. articulo 9. ad 2. Est autem ita certum, hanc fuisse illius mentem, ut discide citetur à doctissimo Snarazio disput. 18. Metaphy. num. 24. & difficultates opponat, quas nos hic adducimus, & soluemus, & soluemus. Ratio verò fundamentalis, (ut iam tetigi) D. Thomæ est, quia quod concutit viuens, ut fundamentum & origo reliquarum perfectionum, debetur illi in instanti generationis (attende) aut illo modo quo propinquius, & intimius coniungatur illo instanti. Cum ergo motus cordis inter vitales corporales sit naturaliter primus, necessarium est, ut (si fuisset possibile) in illo primo instanti (tribueretur sicut generans) si potuisset, generaret semper lapidem in centro, ut in loco iuxta. Quia tamen nec motus est in instanti, nec semper grauis in centro; oportet, ut motus cordis sequatur post illud instans generationis, ex vi tributa à generante; & motus lapidis resultaret ad perfectionem ipsius, semoto impediente, ut coniungeretur cum centro. Et hæc fuisse mentem Angelici Doctoris, colligo ex locis citatis, non tamen assentior in hac parte auctoribus huius temporis, qui dicunt, fundamentum huius doctrine esse, quia cor non potest diuidi in partem per se mouentem, & per se motam.

& ita

& ita ad generans esse recurrendum. Quid quid sit de ista philosophandi ratione, non disputo, sed efficaciter rationem S. Tho. excipio (ex Opusculo de Motu cordis) qua motus fuit, ut cordis actionem tribuerit generanti, modo explicato, (est enim ecce pta ex visceribus philosophiz. Dicas mihi, quare nec Arist. nec D. Tho. primam visonem, aut primam deambulationem, aut accretionem, aut nutritionem, &c. Vnquam tribuerint generanti? In hoc enim multi Scriptores talluntur adducentes ad inconueniens doctrinam nostram, & dicunt: Si motus cordis (quia primus) tribuitur generanti; ergo prima visio, prima audisio, prima nutritio, &c. tribuenda generanti. Respondeo, falsum esse talia inferre, & asserere, nam neutquam loquimur de actio ne prima, in quantum prima qualitercumque, sed de prima, quae est radix & fundamentum aliarum; haec est simpliciter prima, quae debetur in primo instanti generationis, qualis est actio motiva, sive motus cordis. Generans non intendit, quod generatū videat flantem, aut ambulat, sed quod habeat radicem posteriorum perfectionū; postea enim emergunt, constituto motu cordis, quia anima per talem motum ad reliquos asperat, ordine naturae vitalis: (cum Antonio Rubio nonne disputo.) Quid habent, cum instanti illo primo, visio, nutritio, aut accretio? Videbit suo tempore animal, ut carulus post nonum diem; augetur suo tempore.

Nec nutritio ex necessitate naturae incipere debet cum pulsus, quia illa est posterior, & fundata in cordis vitalitate, & praeterea, quia nutritio proprie loquendo pertinet ad conseruationem, non ad esse: erit ergo necessaria, ad reparandum deperditū humidum; sed cum dependatur in tempore sensibili, non erit praecisē necessaria omni tempore, sed tempore debito actio verò pulsifica, & virtus pulsandi vitalis, praecedat ex natura rei omnē nutritionem, nam ita induit, actus & disponit, ut sine illa nequeat operari nutritiua; ergo si debent actio & influxus cordis necessariō praecedere, quo pacto est possibile, ut nutritio incipiat immediatē post instanti generationis? Attende quae debent praecedere, tempore mensuranda; motus cordis, influxus, & actusque partium à calore vitali, resolutio, & euaporatio aliquarum partium viuētis, accessus alimenti à virtute trahente factus, coctio ipsius alimenti, & assimilatio. Haec omnia ordine essentiali naturae vitali-

ter se gubernantis, praecedūt ante primam nutritionem: quae omnia sunt successiua, & tempore mensurata, suo ordine vnam post aliud. Ergo est impossibile, quod nutritio incipiat immediatē post instanti generationis, quia omnia praedicta debent praecedere, multo tempore duranti, ante nutritionem. Quid si dicas Nutritio sit in instanti, ergo poterit simul superuenire viuēti. Nil probas, quia licet nutritio fieret in instanti, non potest tamē sine hoc, quod omnes illae ablesationes, & motus locales in tempore fiat. Et praeterea, quia licet pulsus & nutritio concurrerent aliquo imaginabili modo circa illud instanti generationis, necessarium esset ut praecederet pulsus, tanquam primus in ordine vitalitatis corporalis, sicut motus celi praecedat alios; & ex consequenti, nec nutritio, neque alia posterior actio deberet circa illud instans, nisi actio pulsifica, ut fundamentū reliquarum. Et ita quando B. Thom. in quest. de Anima, comparat motum cordis motui ignis ad suam sphaeram, nec somniat, primam calefactionem ignis esse tribuendam generanti; (hoc enim existimo ridiculū) sed loquens est de motu ignis ad aliquēdā sibi debitam perfectionem, quam nō habet, nempe locum; & talis motus tribuitur generanti, quia per illum deducitur ad statum perfectionis similiter cum motus cordis sit via prima, quae animal deuocet ad alias perfectiones sibi proprias, hinc est ut tribuatur generanti tanquam primus gradus, & fons perfectionis. Quasi dicas: Generans non potest dare completē omnes perfectiones in vno instanti, sed dat viam, & motum ad illas. Calefactio est actio transiens, respiciens passum. Nō adquiret ignis, cum calefacit, aliquam perfectionem, quam antea non habebat; passum adquiret illam; & ita potest esse dicere, quod prima calefactio tribuenda sit generanti, quia tribuitur motus ad locum. Vide quam tum sit discretum, cum per motum ad certum acquiratur perfectio propria, & per calefactionem perfectio aliena.

Sed dubitabis, quae est ratio propter quam generans non potest dare in illo instanti omnes perfectiones simul? Respondeo, quod propter causas impediētes, quae ita plures, & elucides sunt, ut non possint superari naturaliter à generante (à generante dico, de quo hic loquimur); nam ex parte causae materialis non est possibile, ut tota materia sit disposita ad vnam instanti pro omnibus organis, ut edere valeant
actio-

actiones hoc patet ad sensum: nam materia obliuio & neruorum tanta soliditate indiget, vt sine illa corpus sustentari non possit, nec moueri, & ita tantæ potentia progressiua ualet exercere motum: & sic de alijs multis actionibus, quæ indigent organo non solum conformato, sed firmato. Idem dico de alijs organo, quæ ob aliquod impedimentum perfectè non poterunt distinguere ad illud insians, vt oculi, &c.

Deinde, ex parte formæ & efficientis, idè debet contingere, nam vt forma aliqua (accidentalis, aut substantialis) occupet materiam prærequirit antecedentes dispositiones, cum ordine prioris, & posterioris, prius enim calcit lignum, & siccatur, secundo tenuatur, tertio leuius fit. Hic ordo seruatur in antecedentibus dispositionibus: & rursus inter antecedentes & ultimas, ob nil aliud, nisi quia natura ordinatè agit, seruando causarum connexionem, & incipiendo ab imperfectis, vt consequatur perfectiora.

Sed ex parte finis, est aperta ratio. Quia generans prius appetit dare esse sibi simile: & hoc prius intendit perfectionem autem essendi licet appetat & sollicitè, tamè supposito esse uale primariam actionem terminat generans in illo insanti, in quo aut paulò post resultare incipiunt perfectiores requiritæ ad melius esse.

At nondum quiescis, & dubitas, si efficiens possit esse tantæ efficaciz, vt tot impedimenta vinceret, nonnè perfectum genitum produceret?

Dico primo, quòd tam simplicia & vniuersalia possunt esse generata, & ex tali materia, & tali in loco, & cum tali concursu ead, vt generans in vno insanti, compleat perfectionem illius supposita præuia alteratione, nam ignis genitus in concauo Lunæ, quid non recepit in sua generatione? Nil potest appetere tam æqualis perfectio nis ascendens, sicut ignis à quo fuit productus locum verò debitum iam habet, & vir tatem ad illam recuperandam si auferit. Hoc autem existimo contingere propter simplicitatem transmutationis vnus in aliud, quæ sequitur ad vniformem, & vnam dispositionem; quia dummodo ignis (aut aliud elementum) habeat suum calorem vt octo, & siccatè in suo debito gradu, omnia habet eadem de alijs simplicibus, quibus natura nec plures operationes, nec organa tribuit. De his autem non loquimur.

Dico secundo, quòd animal perfectum prædicto modo non potens generari, quia

efficientis proximum tñ est limitatè & finitè actiuitatis, vt varias partes, ex variâ materia, non possit vnico insanti, aut ad vnico insans simul disporre, & perficere. Sicut ignis non poterit simul vincere sup piam, ligna, & ferru; quia est finitè actiuitas, & materia est inæqualis resistentia. Sola ergo prima causa talem effectum producere poterit, quæ nulla expectata dispositione materia vnico insanti omnem perfectionem confert, vt in prima rerum formatione.

Ex quibus etiam sequitur, quòd cum motus cordis naturaliter sit prior (vt dictum est) etiam in illis fetus primordijs, argumè tota formatrix illius fabricam primò perficiat, vt primò viuat membra sua nobilia & necessarium, & alijs membris dispositionem vitalem communicet, & tanquàm fructu vinculo animam contineat, vt vltimò moriatur atq; adeò, quòd in motibus corporis videmus feruari, & illorum organo, in potètijs animæ similiter fieri docuimus in Opusculo de Potentijs in genere, vt vna prior resultet, & altera sequatur.

Explicuimus motum cordis esse primu, & ob id deberi animæ ante alios, & ex eò sequenti tribui generanti, tanquam principio totali quòd.

Probare autem quòd sit primus, perebat longam digressionem: Sanctus Thom. supponit probatum ab Aristotele in locis proprijs, & nos de hoc puncto egimus in Opusculo de Potentijs.

De principio formali quo pulsus.

SVperest nunc, vt ostendamus, quòd sit principium formale quòd, nam cum generans det formam ad talem motum, inquire oportet, quæ sit illa forma, iam nulla mentione facta generantis. Diximus emanare pulsus ex vi vnionis animæ sensitivæ cum corde, non in quantum sensitiva, sed vt continet vegetatiuam. Hinc mea conclusio à multis defenditur, sed quòd sit excepta ex doctrina D. Thom. & conueniat cum Auicennâ, nullus autem me probant.

Est ergo aduertendum, quòd in Opusculo de Motu cordis (quod nunc explicamus) D. Thom. quædam proponit conclusiones, ex quarum sensu intellecta, tam variè sentiunt medici. Illas verbo ad verbum oportet consistere, consistit enim ex illis formam vegetalem appellare naturalem, & opera-

operationes vegetativas naturales: quod non solam in illo Opusculo, sed alibi in operibus, ut inferius dicam, quando agam de principio formati partiali huius motus: nec enim solum ostendo, quale sit principium formale totale quod, id est, qualis forma, aut anima sit hæc, quæ in generationibus vivuocis erit eadem specie cum anima generantis, & licet in genere erat principium totale formale quod, in genito etiam (cum se habeat tanquam instrumentum) poterit dici formale quod. Sed audias propositiones D. Thom. in quibus continetur totum Opus. Postquam enim opiniones aliorum refutat, sic propriam inducit.

Summa Opus. D. Thom.

Prima propositio.

Omnia que moventur, dummodo à se ipsis moventur, dicuntur naturaliter moveri, s. Phyl.

Secunda.

Vnde omnes motus animalium appellatur naturales, quia agunt ipsos à propria natura. Solus homo movetur à consilio, & non à natura.

Tertia.

Tamen quævis hæc ita sit, dari debet ài quod principium naturale, quod sit et fundamentum, cui alie actiones imitantur.

Quarta.

Sicut homo scit conclusiones scientiarum, non naturaliter, sed rationando, tamè prima principia sunt ei naturaliter nota.

Quinta.

Et licet ex parte appetitus, appetere vitium sit finem qui est felicitas, & fugere miseriam, est naturale, tamè ex hoc procedit in alios actus.

Sexta.

Et ita se habet vitium finis in appetibilibus, sicut principium indemonstrabile in intellectualibus, s. Phyl.

Septima.

Ergo cum motus omnium membrorum, ex motu cordis causetur, ut probat Philosophus in lib. de Motu animalium, motus alij possunt esse voluntarij, sed motus cordis est naturalis.

Octava.

Sicut formæ elementis consequitur motus aliquis naturalis, ut formæ ignis motus sursum, & formæ ferri motus ad magnetem (nò in quantum graue aut leve, sed in quantum talem habet formam) ita nil prohibet, quòd animal in quantum habet talem formam, habeat aliquem motum naturalem, & movens hanc motum, est quod dicitur formam. Dico autem motum naturalem, eum qui est cordis.

Nona.

Sic igitur, motus cordis est naturalis, quasi consequens animæ, in quantum est formæ talis corporis, & principaliter cordis.

De Pulsu.

Omnis autem motus, aut proprietas sequitur formam, secundum conditionem ipsam. Ut formam nobilissimam elementis, pura ignis, consequitur motus nobilissimus, qui est sursum.

Forma autem nobilissima in inferioribus est anima, quæ maximè accedit ad similitudinem principij motus celi: unde & motus ipsi consequens, est simillimus motui celi in mundo. Non tamen ita omnino. Quia oportet ut principij dicitur à principio. Et ita motus cordis non est circularis, sed similitudo circularis, compositus ex recedendo, & pulsu, intereedente morula: quod non fit in motu celi.

Necque motum cordis esse naturalem dicimus, in quantum est graue & leve, & animatum tali anima.

Necque etiam oportet, quòd causetur ex apprehensione, & appetitu, licet sit ab anima sensitiva, non enim causatur ab anima sensitiva, per operationem sensu, sed in quantum est forma, & natura talis corporis.

Et licet aliqua contingat variatio pulsus, ex apprehensione diversa, & affectione, non tamen illa variatio motus est voluntaria, sed involuntaria, quia non fit per imperium voluntaris.

Motus progressus animalis causatur per operationem sensus & appetitus, & propter hoc medici distinguunt operationes vitales ab operationibus animalibus, & dicunt, quòd cessantibus animalibus remanent vitales, vitales appellantes, quæ motum cordis concomitantur, quibus cessantibus cessat vita, & hoc rationabiliter. Vivere enim viventibus est esse, sicut dicitur 2. de Anima: Esse autem cuique est à propria forma.

In his continetur nostri S. Thom. mens, obscure aliquantulum, nisi aliorum locorum lux accedat. Dixi in mea conclusione, oriri motum cordis ex vitæ motu animæ sensitivæ cum corde. Idem sic dicit S. Thom. in propositione decreti. Rursus asserimus, non oriri hunc motum à tali anima in quantum sensitiva, sed in quantum continet vegetativam, & sic secundum gradum vegetalem. Hanc partem nullus neotericus est assensurus, sed ostendimus ex verbis huius Opusculi: nam mos est in doctrina Sancti Thomæ, Animam vegetativam naturalem, & operationes, aut potentias vegetativas, etiam naturales appellare, scilicet, prout distinguuntur ab anima, aut potentijs, quæ sunt

ex apprehensione: hoc existimo euidens in isto Opusculo & aliis locis. Quibus enim omnes actiones brutorum generaliter appellerentur naturales, & solas humanas dicat à consilio, ut dicit in prima propositione, & secunda: tamen aduertendum quàm maximè, quòd actionem cordis vocat naturalem (non quidem propriè) sed ut opponitur voluntariè, aut actioni ortæ ex apprehensione, & appetitu: ut expresse docet in septima propositione: & ex consequenti, quòd cumque dicit, motum cordis oriri ab anima sensitua in quantum forma naturalis cordis, intelligit, in quantum dat esse vegetatiuum: iste enim est inferior gradus, quem dat sensitua; per quem dat primum esse fundamentale aliorum graduum; viuere enim viuentibus est esse; ergo anima sensitua in quantum dat vitale vegetale, dat esse cordi, & sub hac ratione dicitur à S. Thoma forma naturalis, ad quam conuenitur iste motus, & solum ratione appellaratur naturalis (ut dixi) prout distinguitur contra motum factum ex apprehensione. Vide, ad probandum istam doctrinam, omnia, quae statim dicam de potentia pulchra; ubi asseram verba Ferrariensis: nam omnia quae adduco ad ostendendum istam potentiam esse vegetalem ex mente D. Thom. (omnia, inquam) probant oriri istum motum secundum gradum vegetatiuum, ab anima sentiente. Quia in hoc loco solum demonstrare esse impossibile, ex Opusculo de Corde, excipere tam varios errores, ut aliqui scribunt.

Eleganter confirmatur nostra explicatio, verbis D. Thom. de Anima, art. 9. (& quod pulchrum existimo, loquitur ibi de motu, quasi audiret sinistras explanationes huius temporis, ad suum Opusculo de Corde dicit ergo: *Anima humana erit mouens secundum id, quod est supremum in ipsa, scilicet per partem intellectiuam; motum autem erit non materia primam, tantum, sed materia prima secundum quod est constituta in esse corporali, & vitali, non per aliam formam, sed per eandem animam. Unde non erit necessarium ponere formam substantialem mediam, inter animam, & materiam primam, sed quia in animali est quidam motus qui non est per apprehensionem, & appetitum, et motus cordis, & etiam motus alimenti, & decrementi, & motus alimentis diffusi per totum corpus, quod etiam est commune plantis; quantum ad huiusmodi motus decrementum est; quod cum anima animalis non solum det id, quod est proprium sibi, sed etiam id, quod est inferiorum formarum, et ex di-*

lli patet, sicut inferiores formae sunt principia naturalis motus in corporibus naturalibus, ita etiam anima in corpore animalis. Unde Philosophus dicit in 2. de Anima, quod anima est natura talis corporis. Et propter hoc operationes anima distinguuntur, in animales, & naturales, et illa dicuntur animales, quae sunt ab anima secundum id quod est proprium sibi, naturales autem, quae sunt ab anima secundum quod facit officium inferiorum formarum naturalium. Haec Diuus Thom.

Potuit è claris explicare, quid intelligat in Opusculo de Motu cordis, quando dixit, esse naturalem, & ab anima sensitua, ut forma naturalis? Nil profecto. Credere igitur debes, haec fuisse sententiam S. Thom. vbi cumque de Motu cordis philosophatur.

Sed dubitabis, quae actio vitalis vegetalis est ista quam appellat motum alimenti diffusi per totum corpus, planis communem? Acne dubitas, sed ausculta. Omnes actiones facultatum ministrantium elegantissimè comprehendit sub illis verbis: Nam quid est traditio? Motus alimenti ad partem viuentem. Quid pulsio? Motus alimenti longè discedentis à parte. Quid est retentio? Confirmatio termini ad quem rei traditio facultate viuente. Quid est coctio? Motus alterationis quo alimentum redditur simile parti conuenienti. Haec omnes actiones sub motu alimenti intellexit, quae etiam communes sunt.

Secundò dubitabis. Quare non enumerabit nutritionem? Respondeo, quòd nutritionem forsitan sub augmentatione intellexit, aut dicendum (& melius) quòd cum ageret de motu, non adduxit nutritionem, quae reducitur ad generationem, quia est quaedam aggeneratio partialis; & ita non continetur propriè inter motus locales, & alterationis.

Tertiò dubitabis circa propositionem octauam. Nam inspectis exemplis in illa propositis, non mirum quòd multi putent, motum cordis procedere ab anima, ut à natura, per quandam proprietatem purè naturalem, quae dicit contingere, sicut motu sursum ignis; & motu ferri ad magnetem: nilque prohibere, quòd anima habeat aliquam similem proprietatem.

Respondeo, quòd ista octaua & nona propositio, parum exercitatis, magnam errandi occasionem exhibuerunt: quia sine ulteriori contemplatione putarunt, verba esse accipienda, ut iacent, sed (ut dixi) ipse

Vota diligenter
ex illa verba
in esse corporali,
& vitali.
Vide quomodo
numeret
motu cordis
inter actiones
vegetales, omnes
vero motus
ne appellans
naturales.

ipse se explicat. D. Thomas, nam supponens, quod actio cordis est vitalis, dicit, quod sequitur ad animam sensitivam, ut continet inferiorem animam, id est, in quantum naturalis, seu vegetalis (quod idem est). Illi autem existimant procedere sicut motu sursum ignis, ita ut exemplum teneat in omnibus. At falluntur, quia exempla illa adacta sunt ad maiorem explanationem: nam sicut motus sursum corporis levis, naturaliter refultat (semoto impedimento) ex vi derelicta à generante, quæ sequitur formam datam: & hæc refultatantia motus ita est naturalis formæ, ut, postea forma, emanat motus, & ablati, auferatur, quia est proprietas, & passio insequens naturam formæ: ita similiter motus cordis refultat ex vi illius virtutis animæ sentientis (& ideo vitalis.) In quantum natura vegetativa corporis, (& ideo etiam vitalis) & emanat, ut passio & proprietas à tali anima; (& ob id etiam vitalis, ut & alie passiones corporeæ animæ) & proximè ordinatur ad causas alios motus vitales subsquentes; & ob hanc usitatum rationem maxime vitalis. Hæc omnia ex doctrina suprâ tradita. Si ergo D. Thomas docet esse actionem vitalem ortam ab anima, ut continet inferiorem, scilicet, vegetalem, quo pacto potest aliquid dubium remanere? Nullum equidem, nam exempla posita nil aliud demonstrant; sed confirmant potius. Quia ferrum (inquit) non ut graue, aut leue, sed ut talem habet formam, fertur ad magnetem, ita motus cordis sequitur ad animam sentientem, ut forma naturalis est, (hoc est vegetalis.)

Conuenit autem formæ illud, quod sibi naturale est, aut ad conservationem, aut ad operationem sibi debitam: atqui forma ferri, & forma magnetis sine dubio dicitur aliquam naturalem connexionem in ordine ad conservationem, unde altera alia indiget, & ex consequenti motu naturali coniungitur: & hoc intelligit D. Thomas, quando dicit: Ferrum mouetur in quantum talem habet formam: omnia enim, quæ mouentur in mundo, quæ habent formam, mouentur, à qua originatur motus, tamen moueri determinatè ad hoc, & non ad illud, semper procedit ex peculiari conditione formæ, quæ rectè se habet cum alio ad quod mouetur. Quæ philosophandi ratio omnibus mobilibus competit, secun-

De Pulsu.

dum gradum vniscuiusque, modo cognoscatur bonum ad quod mouentur, modo non cognoscatur. Idem dico de aliis operationibus debitis formæ, ad quas dicit ordinem connaturalè. Disturbi & contra primi eor, sunt actiones debite animalis, orientur autem ab anima sensitua, per illum gradum, cum quo tales motus habent maiorem connaturalitatem. Cum igitur omnino procedant sine vlla apprehensione, & alia ex parte, & quoad modum, & quoad obiectum, & quoad omnes condiciones requisitas, respiciant rationes animæ vegetatiuæ, neque extra illius genus exeat; constat apertè, oriri ab anima sensitua, non in quantum sensitua, sed ut continet inferiorem gradum, quem in hoc loco appellat D. Thomas formam naturalem, quasi expressè diceret: Motus cordis oritur ab anima vegetatiua, ut eleuatur ab anima sensitua, per continentiam eminentialem. Hæc enim propositio æquipollet propositioni decimatertiz, quam suprâ ostendimus. Nam supposito, quod D. Thomas (cum omnibus Philosophis ante ipsum) formam vegetalem appellat naturalem, & similiter illius operationes, ut iam probatus: dicas (obfecto) vtrum sit aliqua differentia inter istas propositiones: Motus cordis oritur ab anima sensitua, in quantum continet inferiorem naturalem. Secunda propositio: Motus cordis oritur ab anima vegetatiua, seu naturali forma, in quantum eleuatur, & superiori modo continetur ab anima sensitua. Ego solum inuenio discrimen, quia prima propositio (quæ est decimatertia D. Thomæ) loquitur quasi à priori. Secunda nostra propositio eandem veritatem profertur, explicans à posteriori.

Sed iam hic incipit contemplatio de principio formali partiali, id est, de potentia ipsa pulsifica, quam statim aggrediar, si prius dubio illa quædam dissoluam, quæ Suarezius contra doctrinam traditam suprâ insinuat.

Primo, motus incipit extrinsecè: ergo in illo priori non reperitur talis pulsus. Ad quod respondemus, quod licet in illo instanti non sit motus in actu formali, est tamen in actu virtuali: & idem dico ad argumentum de graui generato foras, quod post generationem incipit moueri, nisi impediat.

Secundo potest argumentari ex D. Tho.

C 1

qu

qui multoties loquitur de potētia motiua cordis, quam vocat naturalem.

Ad hoc respondemus, esse istā potentiam vegetatiuā, & merito appellari naturalem modo explicato cū D. Tho. qua mediante eor mouet alias partes, & deriuat ad motum ipsius cordis, tanquam *guz*.

Tertio, si dicas, quod ista reinitia debet esse ciuili ratiōis. Resp. quod licet pulsus fiat per emanationem, potest multipliciter variari *penes* diuersas dispositionis subiecti itaq; emanat pulsus eodē modo quātū ad esse pulsus, sed in hoc subiecto diuerso modo ab alio, quō diuersitate causarū eō curretiū, quæ alterat & mutat: quod similiter contingit in statu præter naturā, quādo tot differentie pulsus apparent.

Quarto, si dicas, quare nutritio, & augmentatio nō tribuantur generati, vt probabat Suarez Resp. Ob id dicitur ratiōe, nempe, quia non sunt simpliciter primi motus, sed secundarij: verō motus cordis est absolutē primus, & sic ipse solus procedit modo dicto, mediante ista potētia vegetatiua (de qua dicemus) sicut motus lapidis mediante grauitate.

Quinto, pueriliter dubitabis, dicēs: Fœtus in vtero nutritur, & cor illius nō pulsatur ergo motus cordis non est primus, sed nutritio. Resp. non posse dare nutritionē fœtus sine motu vitali præcedēti, qui motus, aut erit cordis ipsius fœtus, aut cordis matris per arterias vmbilicales pulsantis itaq; supponit vitalis motus, vt primus: illi autem puerulus aligatur est matri (vt fructus arbori) sicut matris respiratione seruatur, ita & illius pulsus vt semper maneat indubitatum, pulsus antequam omnes actiones viuētis.

Ex his (meo iudicio) patet solutio ad omnia argumēta, quæ edidit S. Tho. facilius motus apparere etiā quōd motus illorū eius mentem perfectē explicauit.

CAPVT III.

De principio formali partiali quō motus cordis.

Omnia quæ supra diximus, nūc cōfirmāda sunt, prolixiō, quōd facultas, quæ in reseruit inter motū cordis & animā, sit de numero vegetabilis (quod magis pertinet ad medicos) simul ergo cū Auicē. & D. Tho. philosophabimur, & pro maiori claritate constituō duas cōclusiones.

Prima, potētia effectiua proxima motus cordis, est vegetatiua, & inter potēntias vi

uentis corporei debet appellari vitalis. Quod si interroges. Estne coctrix, expultrix, aut attractrix, aut alia ex ministrantibus.

Respondet secunda cōclusio: Facultas dilataua & compressiua cordis, est attractrix, & expultrix de numero vegetabilis.

Pro intelligentia istarum cōclusionum primō est norandū, quod nunc diuiscimus, vt rōm requiratur quæ facultates ad pulsus, altera quæ dilatat, altera quæ comprimat (hoc enim sequenti quæstione cōnotabimus) sed inuestigamus vt rōm sit de numero vegetatiuarum.

Secundō norandum est, quod ista actio dicitur magis vitalis, vel minus, prout magis participat de intrinseco, & manifestate organica. Explicatur hoc facillime, nam illas res appellamus viuas, quæ magis conspicuas habent motus, productos à proprio principio, adeo vt Sacra Scriptura res inanimatas appellet viuas, si manifeste moueantur, vt aquas currentes: & sic animal dicimus mortuum, quando nihil habet motum manifestum & conspicuum. Doctrina est satis communis in Aristotele & Dico Thome. Ex hoc sequitur, quod nutritio & alie operationes merē vegetales, quamuis simpliciter sint vitales, non tamē communiter loquēdo appellatur vitales quia nō habent sibi adhærentem motum sensibus manifestum; & ob id D. Tho. & alij Philosophi; vocāt naturā lex, quæ maximē recedat à motu tatingūt enim supremū grauium & leuiū, & infimū viuētium, vt vix verbis S. Dionysij (septius à me citatis) dicentis quōd infimū naturæ superioris attingit supremū naturæ inferioris quo principio inuētis Naturæ motū esse quiter ex abolitione actiōis animalis ad æquā, quæ tribuitur organo adæquatō, non in exactione vegetabilis, quia hæc est obscura & sine motu manifesto, & ob id dicitur magis manifestum, oculū esse mortuū, quā carnē, quia oculū esse mortuū dignoscimus per se ex priuatione actiōis; carnē verō esse mortuā ex accidēte, nimirū ex colore, læt enim nutritio, vt inquit Arist. in lib. de Anima, & 4. Meteo. c. de Partib. similibus. Ex quo notabili sequitur, quōd vitæ pulsus illis appellatur à medicis vitalis, nō nisi quia operatur motu manifesto, & in hoc differt à merē vegetabilis. Dicāt alij Auctores suos cōceptus, scilicet, quōd dicitur vitalis quia seruat vias quasi facultas in tritias hoc etiā non efficeret.)

Ecce iam incipit elucescere quomodo pulsus

pulsus idio sit vegetabilis, nam si non differat à vegetabilis, nisi solo motu, & varietate motus, cõsequens est, ut sit ad huc vegetabilis, elevata tamen ad perfectiorem vitam. Igitur motus, & modus motus cordis, probant perfectionem vitæ intra genus vegetabilium, quod ex probatione conclusionum patet.

Tertio est notandum, quod ista elevatio potentie vegetative necessario contingit, propter eminentes principia à quo originatur, & in quo continetur. Continetia verò est triplex. Nam aliquid continetur in alio formaliter, ut rationalitas in homine, vel emittitur, ut calor in Sole, & Leo in essentia dicuntur, vel eminenter & formaliter simul, ut sapientia divina est formaliter & eminenter in Deo; formaliter quidè, quatenus est cognitio per altissimas causas, eminenter vero, quia sapientia divina non continetur in aliquo predicamento qualitatibus, aut habitibus, sed est ipsum esse divinum, & causæ equivoce vocatur sapientia creatæ. Nunc ad rem. Dicimus enim, quod anima vegetativa continetur in sensitiva eminenter formaliter, istud vero dicimus, eminenter & superius, non quod perfectius est, sed quod in ordine causæ & principij habet communiam perfectionem. Erant enim aliqui moderni credentes, quod quia aliquid est perfectius, ideo debet continere sub se illa, quæ imperfecta sunt. Quæ errorè habuit Gabriel in 1. Sent. dist. 30. q. 1. Sequeretur enim quod homo contineret naturam Leonis: ergo dicimus, quod sensitiva continet eminenter vegetativam, & formaliter simul, quia potest producere quiddam vegetativum, & cum maiori perfectione hæc autem perfectio in potentia pulvisca atreditur penes motum, & penes variationem motus, pro ratione causarum finalizantium.

Quarto est notandum, quod cum motus cordis deberet esse perpetuus, & fundamentum à seorsum petere ab ordine universi, ut fuisse quidam similis motus orbium celestium, nam ut ille est primus, & fundamentum generationis & corruptionis elementorum & mixtorum, ita decebat ut in animali perfectio, in quo colligebat Deus alias perfectiones, reperiretur etiam aliquis motus similis illi nullus autè est, nisi dilataratio & compressio cordis, qui similitur motui circulari in hoc quod est perpetuus durante vita, & in hoc etiam, quod in idem redit à quo incipit, ut oportuit, ut facultas attractiva & expuliva fuissent auxilia huius motus, quia nulla facultas inter viuentes po-

De Pulsu.

test facere illos cõfirmatos motus, nisi illæ.

His suppositis probatur conclusio auctoritate D. Tho. loco supra citato in disputata quæst. de Anima, quem locum citant contrarii in sua opinione. Vbi ponit D. Tho. motum cordis inter naturales, & similitur misceat nutritionem, & augmentationem; quem locum supra ponderavi. Sed non loquatur Ferratenfis, & explicet doctrinam traditam lib. 1. Contra Gent. cap. 97. dicit enim, quod omnes illos motus ponit D. Thom. in eodem ordine, quia omnes in hac communi ratione conveniunt, ut sint motus naturales. Nunc cum motus, qui reperitur in animalibus, distinguitur in animale, & naturalem, in eum, scilicet, qui per apprehensionem & appetitum est, vitæ qui est ab anima sensitiva, in quantum sensitiva, & in eum qui est per formam naturalem, qui scilicet, est ab anima animalis in quantum perfectio. Omnes aliarum formarum inferiorum continentur, motus enumerati non sunt de illorum numero qui animales dicuntur, sed de numero cordis qui naturales. Hæc sicut expressa verba Ferrat. 2.

Ego nunc interrogo, utrum aliquis dixerit, quod nutritio fiat ab anima, ut forma naturalis corporis, & non ut vegetativa? Certe nullus hucusque: ergo facultas pulvisca vegetalis, seu naturalis debet esse in doctrina D. Thomæ.

Secundo probatur conclusio omnibus rationibus supra tactis circa Opuse. de Motu cordis, nisi ille motus est naturalis vegetalis ergo debet assignari potentia eiusdem generis ad illum immediate efficiendum.

Dubium.

Sed difficultas non levis oritur in dictis. Sicut enim in questione de Spiritualibus creaturis, art. 1. ad 4. sic responderet. Ad quartum dicendum, quod anima movet corpus per cognitionem & appetitum: vis autè sensitiva, & appetitiva in animali habet determinatum organum; & sic ab illo organo incipit motus animalis, quod est cor, secundum Arabes. Sic igitur una pars animalis est motus, & altera est mota, ut pars motus accipiat primum organum anime appetitivæ, & reliquum corpus sit motum. Sed quia in homine movent voluntas & intellectus, quæ non sunt alicuius organi, actus motus erit ipsa anima secundum partem intellectivam, motum autem corpus secundum quod, est perfectum ab ipsa anima in esse corporeo.

Sunt expressa verba S. Thomæ & citantur à P. Flandria 7. Metaph. q. 17. art. 9 in Corp. & videntur facis cõtrariari alijs locis

C 1 citatis

clatis ipsius Sancti, & nostræ sententiæ de motu cordis.

Considerandum tamen est quid intendat S. Doctor in hoc loco, ubi (vt existimo) nõ agit ex professo de motu cordis, tanquã de primo, sed de motu animali, qui necessãriõ sequitur ad appetitum, & cognitionẽ tangitur enim in illo argumẽto illa difficul- tas de forma corporeitatis, allerebãt enim quidã, quod anima mouet corpus, corpus autem debet esse per formã corporeitatis tale, vt possit moueri, tanquã distinctum ab anima. Ad illã rationem respondet S. Doctor, quod motus animalis fit ab anima, apprehensione & appetitu præcedẽtibus. Incipit autem hic motus (secundũ Aristot.) à corde, in quo est appetitus & sensus, pars autem mouens est anima, & pars mota est corpus, vt perfectum à tali anima, id est, in quantũ habet esse corporeũ ab eadẽ anima. Et sic nõ est ponenda forma corporeitatis. Vnde satis aperte cõstat, non loqui de motu vitali cordis, sed de animali, quo mouetur animal ex voluntate, aut prosequendo, aut fugiendo, mediante motu locali factõ per musculos, quæ instrumenta imperio volũtatis subiiciũtur. Et sic dicit, quod in homine talis motus fit ab anima intellectuã, per imperiũ, non dependens ab aliquo organo corporeo. Hoc autẽ ne quisquã potest conuenire motui cordis dilatatori, & compressori, cũ sit eadẽ nõ procedere ab intellectu & volũtate. Cumq; Arist. & sequaces illius posuerint omnes animalis potentias oriri à corde, hinc est vt dixerit S. Th. incipere motũ animalẽ à corde. *Quæ sententiã nullo modo pugnat cum doctrina nostra de motu cordis.* Nam vt ponunt Peripatetici oriri à corde sensus & appetitus, & motus animales, ita debent consistere motus vitales priores alijs, vt dictum est, ortum ab alijs principijs, non quidem per sensum, & appetitum.

Sed tertio probatur: Ille motus est primus & radix aliorum, ergo pertinet ad potentia vegetatiua. Probatũ, quia nulla alia est potentia vitalis, quæ sit fundamentũ ad alias vitalitates animales, nisi sola potentia vegetatiua. Hoc autẽ est euidens, cũ corpus sit materia & fundamentũ viuẽtis, vt patet in linea predicamẽtali, ita etiam in ordine vitalitatis viuens est principiu & radix sensitiui, sic vt supponatur prius tanquã fundamentũ. Ergo similiter prima potentia huius sensitiui debet esse vegetatiua tanquã materia reliquarũ. Ergo illi debetur pulsatio, tanquam prima actio.

Si verò interroges, quomodo euzet iste motus reliquos motus; dico quod causat illos in genere causæ materialis, fundãdo vitalitatem, ad quam succedit alia potentia perfectior, y g. sensitua. *Est præterea causat, si virgini genere causa efficiẽtis partialis, tanquã quodam causa æquiuoca, quæ supplet defectum aliarum ex ipsarũ deficientium. Sic enim videmus neque brachium, neque oculum posse percipere suas actiones, nisi etiã concurrat alio cordis suppletis aliquos defectus causarum reliquarum. sicut talium supplet causas mutilas & imperfectas in ipsis inferioribus.* Relinquitur ergo, quod sicut viuens est prius sensitiuõ, ita potentia cordis pulsifica debet esse vegetatiua, quia prior. Sed accedam* nõ ad actus particulares, vel (vt verius dicam) ad terminos cõsequatos, quos medicus cõsiderat.

Quarto probatur cõclusio. Potentiã distinctã per actus, & actus per obiecta, vt docet Arist. 2. de Anima, tex. 2. & Antec. 1. 1. cap. de Virtutibus. Sed virtus vitalis per nullam operationẽ distinguitur à vegetatiua; ergo dicendũ est esse vegetatiua. Prob. minor. Virtus vitalis dilatat & comprimit, sicut mos expellit, sanguinẽ & aerem trahit, & ex illis spiritum generat, ac ad omnia mẽbra distribuit: sed per nullam istarũ actionũ distinguitur à vegetatiua; ergo. Probatũ illa minor à sufficienti partiu enumeratione. Nam sicut cor dilatur & comprimit, aerẽ introducẽs & fumos expellẽs, ita etiã venæ, vel intestina per suas fibras dilantur, & comprimitur, & tamẽ isti motus sunt vere vegetatiui. Neque etiã distinguitur per hoc quod est generare spiritus vitales: nam id diximus in principio quæstionis hæc esse meram cõditionem procedentem à virtute vegetatiua. Solum enim est dubitatio de motu.

Rursus, neque distinguitur hæc facultas per hoc, quod distribuat sanguinem. Nam licet ad membra sanguinẽ expellit hepar (quæ transmissio naturalis est) ita etiã transmissio sanguinis arterialis; ergo à sufficienti enumeratione constat, quod per nullam actionem differat illa potentia à vere vegetatiua.

Secunda conclusio probatur. Per dilatationem mouetur animal imperfectũ ad bonũ sibi propõsitũ, & per cõpressionẽ fugit à disconuenienti, vt per se patet in animali bus terre affixis. Ergo proportionaliter seruat ordinẽ naturę in vegetatiuis perfectis, vt, scilicet, per dilatationẽ vniatur potentia cũ suo obiecto ad implere naturalẽ appetitũ, & etiã per cõpressionẽ fugiat discon-

Opinio Arist. sensum quomodo oriri à corde, hoc pulso possit explicari.

nienso biectū ipsū expellendo. Tunc sic, sed cor arteriæ per suam dilatacionem mouent circa se obiectum, quod intrantur, & per compressionem fugiunt contrarium, sicut facit potentia expultrix, & attractrix plantarum. Ergo dicendum est esse attractricem & expultricem de genere vegetabilium. Probat̃ur istud antecedens vitium. Nam cor & arteriæ per dilatacionem vniunt sibi sanguinem, per compressionem pellunt contrarium & nocuum. Ergo attrahunt, & expellant.

Dubium.

Sed dubitabis, quomodo in corde & arteriis fiat tractio, & expulsio, medijs tantis requisitis, cum magnes trahat & pellat suum contrarium simpliciter tractu. Resp. hoc clarum esse apud eos, qui mirabilem ordinem naturæ contemplantur, quanto enim actio corporalis est eleuatio, tanto plusibus fit instrumentis. Magnes trahit virtutis contractu: Planta per radices multis fibris concurrentibus. Et eodem modo caro animalis. At verò cor & arteriæ, tâquam perfectissima vegetaria, & attingentia animam sensitiuam, exercent tractiōnem & pulliōnē mediante harmonia pulsus.

Dubium.

Dubitabis tamen. Ista tractio non ordi naturæ nutritionem particulare cordis, ergo non est de genere vegetabilium. Probat̃ur anteced. Nam cor nutritur ex peculiari sibi alimento, sanguis verò trahitur solum, vt fiat spiritus vitalis pro toto corpore ergo.

Resp. quòd hæc dubitatio iam pertinet ad questionem Propter quid; quam latius tractabo. Tamen nunc dicimus, quòd etiam in hoc elucefcit eleuatio istius potentia operatur enim propter bonum totius, sicut calum propter bonum inferiorum. Quod nunquam ponit intelligere Galenus; existimauit enim omnes partes sibi solis parare alimentum; ad ceteras verò partes habere se accidentaliter: in quæ errorem incidit defectu Philosphiæ, vt probauit in Opusculo de humoribus.

Dicimus ergo, quòd tractio cordis, quæ fit per pulsū, est per se tractio pro toto; & expulsio est expulsio pro toto. Ex quibus sequitur, quòd sicut ista facultas vnit trahibile, & expellit pullibile, debet vegetaria censeri.

Hæc sunt rationes fundamentales istarum conclusionū, ad quas multæ aliæ possunt reduci, quæ, si respondeamus argumentis, magis clulescent.

CAPVT V.

Respondetur argumentis propositis in principio questionis principalis.

AD primum respondetur, quòd omnes facultates sunt insitæ in suis organis, sicut potentia visua in oculo: essetque in diebutum, quòd ascendat, vel descendat si eultras animalis aur pullifica. Est tamen verum, quòd descendit aliquid requiritum, vt videlicet ad pedem mouendum descendit spiritus animalis, & illustratio aliqua; (opinionem verò nostram circa hunc pūctū vide in Opusculo. de influxibus) & ad arterias communicatur spiritus arterialis, qui si ligetur, amittit optimum modum se communicandi ipsis arteriis. Quemadmodum enim cor, ad hoc vt pulset, est necessarium habere in se spiritum vitalem appropriatum, ita & arteriam. Per calamum autem quamuis transmittatur spiritus, tamen amittitur ille spiritus, qui debet contineri in poris ligatis; & alligata vna parte, inferiores laborant, quia deficit continuatio illa spiritus per poros arteriarum, quæ erat conditio sine qua non.

Præterea dicimus, quòd si volueris defendere influentes facultates, potest dici, quòd ista facultas influit quasi suisset animalis; nam attingit per eleuacionem illi modum operandi animalium. Et sic erit facilis responsio ad argumentum, dicendo quòd ligata arteria non est capax ad recipiendum illum influxum, & ob id non pulsar.

Ad secundū dicimus, quòd facultas vegetatia operatur propter se, & propter aliud: non enim ita infima est, vt non excedat proprios limites; quod manifestè apparet in potentia generatiua, quæ operatur propter aliud à se: cum hoc tamen est simpliciter vegetatiua: ergo & pullifica poterit operari propter totum animal.

Ad tertium resp. quòd cum citissimè nostrum humidum tenuè resoluatur, fuit conueniens, vt citissimè ista potentia moueret, vel pulsaret. Mouet itaque sanguinè & spiritum tantò citius quàm iecur, quantò illud quod debet reparari, est magis dissipabile: iecur enim reaurat terreneum & aqueum; cor verò acreum & igneum.

Ad quartū, iam patet, quòd ista virtus, quia

Contra Ism. Riolanum in sua Pbyssic. cap. 15.

quia est ita perfecta, operatur non solum disposita temperie, sed organo multo disposito. Et sic ego non cognosco quomodo operetur per qualitatem in corpore, ut aut argumentum; hoc enim est falsum. Nam clarum est, quod operetur in medio in strumento corporeo reperato ex elementis, cuius anatomiam satis declarauimus.

Ad quintum respond. quod propter suam perfectionem fuit necessarium organum tam mirè fabricatum. Quod vero dicat argumentum, istam potentiam non vi qualitate elementalī, tam est absurdum, ut nil magis. Quamuis enim potentia sit quantum volueris perfecta, dummodo sit organica, requirit qualitatem elementalem ad operandum. Hoc enim pueris est notum.

Et probatur à Dio. Tho. 3. contra gent. ubi probat idola antiquorum non producere vocem ex se, quia carebant temperie tactus; quid habet vox cum tactu? multum certe, quia nisi partes inferiētes voci habeant temperiem debitam, non poterunt aliquam actionem edere; ista autem temperies supponit tactuam, quia sine tactu nullum est animal, & consequenter nulla erit vox. Dico ergo, quod ista potentia ita quam eleuata vitur calore ad perfectiōnis opus, sicuti & potentia reſtrictes suo modo quia sicut brachiū non moueretur, nisi suppositis suis qualitatibus elementalibus; ita pulſifica. Vnde pueriliter erant, qui dicunt, virtutem pulſificam operari mediā re calore. Aliud enim est operari instrumentis temperatis, aliud operari ipsismet qualitatibus attingentibus opus. Magnum est discrimen, quia producere aliquid medio calore, necessariō infert, produci calorē; ut partes, quæ conficiunt alimentum medio calore: quia calor attingit opus. Sed oculus forsan calcſcit suum obiectum, quando videt? non quidem, & tamen in diger temperie ut videat: idem de pulſifica, nō vitur calore, sed illum supponit in organo. Vide quomodo defectu principio rum, multi non intelligunt, quæ legunt: auferuntur potentias operari calido naturali, & ignorant, quo pacto id contingat, aut de quibus potentis sit intelligendum.

Ad sextum negamus similitudinē, proprie enim loquendo facultas pulſifica nō fertur in obiectum, sed vnit aut pellit, ut facit vegetatiua.

Ad septimum responderet, esse fallacē similitudinē, hoc enim decepit multos modernos. Nam cum videant multas potentias esse similes in operando, credunt

esse eandem. Similiter Potentia pulſifica facit diuersos motus, potentia visiva diuersos colores percipit, ergo potentia pulſifica est animalis. Videte quam ridicula sit consequentia; quasi potentia tractiua naturalis non attraheret diuersa attrahibilia, sicuti oculus videt diuersos colores. Itaque dicimus cor moueri tam vario motu, quia suum obiectum magis varium est & vniuersalius; & cause continentes multipliciter variantur. Obiectum vero facultatis nutritiēs est magis particulare, & circumscriptum.

Ad octauum dicimus, quod illa indiuſibilis contingit propter rationem superius tactam, & propter coniunctionem anime sensitivæ, à qua originatur ista facultas.

Ad nonū patet ex notabilibus quid dicendum sit.

Ad decimū respond. quod ille motus est animalis, quia sequitur apprehensionē. Et sic illa animalia non semper mouentur, nisi quando apprehendunt. At verò pulſus semper fit sine vlla apprehensione, & in hoc distinguitur à motu conchilliorum.

Ad 11. resp. quod agere vehementius, aut debilius, non facit differre istam potētiā à vegetatiuis. Quia etiam potentia ut tractrix merē naturalis, attrahit nunc fortius, postea verò debilius. Quod contingit propter mille rationes, quæ contingūt in causis concurrentibus.

Ad 12. quod facultas vegetalis non agit in quantum potest, sicut elementa, sed eleuatiōni modo. Nam licet forsan eodem hoc habeat, quia solo calore vitur, transformando alimentum; tamen attractrix operatur iam cū motu locali conspicuo, & ob id est magis eleuata. Quare non mirum si aliquando magis, aliquando minus attrahat in bonum appetitus naturalis ad cuius gratiam operatur, & sic credimus esse fallum, quod omnes potentie vegetatiue operentur modo elementalī.

Ad 13. respond. quod plāte caret pulſu, quia caret instrumento & fine; instrumentum autem est cor & arteria, quod solum animalibus perfectis concessum est. Sicut caro est opus potentie vegetatiue, tamē nō reperimus carnē in plantis; quod ob nihil aliud est, nisi defectu instrumenti perfecti & eleuati. Ad auctoritatē D. Tho. responsum est in superioribus.

Ad 15. respond. quod ad bonitatē plantarum sufficit, ut ista perfectio sit illis con nexa virtualiter; valde ergo sunt bonæ in sua

suæ speciei, ad quam pertinebat, ut non pulsarent actualiter, quia neque calidi: actuallem, & feruidum, vel intercalum habent, à quo resoluantur, & sic non indiguerunt ad suum refrigerium dilatatione & compressione, sed per solam trāspirationem ventilantur, habent tamen suū cor, & suas arterias ruditer formatas & immobiles, quas fabricfecit natura, quasi adificens formationem arteriarum animalium perfectiorum. Cor plantarum est in se radices & caulem, à quo pendet suo modo totius plantæ: vita: ergo si demus potentiam vegetativam instrumentum elevarum & finem, operabitur certe, sicut dixi de carne quam facit nutritiva. Conveniebat enim ad ordinem & perfectionem vniuersi illa rerum pulchra varietas.

Ad 16. respond. quod quamuis pulsus variatur, ut conuenit animalibus non ob id oritur ab anima sensitua ut sensitiua, neque est transcendere de genere ad genus. Nam iam probatum est, quod licet attractrix sit mens vegetalis, trahit tamen pro ratione appetitus, qui si facit suuatus, non trahit, aliis semper essent venæ in continua fistione à ventriculo: sicut ergo cum defectus est in partibus; & si non est defectus, non fugiunt (operando naturaliter & in statu salubri) dicitur dicendum est, similiter pulsam variari pro ratione necessitatis animalis, & ad hoc perfectioni modo quæ sit attractio in vegetatiuis. Quod vero dicitur argumentum de motu locali, est falsum. Probatum enim omnes illas facultates vitales in sua operatione habere motum adhaerentem. Tamen si dicas, quod ista operatio pro ratione indigentie ita perficitur in pulsu, ut sit magis conspicua, quam in attractioe venarum, dicam ego quod totum hoc refunditur in perfectionem potentie eleuatae. Cum hoc tamen nunquam procedit ex apprehensione & appetitu, hoc enim erat probandum, ut transscenderet de genere ad genus.

Ad 17. iam responsum est in superioribus.

Ad 18. respond. quod arterie & cor duplex obiectum sibi vniunt, per tractionem scilicet, aerem, & sanguinem. Hæc tamen est differentia, quod sanguis trahitur non solum per motum, ne detur vacuum; sed etiam intercedente similitudine & conuenientia sanguinis cum corde: at vero aer (cum maxime distet à natura viuenti) non trahitur hoc pacto, sed modo quo potuit natura, scilicet, ne detur vacuum, sili-

gines expellit & irata natura, & modo dicto in argumentum. Secundo responderetur, quod attractrix & expultrix imprimunt aliquam vim suis obiectis, & idem facit potentia pulsuifica, imprimunt enim vim sanguini, ut secum veniat tanquam magis sibi simile, & toti corpori & filiginibus imprimunt motum, ut expellantur, ærverò intra, ne detur vacuum.

Tertio respond. (& melius) quod arterie & cor mouentur propter bonum totius animalis; & sic ad istum finem ita perfectè conueniens fuit, ut necessitaretur natura timore vacui, & similis attractione. Et rursum ad expellendum excrementa fuliginosa, necessitaretur duplici ratione. Prima, ne duo corpora se penetrarent, quando comprimantur arterie. Secunda, ut irata expelleret excrementum. Quæ omnes rationes non sic concurrunt in plantis, mouentur enim attractrix & expultrix, attractrix ad conuictionem similis, expultrix ad expulsionem dissimilis.

Quarto subtiliter responderetur, quod appetitus naturalis cordis, est appetitus pro toto, sicut appetitus sensitius ventriculi est pro toto animali; & sic conueniens fuit ut extenderebatur ad obiectum magis vniuersale, nempe & ad trahendum sanguinem, qui est alimentum, & ad trahendum aerem, qui est futurum alimentum. Postquam enim ær mediante coctione miscetur cum sanguine in ventriculo cor dis, verum sit alimentum. Quæ potest dici & defendi non solum ratione vacui, sed etiam vera ratione trahitua attrahi ærem.

Ad 19. respond. quod per pulsam reparatur sanguis arterialis, qui est spiritus vitalis, per respirationem vero ministratur aer; itaque argumentum supponit falsum, scilicet, quod per respirationem reparatur substantia tenuis, non enim reparatur, sed ministratur, radis & incocta. Et sic fuit necessarius ille motus ad hoc ut repararet partes æreas.

Ad 20. respond. quod licet alimentum habeat omnes partes ad reparandum animal, tamen illas non habet actualiter. Hæc autem adualitatem suscipit mediare multiplici elaboratione, hanc verò elaborationem nullum membrum præstat, nisi cor, mediante suo motu & temperamento. Et sic sanguis hepatis non poterit nutrire partes igneas & æreas vsque dum à corde iterum ageretur & elaboraretur. Atque hæc sint satis de ista celebri questione.

CAPVT VI.

*Verum cerebrum moueatur ab impulsu
arteriarum, an verò à pro-
pria virtute.*

Contra ea omnia, quæ superius dicta sunt, maximè vrget argumentum, quod sumitur ex motu cerebri: nam videtur prius in genere motuum animalium, si qui dem à cerebro omnes dependunt: ergo falsum est quod diximus, motum cordis esse primum omnium. Præterea maxima est controuersia ad determinandum, quæ sit virtus motiua cerebri. Vtrū scilicet sit vitalis, sicuti ea quæ est in corde.

Et vr certa ab incertis separemus. Primò, certum est, cerebrum moueri, nã hoc sensus demonstrat. Vulnèratò enim cerebro, effracto craneo, detectis meningibus, manifestus apparet motus, & in puerulis recentè natis apparet arteriis cerebrum, tam conspicuè palpitans, vr ipsa ossa (quæ mollissima eo tempore sunt) inuicibilissime moueantur.

Hoc supposito, secundò certum est, ipsã motum non esse violentum, vr de motu cordis probauimus in prima quæstione: nõ enim erat possibile, vr violentò efficeret petuù, cum opponatur illi quòd secundà naturã est, vr patet ex Arist. secundo de Generat. Destrueret enim ipsam mobile. Cũ ergo videamus cerebrum suo motu conservari, irridendus est quæsiuis dixerit violenter moueri. Dubiũ est ergo, quis motus sit ille, an naturalis vegetatiuus, an animalis, an verò ab aliquo causetur extrinseco non inferente vim.

Primò sic argum. Cerebrũ est principium omnium animalium motuum: ergo & ipsum debet moueri animalis motu. Antecedens probam nemo dat, quod non habet. Sed cerebrum dat motum animalẽ partibus omnibus quæ mouentur ad apprehensionem sensitiuam: ergo & ipsum cerebrum hoc motu animalis mouetur. Hoc est argumentum particulare huius quæstionis, cui potest adiungi cetera argumentorum probantium motum cordis esse animalẽ, quæ possunt requiri ex precedenti quæstione. Propter quæ multi crediderunt motum cerebri esse animalẽ, & arbitrarũ, sicut est respiratio.

Secundò argumentatur. In vertigine cerebri substantia mouetur à spiritibus gyrã-

tibus in modũ gyri: ergo videtur, quòd si datus naturali moueatur cerebrum ab ipsis spiritibus se eleuantibus & deprimentibus naturaliter. Valer cõsequetia, nã si spiritum animalis est potes mouere ipsa in substantia cerebri in statu præter naturã veniginosã, quorũ nõ poterit mouere in statu naturã?

Propter hoc argumentũ aliqui putarũt, moueri cerebrũ, non à propria virtute, sed à spiritibus animalibus.

Tertiò argum. Nõ deceat principium motus moueri magis, quã principium sensus sentire: sed cerebrũ corpus non sentit, licet sit principium sensus: dergo neq; mouetur à se, licet sit principium motus: ergo si mouetur, ab alio motore extrinseco fieri censendum est.

Quarò, si cerebrũ respirat, videtur maximo periculo exposita membrana illa, quæ cum tenuissima sit, impetu acris cõtinuo pollitur diuelli.

Quinò, vtrũcũque omnes, qui reperitur in cerebro, eandẽ habent substantiam & temperiem, id est, se se eundẽ vsum: ergo similis est in vtrũque ut iõ. Sed sic est, quòd tertius & quartus vetriculus nõ mouetur: ergo neq; anteriores sinus cerebri.

Sextò, in vultibus capitis, dretũ cerebro, idẽ rhythmus & proportio apparet in arteriis pulsantibus in brachio & in capite: ergo à virtute cordis, & ab impulsu arteriarum mouetur cerebrũ: nã si hoc nõ contingit, necesse est vr aliquando varietur ille motus, vr vtõ cõterario pulsãtẽ.

Septimò, ille motus ordinatur in cæcè mentorum expulsiõnem & traditiõnem consentantim: sed ista adiones sunt medicantibus fibris, vr patet in corde, & in omnibus partibus vtrũcũque: ergo vbi non fuerit fibræ, non est credendum esse illam dilatationẽ & cõpressionem cõspiciam.

His argumentis à 3. vique in 7. mouentur multi ad dicendũ, motũ cerebri reducendum esse in motum arteriarum. Quam opationem (tanquam Galenicam) tuctur Thomas à Veiga Lusitanus in arte medicinali, cap. 36.

Octavo argumentũ auctoritate Gal. lib. de instrumento odoratus circa finem, vbi inquit: Cerebro natura motum non dẽganit, quo spiritum attrahat ad refrigerationem & nutritionem, & expellat ad extrementorum euacuationem. Hæc Galenus. Et capite 4. cõfundit hũ, inquit: Nam impossibile est cerebrum sibi motum quemdam, cuiusque exiguum præbere, modo in se ipsam, modũ ex se ipso: ita

vt tum cor pressus sit cum seculo contra-
hit, fatis verò cum seculo omni ex parte di-
latat. Hæc Galen.

Nono argumen. nã spiritus ille anima-
lis calidissimus est: ergo indiget refrigerio
& nutritione: ergo conueniens fuit, vt in-
traret aer ad hoc munus adimplendum:
sed videmus, quòd non intrat per arterias:
ergo attrahitur per proprium motum res-
pirationis ipsius cerebri. Ista virtus min.
prob. nam aer intrat in cerebrum per pro-
cessus mamillares, & per os, quod appel-
latur spongij formæ: ergo nõ per arterias.
Pater istud antecedens, nam per eosdem
canales intrat qualitas odorifera, ac ipse
uer. cum odor in aere feratur, ita vt quan-
tumuis odor applicetur naribus, nisi inspi-
retur aer, non odorabimus: ergo per eas-
dem vias feratur aer & odor: sed apertum
est, odorem non ferri per arterias, sed per
illos processus: ergo & aer: ergo respirat
cerebrum: ergo nõ à motu arteriarum.

Totum hoc prob. auctor. Hippoc. in
lib. de morb. sacro, vbi multoties docet
spiritum in cerebrum venire, deinde in to-
tum corpus: ergo opus fuit, vt cerebrum
sibi attraheret aerem per dilatatione pro-
prium, & expelleret per expulsionem pro-
prium.

10. argumen. si cerebrum pulsât pro-
pter arterias, quare non pulsât spinalis me-
dulla?

11. Cerebri substantia distat aliquantu-
lum à dura meninge: ergo non potest mo-
ueri ab arterijs illius tunice. sed à propria
virtute, sicut cor mouetur à propria vi-
tute, licet inuoluatur pericardio.

12. Lien, cum spongiosum sit, non pul-
sat, licet plenum sit magna copia arteria-
ri, nõ quibuscumque arterijs, sed arterijs
magnis, quod docet anatomici: ergo à for-
tiori, si arterie amplæ & magnæ non faci-
unt pulsare membrum blandum & spon-
giosum, multò minùs arterie paruule faci-
unt pulsare substantiam medullarem.
Quòd verò lien non pulsât, sensus demon-
strat. nullus enim obseruauit lien pulsare,
nisi aliquo timore opprimatur, vel alio af-
fectu.

13. Si cerebrum pulsât, quia arterie pul-
sant: ergo & ventericulus, intestina, renes &
reliquæ partes pulsabunt. Pater, quia ubi-
que pulsant arterie: ergo non est dicendù,
cerebrum pulsare ad pulsam arteriarum,
sed propria virtute.

14. Ista virtus non est animalis, neque
arbitraria: ergo naturalis & vegetatiua,

Prob. antecedens, quia si esset arbitraria,
aut animalis, intenderetur, aut remitteretur
motus ad discretam apprehensionem
& appetentiam, sicut contingit in respira-
tione: ergo non est virtus animalis.

His argumentis ab 8. vsque in 14. moue-
tur Andreas Laurentius ad opinandum
moueri cerebrum à propria virtute vege-
tali, & non ab arterijs, licet fateatur se istã
opinionem aliquando deseruasse.

Quid faciendum inter tam varias senten-
tias? Merceus putat esse motum animalẽ
proprium. Veiga, esse motum arterialem.
Andreas Laurentius istorum, sed est
se naturalem & insensum. Nos tamen vide-
mus quid sit magis consonũ philosophiæ
principijs.

Et vt dicam quod sentio, falsa est opi-
nio, quæ defendit motũ cerebri esse à vir-
tute animalis, quod omnibus argumentis,
questionis præterita probauit.

Et ad nouum argument. respond. quòd
non valet consequentia: Tribuit motum
animali: ergo cerebrum mouetur mo-
tu animalis. Tri. dicit calorẽ: ergo habet ca-
lorem, non valet. Nam Sol tribuit calorẽ,
licet illum non habeat, nisi eminenter. Si
cerebrum quamuis tribuat motum, re-
quis partibus (vt putant medici) nõ debet
moueri eadẽ specie motus, sed sufficit vt
habeat virtutem ad motum producendũ.
Similiter non valet: Est principũ linea: er-
go est linea. Pundum enim est principũ li-
neæ, & non est linea, & sic de raultis ex-
emplis. Quare illa consequentia fallax est.

Est ergo controuersia inter alias duas
opinionis, quæ illarum sit verior. Placeat
ergo nunc opinio Laurentis, quæ unica cõ-
clusione conuenitur, quæ talis est.

Motus cerebri sit à propria virtute na-
turali, & non ab arterijs. Hæc probatur su-
prapõsitis argumen. ab 8. vsque in 14. Et
vltimis probatur, nam euidenter conspi-
cimus cerebrum tardius moueri, quàm ar-
terias. Adde vt si tangas pulsam in carpo
manus, & alteram manum ad moueas capi-
ti taceat nati: videbis proculdubio plu-
res pulsationes fieri in arterijs brachij, quã
in cerebro: ergo signum est non moueri
ab arterijs, siquidem non responderet motus
motibus.

Secundò prob. conclusio, quia si resige-
mus arterias, quæ per garter ar. tendit, quæ
soporales non inueniuntur, debent auferri pul-
sus cerebri, aut notabiliter leui: sed hoc nõ
contingit, nam manet illarum motus cere-
bri: ergo signum est non moueri ab arte-
rij,

rius, sed propria virtute. Dicimus itaque, licet cerebrum simuletur cordi, in hoc quod dilatur, & comprimitur, differunt tamen. Nam cerebrum, quando dilatur, expellit: & ratio est, quia porosa est tota substantia medullaris; & sic cum dilatur, cōstringitur pori, & cavitates, & constricōis cavitatibus expellitur fumus & aer. At verò quando constringitur, aperiantur cavitates, quibus apertis necessario intrat aer, qui motus facile apparebit in spongia rotunda, quam si volueris ad extra dilatare, clauduntur cavitates; si verò illam totam claudere in circulum, aperiantur cavitates.

Tertio, probari potest præcedens conclusio omnibus argumentis, quibus probatum est virtutem dilatatiuam & compressiuiam cordis esse vegetatiuam. Excepto illo argumento, quod probabat primitatē motus. Nam illud solum probat de motu cordis. Quòbrē dicimus motū cerebri nō esse primū, sed secundariū. Dico secundariū, id est, qui sequatur ad motum cordis. Fuit casim necessarium, vt anima non immediate moueret partes animales, sed mediantibus pluribus partibus suo ordine concurrentibus. Et sic mouet brachium, medio corde, medio cerebro, & medio musculo ipsius brachij: procedit ergo motus brachij à corde, veluti à prima radice vitali, à cerebro tanquam à causa magis immediata vitali animali, à musculo tanquam ab immediato instrumēto directo ab omnibus illis superioribus causis. Itaque iam per manet motum cordis esse primū omnium. Conueniens tamen fuit, vt inter motum cordis, & motum animale sensitiuum medietate alter motus cerebri dilatatiuus & compressiuius, vt anima eodem modo communicaret suas virtutes, licet non eisdem instrumentis. Dilatur enim & constringitur cerebrum, vt expellat proprios spiritus animales ad sensoria, vt rectè aduertit Gentilis. Igitur, quia cor non poterat facere illos spiritus animales, nec illos distribuere, prouidit natura, vt intercederet cerebrū, à quo hæc omnia bona præstantur. Dixi, non eisdem instrumentis, quia cerebrum sine fibris mouetur, sed opus est, vt argumenta dissoluamus, que incipiunt à secundo vsque in septimum, nam primum iam solutum est.

Ad secundum dico, quòd non valet cōsequentiā à statu præter naturam ad statū naturalem. Fallacia argumenti stat in hoc, quod procedit à non causa, vt causa. Ver-

tigo enim est quoddā symptoma in actiōne lesa sensus & motus deprauati, in quā in modum gyri ægrotans sentit omnes res gyrate coram oculis, & sic cadit in terram. Quod symptoma sequitur ad deprauatam imaginationem, que imaginatur illos falsos gyros, vt colligitur ex Auicēn. lib. 3. fen. prima, tractat. 5. cap. 1. Igitur dicimus, quòd ille spiritus animalis in statu naturali mouetur ad sensoria à dilatāre, & cōprimere cerebro, vt spiritus vitales à dilatante & comprimente corde. In statu verò præter naturam mouetur à multis causis præternaturalibus, vt est videre in dicto cap. Auicēn.

Ad tertium respond. conced. similitudinem, & sic cerebrum maxime proportionatur in motu & sensu, hoc pacto. Tribuit enim partibus motum animale, & tamen ipsum non mouetur motu animalisimiliter tribuit sensum, & tamen ipsum non sentit sensu illo perspicaci, sed aut nullo, aut multum obtuso; sufficiensque, vt excrementa pellat, & alimenta trahat, naturaliter operando, vt ossa.

Ad quartum respond. quòd tenues illæ tunicæ ita valide sunt, vt in maximis commotionibus non rumpantur. Videmus enim in sternutatio (quod symptoma est in adione facultatis expultricis cerebri trahentis in cōcūsum animale motum) nullo pacto rōpi illas tunicas, quāuis magis sit ille motus, diximus in libro de morbo & symptomate, quòd qualis in ventriculo est sanguis, ita in thorace est tussis, & in cerebro sternutatio) imò est in epilepsia, que tam violentos motus infert, nunquam tunicæ ille dirumpit, & os ærum ergo multò minus rumpent, & ab ære naturaliter inspirato.

Ad quintum respond. nego do, quòd non mouentur ventriculi posteriores, nā illud probari non potest. Tamen vt vis argumenti cornuat, concedamus illis, quòd non mouentur manifestè posteriores, & negamus consequentiam. Nō mouentur posteriores: ergo neque anteriores. Non valet, quia in anterioribus recipitur aer, & expurgatur spiritus, & sic magis manifestatur motus in his partibus, at verò in posterioribus porus est, & incidit spiritus, ne que tam conspicuo motu indiget.

Ad sextum negamus experientiam, & in hoc casu dicimus fuisse experimentum falsum. Nam è contrario accidit. Nō enim tam celeriter dilatur & comprimitur cerebrum, sicut arteria in carpo manus.

CAPVT VII.

*Vtrum ista potentia pulsfifica fit vna,
an duplex, altera que dilatat, al-
tera que comprimat.*

Ad septimum respond. actiones illas aliquando fieri motu sibi, aliquando no. Sed autem hic mirabilis ordo, vt aliquando id, quod superius est, attrahat inferius, vt supra dixi. Ergo sicut poterat redire, que sunt in substantia cerebri, solo temperamento vtuntur (in qua re attrahunt infinitas potentias alterationis, que solo temperamento operantur) ita etiam & in tractione sibi caret, vt attrahat cerebri modum trahendi virtutum inferiorum.

Sed pulchrum dubium infirmit, & contra ea que supponimus nam si actio corporalis, quanto eleuatur, tanto pluribus fit instrumentis, quare cerebrum cum nobilissimum sit corde, non vitur sibi, sicut cor, & al' quo amplius?

Hic dubio videtur respondendum, ratio illud communiter receptum, intelligendum esse semper verum de esse totali, non tamen debere intelligi in rigore de quibuscumque actionibus partialibus, nec in quibuscumque instrumentis partialibus; sed adhuc ad perfectionem nature pertinere, vt eadem actiones, aliquando paucis medijs, aliquando multis medijs producat. Explico meum conceptum hoc pacto, quod quanto res corporalis est magis perfecta, tanto pluribus gaudet potentijs & organjs (& hoc dico de esse totali) vt homo, equus, &c. At vero in actionibus, & in esse partiali, non semper tenet verum, quia contingit, vt natura possit aliquam actionem facere multis modis, sicut facit pulsam, & potest facere eadem actionem minori numero instrumentorum, vt in cerebro: hoc tamen non tollit perfectionem totalem subiecti, sed adiuget, quia magna perfectio est, vt in vno animali repetantur tot traditiones differentes. Alia enim sunt membrana, que simplici tractu mouent alimentum, qualia sunt ossa, que magnetem emulantur; alia sibi vtuntur, vt carnes fibrosae; alia sibi, & eum mora manifesto, vt cor & arteria. Restabat, vt cerebrum cum motu, & sine sibi attraheret. Quae diuersitas partialis eleuat, & perficit naturam totalem totius subiecti, & ob id non fuit conueniens, vt cerebrum sibi attraheret. Relinquo

plures alias rationes philosophicas, vt ad alia properemus.

(2.)

Leet multoties in superioribus firmo-
ris decursu discernimus, compressionem,
& dilatationem cordis fieri a facultatibus
vegetatiuis attrahentibus & expellentibus,
ad tamē dispositione indiget.

Et quod sit vna sola potentia, prob. primo, auctoritate Aristot. lib. 1. de motu, 6. c. 4. vbi expressè dicit, facultatem vitalem esse vnam & eandem momentis contrarijs. Hæc auctoritas tantam vim habet apud Auctores antiquos, & modernos huius temporis, vt censant non esse duas virtutes in corde, sed vnam.

Secundo, natura determinata est ad vnam, anima vero ad contrariam: quanto facilitas magis a pura natura dicitur, tanto est a prior ad contraria. Sed facit vitalem dilatat maxime a pura natura: ergo quantum sit vna potentia, poterit contrarias adus exercere: cum conser, maioris perfectionis esse vitæ principij perfectum finem consequi, quam multiplicatione principiorum.

Tertio arguunt, quia cum ista potentia sit animalis, bene potest facere adus motus contrarios, sicut in brachio hinc, quod eadem potentia constringit, & dilatat brachium: ergo similiter vna & eadem poterit dilatare & constringere cor.

Tamen (vt conser supra dicta loquamur) vnam posuimus conclusionem, que talis est: Vna potentia dilatat, quæ est attractrix; altera comprimit, quæ est expultrix.

Hæc conclusio prob. arguitur. Gemellis, quod ipse appellat demonstrat quædam: Potentia distinguuntur per a duas, & actus per obiecta: sed actus & obiecta istarum potentiarum sunt essentialiter differentia: ergo. Prob. minor, attractio versatur circa alimentum inuolutum, expulsio circa excrementum nocituum: sed ista obiecta sunt specie distincta & contraria: ergo & actus: ergo & potentia.

Ad hoc argumentum respondent quidam qui tenent contrariam opinionem, quod ad hoc vt potentia differant per actus, debent esse actus adequati: at verò attractio & pulso sunt actus inadequati, & sic possunt fieri ab vna & eadem potentia.

D Tamen

Tamen eos dicimus, vim argumēti ad huc vrgere. Nam ille actus dilatationis per se, & adequatē est ordinatus in vñōnem vñāliū, quod ita vñāliūm adequatū omnem illam potentiam, vt dilatatiuam, & adequatē terminat illius aduū. Ergo in rigore nō est actus inadeguatus. Idem dicendum est de cōmpressionē & expulsione nocitiui facti à facultate cōsistēte.

Cōstr. quia nō solum obiectū & adus faciunt differētilas potentias, verū & modus operandi. Pater, quia attractiō est motus silicis ad se, id est, ad attractens, expulsio est motus silicis ad aliud: ergo in modo operandi diuerse sunt illæ potentie. Itaque si ambæ actiones componunt pulsū adequatē, id à accidentaliter intelligendum est, pulsus enim est quoddam aggregatū accidentale ex duobus motibus adequatis, & integris tendentibus in sua obiecta essentialiter diuersa. Quare si sunt actus inadeguati, id non per se, sed per accidens.

Tertio prob. conclusio ex ipsis instrumentis. Instrumenta sunt diuersa: ergo & potentie. Sed sic est, quod fibre longitudinales deseruiunt dilatationi, latitudinales expulsionī: ergo sunt actiones distinctæ, quia instrumenta distincta.

Quarto prob. auctoritate Gal. secundo de pēlagatione ex pulsibus, cap. 8. vbi agens de pulsu dicroto, inquit, fieri talē pulsū, decerantibus inter se facultaribus, altera quæ dilatat, altera quæ comprimit.

Quinto prob. quia hæc est differētia inter animam & eius potentias, quod anima semper est in actu, potentie verò aliquando sunt in actum redactæ, aliquando verò otiantur: ergo non sunt conueniens, vt vna potentia fruisset semper in actu secundo pulsandī: sed melius fuit, vt essent duæ potentie, altera quæ dilatat, dum quiescit facultas expulsiva, & e cōtra. Sic enim minus defatigatur potentia, dum vna operatur, altera quiescente.

Hic argumento respondere prædicti moderni, tanquam enutriti solum futūris questionarijs. Er dicunt duo. Primò, quod facultates semper sunt in actu secundo, & ponit exemplū in calore ignis, quod ex se semper est in actu, si approximator calefacibile. Similiter dicunt de facultate vegetatiua & pulsifica. Quæ, quamuis sit animalis in sua opinione, & vna, semper est in actu exercito.

Præterea dicunt secundo, quod quævis illæ potentie pulsificæ essent duæ, vt nos af-

seimus, defatigaretur tamen non in se, sed per consumptionem spiritus vitalis, qui quotidie consumitur.

Tamen hic dicendi modus, ex superioribus, pater quod abutens sit, diximus enim quod potentie vegetatiuæ eleuantur supra elementales. Et sic nō semper omnes sunt in actu secundo, sicut calor ignis. Nā hic est ordo creaturarum, vt viuētes præcellant elementares, & corpora, quæ tantū mista sunt. In hoc enim stat bonū vniuersi, vt dicebat Arist. in Metaphysica, bonū vniuersi est bonum ordinis. Imò superioris probauimus agere vegetatiuus pro ratione indiget. Hoc tamē in præsentia addimus, quod potentie vegetatiuæ, tanquam inferiores respectu sensitiuarum, hoc habent peculiare, vt vna, aut altera, semper sit in actu secundo; itaq; aut attractrix trahit, aut expultrix expellit; non ambæ semper simul, sed aliquando simul, aliquando vna solum operatur, & altera otatur. Potentia verò concoquens, quæ est magis imperfecta, alligatur continuæ actioni, sicut calor quod de potentis sensitiuis nunquam est verū dicere, cum per somnum omnes quiescant ab actu secundo. Quam philosophiam cum isti non videant, putant magnum inconueniens, quod pulsifica, quæ dilatat, otietur, dum altera, quæ comprimit, laborat. Quod tantum abest, vt sit inconueniens, quanto est mirabilis ordo diuinus, vt dicebat Paulus: Quæ à Deo sunt, ordinata sunt.

Quod vero dicunt secundo, virtutes non defatigari nisi in instrumentis, rectè dicunt. Et ob id asserimus nos, otari vñā aut alterā facultatem, vt reparatur quoad pulsū instrumentum, ipsum autem non solū est spiritus, vt ipsi dicunt, verū & fibre, quæ omnia in quæribus reparantur, & dum vna illarū otatur. De qua re postea agem.

Ad argumenta respond. Ad primū, quod ibi Auen. loquutus est genericè: nam sic vna est illa potentia, at verò specificè diuersæ sunt.

Ad secūdu respon. cōced. antecedēs, loquedo de natura, quæ nō est, animata, quāuis acurè philosophatēs inuenerunt parurā non esse determinatam ad vñā. Sed cōcedamus illis antecedēs. Ad minorē tamē respondemus, illā distinguendo, sed facultas vitalis distat maximè à pura natura, ita vt sit animalis, negamus. Distat enim à pura natura, ita vt sit vitalis motiua: & sic neque potest vna specie facere duos motus contrarios, quia nō tantam perfectionem instrumenti consequuta est, & ob id fuisse necesse.

necessariae duae potentiae alligatae duobus instrumentis.

Ad receptionem iam responsam est, non esse animalem iam responsam est, non esse animalem. Adhuc tamen in praesenti auctoritate Avicennae loco citato, qui dicit, quod ista virtus similatur animalibus in modo motu. Quibus verbis duo significat: & quod non sit animalis, quod tam demonstravimus in precedenti quaestione; & quod assimilatur illi in modo motu: & relictis alijs rationibus dicit esse similes, quia sicut virtus animalis una est illis, dilatat, & comprimit brachia, ita vitalis movet cor, & arterias, una est illis generat, ut declaravimus. Atque haec breviter de hac difficultate sint dicta.

Sed solent dubitare aliqui circa praedicta, quia non videtur, quod dilatativa sit tractrix vegetalis, nam trahit aerem, & sanguinem; per autem videtur obiectum alio modo trahere, qualis residet in membris respirationis. Secundò, sunt duae actiones distinctae, aeris, scilicet, tractio, & sanguinis; quod videtur inconueniens.

Sed respondeo, omnibus vegetabilibus, esse concedendam virtutem tractricem eius quo debent conservari. Sed in plantis uno modo, in membris animalium alio modo, & in corde adhuc superiori ratione. Plantae trahunt suum exalium alimentum, sed etiam aeris transpiratione occulta feruntur, quis probabit, non allicere aerem animalium carnes alimenta trahunt, sed etiam aliosum aliquid quo feruntur, & illorum partes tenues saltem qualitativè reficiant. Sed quando omnia ista gratis neges, tamè negari non potest, cor & arterias aerè allicere, aut per se primò, ut sibi familiare & necessarium, aut consecutivè necessarium. Atque tam superius obiectum videtur aer, ut trahatur, considera etiam virtutem esse superiorè, & perfectiorem alijs sui generis. Operatur enim per motu localem mixtum: ut cito, & necessariò intrent trahibilia ad finem adimplendum in hoc autem similatur motui respirationis.

Neque vilium est inconueniens, quod potentia dilatativa sit una, & actio eius sit una; & tamen effectus & passiones sint plures; una passio recepta in sanguine tracto, & alia in aere. Bene enim potest esse una actio, & duplex passio. Nam & actus demonstrativus est unus, & tamen est receptio in intellectu, & cum hoc est augmentum habens; ita ex parte trahentis est una actio, & ex parte trahibilium duplex passio.

De Pulsu.

Sed antequam ab isto puncto discedam, *Gentilis 2. p. 1. cap. 1. art. 1.* operari potest est animadvertere, quid Gentilis sentiat, attentè enim legentibus illius opera, apparet difficultas, aut contradictio non levis. Quia supra in probatione nostrae conclusionis, dicebamus ex Gentile, esse demonstrabilem dilatativam inter tractricem & expultricem, ob rationem ibi datam. Alta tamen ex parte probat dilatativam & compressivam cordis, & arteriarum fieri ab una sola facultate, in ista sententia, cap. 2. de pulsibus in universali, dubio 4. circa finem huius verbi: Duo motus cordis sunt ab una, & eandem virtute, quod probatur, quoniam una virtus per se intendit unam finem; scilicet una consecratiorem: ideo est una virtus à qua procedunt illi duo motus, scilicet distantes, & syssoles: & illi motus ambò proprie trahuntur motui circulari, quantum non sit perfectus motus circularis, &c.

Potest ergo aliquis nobis objicere, quia probavimus supra praedictam conclusionem, argumento Gentilis, cum ipse contrariam tenet. Dico ergo, quod adduximus rationem illius, quae probat diversitatem tractricis & expultricis membrorum, & adaptavimus nostrae conclusioni, quia dilatativa excedit tandem actum & obiectum habet, ac tractrix membrorum. Et arguimus eum, quod probat in vegetativis probat in pulsatibus. Ad opinio Gentilis / exultationis via tantum esse politivam facultatem / est illi, & contra rationem philosophicam, & contra Galenum. Quod ostendo, respondens ad suam satis acerbam rationem, & ex sequentiis.

Quia (ut probavi in Opusculo de potentia) non specificatur potentia, & illarum actus ab obiecto, aut sine medio & remoto, sed à proximo & immediato. Omnes nostrae potentiae & actiones tendunt ad summum bonum, tamen sunt hunc finem habent, non ob id sunt causae, dem species, quia specificantur per suos actus, & obiecta immediata & proxima. Et miror, quod subtilissimus Gentilis tam facile obsequentiam Dilatativae & compressivae cordis ordinantur ad consecrationem animalis: ergo cum habeant hunc finem suum, procedunt ab una potentia. Dico ita: Omnes actus vitales, aut animales, aut vegetales, imò & intellectuales, ordinantur ad perfectionem & consecrationem hominis: ergo omnes sunt ab una potentia. Videns quomodo aliquando bonum

ut ad hunc
m. h. m. m.

huc dormitet Gentilis? Et quanta diligentia sint legendi Auctores? Ergo ne in tantum errorem deveniamus, dicendum est, esse vnam virtutem ad dilatandum, & aliam ad comprimendum, suis actibus & obiectis proximis distinctas, conseruationem vero esse vniuersalissimum finem, & quasi transcendentalem.

Postquam ad declarandam questionem, Quid sit, adduximus pulsi definitionem, & eius occasione materialem & efficientem causam declarauimus; operæpretium est, vt antequam ad questionem, Propter quid, accedamus, aliquid disputetur de partibus ipsius pulsus. Conspicit enim dubitatio.

CAPVT VIII.

Verum omnes partes pulsus sint actiones à facultate procedentes?

MITONES diximus in superioribus, pulsum esse aggregatum accidentale ex quatuor partibus, scilicet, ex dilatatione, & compressione, & ex quiete interna, & externa. Et hoc etiam docebat noster Auicenn. in hoc cap. I. de pulsibus, quod interpretabimur.

Dubium est ergo: vtrum omnes istæ quatuor partes sint actiones procedentes à diuisis facultatibus. Et primò videamus quid dicendum sit de motibus. Secundò, quid de quietibus. Et licet videatur vna questio, cum iam probauerimus, ad vnumquemque motum vnam fuisse determinatam virtutem in corde, tamen adhuc aliqua sunt argumenta, quibus moti fuerunt aliqui ante Galen. vt contrarium sentiant.

Et primò argument. Quando aliquod corpus grane dilatatur, ita vt ascendant sursum, videmus quòd propria grauitate descendit, & contrahitur, sine hoc quòd sit necessarium ponere facultatem videntem, sed quòd & arteriæ sunt corpora grana: ergo possunt proprio pondere contrahere.

Secundò prob. quòd dilatatio non fiat à facultate, quia quando aliquod corpus durum & sensum comprimitur, redditur ad pristinam distentionem, vt est vi-

dere in virga dura non vtridè, quæ si inuentur, postea ipsa dilatatur impetu quodam sine noua facultate: ergo similiter eor & arteriæ, cum sint corpora fibrosa & dura, post compressionem tenduntur, & à seipsis dilatantur.

Confirm. ex Galen. secundo de motu musculorum, vbi facit comparationem inter motum thoracis, & pulsum, & dicit esse similes motus. Sed sic est quòd thorax proprio pondere condecit, vt fiat exspiratio: ergo similiter in arterijs contingit.

Sed his non obstantibus, conclusio nobis constituitur certa. Tam dilatatio, quàm compressio sit à prædictis facultatibus vitalibus, & non à firmitudine, vel grauitate. Hanc conclusionem tenet expresse Galen in lib. de vsu pulsuum, c. 5 & 7.

Et probatur in hunc modum: Si arteriæ dilatantur à propria firmitudine, & stabilitate, sequitur quòd in vno subiecto nõ possint esse maiores dilatationes. Hoc est contra experientiam: ergo probatur sequela: quia cum firmitudo arteriæ eadem sit, necessarium est, vt omnes dilatationes essent æqualis magnitudinis. Sed hoc est falsum, quia experimus, quòd calore adauso fit magna dilatio, & ad pensum caloris fit maior, & maior: ergo falsum est dicere, quòd dilatatio præcedit à firmitudine ipsius arteriæ; nam hæc vnum & eundem terminum semper debet habere.

Ad hanc nostram probationem respondet aliqui, quòd motus localis dupliciter potest esse maior altero, vel quia transcendit ad vltiorem terminum ad quem, vel quia incipit à longiori termino à quo. Et sic quamuis iste motus localis dilatationis non transcendat terminum priorem ad quem, potest tamen incipere à longiori termino à quo, & sic vna dilatio erit maior altera.

Tamen nos dicimus, quòd argumentum probat de termino ad quem. Nam in augmento caloris experimus vnam dilatationem esse maiorem alia, & hoc fieri nõ potest propter terminum à quo longiorem, sed quia extenditur arteria ad vltiorem terminum ad quem.

Simili ratione vsus est Gal. ad probandum contractionem fieri à facultate: nam non potest assignari ratio, cur vna sit maior altera. In pueris autem & senibus constat hoc aperte, nam in pueris maior est compressio, quia maior necessitas expellendi fuliginis. At vero si comprimerentur arteriæ, propter solam grauitatem,

et quocumque loco descenderent, semper perveniunt ad eundem terminum ad quem, respectu cuius debemus attendere maiorem, vel minorem compressionem.

Secundo prob. conclusio, quia si dilatio fit à similitudine, & constrictionio à gravitate, non est cur per varietatem causarum varientur pulsus.

Tertio prob. (vt respondeamus tacite obiectioni) quia licet in rebus naturalibus, quando vnus motus est naturalis, oppositus est præter naturam; tamen in viuis tibus perfectis possunt vni parti duo motus contrarij contingere, propter diversitatem potentiarum & instrumentorum.

Quarto & vltimo prob. quia si vterque motus non fit à facultate, non potest fieri rhythmus. Est autem rhythmus proportio temporis dilatationis ad tempus constrictionis, quæ proportio variatur variato vsu: experitur enim solo crescente calore celeritatem fieri dilatationem, contractionem verò non ita celerem, ergo sequitur, facultates horum motuum autores esse.

Sed potest quis arguere in hunc modum. Demus, quod arteriæ sint sicciore & firmior, tunc proculdubio fiet celeritas dilatatio, & variabitur rhythmus.

Propter hoc argumentum aliqui expli-
cant istam doctrinam hoc pacto, supponē-
do (ex Gal. lib. An. sanguis in arterijs con-
tinetur) quod arteriæ sunt caue, vt in se tā-
quam in quibusdam ductibus contineant
naturaliter spiritum arteriale. Hic ergo po-
nunt terminos naturales motus, dicendo,
quod canis existens naturalis dilata-
tur arteria ad certum illum terminum na-
turale ad quem. Dilatur, inquam, ab ipsa
facultate, adiuvante membri natura. At ve-
rò quando cause præter naturam concu-
runt, v.g. vsus necessitas, tunc dilatur ar-
teria à facultate vsque ad vltiorem ter-
minum, quamvis repugnet membri natu-
ra. Idem dicunt de contractione, fieri, sci-
licet, à facultate, adiuvante natura mem-
bri, & terminari ad terminum ad quem
naturalem ipsi membro. Si verò moueatur
arteria vlterior, tunc talis terminus adqui-
ritur facultate movente, quamvis arteria
repugnet.

Ponunt itaq; duos terminos ad quem.
Vnum, qui est naturalis ipsi cordi & arte-
rijs, qui consequitur simul à facultate &
gravitate, & duritie membri; alterum,
qui sola facultate consequitur, quamvis sit
præter naturam ipsi membro, in quantum
gravi & duro.

De Pulsu.

Sed iste modus dicendi improbabilis
est, quia sursum & deorsum dicuntur par-
tes respectu vniuersi: ergo cum videamus
arterias moueri ad latera sursum & deor-
sum, respectu vt ioculi (quod contingit ma-
tata solam positione ipsius subiecti) pro-
culdubio non est dicendum moueri sur-
sum & deorsum, tanquam ad terminos sibi
naturales.

Vt tamē soluiamus argumenta, notandū
est, quod quando aliquid corpus flectitur
& incuruatur, & postea redit ad antiquam
directionē, vt videmus in arcu; debemus
intelligere, quod ille imperus quo redit, nō
est cōmunicato à cōprimete. Quod prob.,
quia ille motus requirit causam positiuā,
at verò cōprimens cessat ab actione cōpri-
mendi, quæ positiua quædā est. Et sic pos-
sumus dicere, quod ille reditus debetur
motui cōmunicato à quibusdā partibus
in alias, resistendo comprimenti, ita vt to-
ta illa astituitas positiua reluceat in abien-
tia comprimentis.

Ex hac doctrina patet, quā futiliter phi-
losophantur, qui tales terminos machinā-
tur in motu arteriali. nā si cor & arteriæ ha-
bēt aliquē terminū certū suæ firmitudinis,
ad quem redeant, hoc non est nisi ex solo
imperu quem recuperant partes, propter
suam resistentiam effectiuam. Sed hoc est
falsissimum: ergo dicendum est, à sola facul-
tate moueri. Prob. ista minor, quia licet il-
la doctrina vera sit in virga dura aut in ar-
cu, est tamen falsa in motu cordis & arte-
riarum: nam ram cōpressio, quā dilata-
tio sūt à principio interno vniuersi: ergo im-
plicat, quod à aliquo termino sit violentus,
& quod repugnet arteria taliter, vt postea
redeat à proprio principio grauitatis mo-
ta. Igitur omnis terminus motus arteria-
rum adquiritur ab ipsis, tanquam motus à
principio efficiens interno. Et sic ad nul-
lum terminum est repugnantia, neque vio-
lencia.

Ex his manet apertum, quid respondē-
dam sit primo & secundo argumento. Cū
firmatio verò petit illam difficultatem de
motu thoracis in compressione, nō fit à
propria grauitate thoracis. In quare aliqui
etiam putant moueri thoracē à propria gra-
uitate. Et fundant suā opinionem in dicto
Gal. loco citato, vbi insinuat fieri illū mo-
tum nulla facultate agente, imò appellat
motum similem decidentis. Ponit enim
differentiam Gal. inter reclinare & decide-
re, vt est videre loco citato, & in lib. de dif-
ficultate respirations.

D 1 Sed

Sed ista opinio falsa est. Quod patet: arguimus supra positam: nam contradio thora-
 cæ actio quædam est positiva an malis
 ergo non fit à sola cessatione actionis fa-
 cultatis, quia nullum positivum fit per se à
 privatio. Neque dicendum est, quod mo-
 uetur à gravitate positiva, quia talis mo-
 tus semper deberet esse deorsum, ut per se
 patet. Quare dicendum est, facultatem
 medijs musculis thoracem comprimere,
 quod Gal. mirabiliter docuit in illo parvo
 libr. de causis respirationis prope medijs,
 ubi postquam dixerat, quomodo esse in res-
 piratione consideranda (Nam aut inspira-
 tio est violenta aut non violenta: & simili-
 ter expiratio potest esse violenta, & non
 violenta) inquit, quod inspiratio non
 violenta fit medio septo transverso: vio-
 lenta verò fit medijs musculis humerali-
 bus; & internis existentibus inter medias
 costas. Eodem pacto expiratio non violenta
 fit à musculis superioris ventris, violenta
 verò fit à musculis externis costarum
 medianum. Hæc Gal. Quo in libro docet
 instrumenta particularia esse destinata uni
 cuique motui thoracis. Quod per libros
 de usu partium, & de administratione ano-
 to-demonstratione confirmat.

Ad secundam partem questionis acce-
 dendo, maiorem difficultatem videtur ob-
 tinere, vitium quietes (siquidem à nostro
 Antic. in ista sen appellantur partes pul-
 sus) sint procedentes à facultate vitali per
 aliquam actionem eius positivam. Et vide-
 tur quòd non; quia quies est privatio mo-
 tus: ergo non potest procedere per se ab al-
 qua causa positiva: ergo non fit à facultate.

Sed contra istum modum dicendi est
 conclusio desumpta ex Gal. in lib. de mo-
 tu musculorum primo, & in lib. de tremore
 & palpitatione, in quibus locis docet,
 quòd quiescere est agere: ergo similiter di-
 cendum de quietibus pulsus. Probat autem
 Gal. suam sententiam, differentia ad-
 ducta inter mouere & agere. Dicit enim,
 quòd aliud est agere, aliud mouere: nam
 aqua, quæ in aere stat non mutans locum,
 æquidem agit, non tamen mouetur. Idem
 contingit, quando habemus brachijs disten-
 tum & rigidum sine loci mutatione, nam
 tunc operatur facultas vitæque musculis
 distentis, quibus non mouetur Itaq; ex do-
 ctrina Gal. valet consequentia: Mouet, ergo
 agit non tamen è cõtra: Agit: ergo mouet.
 Idem probat Gal. auctoritate Hippoc. in li-
 bro de vulneribus capitis, ubi inquit Hip-
 pocr. malum esse in vulneribus (præsertim

cranium) stare, sedere, ambulare, bonum
 verò esse quiescere: si ergo quietes, quæ cõ-
 sequitur ad motum animale, sunt actio-
 nes facultatis animalis, quorum vitales
 non erunt actiones facultatis vitales.

Secundò prob. conclusio. Tunc, quæ
 consumitur in his quietibus, non est lem-
 per simile, sed pro ratione indigentia ad
 quam ordinantur, al quando est breue, ali-
 quando longum: ergo signum est, quòd
 sunt propter eundem finem, propter què
 fit motus: ergo sunt ab eadem facultate
 operante propter talem finem.

Sed notandù, quòd ista quies pulsus cõ-
 sideratur dupliciter: vno modo prout pri-
 uatio quædam est præcedens motui. Alio
 modo sumitur positivè, prout idem est
 quòd esse, aut detineri in loco, & in hoc vi-
 tium sensu, quantumvis probaueris esse
 cessationem motus, habet tamen coniu-
 ctam positivam actionem facultatis vita-
 lis. Quod ut demonstrares, recordare quòd
 detineri in loco, nil est aliud, quàm perma-
 nere in ubi; & hoc est positivum: ergo fit
 ab aliquo principio, nam entitas finalis, &
 prob. nam ubi est prædicamentum reale:
 ergo eius possessio est quid positivum: ergo
 productum ab aliquo principio, non
 à gravitate attrita: ergo à principio vitali.
 Secundò probabis efficaciter quietes fieri à
 facultate, si incipias arg. questionis primæ,
 quando probavi fieri à facultate dilatatio-
 nis, & contractionem, & non à gravitate.

Sed ut hæc doctrina usque in rem, ve-
 get argumentum valeat: Actio non potest esse si-
 ne mutatione, sed quando quiescit arteria,
 ibi nulla est mutatio: ergo neq; actio, ma-
 patet ex Arist. li. i. phys. c. 3. ubi docet actio-
 nis & mutationis idem fieri secundò rem.
 Minor prob. quia quædo arteria detinetur
 in quiete, eodem modo se habet ac antea:
 ergo non mutatur.

Ad hoc argumentum aliqui variè respon-
 dent. Nos tamè dicamus, quòd magis em-
 soni videtur philosophia: negamus itaq; il-
 lam a. o. t. quòd non reperitur actio sine
 mutatione, & quòd actio sit mutatio: hæc
 enim est propositio in rigore falsa. Proba-
 quia cõservatio est actio, & tamè multo-
 ties fit sine mutatione subiecti, v. videmus
 in aere illuminato, cõservatur enim huius-
 per continuam actionem luminosi. &
 tamen nulla est in aere mutatio. Patet,
 quia aer non se habet aliter quàm prius
 in alio tempore illuminationis, neque
 aliter quàm in primo instanti illumina-
 tionis: ergo non omnis actio est mutatio:
 eodem

eodem pacto sibi omnis passio est mutatio, quia iste effectus illuminationis in aere quodam passio est ipsius aeris dependens in quantum passio ab ipso passio, non quidem passio noua, sed continuatio prioris passionis. Ad hoc autem, ut aliquid sit sine alio, sufficit, ut habeant distinctas formalitates. Nunc in forma ad argumentum respondemus, dicendo, quod in quibus cordis & arteriarum proprie loquendo) est aliquid, quae est consensatio à facultate vitali, nam cum esse ibi tanquam in loco sit quiddam effectus realis dependens à facultate in esse & in consensatio, necessarium est, ut per eandem actionem, per quam producitur vbiarteriarum, per eandem actionem continetur illa vbiactio in tempore.

Ad argumenta contraria facile respondeatur, nam iam probauimus cum Galeno, quod quies non semper sumitur pro priuatione actionis, sed pro quodam agere taliter, querendo, (ut sic dicam) & essendo in loco, & hoc positum quoddam est, & ob id dixit Arist. naturam esse principium motus & quietis, vbi intelligimus, quod natura est principium positum, causarum effectuum posituorum; aliquid vero non possunt credere, quod corpora naturalia, quando quiescunt, aut aliquid, quia, se licet, ibi nullum est passum. Sed iam ad hoc responsum est. Dicimus enim, nullum esse inconueniens. Nam eadem facultas motus, quae mouebat lapidem in centrum, eadem conseruat illum terminum in quiete, per actionem quietantem. Idem prorsus dicendum est de corde, & arterijs. Igitur id est subiectum motus, & termini, in eodem enim recipiuntur.

CAPVT IX.

An Auicenna recte dixerit, pulsus esse ex quietibus compositum.

Dicit Auicenna, in hoc capite, pulsus esse compositum ex duobus motibus, & ex duabus quietibus, quasi sententiam transulit Auicenna, ex multis Galeni locis, praecipue ex 4. de Differentiis, puls. cap. 5.

Pro parte vero negativa argumentatur auctoritate Galeni lib. 1. de Diff. puls. cap. 20. & lib. 4. de Diff. puls. agens de diffinitione Zenonis, & lib. 1. de Difficult. respir. cap. 2.

Sed expressè loco citato de dignoscendis pulsibus haec verba proponit: Quae de

pulsus partibus principibus d'cedenda erant, penè iam percurramus. Nam dicit, quod reliquae sunt per accidens potius, non proprie nec per se partes pulsus sunt, atque externa, & interna quies.

Ergo ex Galeni manifestè colligitur quietes esse partes ex accidenti, ob eam rationem, quam adhibet Auicenna, quia natura cum non possit continuare duos motus contrarios, admittit illas quietes.

Secundo argumentatur: Si quietes sunt partes essentialis pulsus, sequitur, quod nullus pulsus possit existere sine illis, sed in pulsus dicorato, ut inferius videbimus, non reperitur quies, ergo non est pars essentialis & per se ipsa quies.

Sed pro huius dubitationis claritate aduertendum est. Primum, quod Galenus agit de dilatatione & compressione, tanquam de partibus & principibus & essentialibus pulsus, adeo ut si inuenitur aliquid pulsus, qui habeat contractionem magnam, non appelletur magnus, nisi simul etiam habeat magnam dilatationem: est enim pulcherrimus modus philosophandi Galeni in lib. 3. de Caus. pulsuum, cap. de Pulsu ex formo, vbi non audeo appellare pulsus magnus quando sola contractio est magna. Quam doctrinam (meo iudicio) potuit sumere ex Arist. 5. Phys. vbi ponit Philosophus differentiam quandam, et possumus facere bonam denominationem: est accidens enim potest esse duplex, nam vel ita conuenit vni parti, et non possit conuenire alteri, et finitas est accidens solius nasi, excitis solius oculi, &c. In his itaque accidentibus denominatio succedit toto ratione partis, & sic appellatur hominem encum, & similia, verò quando accidens conuenit omnibus partibus, non potest denominare totam, nisi omnes partes attingat, et homo, licet habeat diguum sanum, non ob id appellatur sanus, nisi omnes partes sanae sint, quia sanitas omnibus partibus conuenit: ergo cum Galenus vidisset istam doctrinam, noluit appellare pulsus magnus, illum qui in sola contractione habet magnitudinem, nam magnitudo accidens est, quod in vtraque parte pulsus potest reperiri; & sic nisi dilatatio & compressio fuerint magnae, non potest appellari pulsus absolute magnus. Hoc dicit, ut videat is quomodo Galenus praecipuas partes pulsus considerauit.

Secundo est uerandum, quod hic non loquimur de quiete, ut dicit priuationem, nam in hoc sensu non potest esse pars aliquis compositi, licet sit principium generationis.

rarietas illius), sed loquimur de quiete, prout dicit arteriam esse in loco, & ibi detineri.

Tertio est notandum, quod tunc dicimus quietes esse per accidens, quando tantum sunt ad discontinuandos motus contrarios; tunc vero dicimus esse per se, quando intenduntur à natura, non solum propter dictam causam, sed propter aliquam finem determinatum.

His suppositis fit conclusio. Dux quietes non sunt ex accidenti, sed partes per se & essentielles pulsus.

Probatur primò, ex precedenti questione, nam quietes sunt à facultate operante propter eundem finem: ergo non propter discontinuandos motus contrarios; ergo sunt partes essentielles. Probatur, quoad primam partem, ex precedenti discursus quoad secundam, est communis omnium medicorum sententia, quod sicut dilatatio est propter refrigerium caloris nativi, ita & externa quies: & sicut compressio est propter expellendas fulgines, ita & interna quies.

Secundò probatur conclusio: Quoniam si quietes solum essent ad discontinuandos motus contrarios, proculdubio semper essent modi eiusdem, neque in uno tempore maiores, in alio vero minores: sed constat variari quietes secundum tempus pro finis necessitate; ita ut quanto maior necessitas est refrigerii, tanto duret magis arteria in quiete externa; & quòd est maior necessitas expellendi fulgines, tanto duret magis arteria in quiete interna: ergo dicendum est istam varietatem procedere per se à facultate agente propter finem per se.

Tertio probatur conclusio, quia plurima signa sumuntur ad cognoscendas affectiones cordis & arteriarum, ex differentiis sumptis à quiete, ut ex crebritate, & raritate: ergo quietes non sunt accidentales partes pulsus. Reliquum est, ut contrarias obiectiones dissoluamus.

Ad primam responderetur, quod quando Galen. dixit, Partes esse per accidens, non intellexit per accidens, ut distinguitur contra per se, sed ut distinguitur contra per se primò. Quod voluit significare Gentilis in hoc loco, dicent, intendi quietes ex necessitate finis, licet non intendatur de intentione prima natura, sed de intentione secunda. Et hoc pacto explicandum est nosse Auicem. in presenti. Melius dices, quòd dixit, per accidens, considerans solum motus contrarios: ut si inspiceret pulsus, ut pul-

sus est, tantum abesse, quòd natura non intendat quietes; quinimò videtur, quòd quietes per se primò intendantur; motus vero ut medium, nam in quiete finitur natura suo fine, quem per motum intendebat.

Ad secundum argumentum dissolventium, est necessarium disputare illam physicam questionem, utrum duo motus contrarij possint continuari sine quiete. Quæ disputatio necessaria est ad intelligendam naturam pulsus dicroti. Quam licet expositores Auicem. tractent in hoc t. caput. nos tamè est in suo proprio loco examina- bimus, agendo de crebritate & raritate.

Nunc ad argumentum dico, sufficere, quòd arteria sit in loco, modo sit per insians, modo temporaliter, nil interest: hoc enim consequitur in omni pulsus, & hoc sufficit ad hoc, ut quies intendatur per actionem nature. Si verò interroges duo, primam, quare non ponitur quies in distinctione pulsus?

Secundam, cum dixerimus multoties pulsus esse motum, & tendentiam quandam, quare nunc interferimus quietes, tanquam partes essentielles, videtur enim implicatio, quòd sit tendentia, & quòd habeat quietes?

Responderetur ad primam, quòd sub illa particula (ex diastole, & systole compositus) intellexit Auicem. quietes, tanquam contingentes motus, quamvis reuera intendantur à natura tales quietes.

Ad secundam iam multoties diximus, pulsus in suo proprio significato, ut pulsus animalis est, dicere aggregatum ex quatuor dictis partibus: si verò aliquid diximus esse tendentiam, id sunt, quia precipua pars illius in motu consistit, aut quia totum illud aggregatum simul cum quietibus consideramus esse quandam tendentiam, & actionem terminandam in perfectione animalis. Sed iam satis de ista difficultate disseruimus.

CAPVT X.

Supposito, quòd quietes pulsus sunt actiones vitales, queritur, Utrum fiant à particularibus facultatibus diuersis, sicut & motus?

Hercules Saxonius reijcitur.

Sed dabitur. Utrum sicut constitutus cum Galeo, quandam facultatem, ad dilata-

dilatandum, & alteram ad comprimendum; ita debemus ponere aliam ad quietem externam, & aliam ad internam: & ita erunt quatuor facultates ad pulsum efficiendum. Hercules Saxonius ita certe opinatus est, sed non probat suam sententiam. Poterat tamen adducere omnes nostras rationes, quas in Opusculo de Facult. in specie proposuimus ad probandum esse potentiam dilatantem ad retinendum, contra illos qui illam cum trahente confundunt sed ille Autor nil horum olfecit.

Ad nos autem pertinet explicare, Quare condensimus potentiam retentricem ad continentium alimentum in suo debito loco, partibus applicatum; & non asserimus similiter, esse potentias determinatas, ad quietes cordis, & arteriarum efficiendas. Primo, quia cum dilatata arteria, spiritus vitales applicentur partibus, ut alimenta attracta ad bonum partium, necessarium videtur, ut aliqua potentia totum illud detineat, & arteriam & languinem arterialem, sed dilatatio id non valet efficere, quia est per se loco motuosa; & si relinquatur, nunquam cessaret a motu, ignorat enim arterias quietare: ergo alia potentia ponenda fuit, ad faciendas quietes.

Secundo, quia cum teneamus cum S. Thoma & Avicenna virtutes pulificas esse naturales; consonum est, ut de illis philosophemur sicut de aliis naturalibus: ut igitur ponimus potentiam retentricem, quare non erit ponenda facultas quietis arteriarum? Contrarium vero esset dicendum, si ista facultates essent animales (ut multi opinantur) nam sicut non dicimus esse peculiarem virtutem ad continentium brachium in situ tonico, sed per eandem virtutem motuam animalem, quae mouebat, detinetur: ita dicere debent quae pulsum a sensitiua, ut sensitiua est, procedere continentur, quietes non fieri à diversa facultate, sed ab eadem quae fecit motum.

Sed nos qui contrarium defendimus, debemus explicare, Quare in naturalibus signamus facultatem retentricem, & in vitalibus pulificas nequaquam.

Dico, quod quando aliquid ex necessitate naturae, ad bonum illius consequitur, non est necessarium ponere facultatem peculiarem ad talem effectum, quia iam natura inuenit modum quo talis effectus resultaret, non enim ad leuitatem produciendae, ponimus aliam potentiam praeter causam, ob nil aliud, nisi quia naturaliter consequitur leuitas ad calorem: cum

igitur inter illos motus pulsus intercedere debeat quies (quia contrarii sunt) nec eorum mobile impulsum, aut agitantem ad vnum terminum possit redire, aut recte illi sine aliqua quiete; hinc est, ut non sit necessaria noua potentia ad quietes. Attende (obsecro) quid dicam: considera quod arteriae & cor à diuisis facultatibus contrariis agitantur (ut supra probatum est) debet ergo vna vincere aliam, ut incipiat motum toto ergo illo tempore quo durat se in fibris equalitate ex parte vniuersae, debet necessario dari quietes: & ob id non requiritur noua facultas, vnum enim contrarium, antequam vincat aliud, debet ad aequilibrium virum cum altero conuenire, & sic ista equalitate, necessario adesse quiescens non, vsque dum maior ex vna parte alius gat virtus: hoc igitur contingit in motu cordis, siquidem componitur ex tractu & pulsu, mediantibus quibuslibet. Ex quibus sequitur, non esse necessarium facultatem ad quietes faciendam, distinetam ab illa, quae motum efficit siquidem sufficit, quod virtus compressum à suo sine peculiaris existat & expellendum, scilicet, fulgillum insurgat ad rapiendam arteriam contrarium (ut sic dicam) virtutis dilatationis: ita qua pugna debet necesse accidere equalitas & quies, vsque dum victoria appareat, quae philosophandi ratio probat efficaciter in presenti, ubi agimus non de causis violentis, sed de causis naturalibus pulsus: quid vero in pulsu discreto dicendum sit, postea videmus esse rationes dubitandi soluendae sunt.

Ad primam subtilem certè respondeo; magnam esse differentiam inter inter vegetales potentias, & pulificas, nam praeterquam quod istae sunt superioris perfectionis & eleuationis (ut supra probatum est) etiam modus operandi est distimulus, quia & finis est altior, nam facultas nutritio desiderat alimentum adhaerens, & diu quietum, ut illud possit coactare: unde indigni facultate retinente (non enim album finem habet, nisi transmutare sibi appositum) quia si non quietaret alimentum, sine dubio periret vacuus, deficiente nutritionis.

At in pulsu diverso modo contingit: nam finis nature est conservare dispositio nem vitalem; haec autè duplici modo firmatur (non vno) traditione aeris, & pulsione humorum: quae duo cum velocius debent fieri, ne animal incendatur, aut suffocetur, fuit necessarius duplex motus localis dilatans,

rationis, & compressus, & ex consequenti, mediæ quietis. Itaque non est idē prorsus obiectum facultatis retentricis, & quietantis arterias: nam quāto magis retentrix termet, melius finis, conuersionis alimenti consequitur. At si facultas quærens arterias pericurrat in aliqua quiete, frustratur finis, nam aut suffocaretur animal, aut ignesceret; ita ut ad nutritionem oporteat detineri alimentum: tamen ad attemperationem oportet vnum post alterum motum subsequi, breui quiete interueniente, ut fruatur natura bono temperationis.

Nunc ad formam argumenti, aduerte quid dicam. Duo reperies in pulsu, motū, scilicet, & quietes arteriarum & cordis, & præter hoc inuenies secundū illud, quod per ista duo resultat in vniuersibus partibus. Ad hoc secundum deuenio; applicatur partibus sanguis arterialis, in quo aer, & selectæ portiones sanguinis, tanquam ex quodam rauulo, qui fluit & refluit, per suam virtutem trahicem sumunt quod possunt: cor & arteriæ nullam aliam curam habent, nisi tam viuificam substantiam ad limina omnium partium proponere; ipsæ sibi consulant partes, fruuntur, & adquirent quod poterint; & vrantur suis facultatibus: nam cor & arteriæ statim discedent ab incepto motu, ut nouum conducant: ita ut arteriæ & cor non habeant pro munere detinere in partibus illud, quod distulserunt, nisi solum dum durat quietes necessariæ pro munere vniuersali.

Aliud verò, quod continetur in argumento, falsum est: nam potentia dilatatiua non semper dilataret, habet quippe suum præfixum terminum motus, quo transacto redit ad compressionem mobile ab altera facultate morum: imò existimo, quòd licet nullus fuisset ventrius motus contrarius, detineretur arteria (idem dico de corde) quia habet determinatū vbi, in quo sistat; & determinatum spatium, quod pertranseat; & determinatam virtutē ad hæc tantummodo: ergo non semper esset in motu, sed quiesceret necessariò in suo termino.

Ad secundam obiectionem dicimus, quòd licet facultas pulsifica sit naturalis vegetalis, est tamen ita eleuata, ut operetur quasi animalis; & ita non indiget alio principio, quòd detineat arterias; sed ipsa quæ mouet dilatando, tener arteriam in illo vbi, ad quod peruenit, vsque dum vincatur ab altera quæ comprimit. Imò ad

hanc quietem temporalem efficiendam, non erat necessarium eleuationē ponce facultatis pulsificæ; nam contraoperantia inter duos motores contrarios, est causa alicuius quietis ante consueuam victoriam vnius, quòd est commune omnibus motoribus, aut naturalibus, aut animalibus; & ita superfluum est ponere nouas facultates. Hærculis ergo opinio de terenda est.

CAPVT XI.

De causa finali pulsus.

EGimus de causa formali, & materiali, quæ erant intrinsecæ, & de causa efficiendi, quæ est extrinsecæ superest, ut disputemus de altera causa extrinsecæ, quæ finalis est, quibus absolueretur tota questio. Propter quid, & remanebit perspicua definitio pulsus. Qui attentè has nostras legerit lucubraciones, videbit apertè nullā esse in illis contradictionem, sed aliquando rigore physico dictos vno modo loqui, aliquando verò medico more, minus stricte disputare. Hoc dixim propter præsentē difficultatem, quam supra ex mente D. Tho. contra Suarez tetigimus: modo verò discutere oportet, quid considerent medici circa causam finalem pulsus.

Diximus statim in principio huius tractatus, pulsū habere duos fines; alterum primarium, qui est vbiatio cordis & artenarum secundum partes alterum secundarium, qui est temperatio caloris, & generatio spiritus. Sed illud intelligimus, non ut pulsus est, sed ut quidam motus localis, in quo conuenit cum omnibus motibus localibus terminabilibus ad locum. At postea rem iam penetrantes, & metaphysicè loquentes, dicebamus finem primarium pulsus, esse reliquos motus animales, & tunc considerabamus pulsū, non ut motum localem absolute, sed ut primum motum vitalem. De qua re abun- de disputatum est. Nunc verò agere intendimus de causa finali secundaria, quam medici contemplantur, & claritatis gratia prius agemus de causa finali dilatationis, & contractionis.

(3)

De causa finali dilatationis & contractionis.

CAPVT XII.

Verum pulsus ordinetur ad conferuandum calorem mediante aere frigido attracto, & expulsis fuliginibus.

PRO parte negativa est argumentum. Conferuatio fit similibus in gradu & qualitate, sed aer, qui attrahitur per dilatationem, non est similis in gradu & qualitate, cum frigidus sit, ergo potius corrumpet calorem cordis: ergo nequaquam conferuabit. Maior, & min. sunt notissime. Consequenter recte inferitur, quia conferuatio contrariis motus est corruptio.

Ad hoc respondent alij nostri temporis calorem naturalem temperari non tam corrumpi, sed contra istos est euidens coniectura. Temperari ergo remittitur remittitur, ergo qualitate corrumpitur, nil enim est aliud temperari (formaliter loquendo) quam per contrarium remissio: ergo dilatatio non attrahit aerem, ut conferuet calorem, sed ut remittat, & aliquem gradum tollat, sed hæc nullo pacto potest dici conferuatio, ut patet ex natura conferuationis: ergo non attrahitur aer, ut conservetur calor naturalis.

Secundo argum. si aer trahitur propter cordis refrigerium sequitur, quod qui laborat in temperie frigida cordis, non indiget pulsu. Probat. Non indiget refrigerio: ergo neque pulsu. Patet, quia potius indiget calefaciente, ut ad suam naturam reuertatur, & nullo pacto indiget refrigerante, à quo eadem in mortalem frigiditatem deducitur: ergo pulsus non habet pro fine conferuationem cordis, mediante refrigerio.

Tertio argum. respiratio est propter eandem finem propter quos & pulsus, ergo respiratio tollit necessitatem pulsus.

Quarto argum. contractio non est propter expellendas fulgines, ergo alium finem habet. Probat. antecedit, quia si fulgines ventilatione auferantur, sed ventilatio exerceatur sola dilatatione, & aeris impetu: ergo non est necessaria contractio propter dissumptionem.

Pro claritate huius questionis primo est notandum, aliquos opinari non remitti calorem ab aere intrauere, quia cum videant conueniri, nunquam possunt intelligere quo modo remittatur. Que opinio falsa est, ut probat supra dictum argumentum; nam est impossibile, quod approximatum contrarium non remittat pulsus. Nec tunc fieri dicitur, quod aer accedit remissus à partibus peccoris alteratis, nam quomodo cumque accedat, non accedit ita calidus, sicut cor, & necessario remissum remittit intentionem.

Secundo notandum est, alios esse, qui dicunt in corde esse quandam feruorem, qui si non conspiciatur, in magnum aerem exeret incendium: conspiciatur autem per aeris afflationem, non aliter ac feruens aqua detumescit si aerem insuscessum, quod autem feruor magnus sit in corde, colligitur ex Gale. 2. de Viupart. & ex Aristot. lib. de Motu & vita, ubi ait in corde esse animam ignitam, igitur ut iste feruor non ascendat ad maiorem intentionem, dispensat eam ra aeris refrigeratione qua descendat. Itaque dicunt illi, quod nil aufertur de calore cordis, sed conspiciatur feruor ille, nam si remitteretur calor cordis, proculdubio laboraret interperie frigida morbosa, quod est falsum.

Tamen ista opinio in idem incidit inconueniens, nam aer qui attrahit esse frigidus: appropinquatus, non tollit ut tollat feruorem verum, ut remittat calorem, ergo remittit.

Sed contra istos opinantes, & pro veritate huius questionis sit conclusio: Dilatatio ordinatur in cordis refrigerium. Probat. Ordinator in approximationem aeris ad cor: ergo in refrigerium. Patet, nam impossibile est, quod agens potius praesens diffusionibus non agat in pulsus successum, sed aer potest remittere calorem cordis, & est approximatus: ergo remittit, ergo dilatatio, qui est aeris tractus, ordinatur in refrigerium. Tunc si dicitur illud tale refrigerium est simpliciter necessarium ad vitam salubriter degendam, imò & ad ipsam vitam: ergo ad illud tanquam ad finem dilatatio tendit.

Secundo probatur conclusio, quia calor noster continet in multis conditionibus, imò forsan in omnibus, cum igne qui de passetur combussibilibus (quamuis Galen. in lib. de Marafino contrarium videtur sentire, sed nunc de hoc non disputamus. Satis sit conuenire calorem nostrum cum igne

igne elementato in conditione, de qua
nunc disputatur) sed sic est, quod omnis
ignis elementatus indiget refrigerio quo-
dam, et conservetur; ergo & noster ignis,
qui est in corde.

Sed dices, Quomodo est possibile, quod
ignis eget refrigerio? Respondetur, quod
ignis iste mixtum quoddam est semper ex-
citans fulgines, sit in quacumque mate-
ria, quam tu volueris. Iste ergo fulgines af-
ficiunt ignem, quadam qualitate fulgi-
nosâ, igitur aer frigidus temperat & tol-
lit istam malam qualitatem fuliginosam;
& sic solemus ignem conservare cineribus
cooperatum, non multis, nec multum
induratis, ut per cineres, qui rarissimi sunt,
intret aer ad dictum munus adimple-
ndum; intret tamen remissus, ne extinguat
ignem, defensione enim illi cineres, tan-
quam thorax in animalibus; ergo aer tol-
lit calorem cordis fuliginosum, non ta-
men illi qui naturalis est; & ob id conse-
rvatur in sua naturali moderatione.

Ex quibus patet, quomodo destrua-
mus fundamentum quoddam cuiusdam
opinionis huius temporis: putant enim
quidam ex defectu refrigerii ascendere
cor ad maiorem calorem tanquam à re-
mouente prohibens, & sic omnem febrem
(quantumvis intensam) esse naturalem, quia
omnes illi gradus sunt naturales ad quos
reducitur cor ex sua natura ablati re-
frigerante. Sed illi falsè existimant re-
frigerari cor ab aere, ita ut amittat aliquem ca-
lorem nativum, non enim amittit, nisi il-
lum qui continuè procedit ex fuliginibus,
& sic conservatur in suo statu naturali. Si
verò refrigerium tantum non sit, ut ille ca-
lor fuliginosus auferatur, tunc cause cali-
dæ intendunt propriam actionem & exci-
tant febrem. Et sic calor febrilis extraneus
est à causa propria calida productus.

Sed dices, Quomodo est possibile,
quod ignis ignescat à fuliginibus, cum nil
sit calidius igne; & quo pacto cor, quo nil
est calidius in corpore, potest calefieri à
fuliginibus, quæ sunt in his calidæ? nam
neque agens potest producere intensio-
rem gradum illo quem habet, neque pas-
sum potest suscipere, nisi illum quem
non habet; sed sic est, quod cor est ca-
lidissimum membrum, ita ut omnia, quæ
sunt in corpore, ab illo calefiant: ergo im-
possibile est, quod calefcat à fuliginibus; et
ergo ex sua natura recuperat tantum calo-
rem, & non ab alia causa per se.

Ad hoc satis diffusè responsum est

superioribus annis in *traç. de Febri. Nunc*
dico breuiter quomodo debeat intelligi
illud cordis refrigerium. Dicimus itaque,
quod quando comparamus calorem no-
strum cum igne, loquimur de illo igne quo
vitur, non de illo puro qui nullas facit
fulgines, quia suam materiam non ca-
lescit, ut rectè inquit Aucrotes. Loquen-
do ergo de illo igne inferiori, abique du-
bio indiget aeris afflatu, ut conservetur;
nam id sensus demonstrat. Præstat au-
tem aer duo, quæ fulgines tollit, quæben-
do illis vias per quas tendant in supe-
riora, & præterea temperat illum malum
calorem, quem ipsæ fulgines poterant ge-
nerare, & sic conservatur ignis in illo te-
nere qualitate, & in eodem splendore;
qui duo effectus respondent illis duabus
commoditatibus quas præstat aer; quæ
duo propriissimè credo in nostro corde
contingere.

Neque obstat argumentum, nam quan-
do calor habet secum malum quendam
modum, & contrarium naturæ passî, so-
let induci, quamvis non sit ita intensus, v-
g. accedat serpens, & communicet anima-
li vnum gradum caloris, febricitabit pro-
culdubio animal, ut probat Gentilis, quia
extraneus est ille calor, quamvis non in
gradu; ergo similiter dico, quod per aerem
temperatur ille malus calor fuliginosus,
qui propter malum modum potuit cor-
di à hærere: idem potest dici de igne illo
elementato. Tamen si non ita volueris
philosophari, poteris dicere, fulgines, &
alios humores putridos esse calidiores cor-
de, & hunc calorem intensum recuperasse
se ex propria forma, à forma enim potest
diminuatè intensior qualitas, quàm fuit
necessaria pro prima introductione, ut
aer generatus ex aqua, à se ipso adquirit
vltimum gradum humiditatis: ita excre-
menta, quæ calefaciunt eor, generata fue-
re à minore calore; ascenderunt tamen
postea ad maiorem calorem sibi naturalem;
& ita potuerunt calefacere cor. Et sic po-
test calefieri cor ab illis rebus præternatu-
ralibus; quod enim communiter dicitur cor
esse calidius, interpretandum est, quod nil
sit inter nostri corporis membra, quod ab ip-
so tanquam à calidissimo membrum
calere. Non tamen loquuntur medici
de eo de respectu humorum præternatu-
ralium, aut excrementorum. Sed de huius
re propriam caput sic rursus Opuscul. de
S. cœdure.

De igne illo materiali dicitur, quod non
habet

habet tam intensum calorem in omnibus suis partibus sicut purum elementum: nec enim mixtum quoddammodo sic potest acquirere in quibusdam partibus calorem intensiorem quam obrem si in una particula habet calorem suum, in aliam poterit induci calor ille fuliginosus; & sic prout natura, ut confenserit nostrum incrementum ignem, & exteriorem illum quo videtur fulgines auferri mediante aere, ne suffocetur; temperat, ne cito exhalet, & hoc modo potest satisfieri prout dubio, quo dabitur utrum fulgines possent calefacere cor.

Manet ergo apertum, quod fulgines possunt extrahere coram gradu & in modo, & quod illi qualitas auferri potest per aeris applicationem. Sed rursus ingenium non quiescit, & argumentatur sicut libe modus quem habent fulgines (maiori ex parte) nullus alius est quam siccitas: sed illa non potest tolli, nisi per humiditatem: ergo cor non potest ventilari, nisi aer sit frigidus & humidus.

Ad hoc respondeo, quod aer tepore quodam virali disponitur in thorace antequam ardeat cor, nam cum calor thoracis humidus sit, sicut & omnium viventium, ut probat Hipp. lib. 1. de Diata, etiam hoc facit aerem, quae qualitas tanquam naturalis facillime ab aere suscipitur, & sic accedit aere ut alter dispositus, ut omnem effectum fuliginosum depellat, sicut illum qui tam leuiter cordi adheret. Igitur dilatatio adiuncta est ad refrigerandum calorem fuliginosum, & pellendum illum modum contrarium naturae, qui in siccitate solet consistere. Quomodo si ne siccitate alias etiam malus modus potest fuliginibus coniungi. De quo puncto alibi.

Ad primum argum. dico duo. Primum, quod calor cordis, & aliarum partium debet habere certam mensuram: causa vero illa, quae promouit eius augmentum, & quae auferit illud insensibile, quod est productum, dicitur reuera conseruare: quoniam in doctrina Galeni causa conseruans auferit vitia insensibilia per contraria tamen.

Dico secundum, quod in nostra mixtione etiam sunt partes frigidae, quae respondent elementis frigidis, & illae indigent sua conseruatione, ne ignescant, quem finem adimplet aer sua qualitate quod potest, siquidem producit frigiditatem in nobis.

De Pulsu.

Ad secundum, quid respondet quod quando cor laborat intemperie frigida, dilatarur non ut refrigeretur, sed ut expellat fulgines: nam cum non possit compelli, nisi prius dilatetur, hinc est, ut necessario aer succedat: quod in pulmone frigidum etiam contingit, siquidem dilatarur thorax, & trahit aerem, ut expellat fulgines per compressionem. Itaque inferitur ex ista responsione, quod dilatatio in refrigeratis caetero propo. sine siquidem solum fit propter compressionem. Tamen hic respondendi modus mihi non placet, nam (ut docet Galen. 1. de Locis affectis, cap. ultimo) in aliquibus morbis animal inspiratione priuatur, quod esse impossibile secundum istam opinionem.

Praterca, quando est magna copia fuliginum, est necessaria magna & celeris compressio, & ex consequenti debet dilatatio variata quod tamen esse saluum docet expressè Galen. lib. 1. de Praefatione ex pulsibus, cap. 4. ergo male dicunt isti, dilatationem fieri propter compressionem, siquidem ad compressionis varietatem, non variatur dilatatio: ergo in frigida cordis intemperie non fit dilatatio propter compressionem.

Respondendum ergo arbitror in refrigeratis dilatationem propriam finem obtinere. Ut enim iste ignis quo stimur, cum forsan iam iam exstinguitur, ventilatione reaccenditur, & reuiscit: sic etiam calor cordis quando frigeat, reaccenditur aeris accessu. Haec doctrina colligi potest ex Galeno secundo de Praefatione ex pulsibus, cap. 1. & lib. 1. cap. 4.

Sed potest quis obijcere, non esse similem rationem inter ignem, & nostrum calorem. Et probatur: Ignis reaccenditur per ventilationem, quia in noua materia forma producitur, vel quia fumus, aut aer ingreditur per poros substantiae igneae, & fit flamma: sed sic est, quod in nostro calido hoc non potest contingere: ergo. Patet ista minime, quoniam neque noua pars cordis calefacit à nouo calore producto, neque aliqua aerea substantia penetrat per poros, ut incendatur: ergo dilatatio in refrigeratis non fit, ut reuiscat calidum nostrum.

Respondetur, quod reaccendi (proprie loquendo) non est, ut visus per argumentum, nam sequentes proprietatem feruoris, reaccendi, et iterum accendi. Vn-

de

de pater, quod reaccendi non est ignem generari in nova materia, ut putabat argumentum, nam in illa non erat antea ignis; ergo implicat quod reaccendatur. Quamobrem quando in vna parte materie præterat ignis vividus, & per aliquam causam ferè exinguitur quando causa illa aufertur, & ignis ex proprio & intrinseco principio reducitur ad pristinum statum & splendorem, talis actio dicitur reaccessio. Ita calidum nostrum dicitur à Galeno reaccendi per ventilationem, quando, scilicet, aufertur impedimentum, & statim ipsum cor reducitur ex propria natura ad antiquum calorem. Cum ergo refrigeratum cor non solum accevet fuligines, (quod necessarium est dum vivit) sed fuligines crassas, & densas; hinc est ut indigeat aeris imperi, qui illas tollat, ut pusillus calor nativus, & sensuetur, & reaccendatur, semoto impedimento.

Præter dictum finem, alium cognoscit Galenus, qui per dilatationem consequitur, scilicet, spirituum animalium reflationem, quæ, quamvis cor sit refrigeratum, maximè necessaria est.

Ex quibus facile colligitur quis sit finis dilatationis & compressionis. Constat enim inrer omnes dilatationem fieri ad aeris tractionem, compressionem ad pulsionem fuliginum; nam per dilatationem est maior capacitas vasorum & pororum apertio, per compressionem verò angustatur capacitas, & clauduntur pori: ergo à posteriori colligitur, factos fuisse istos motus ad attractionem aeris, & pulsionem excrementorum: & ex consequenti ad conservandum calorem naturalem animalis.

Ad tertium argumentum ex his constat, quid dicendum sit. Nam cum omnes partes corporis non possint fieri beneficio respiracionis, conveniens fuit, ut per pulsum ventilarentur. Totò respiratio non est sufficiens ad refrigerandum cor ipsum, nisi fieret pulsus, quia per respiracionem intrat aer ad pulmones.

Rursus cor attrahit ipsum mediante dilatatione. Cum enim sit membrum, ita calidissimum, oportebat, ut propinquius accederet aer; quæ ultima approximatio fit per dilatationem: quamobrem ad argumentum potest concedi antecedens, & negari consequentia.

Ad quartum dico, quòd licet per

solum separationem fuliginum, tanquam à remouente prohibens cor temperaretur à principio intrinseco, hoc tamen fieret paulatinè. Sicut videmus in omnibus his, quæ reducuntur ad pristinum statum, ut in aqua, cum à se ipsa ingefcit. Multa autem incommoda sequerentur ex hoc, quòd tanto tempore esset cor calidum præter naturam, neque enim salubriter animal viveret. Et sic oportuit, non solum à proprio principio, verum ab extrinseco ventilante temperari, quàm citissimè.

Sed potest aliquis dubitare, quid dicendum sit de arteriis existentibus in partibus profundioribus corporis, & de illis, quæ maximè remota sunt à corde, & à locis respiracionis. Verum, scilicet, trahant aerem, cum nullus sit ibi aer quem alliciant.

Respondetur, cum doctrina expressa Galeni libro tertio de Naturalibus facultatibus, capite decimo quarto. Vbi ex professo docet à quibus partibus arteriæ trahant. Nam dicit, quòd arteriæ, quæ sunt propè eorum, attrahunt externum aerem sibi vicinum; quæ verò sunt propè cor, trahunt ab ipso corde; quæ tamen in profundioribus locis collocantur, cum neque à corde, neque ab ambiente aere possint attrahere, trahunt tandem halituosum vaporem ex ipsis venis cum quibus habent mutuas anastomosis, siue transcolationem. Hanc etiam doctrinam confirmat Galenus in libro de Vsu pulsuum, cap. 5.

Sed contra istam responsionem, fieri potest argumentum. Nam sequitur ex illa, quòd arteriæ profundiores non habeant in sua dilatatione eandem finem, ac reliquæ arteriæ, quæ sunt propè cutim. Probatur sequela. Nam illæ arteriæ profundiores, per dilatationem attrahunt vaporem calidum sanguinis; ergo non attrahunt propè refrigerium.

Præterea secundò argumentatur contra eandem responsionem, & probatur, quòd arteriæ, quæ sunt inxta cor, non attrahunt à corde. Nam valvule cordis clauduntur in dilatatione; ergo nil potest exire in arterias. Sunt enim quædam portæ ad hunc viam destinatæ, ut explicuimus superius agentes de materia pulsus.

Ref-

Respondetur ad primum, quod quamvis vapor sanguinis sit calidus, non tamen potest calefacere spiritus vitales, imò illos temperat, & remittit: nam remissum remittit intensum, ut potest colligi ex Galeno libro sexto de Usu partium, capite vigesimo primo, ubi docet (exemplo posito in fetu) à venis transmitti vaporem, qui tantisper recreat, & refrigeret arterialem spiritum, est enim minus calidus vapor ille, præsertim, quòd cum potens sit suo impulsu separare fulgines, meritò potest attrahi, huius finis gratia.

Ad secundum responderetur, quòd licet ille visus sit valvularum, tamen illud intelligitur postquam perfectè sunt clausæ. At verò in ipso actu dilatationis nondum perfectè sunt clausæ, & sic potest aliquid à corde in arterias derivari per arteriarum dilatationem, quod sufficit ad illam ventilationem.

Rursus dubitari potest, hoc pacto: Cum vacuum non sit possibile in natura, Dubium maximum est: Cum comprimuntur arteriæ, tunc non comprimuntur caro, neque descendit ad descensum arteriarum; quid ergo est, quod possit implere illam capacitatem, quæ est inter carnem, & arteriam compressam?

Præterea idem interrogatur de corde quando comprimuntur. Non descendit cum ipso tunica illa pericardium, neque reliquæ partes comprimuntur; quid ergo est, quod implet illud modicum inter cor & pericardium?

Ad hoc responderetur, quòd post compressionem factam, capacitas illa, quæ remanet inter arterias & carnem, repletur spiritu vitali & sanguine arteriali postea verò, cum dilatatur arteria, ille spiritus & sanguis penetrant per poros carnis, ut illam substantiam nutriant, & conservent: quando verò comprimuntur cor, illam capacitatem implet aer rarefactus. Dico rarefactus, nam aer per dilatationem, & in illo ingressa inspersibilis verò qui in compressione resisit inter cor & pericardium, reducitur ab intrinseco ad raritatem propriam, quæ ibi potest obtinere, & sic occupare potest maiorem locum.

Ex dictis poterat dubitare, vtrum per eosdem poros & vias fiat expulsio inutilis, & attractio utilis? Diximus enim

De Pulsu.

attrahi aerem, & expelli fulgines.

Respondetur, quòd nullum est inconveniens, ut per easdem vias fiant illæ actiones, cum in diversis temporibus, id faciliè possit præstare natura. Præterea in eodem tempore, & per eandem viam, potest fieri pulsio & tractio, nam fiant à duobus facultaribus distinctis, & via, per quam fit, est diffusibilis, & extensa, & ideo nullum est impedimentum, quia non se impediunt mobilia. Et sic non permittitur vile cum inutili. Doctrina est satis nota ex Galeno, de Facultaribus naturalibus cap. 15. & ex Aristotel. lib. de Motu & vita.

De causa finali utriusque quietis.

VLterius prosequamur modo scholastico, qui semper nobis visus est ad discendum aptissimus, & interrogemus.

CAPVT XIII.

Utrum quietes habeant eundem finem, ac ipsi motus?

Præterea negatiuam primò confirmat auctoritas Galeni tertio de Praesagitione ex pulsibus, cap. 2. circa finem capitis, dicentis: Calor, qui diversus est à nativis, breuem habet internam quietem, celeris autem contra dionem, quam proportionem dilatationis. Ad quorum verborum notitiam notare licet, quòd calorem diversum appellat Galenus illum qui fumosus est. Hoc supposito dicit, quòd in hoc casu est celeris contra dionem, & brevis quietis interna. Ex hac auctoritate sic arguunt. Si quietis est propter expellendas fulgines, sequitur quòd visu isto adauso debeat quietis esse tarda. Pater, quia multò magis exprimitur & expellitur per talem quietem, quàm per brevem ergo signum est non esse propter eandem finem contra dionem, & quietem internam, siquidem in doctrina Galeni contra dionem est celeris, & quietis brevis.

E 1 Secun-

Secundò argumentatur, & probatur, quòd quies externa non sit propter eundem usum dilatationis: & est difficile argumentum, in hunc modum: Dilatatione trahitur, ne detur vacuum, vt communior tenet sententia: sed in quiete externa nullo modo potest fieri talistractio. Paret, quia tempore quietis nullum rimetur vacuum: ergo nulla fit aeris tractio: ergo quies externa, & dilatatio non sunt propter eundem finem, & usum. Quòd nullum sit vacuum in quiete, probatur, quia in illo instanti, in quo incipit quies, est tota capacitas loci repleta, neque sit locus de nouo: ergo est impossibile, vt attrahatur aer. Probatur illud antecedens vltimum, quia si quando incipit aëria quiescere, attrahitur aer: ergo ante illud instans dabatur vacuum, quòd impletur: quòd est falsum.

Tertiò argumentatur. Ideò contractione expelluntur fuligines, ne dentur duo corpora in eodem loco: sed hæc causa non reperitur in quiete interna; ergo quies interna non est propter eundem finem contractionis, siquidem non est eadem causa. Probatur minor, quia in quiete interna locus expulsi fuliginis occupatus est ab ipsa arteria, iam compressa, aut à corde. Præterea, quia si in quiete interna expelluntur de nouo fuligines, oportet dari aliquod corpus, quòd impleat illud vacuum. Hoc autem corpus non potest esse ipsa arteria, quia iam non quiesceret, sed moueretur ad implendum illud vacuum: ergo est impossibile, quòd in quiete interna ali quid expellat.

Pro solutione est notandum, quòd inter optimos Philosophos certum est, quietes esse intentas à natura propter eundem finem, propter quem & ipse motus contrarij, scilicet, propter attemperationem caloris, & expulsionem fuliginum; & ex consequenti propter conseruationem naturi temperamenti. Probauimus enim in superioribus, quietes esse partes per se pulsus; & ex consequenti, eundem finem totalem & adæquatum habent, tam quietes, quam ipsi motus. Concursunt tamen diuerso modo, prout conuenit animali. Quòd maximè patebit ex responsione ad argumenta.

Ad primum dico, quòd ille textus

Galenus non rectè tradidit, sicut ab interpretibus, excepto Antonio Mula, qui hoc aduertit. Debet enim dicere: Breuem habet quietem externam, vt sit sensus, quòd quando vrget usus expellendam fuliginem, tunc est celeris compressio, & quies externa est breuis, derinetur enim arteria quam breuissimè post dilatationem, quia properat ad expellendam. Et sic non sequitur, contra doctrinam Galeni, nam in hoc casu quies interna non ita breuis est. Quòd Galenus etiam docet eodem 3. de Præfag. ex pulsibus, cap. 7.

Ad secundum dico, verum esse, in quiete externa non trahi aerem de nouo. Cum hoc tamen fiat, vt sit ob eundem finem: nam tractio aeris non habet rationem finis respectu dilatationis, sed potius habet rationem medi. sicut ipsa dilatatio, est tamen ob eundem finem, nempe ob attemperationem caloris naturi, & generationem spiritus. Cum enim temperatio ab aere, & alteratio qua generatur spiritus, debeant fieri in tempore, si arteria non quiesceret, proculdubio non esset aer debito tempore approximatus, neque spiritus posset rectè generari propter eandem rationem.

Ad tertium dico: In quiete interna expelluntur fuligines, tamen non expelluntur propter motum arterie, sed à facultate expultrice, quæ in arterijs est, ad pellendum id, quòd nocet. Ad reliquam partem dubij dico, quòd ille locus, qui relinquatur ad expulsionem nocui, impletur, non ab ipsa arteria, quia tunc non mouetur, sed ab spiritu, vel aliqua aërea substantia, quæ ad implendum illud vacuum rarefit à se ipsa: erat enim per compressionem magis condensata, & coadunata in vnum locum, in quiete vero inuenit aliquem locum ad quem tendat, & in quo melius conseruetur in antiqua raritate.

Hoc loco solco agitare illam difficultatem; quæ actio sit prior, dilatatio, an compressio. Sed illam inuenies (ne dicta repetam) in Hippocratica philof. tea.

43 folio 53. Lige, quia pulchra est.

(*)

CAPVT XIII.

Verum pulſus ſit propter generandum ſpiritus anima-lem.

Caloris nativæ conferatio maiorem partem habet finis, vt iam dictum eſt. Tamen etiam generatio ſpiritus mediante pulſu perficitur, vt docet Galenus mille in locis: diſtribuitur enim materia ad ipſum cerebrum, vt in ſuæ ſerî mirabilia animalis generet ſpiritus.

Hanc verò doctrinam aliquæ argumenta turbare videntur.

Primo, nullum mixtum poteſt fieri ex vno ſimplici elemento: ſed ſpiritus eſt corpus mixtum: ergo non poteſt fieri ex aere, qui eſt ſimplex quoddam. Probatnr minor, quia nullum mixtum poteſt nutrirî, neque reſtatur per vnum ſimplex elementum: ergo neque generari: at per Ariſtotelem ſecundo de Generatione, capite octavo accedit, quòd ob hanc rationem dicit Galenus, quòd aqua non nutrit, quia, ſcilicet, ſimplex eſt: ergo neque aer poterit nutrire: ergo neque conuerti in ſpiritum. Et confirmatur auctoritate Auicenne libro primo, Fen. decima, titul. primo, capite primo, vbi docet, quòd ſicut aqua quamquam non nutrit, facit tamen ad nutritionem, vt vehiculum alimentî: ita aer quamuis non nutrit, nec ſit materia ſpiritus, tamen diſponit ſanguinem, vt ſit apta materia ad generationem ſpiritus. Eandem opinionem tenet Auerroes 2. Colleſt. cap. 10.

Secundo argumen. aer qui trahitur per pulſum, eſt ad generandos ſpiritus vitales in corde: ergo perſectam dicitur in definitione, eoaſiam finalem polius eſſe ad generandos ſpiritus animales, cum potius deberet dicere, ad generandos ſpiritus vitales.

His tamen non obſtantibus ſit con- cluſio: Spiritus ſit ex aere per reſpirationem & pulſum attracto. Hac prob. à Galeno in libro de Vtilitate reſpirationis capite viſimo, & in hoc ſenſu explicat ſententiam Hippocratis libro de Alimento, vbi dicit: Principium alimentî

De Pulſu.

es, nares guttur & alia reſpiratio. Vbi per aliam reſpirationem intellexit traditionem aeris, quæ ſit per pulſum aerem verò alimentum appellauit, & facultatem, qua mediante attrahitur, appellauit principium alimentî, & ſimiliter illas partes per quas attrahitur. Quomodo verò aer conuertatur in ſpiritum, patebit in reſponſione ad argumenta. Ad primum dicunt aliqui, mixta perfectæ componi ex elementis quatuor: mixta verò imperfecta fieri poſſe ex vno elemento ſolo, vt meteorologica præſertimones, ſent. nix, & grando: at que adeo ſpiritum dicunt eſſe quoddam mixtum imperfectum. Tamen illi non rectè opinantur.

Primo, quia illa non eſt differentia inter mixtum perfectum, & imperfectum: ſed quòd magis, vel minus appareat elementum in vno, quàm in alio, magis, vel minus mixta.

Secundo, quia ſpiritus ex puriſſimo ſanguine & aere conſtat eſt, calore miſcente & coequeſcente, atque tandem veram rationem induit, mixti perfecti in ſuo ordine. Alij dicunt aerem illum eſſe quoddam mixtum, & ſic poſſe nutrire, & conuerti in ſpiritum. Iſta tamen etiam falluntur, nam proculdubio aer iſte eſt ſimplex quoddam, alijs quibus tamen qualitatibus affectum accidentalibus. Quare reſpondendum eſt, ſpiritum eſſe mixtum, & generari ex aere tanquam ex vna parte materia. Et ad argumentum quando dicitur Non poteſt nutrirî ex ſimplici: ergo neque generari: reſpondemus, quòd quando aliquis nutritur, non eſt neceſſarium, vt alimentum ſit vera mixtum, ſed ſatis eſt, ſicet ſit elementum ſimplex, inſtaponi, & peniſſeri per inſtaponitionem cum partibus alterius elementi, aut cum partibus alterius mixti. Probatnr hoc ex Ariſtotele 2. de Generatione, vbi poſtquam probauit mixtum nutrirî ex mixto: inquit, quòd plantæ, que videntur nutrirî aqua, non certè nutrirîtur aqua, ſed aqua permixta cum aliquibus tertæ partibus. Ex quo colligere poſſumus, eſſe neceſſarium inſtaponitionem quandam, & eodem miſcellam ſimplex, ad hoc, vt poſſint nutrire. Idem videtur Ariſtotele confirmare libro de Senſu & ſenſili.

Sed poteſt noſtra ſententia fortiſſimo argumento confirmari: nam ſi gene-

E 3

EST

rarur mixturæ folis elementis agentibus ad minima diuisis, sine hoc, quod præcedat substantiæ talis formæ mixtæ, sequitur etiam in nutritione non esse necessarium, ut præcedat vera formæ mixtæ. Secundum quæ doctrinam concluditur, ex aere permixto cum vapore sanguinis generari spiritum, quæmuis aer simplex elementum sit.

CAPVT XV.

De mutua correspondentiâ, quæ est inter respirationem & pulsus: & eorum eandem habere causas.

IN hac parte illud certum est, quod docet Aristoteles in libro de Motu & vita, componi respirationem ex duplici motu, scilicet duplici quiete altero, qui est inspiratio (ad dilatationem thoracis, & pulmonis, ad quam sequitur sua quiete externa, & per quam ingreditur aer) Altero verò qui dicitur expiratio, quæ est eiusdem thoracis compressio, per quam egreditur aer, & ad quam sequitur sua quiete interna. In quibus iam appar. & quomodo conveniant, & mutuo sibi respondeant respiratio & pulsus.

Secundò, certum ex Galen. libro de Causis respirationis, facultatem esse principium efficiens horum motuum & quietum; instrumenta esse thoracem, & partes musculosas, quæ his motibus deserviunt: finalem verò causam esse generationem spiritus, & conservationem medicatitatis caloris. Ecce quo pacto in causis mutuo sibi correspondent.

Quod respiratio sit propter attemperandum calorem nostrum, patet in febrientibus, qui magnam, celerem & frequentem habent respirationem, & in his qui cal. do sunt corde. Quod Galenus docet in libro de Utilitate respirationis, & libro de Difficultate respirationis, cap. 1. & 4. quod desumpsit ex Aristotele libro de Motu & vita, & in libro 2. de Animalibus, cap. 2. Vbi contra Anaxagoram, & Democritum invehitur Aristoteles, dicens, quod sicut homo vitur lingua ad sermonem, & ad saporis degustandos; ita etiam vitur respiratione ad articu-

lationem vocis, & ad attemperandum calorem.

Restat ut doceamus reliquam partem finis, scilicet, quod sit respiratio propter generandæ spiritus. Patet ex illo loco Hippocratis sæpius adducto: *Principium summi organæ. &c.* Probat etiam id. Galenus libro 1. de Placitis Hippocratis & Plat. nis, cap. 41. vbi dicit, se vidisse aliqua animalia in sacrificiis, quæ dempto corde respirabant per aliquod, licet parvulum tempus. Quod quidem clarè patet non esse propter attemperandam caloris cordis, sed etiam necessitate spiritus regenerandi. Constat autem illa animalia tunc respirare, quia sonum edebant. Est enim apertum, & non potest aliquid animal vocem emittere sine respiratione, ergo respirabant.

Quod ratione etiam potest probari, nam in his qui habent spiritus consumptos propter exercitationem, videmus respirationem fieri celerem, & magnam: ergo est propter hunc usum. Notare tamen licet, maiori ex parte consumpti simul duos usus, scilicet, respirationem spiritus, & attemperandam caloris, quia maiori ex parte spiritus consumuntur à causis calidis exolentibus sanguinis vaporem, & spiritum animale: tamen (ut dixi) non negamus, quin sola necessitas spiritus regenerandi possit (præcisè sumpta) immutare respirationem. Ex qua doctrina colligit Galenus libro primo de Difficultate respirationis citato, animal indigere non solum substantia aeris, verum illius qualitate frigida; substantia quidem ad spiritus generandos, qualitate verò ad attemperandum. Addendos tamen est impetus ipsius aeris, qui etiam deservit ad separandas fulgines, quæ compressione pelluntur.

Ex quibus omnibus consequitur addequatus finis respirationis. In quibus etiam quàm maximè similitur pulsus. Ecce quo pacto ab eisdem causis finibus possint mutari respiratio & pulsus, quia eundem finem respiciunt.

Differt tamen in materia, & efficiente, nam efficiens respirationis est facultas animalis, materia sunt instrumenta animalis motus: ac verò efficiens pulsus, est potentia vegetativa; instrumenta sunt cor & arteriæ, quæ naturaliter moventur.

Hic sic aliquam certis determinatis, dubitabis in hunc modum: Si pulsus & respiratio habet eandem finem, sequitur quod sint æque necessaria. Prob. quia necessitas mediocrum simitur ex necessitate finis: sed consequens est falsum, quodiam vi demus non videri sine respiracione, nisi saltem brevissimo tempore. At verò multæ partes vivit sine pulsatelegitis arteriis.

Respond. quod licet pulsus & respiratio sint propter eundem finem, tamen non sunt propter eandem partem præcisè, nam respiratio immediata est propter cor, & propter reliquas corporis partes conservandas. Et cum cor ita calidissimum sit, non potuit vilo tempore esse sine respiracione, periret enim in medio, & multitudinè fuliginum; quod non sic contingit in alijs partibus, propter earum remissum calorem. Et quò sequitur, respiracionem non debere deficere, pulsùm non ita. Et sic respiratio est magis necessaria. Doctrina est Galeni lib. 1. de diff. vi. resp. cap. 4. & lib. de usu pul. 2. Neque debemus intelligere, pulsùm illam primam cordis esse minus necessarium; non enim hoc insinuat Gal. sed comparamus respiracionem cum pulsibus aliarum partium vinitus principalitè & hoc pacto appellamus respiracionem magis necessariam. Pulsus enim cordis tibi magis necessarius est, quam respiratio, quanto prestat principii vitale, & radix omnium moruorum: & de hoc non est controversia.

Præterea dabitur. Nam respiratio nõ videtur ad artemperandum facta, cum arteria venalis sit, quæ ærem suscipit mediò pulsù, & desert in cor: ergo magis propriè dicens pulsùm esse, propter consuetudinem calorem, & non respiracionem.

Resp. verum esse totum argumentum. Nam & Gal. notum illum arteria venalis pulsificum demonstrat. 7. de usu part. cap. 9. Atque adeò respiratio nil aliud est, quam ministrare, quæ ærem externum adducit ad ora arterie venalis. Itaque licet magis mediatè, eandem tamen habet causam finalem.

In hac parte multi pertrahant, verum motus respiracionis fiat à facultate animali libera. De qua re cum hic non pertrahet Avicen. ad alium locum distulimus.

Tamen quoniam Avicen dixit pulsùm & urinam esse de significationibus vinctæ salibus, merito hic querunt interpretet, verum pulsus sit certius signum, quam urina? Quæ dæneulas, quia communissima est, & à nobis disputata satis latè in tractatu de urinia, relinquatur, ut ad alia properemus, quia nos cogit propria de pulsibus disceptatio & temporis angustia.

Promissum agere, An sit, Quis sit, Propter quid sit pulsus. Quæ omnia quæ potuimus brevitate percurrimus: restat ad quaestionem postremam accedamus. Quæ est Qualis sit.

OPVSCVLVM TERTIVM.

In quo docemur, Qualis sit pulsus.

De quaestione Qualis sit.



AC IN PARTE debent tractari omnes differentie pulsus. Tamen prius ordo poseit, ut de modo ipsius motus agamus. Et sic queritur.

CAP. I.

Verum cor & arterie simul dilatentur & comprimantur.

PRo parte negativus argumen. Primò, si quando dilatantur arterie, simul etiam

dilatatur cor, sequitur, quòd se mutuo impediunt. Nam cor attrahit per dilatationem ab arteriis, & arterie à corde: ergo videretur impossibile, ut simul dilatentur.

Secundò, quia per compressionem cor expellit, quòd in se habet, in arterias ergo eo tempore debent arterie dilatari, ut illud recipiant.

Tertiò, quia ille vasculæ clauduntur in dilatatione cordis: ergo eo tempore non trahunt arterie. Prob. quia si trahio deberet fieri, non sic deberent claudì. Ergo dicendum est, quòd ex quatuor vaito-

his duæ elatantur in dilatatione cordis, & alie duæ aperiuntur; vt arterie quæ tunc comprimantur, possint transmittere vicissim.

Quartò, quia sequeretur, quòd nunquàm arterie replerentur. Prob. non in dilatatione, quia tunc cor, cum potentius sit, trahet ab arterijs; neque in quiete, quia quæ repleta sunt in quiete, est, quia repleta sunt in dilatatione; tunc neque implentur in contractione, quia tunc expelluntur; ergo nunquam arterie impleri possunt.

Quintò, quia sequeretur, respirationem æqualiter correspondere in modo & æqualitate motus cum ipso pulsu: quòd videmus esse falsum. Prob. sequela, quia in dilatatione trahit à pulmone; ergo comprimitur thorax ad absentiam æris trahit eadè portione, quæ trahit à corde; ergo similis fiet respiratio. Hoc autè est falsum. Nam licet respiratio habeat eundem finem ac pulsus, procedit tamen à diuersa causa, diuerso modo & diuersis instrumentis operante, & quæ terminat suam partialem actionem ad diuersum terminum partialem, vt superius explicuimus; ergo licet conueniant in fine & termino vitima ro, non debent sibi correspondere in modo operationis: ergo quando cor dilatatur, reliquæ arterie debent comprimari, vt illud vacuum impleatur.

Sextò, quia multoties contingit, vt arterie sint frigide, & partes, propter quas pulsant, etiam frigide; & in hoc casu necessum est, vt arterie non simul cum corde dilatentur. Patet, quia cum cor tantò sit calidius, debet pulsus fieri maiores, & celeriores, ita vt quòdò ipsam dilatatur, arterie comprimantur. Patet, quia non possunt coniungi in eodem instanti principia dilatationis, quia non sunt æquales necessitates; & ex consequenti, neque eadè celeritas in motu. Confirmatur auctoritate Galeni 3. de praefatione ex puls. cap. 3. Et roboratur, quia in hoc casu sunt contrarij fines; ergo contrarij motus. Prob. In arterijs frigidis est necessitas pellendarum sanguinis in corde calido est necessitas refrigerandi: ergo tempore dilatationis cordis est compressio articularum. Forfan aliquis dicet, quòd dilatabuntur arterie eodem tempore, sed tardius (propter rationes dictas) quàm cor. Sed hoc etiam est falsum, quia non possemus cognoscere per pulsus datum cordis.

Septimò argumentum, nam sensus demonstrat, quòd pulsus vnus brachij non est li-

cut alterius; hoc autem non sic contingeret si arterie inflecterentur motu in cordis. Patet, quia cor in se toto uniformiter mouetur; ergo etiam arterie vtriusque lateris debebant eodem modo pulsare.

Octauò, quia si arterie mouentur ad motum cordis; ergo & venæ debent pulsare. Patet, quia etiam oriuntur à dextero cordis ventriculo, sicut arterie à sinistro; ergo non est maior ratio de vno, quàm de alio. Sed si aliqua est, certè nulla alia nisi dispositio instrumenti insipientis motus, & sic potest pulsare arteria, & non vena; ergo à simili, arterie vnus lateris non inflectentur motum cordis si variam habent dispositionem.

Tribus his vltimis argumentis mouetur Gentilis ad istam opinionem (tanquàm probabilem) inflectendam. Illam videtur tenere Auicenna in hac sententia. cap. 8. Eadem sequitur sicut Erasistratus, vt refert Gal. 4. de differentijs pulsuum, cap. 6. Illam tenent ferè omnes Auicenniste, & Conciliator differentia 30. & Turisanus lib. 2. art. med. comment. 40. Tamen ille ait, consilij simul de dilatari arterias cum corde, illas scilicet, quæ sunt in pulmone, leues scilicet & paruule; alias verò aliarum partium neutiquam.

Pro solutione istius difficultatis. Primò notandum, quòd licet Auicenna hanc difficultatem tetigerit in inferiori cap. 8. quia tamen videtur proximalia est differentia tractanda, hinc est vt illam in hac parte dilucidemus.

Secundò notandum est, quòd quòdò eor dilatatur, aperiuntur membranae arterie venalis & venæ caue, clauduntur verò membranae arterie portæ, & venæ arterialis, vt docet Gal. 6. de vtu par. cap. 14.

Tertio iterum notanda est illa distinctio arteriana, quam supra ex Galeno adhibuimus, ex qua colligitur arterias omnes dilatatione trahere à quacumque parte vel à corde, vel à venis, vel ab ære externo, & compressione transmittere in eadem partes.

Quartò est notandum, arterias taliter esse fabricatas, vt in contractione non omnino concidant in se; sed quamuis magis comprimantur, remaneat sufficiens capacitas ad recipiendum in contractione: itaque licet non trahant, recipere tamen debent sunt corde.

Quinto est notandum cor transmittere in arterias per compressionem, partem tamen tenuem, & subtile, & in non subtile,

sed successione in alias transmittitur longe à corde; illæ verò, quæ sunt prope cor, itantim illud recipiunt, quantum ipsæ sunt in compressione.

Sexto est notandum, quòd (vt superius insinuauimus) sicut cor trahit à vena cava, ita etiam arteriæ illæ, quæ sunt in profundioribus partibus corporis, trahunt à venis vicinis; sed hæc est differentia, quòd venæ cava manifestè vacuatur, & concludit, propter sensibilem portionem in cor delapsam. At verò reliquæ venæ non ita concludunt, quia est pauca portio vaporis, quæ exit in arterias, & sic non patet ad sensum, quòd vacuentur.

His explicatis sit conclusio: Magis probabile est, cor & arterias simul dilatari, & simul comprimi. Hanc conclusionem tenet Arist. in lib. de respiratione. Licet argumentum quo illam probat, sit insufficientis. Dixit enim simul dilatari & comprimi, quia arteriæ pendunt à corde, quasi quasi chorde, quæ motum sui principij consequuntur.

Sed hæc Arist. argumentatio debilissima est. Nam etiam si mus venæ casu deberet pulsare, quia pendet à corde. Prædictam conclusionem tenet Galeus lib. de pulsâ Tyrone cap. 1. & lib. de vâ pulsâ cap. 6. & 8. de placitis cap. 3. Sc. 3. de prælap. ex puls. cap. 1. Et probet his quæ sensuum demonstrat. Nam si disseccemus animal viuam, videbimus cor & arterias eodem tempore comprimi, & eodem dilatari. Sic Gal. 7. de anatomia administratione, c. 17. idem fatetur 3. de placitis, & 4. de differentiis pulsuum.

Secundo prob. quia si ponamus digitos in pulsû, scilicet in *carpo manus*, & alteram manum applicemus sinistra parti pectoris, vbi pulsât arteria illa, proculdubio sentiemus istam eodem prorsus tempore. Ad hanc rationem aliqui dicunt, quòd ille ictus est in compressione ipsius cordis, in qua augetur eius longitudo, & thorax comprimitur à eulpse accedente. Tamè hic modus dicendi falsus est. Nam, vt docet Galen. 6. de vâ par. cap. 2. ictus ille, qui sentitur in sinistra parte, est factus à sinistra cordis ventriculo, & ab arteria magna eodem tempore se dilatantem, vt constat ex dissectione viuorum. Cuius ergo talis ictus fiat in dilatatione, fieri non potest in compressione.

Tertio prob. conclusio, quia arteriæ mouentur ab eadem facultate inflata & deriuata à corde; ergo mouentur simili

motu ac ipsum cor. Hæc tertia ratio dilatatur maxime à nostro doctissimo Mercato, & putat habere magnam vim, & certè si illam rectè contempserimus, nil concludit apud eos, qui tenent cum Arist. facultates non inflari, sed esse inflatas in proprijs partibus. Dicunt enim ad argumentum, quòd cum arteriæ habeant facultatem inflaram non aliunde demandant, rectè poterunt moueri per compressionem, quando cor per dilatationem, quia non dependet ab illo. Idem etiam dicunt, qui defendunt istum facultatum descensum. Nam quantum facultas influat, vel quilibet alia qualitas communicetur, tamen est in ipsi arteriis, tanquam in tubiculo; ergo non est necessarium, vt moueantur simultaneo motu cum corde. Præterea, quia nullus dicit à corde in arterias communicari impetum, sed solam facultatem, aut aliquam qualitatem, vt dictum est. Forsitan Mercatus sentiens debilitatem sui argumenti, addit, facultatem pulsificam inflare per motum, (& sic dilatatum in ipso motu dilatationis influit virtutem arteriis, & compressa in ipsa compressione) & ex consequenti simul dilatari & comprimi. Tamen hoc fundamentum etiam apparet infirmum aliquibus Compluribus; nam adhuc quiescente corde illa facultas posset communicari, vel illa qualitas per partium continuitatem. Prob. quia motus cordis neque est necessarius, vt medium, neque vt conditio agentis; ergo illa facultas, sine qualitate non communicatur per ipsum motum; & ex consequenti illud argumentum non probat intentum.

Hic quoque potuit vana arguties quorundam Complurium opprimere ratione Mercati. Tamen subtiliter & falso digladiatur, quia intentum Mercati est probare simultaneitatem motus ex identitate facultatis pulsificæ, quæ tam in arteriis, quam in cor de habet eundem finem. Quod argumentum in vtriusque opinione procedit; quia verò ipse tenet influere facultatem, docet modum quo imbut, nempe per motum qualitatis necessaria ad pulsandum, sicut per motum celi, tanquam per applicandam actiua pulsus descendit in inferiora virtutis superior. Ita dicimus de corde communicare, scilicet per motum quandam qualitatem, quæ est immediatum instrumentum facultatis inflatæ ad pulsandum. Si verò inflat, quæ est illa qualitas, dico esse qualitatem spiritus, qui debet appropriari ipsi arteriis, qui per pulsum descendit,

Notatur Per.
Garcia.

dit, & confirmat modum necessarium in
ipsis arteriis. Et sic aliqui Cōplurētes falso
aliter, quod si cor quiesceret, mitteret illā
influxum. Nam nisi per motum non pos-
set cor communicare arteriis illum spiri-
tum, qui modificat appropriatum, de quo
agebamus in solutione illius argumenti
de ligatis arteriis, ubi videte. Cōsonum ita
que est, ut per motum applicetur spiritus
in tali modo & mensura. Et sic dilatatione
& compressione confirmatur hæc dicta
dispositio. Hoc supposito, argumentum
rectè probat. Est eadem facultas cum simi-
li instrumento & qualitate, & cum simili
fine: ergo mouebit simul.

Ad arguēta ex notabilibus patet quid
dicendum sit. Ad primum patet ex secun-
do notabili. Ad secundum patet ex secun-
do notabili. Ad tertium respond. ex secun-
do notabili.

Ad quartum dicimus, quod arterie re-
plētur duobus modis: vno modo, recipiē-
do aliquid subtile & paucum, vt diximus
in compressione ipsā, quia non omnino
clauduntur. Alio modo in dilatatione, in
qua trahunt aliquæ arterie per poros ex-
teriores aerem, alix sanguinis vaporem. Il-
le verò, que à corde osinunt, interno ore
& cauitate trahunt paucum sanguinem
arterialem ab ipso corde, & sic non impedi-
untur in dilatatione; nam licet cor mul-
tò fortius trahat, quàm arterie, tamen tē-
pore dilatationis clauduntur tunica, que
sunt in orificio arterie venalis, & arterie
aorti, & sic non potest susceperare sangui-
nem copiosum. Pratercā, quia in tali tra-
ctione facilius succedit aer à pulmone,
quàm sanguis ab arteriis; & ob hanc ratio-
nem non se impediunt.

Ad quintum responderetur, quod licet
cor trahat à pulmone, & descendat tho-
rax ad mensurans cordis, quia illud vacuū,
quod sit, repletur acie rarefacto, vel ipsis
partibus se extendentibus, vt diximus sup-
per agēs de spatio, quod relinquunt in-
ter arteriam & carnem. Et sic non est ne-
cessarium, vt pulsus & respiratio sint æquales
in motu, quamuis enim eundem habe-
re finem, quia tamen instrumenta, & facultas
sunt diuersa, nil mirum si multoties sibi nō
correspondant. Nam sine mutatione pul-
sus mutatur respiratio ad voluntatem, &
posito aliquo impedimento in instrumen-
tis respiratoris, solent maximè differre
pulsus & respiratio, vt si venter plenus, &
distensus sit cibus, proculdubio pulsus
maiori ex parte erit magnus, respiratio

verò parua, propter compressionem septi
transuerſi. Ecce quomodo non est neces-
sarium, vt sint in omnibus æquales, quamuis
habeant eundem finem.

Ad sextum & septimum argumenta
Gentilis dicimus, omnes arterias esse eius-
dem naturæ temperamenti, & eundem spi-
ritum vitalem obtinere, cuius ventilandū
gratia mouētur, & sic eodem modo mo-
uentur, tam in partibus frigidis, quàm in
calidis: solayna diuersitas potest esse in mo-
do compositionis ipsius arterie, propter
quam rationem potest variari aliquo mo-
do pulsus: quod potest contingere ex erro-
re facultatis formantis, vel ex aliqua parti-
culari membri luxatione, aut praua & im-
positione, que sit sufficiens impedire im-
perum arterie. Ex hoc autem non potest
Gentilis arguere diuersitatem in motu rel-
pectu cordis. Nam per cor non stat, quod
non moueantur omnes vniſormiter. Tam-
en ex hoc argumento pendet alia diffi-
cultas, vt rrum omnes arterie corporis pari
celeritate moueantur: quam statim per-
pendemus.

Ad octauam dicimus, venas non pulsa-
re, etiam si implantentur in corde: quia nō
habent virtutem pulsantiam, sicut arterie
non habent autem, quia neque composi-
tionem, neque temperiem habent conſor-
tem huic potentie. Et sic quamuis cor
communicaret illis ipsam spiritum vita-
lem, ne utique pulsarent.

Sed antequam ipsam quæſtionem relin-
quamus, dubitare licet vtum arteria vena-
lis pulset, sicut alix arterie, an verò per so-
lam continuitatem motu à corde com-
municato. Aliqui dicunt ad hanc diffi-
cultatem, quod illa arteria mouetur solam
per continuitatem, & non aliqua facultate:
& probat, quia si illa arteria moueretur
à facultate, sicut reliquæ arterie, sequeretur
in eius cauitate esse abundantiam san-
guinis arterialis, sicut in reliquis arteriis
que pulsant: consequens est falsum: ergo.
Prob. quia ille sanguis esset impedimentū,
ne aer facile intraret per ipsam cauitatem.

Tamen hæc tenentur falsa esse. Imo po-
tius dicendum, moueri arteriam venalem,
sicut alias arterias, & communicato influxu à
corde. Quæ doctrinam possumus collige-
re ex Gal. 7. de anatomicis ad ministrā. c. 4.
vbi docet arteriam venalem distinguī à
vena arteriali solo pulſu. Pulsat enim arte-
ria venalis, altera verò non Ergo si ex ac-
cidenti pulsaret, non poneret ipsam distin-
ctionem, quia etiam vena arterialis potes-

per hoc pacto pulsare per partem continentem motu communicato: ergo intellexit Galenus arteriam venalem pulsare, sicut reliquas arterias virtute pulsantem. Tamen probatur ratione, quia arteria venalis est eiusdem rationis cum aliis arteriis: ergo pulsatur eodem modo recipiendo influxum. Probatur antecedens, quia si aliqua est differentia, maxime quia illa arteria solam vnam tunicam habet, relique vero duas. Sed hæc non est sufficiens distinctio. Patet, quia etiam quamvis vnicam tunicam eonferret, potest recipere influxum pulsandi. Non enim sequitur: Habet duas tunicas, sicut arteria: ergo pulsabit. Nam etiam vena arterialis habet duas tunicas, & oritur à corde tamen non pulsatur. Stat ergo tota huius ratio in fine ad quem ordinantur ista vasa, & in modo temperamenti particularis, quo disponuntur ad recipiendum influxum cordis.

Præterea, quia si ligetur ista arteria motu aliarum arteriarum, non pulsatur, quia non recipit illum influxum: ergo signum quod pulsatur, sicut relique arterie. Probatur antecedens ex dissectione viscerum, vbi auferretur motus alius arterie, si immisso calamo ligetur.

Ad argumentum contrarium resp. quod cum ista arteria componatur ex sola vna tunica rara & penetrabili, facile colatur spiritus arterialis ad pulmones, & sic non impedit introitum.

CAPVT II.

Vtrum ab eadem facultate moueantur sinister & dexter ventriculus, & valvula cordis.

ET Argumentatur sic: Sinister cordis ventriculus tantum indiget ventilatio ne per se ergo tantum indiget motu proprio per se à facultate.

Secundo, quia influxus solum communiatur vas exortis à sinistra parte, non tamen illis, quæ exoriuntur à dextra parte: ergo signum est facultatem vitalem non esse in dextra parte, & ex consequenti non moueri per se, sed ex accidenti.

His argumentis moti fuerunt aliqui, vt tenent moueri cordis dextram partem ex accidenti, quia scilicet & sinistra mouetur. Cuius opinionis fecit mentionem Gal. lib. 4. de differentiis puls. c. 2. licet non resoluat quid tenendum sit.

Similis dubitatio fieri potest de valvulis illis, quas sæpe diximus: vtrum scilicet moueantur à propria facultate, an verò ex accidenti ad motum cordis.

Pro aliis quaestionibus claritate sit prima conclusio. Dextra pars cordis mouetur à facultate et tibi insita. Hanc conclusionem tenet Galenus 7. de vtu par. dicens: Dilatatio dextri sinus cordis per culam ipsius natura perficitur. Quæ verba aperte ostendunt non moueri ex accidenti. Secundo probatur conclusio: Quando aliquid mouetur per continuitatem cum alio, siue ex accidenti, sic se habet, vt motus incipiat primò ab illa parte, quæ per se primò mouetur, deinde de consequatur in illa, quæ mouetur per accidentem. Sed sic est, quod vtraque cordis pars simul mouetur: ergo vtraque mouetur per se primò à facultate.

Secunda conclusio: Valvule non mouentur à facultate propria, sed ad motum cordis, & arteriarum, per continuitatem. Probatur conclusio ex modo ipsius motus. Nam quando cor dilatur, ipse clauditur, quòd comprimitur, aperiantur: ergo non potest motus decere moueri per influxum, & virtutem propriam pulsatricem, sed potius taliter esse compositas, vt ad motum alterius contrario modo se habeant. Hæc doctrina est Galeni locis citatis.

Ad argumenta responderetur. Ad primò dico totum esse negandum. Neque aliquid poterit probare, non enim solus sinister ventriculus ventilatio indiget per se, sed relique omnes partes quæ pulsant, tanquam continentes spiritus arterialis.

Ad secundum dico, quod licet pulset pars dextra non potest communicare influxum suis exortis, propter eorum incapacitatem. Nam licet non habuerint dispositionem ad recipiendum virtutem pulsantem ab anima resurgentem, ita neque habuerunt dispositionem ad recipiendum influxum cordis.

Dubitant aliqui, vtrum dilatatio & compressio, & dux quietes sint æquales, ita vt vna non sit maior altera. Quæ dubitatio ridicula est. Nam supponit ignorantiam omnium illorum, quæ dicta sunt. Si enim vnusquisque motus & quietis suam finem parialem habet, nonne erit maior, vel minor pro ratione finis? Si est maior necessitas refrigerandi, erit maior dilatatio, si minor necessitas expellendum filigium, erit minor compressio: si æqualis necessitas, æquales erunt motus: & sic de quælibet dicendum. Non enim quotiescumque

que

que est intensior calor, est etiam multitudo sanguinum. Nam in principijs febrium putridarum licet calor sit adausus, tamen non sunt multe fuliginis, & sic erit tunc minor compressio. Calor enim non semper elevat fuliginis, nisi post aliquam actionem impressam, qua humorem putrefacit, vel concoquit.

Præterea dubitabis vitæ arteriæ in suis motibus pertranscunt suâ terminum naturalem. Resp. quod cum vsus tam varius poterat esse, prout natura, ut arteria haberet duos terminos ad quos accedit, & duo spatia per quæ mouetur. Primum spatium & terminus, dicitur naturalis, ad quæ arteria accedit sine exitu animalis alio verò habet secundum naturam, ad quem accedit in statu præter naturam, quod causa præter naturam coegerit ad talem motum. Et tale spatium & terminus dicitur secundum naturam, quia arteria habet dispositionem naturalem, ut se moueat vsq; ad illa. Quæ doctrina non solum intelligitur in dilatatione, sed in eò compressione. Et præterea intelligi debet seruita naturali compositione ipsarum arteriarum: nam si dislocarentur, vel morbum in compositione patenterent, diuersum spatium illis assignaretur. Tamen illud non deberet appellari secundum naturam.

Iterum dubitant aliqui: Quomodo est possibile, quod dilatatio sit aliquando maior compressione, cum utroque motu arteria pertranscunt æquale spatium, ut Gal. insinuat. 3. de præf. ex puls. e. 8. non enim videtur credibile, quod si vnum mobile transcat vnum & idem spatium, possit habere vnum motum extensorem alio?

Huius dubio resp. duobus modis. Primum, istam inæqualitatem in motu apparere ad tactum, quamuis reuera essent æquales motus. Nam dilatatio per tactum iudicatur maior quam compressio, quia melius iudicatur sensus dilatationem & propriam, quia sentit qualiter mobilis penetrantis per digitos, & multo minus sentit arteriam recedentem à digitis, & ob id apparet maior dilatatio. Secundò dico, quod cum sint duo spatia iam declarata per quæ potest moueri arteria, bene potest dilatatio tendere ad terminum magis longinquum, & compressio ad terminum naturalem, quæ per salutem attingit.

Tamen magna est controuersia de celeritate omnium arteriarum, vitrum omnes pari celeritate agitentur. Quæ difficultas elucescet magis cum de pulsas celeritate tractemus. Nunc tamen dicunt con-

muniter, quod licet omnes arteriæ & con ipsam simul incipiant dilatationem, tamen cum arteriæ non sint æquales in magnitudine, est impossibile, ut habeant æqualia spatia; & sic vna arteria parua habebit suum accommodatum spatium, alia arteria magna habebit aliud maius spatium ad suum motum. Hæc autem diuersitas arteriarum patet ad sensum, & tam adducit Galen. 1. de dign. puls. cap. vltimo. Tunc sic: sed duo mobilia non possunt in eodẽ tempore transire diuersa spatia cum æquali celeritate: ergo etiam erit impossibile, ut tam parua, quam magna arteriæ moueantur æquali celeritate. Itaque concludunt, quod quamuis arteriæ omnes eodẽ tempore dilatentur, non tamen æquali celeritate, quia scilicet spatia, quæ pertranscunt, sunt maximè diuersa.

Sed contra istam doctrinam arguitur ex Galen. lib. ad tyrones dicente: Omnes arteriæ inter se, simul etiam & cor habent eandem pulsandi rationem, quam obiecta ex eorum vna colligere de omnibus possit. Tunc sic: Ex vnaquaque arteriæ pulsatione possumus iudicare de reliquis pulsationibus arteriarum & cordis: ergo signum est esse eandem celeritatem: nam aliàs non esset optimum & fidum signum, neque optimè iudicaremus.

Ad soluendam istam difficultatem solent adducere locum Galen. 3. de digno. puls. cap. 1. vbi insinuat celeritatem accipi duobus modis: vno modo respectu temporis & spatij, quod pertransitur & in hac consideratione arteriæ non mouentur pari celeritate. Nam est diuersum tempus & spatium, quod pertranscunt, quia sunt diuersæ magnitudinis. Alio modo sumit Galen. celeritatem pro impetu motoris, qui cum sit æqualis in omnibus arteriis, hinc est ut dicitur moueri pari celeritate, id est, pari impetu. Et sic Gal. reuè indicat ex arteriæ impetu impetum cordis. Magnitudo enim apponitur cum increvit calor. At verò cum ex tali calore confurgit necessitas ventilationis, propter celerem vitionem, tunc apponit natura celeritatem, quæ aerem facit intrare cum impetu ad flabellandum. Medio enim impetu melius fit ventilatio, & sic nihil aliud est æqualis celeritatis, quæ æqualis impetus motoris, quo aerem mouet ad ventilandum. Et cum in omnibus arteriis sit ista necessitas ventilationis, erit in omnibus æqualis impetus. Si verò interroget à Galeno, quid est impetu moueri. Respondet loco cita-

to nil esse aliud; quāvis minimum deteneri in spatio. Credid enim Gal. mobile quiescere in motu, & nihil esse motum verè continuum, sed omnem esse intercessum quibusdam moribus & mansuiculis. Igitur vocat celerem motum, quando breues sunt mediæ quietes. Tardum verò, quando quietes & mansiones sunt magis durabiles. Hæc est communis explicatio doctrine Gal. Tamen, quia multum phytica est ista difficultas, tractanda est ex professo inferius, ubi taxabimus Galenum, & sequaces.

CAPVT III.

De differentijs pulsuum.

POstquam Auicēna declarauit, quid esset pulsus, aggreditur explicare eius differentias & species. Nos tamen curabimus doctrinam Galeni ita distigam, & breuitatem Auicēnæ ad quamdam mediocritatem reducere, vt pateat quid sciri oporteat de pulsuum differentijs, & earum causis & præiugio, & quomodo valeant agnosci. Et vt materia alioqui difficilis, & obscura clarescat, vtamus nostra methodo, & interrogamus.

Vtrum tantum sint octo pulsuum differentia.

PRO parte negatiua arguitur primò auctoritate Auicēnæ in hoc capite, ubi dicit decem esse differentias. Et statim dicit ad minus debere esse nouem, & numerans eas inquit: Prima sumitur ex quantitate dilatationis. Secunda ex qualitate percussionis arteriæ in digitos. Tertia ex tempore cuiuscumque motionis. Quarta ex natura instrumenti. Quinta à vacuitate & plenitudine instrumenti. Sexta ex qualitatibus primis, vt pulsus calidus frigidus. Septima ex tempore quietis. Octaua, ex pulsus æqualitate, aut inæqualitate. Nona, ex ordinatione, aut inordinatione. Decima ex pondere, id est, ex consonantia musica. Propter quam vltimam differentiam inquit Auicēna, quòd qui fuerit peritus in arte musicæ, melius cognosceret pulsus harmoniam.

Secundò argumentatur ratione. Nam Galen. inter differentias primas & essentialis enumerat illas, quæ sumuntur ex molli-

tie, aut duritie instrumenti, quæ efficiunt pulsuum duram & blandam: ergo debet addere alias differentias sumptas ex quali-
tibus primis instrumenti. Nam sicut instrumentum est durum, vel blidum, ita est calidum, aut frigidum, & afficit tactu medi-
ci: ergo melius Auicēna fecit in hoc textu, ponendo omnes differentias, quæ oriuntur à qualitatibus instrumenti. Nam quæ maior ratio est, quare ponantur differentię qualitatũ secundarũ, quã differentię qualitatũ primarũ? ergo datur pulsus calidus & frigidus, sicut durus & blandus.

Tertiò similiter argumentatur. Nam antiqui posuerunt pulsuum plenum & vacuum, & Auic. hic ergo silem hæc differentia, quæ sumitur à cœuitate, debet memorari inter primas.

Nec sufficit dicere, quòd plenus pulsus, vel vacuum non sentitur. Nam etiam aliæ differentię magis insensibiles enumerantur. Præterea, quia sicut per tactu cognoscimus, quid in hydropticis continetur, etiã & in cœuitate pulsus cognoscemus, an multus sit humor, an nullus.

Quartò argumentatur: Inter primas differentias enumerat Gal. illam, quæ confurgit ex proportione motus ad motum: ergo debet assignare aliam, quæ confurgat ex proportione quietis ad quietem: & sic erunt nouem in doctrina Galeni.

Quintò argum. Et prob. non esse differentias essentialis omnes, quas Auicēna. & Gal. adducit, quia celeritas & tarditas sunt quedam conditiones, quæ accidunt motus, & nullo modo sunt differentię motus: ergo neque erunt essentialis differentię pulsus. Cõsequentiã est legitima, quia quot fuerint species motus localis, tot erunt species pulsus: sed celeritas & tarditas non sunt species motus localis: ergo neque pulsus. Minor patet ex Arist. 4. Phys. c. 10. ubi probat tempus non esse motum, hæc ratione, quia tẽpori non accidit celeritas, & tarditas, sicut motus.

Sextò, quia rhythmus nō est differentia essentialis. Prob. nam proportio non est species motus localis: ergo neque pulsus.

Septimò, quia æqualitas, aut inæqualitas non possunt constituit diuersam speciem à magnitudine pulsus. Probat. nam æqualitas & inæqualitas fundantur in vnitare quantitatis si fumasur prout dicunt relationem. Si verb. non sic accipiantur, non distinguantur ab ipsa qualitate: ergo neque à magnitudine & quantitate pulsus.

Pro solutione istius difficultatis declarande sunt species pulsus, illæ (inquã) quæ primæ dicuntur: quod per quædam notabilia prælabimus.

Primò notandum est, quòd Gal. libr. 1. de differentiis pulsuum à c. 3. vsque ad 7. contendit probare octo esse prima pulsuum genera, seu differentias. Et vsitur tali discursu: Omnem pulsuum differentiam necessariò esse sumi, vel ex moribus, vel quietibus, vel ex corpore ipsius arteriæ quæ mouetur, aut ex virtute, aut ex tẽpore motuum. Omnia enim ista considerantur physici in motu locali, mobile, spatium, tempus, efficiens. Et præterea in his localibus moribus, inter quos intercedit quies, addunt quietes. Ergo ex omnibus istis principijs licet colligere pulsus differentias. Si quidem quidam motus localis est quietibus conuatuus. Colligit itaque Galen. hoc pacto. Prima differentia sumitur à magnitudine, quæ potest accidere motui ratione spatij & conuergit prima differentia magni & parui. Secunda differentia colligitur ex istis etiam quæ motum consequuntur, vt est velocitas & tarditas, & fit pulsus velox, vel tardus. Ex quietibus sumitur crebritas & raritas: nam pulsus dicitur creber, quando arteriæ parum detinentur in quiete. Rarus verò, quando multum detinentur. Præterea conuergit alia differentia ex his quæ accidunt facultati, accidunt autem robur & debilitas: ergo fiet pulsus debilis, aut vehemens: rursus ex parte ipsius mobilis, nempe ipsius arteriæ, conuergit pulsus durus, aut mollis. Nam arteria potest esse dura, aut mollis. Quoniam verò inter tempus, quod consumitur in dilatatione & constrictione, potest esse proportio, aut impropertio, generatur alia differentia, quam appellant rhythmũ. Rursus his omnibus differentijs potest accidere æqualitas, aut inæqualitas, & generatur septima differentia, quæ est inæqualis, aut æqualis pulsus: & potest accidere ordo, aut ordinis perturbatio, & generatur octaua differentia, & vltima, quæ dicitur pulsus ordinatus, aut inordinatus.

Tamen hæc doctrina Galeni magis dilucidanda est, & ille in aliquibus taxandus, quod ex secundo notabili constabit.

Secundò dicimus eum Galeno: Prima genera pulsus non intelligimus nomina prædicta, vt Porphyrius in Prædicabilibus, quia tale nulum genus transcendat sed sumitur pro prima specie, siue differentia, siue genere pulsus. Hæc enim omnia consu-

se pro eodẽ vsurpat Gal. mille in locis. Cõstat autem apud ipsum 2. de different. puls. c. 9. prima generadiet, vel quæ continentur in diuersis prædicamentis, vel si in eodem sint, tamen sub eodem genere generalissimo. Ex quo principio poterit deduci non esse plures, neque pauciores differentias, quã Galenus assignauit. Declarat autẽ istam doctrinam, docendo, quo modo istæ differentie pertineant ad diuersa prædicamenta, quia scilicet et magnitudo & paruitas, ex quibus sumebatur prima differentia, pertinent ad prædicamentum quantitatis, celeritas & tarditas ad prædicamentum qualitatis. Quæ duo genera sine dubio diuersa sunt. Præterea mollities & durities, licet pertineant ad qualitatem, sunt tamen quædam passionis, siue passibiles qualitates, celeritas tamen & tarditas minimè: rursus differentia, quæ sumuntur à robore, vel debilitate facultatis (sicet alijs displicet) pertinet tamẽ ad speciem potentie, vel impotentie: Crebritas & raritas sumuntur à quantitate tẽporis, reliquæ verò differentie oriuntur ex prædicamento relationis. Hoc pacto conatus fuit Gal. loco citato inuenire prima genera pulsus, inquirendo diuersa prædicamenta. Et certè, si quidem ipse Gal. inquit debere esse eacertatum in studio prædicamentorum eum, qui de istis generibus habet disputare. Quo loco expressè fatetur necessitatem metaphysicæ. Sed libet eius doctrinam tacillum opprimere, an rectè callerit prædicamentum. Et primò falsum est dicere istas differentias contineri immediatè sub genere generalissimo. Nam crebritas & raritas sumuntur ex tempore. Tempus verò non continetur immediatè sub genere quantitatis, sed sub specie quantitatis cõtinuæ simul cõ magnitudine, à qua sumebatur prior differentia.

Secundò argumen contra Gal. nam celeritas & tarditas sumuntur ex tempore, quod consumitur arteria in motu in ordine ad spatium. Vnde hæc differentia sumitur etiam ex quantitate temporis, sicut crebritas. Falsum enim est, celeritatem & tarditatem motus speciere ad qualitatem, vt putat Gal. Nam potius dicendum est esse modos motus. Modus autem eiusdem prædicamenti est cum eo cuius est. Tertio, quia reliquæ differentie quantumuis ordinem importent, non tamen (proprie loquendo) sumuntur ex prædicamento ad aliquid. Quamobrem si Galen. tantum tribuit dialecticè in libr. secundo de dif-

de differentijs citato, quam alia solet sine causa reprehendere. Sciat enim non recte probabiliter ista esse in primis generibus pradicamentorum, nec immediatè sub illis contineri.

Tertio notandum est, non posse Galenum à calumnia liberari, nisi dicamus prædictas differentias non esse tales per se primò, sed accidentales in ordine ad medicum. Primò, quia vnaquaque species pulsus est species infimæ indistinctibilis in alia; sicut & ipse pulsus. Deinde, quia quælibet illarum continetur immediatè sub motu pulsus. Et ob hæc rationem possunt dici genera, quia scilicet nulla differentia continetur immediatè sub alia, sed omnes immediatè sub pulsu.

Quarto est notandum, inter prædictas differentias quasdam appellari simplices, quia scilicet à sola vna causa, tanquam à prædominante oriuntur, & propterea dicuntur simplices, quia non habent aliam sibi additam differentiam, v. g. pulsus natus tantum, sine alia differentia, dicitur simplex, & quia oritur à solo spatio magno, quod pertransit arteria, & quia non est ceteris nec creber. Et istæ simplices differentie sunt quinque, vt diximus. Reliquæ enim tres postremae hæc primæ appellentur à Galeno, non tamen simplices dicunt enim iam compositionem, & ordinem vnius pulsationis ad aliam, vel partium vnius pulsationis inter se ergo notandum, quòd illæ causæ quinque simplices efficiunt 15. differentias, v. g. à facultate exit pulsus debilis & vehemens, & inter hos modicos, itaque ab vnaquaque causa exiit tres differentie, à spatio tres, à tempore tres, ab arteria tres.

Ad argumenta respond. Ad primò, quòd illa vniuersa differentia, quam adducit Auicenna, reduci debet ad pulsam ordinatam, aut inordinatam. Nam si uis illa harmonia musica, taliter, vel taliter mensurata, nil est aliud, quam ordo quidam. Perturbatur autem musica maximè percipitur, aut perturbatur iste ordo, aut quo modo seu tur proportio inter ipsas pulsationes. De qua re postea agemus. Ad alias verò differentias Auicenna, dicimus reduci posse, vel esse inuiles, vt patebit ex responsione.

Ad secundò resp. aliqui, quòd durities & mollities percipiuntur ex motu arterie, & ideo rectè Gal. ad pulsus differentias reducit pulsus durum, & blandum. At verò pulsus calidus, aut frigidus percipitur non ex motu, sed ex causa solam applicato,

De Pulsibus,

Hæc responsio est nostri Mercati, qui si vt iacet intelligatur, falsa est. Inuenitur enim falso fundamentum, dicendo, duritiam & mollitiam percipi non posse, nisi ex motu arterie, & ob id continere pulsus differentiam caloris verò & frigoris non percipi hoc modo falsum (inquit) est: nam tam ad percipiendam caliditatem arterie, quam ad percipiendam duritiam ob necessarium motum localem, quo applicetur arteria ad tactum medici. Dicendum ergo fundamentum Galeni stare in hoc, quòd durities arterie comprimitur pulsum digiti, mollities verò cedit facile. Quia itaque illæ differentie immutant tactum medici intercedente motu locali, hæc est, vt tanquam magis proprie referuntur à Galeno, caliditas verò, & frigiditas relinquuntur, tanquam inuiles. Nam si aliquando dixit Galen. pulsus calidus, id errore conteri beatius factum est, vt emendauit Masia, lib. 1. ad Glauc. cap. de tertiana.

Ad tertium respond. quòd pulsus plenus & vacuus non sunt cognoscibile per propriam naturam. Et hoc vt intelligatur, aduertendum est ex Galen. 4. de digno. pulse. 2. & 3. quòd pulsus non dicitur vacuus, quia nil arteria continet in se, hoc enim est impossibile, sed dicitur vacuus, vel plenus tripliciter. Primò, quando arteria continet multum humorem, dicitur plenus; quando paucum, dicitur vacuus. Secundo dicitur plenus, quando intra arteriam continetur humor; vacuus verò, quando continetur aer, vel status. Tertio modo dicitur plenus, quando intra arteriam continetur humor crassus, vacuus verò, quando continetur humor tenuis.

Istis suppositis possumus concludere, nullam esse propriam differentiam pulsus pleni & vacui à sufficienti partium commensatione. Nam multa & parua quantitas humoris non potest aliter cognosci, quam ex magna, aut parua dilatazione: & sic pulsus iste plenus est magnus, vacuus verò est parus. Præterea à consensu humoris, aut aliam substantiam, non possumus cognoscere, nisi ex duritie, aut mollitie pulsus, & sic ista differentia debet referri ad duritiam & mollitiam. Vtatur exemplo posito in argumento. In speciebus hydrophis non cognoscimus contineri flatum, pituitam, aut aquam, nisi aut ex sonitu, quæ relinquuntur post digitum compressionem, sicut vestigiis, quod relictum in arena compressa à pedibus. Deinde cognoscimus flatum ex fesso, qui resistit ex

F : per-

percussione, & ultimo cognoscim^r ex motu fluctuationis, qui apparet in motu locali ipsius aegrotantis. Quæ omnia nõ possunt immediatè cõtingere in arterijs, tum propter exiguitatè corporis, tum etiam propter continuu motum. Ex quo sequitur, quòd si aliquando legeritis pulsum plenu, debetis intelligere pulsuum magnum: idè dico de spiritu arteriali, si maxime vigeat, quibus non sit alius humor, quo replicatur arteria, causabit certè pulsuum vehemètem. Itaque nulla est propria differentia vacui, aut pleni, quæ non reducat ad aliam magis propriam.

Dubium peculiare de proportione quietum.

AD quartum respond. difficilem satis esse controversiam, virum detur talis differentia ex proportione quietum, sicut datur ex proportione motuum, exposcebat enim separatam quæstionè à nomine traditam. Nos tamen dicamus quid in hac re sentiendum putemus, & antiquis addendum. Quòd autem non debeat talis differentia constitui, probatur, quia Galen solus enumerat differentias cognoscibiles: sed ista proportio inter quietes est incognoscibilis: ergo non est ponenda. Problemior, quia medicus non cognoscit quietem internam, vt docet Gal. 2. de differentiis puls. c. 8. & 2. de præsig. ex puls. c. 2. & probatur ratione. Primo, quia medicus non sentit primam partem dilatationis, & ultimam compressionis: ergo neque mediã quietem. Secundo, quia arteria in quiete interna distat à tactu secundum locum, & mediant alia corpora: ergo non potest sciri in tali situ.

His argumentis contendunt probare, non esse ponendam istam differentiam ex proportione quietum. Hæc tamen sententia est falsa, vt ego opinor, imò existimo esse dandam differentiam, quæ sit rhythmus quietum, sicut datur rhythmus motuum. Argum. enim probat euidenter nam si ratio, quare non est ponenda, est quia, non est cognoscibilis: pari ratione dicè nõ esse ponendum rhythum in moribus, si quidem motus non est cognoscibilis. Probat, quia nõ est cognoscibilis prima pars dilatationis, & ultima compressionis: ergo non erat ponendus rhythmus inter has partes motus, igitur non est efficax ratio, quæ isti opinantes fundatur ad abolendam istam differentiam quietum. Itaque quam-

uis non cognoscatur quies interna, debet poni ista differentia. Quod confirmat expressè Galen. 1. de digno. puls. cap. 1. dicens considerandam esse mutam proportionem temporis motus ad tempus motus, & temporis quietis ad tempus quietis: ergo si debent considerari, merito debent ambo consisti. Quamobrem ne Galen. videatur mutilis in differentijs assignandis, dicendum est ad quartum argumentum, istam proportionem quietum comprehendi simul cum alia proportione motuum, in specie subalterna, quæ dicitur rhythmus absolutè, & sic Galen. explicandus est.

Ad quintum argumentum respond. celeritatem, & tarditatem non esse species motus, neque differentias essentielles eiusdem. Quòd patet, quia indifferenter reperiuntur in quolibet motu, & quia vnus & idem potest esse celer. aut tardus: & ita in rigore physico nulla differentia essentialis pulsus ab illis sumenda est. Sed differentia sumitur in eo sensu quem explicuimus.

Ad sextum idem dicimus nõ esse rhythmum differentiam essentialem motus, vt probat argumentum. Cùm hoc tamen negari non potest cū Galeno esse differentiam accidentalem in ordine ad mediã.

Ad septimum respond. quòd æqualitas, aut inæqualitas non sumuntur in presenti prout dicunt relationem fundaram in vniuersitate quantitatis, sed vt dicunt similitudinem, aut dissimilitudinem in vna, aut pluribus pulsationibus, vt pulsus, qui in duabus, aut pluribus pulsationibus seruat eandem magnitudinem, dicitur in hac differentia equalis. Et è contrario dicitur inæqualis si non seruat eundem modum. Quod in vnica pulsatione penes diuersas partes sui potest etiam considerari.

His suppositis, ne plures faciamus separatos prætatos, libuit de vnaquaque differentia differere, in examen reuocando omnia quæ de tali differentia sciri possunt.

CAPVT III.

De pulsu magno & paruo, & eorum differentijs.

Cum prius de simplicibus differentijs, & earum cognitione agendum sit, vt postea ad compositas facilius decernamus præceptum enim est ab Auerroë laudatū quin-

quinto colligit, cap. 38.) visum fuit prius pulsus explicare, qui ex quantitate dimensionis oriuntur. Ab his enim ferè omnès Auteurs incipiunt. *Qua* in parte ignoscatur nobis Avicem, quia ita inordinate procedit, ut statim incipiat à pulsū aequali & diverso. Quamobrem nos ordinem servantes, eius doctrinam simul declarabimus usque ad cap. 7.

*Primi nota-
bile.*

Primo ergo notandum est, quod iam supra explicimus) magnitudinem dupliciter considerari, vel respectu ipsius arterie, vel respectu spatii, quod pertransit arteria; diximus enim arterias alias esse magnas, alias esse parvas, & ex consequenti non esse omnibus vñ & idem spatium determinatum per quod moueantur, sed adaptasse naturam peculiariter spatia peculiaribus arteriis, ex quo sequitur relictis differentiis posse esse in omnibus arteriis eiusdem tenoris, magnitudinem verò non. Nam in omnibus partibus corporis pulsus vehementer habet vehementiam, debilis debilitatem aequalem, & sic de singulis; magnas verò non habet aequalem magnitudinem, quia hæc variatur penes varia spatia, magna aut parua, que arterie permanscant.

*Secundi nota-
bile.*

Hoc supposito, secundo notandum est, spatium distans in longum, latum & profundum, penes tres dimensiones, quas corpus potest pertransire. Et sic pulsus simpliciter magnus est longus, latus & profundus supra mediocritatem, id est, quod refertur arteria non solum illud spatium naturale, quod supra dicebamus, sed illud secundum naturam penes omnem suam dimensionem. Rursum omnes istæ differentiæ habent suum medium pulsus, & extremis, v. g. pulsus longus, brevis, & inter hos moderatus. Idem de pulsu lato, idem de profundo. Quod si complicaueris has differentiæ efficies 27. differentiis, ut videbis apud Gal. 1. de differentiis puls. c. 4. nam si quamlibet differentiam sumas, & tribus vicibus coniunxeris cum alijs compatilibus, efficies 27.

Neque dubitandum est, verum istæ sint simplices differentiæ, quæ non complicentur. Nam cum omnes simulantur à spatio, ideo dicende simplices; ceteræ non coniunguntur alijs differentijs, nisi per aliud causam ordinem, tamen circa ea que de pulsu magno dicta sunt, plures excitantur dubitationes. Prima, verum detur pulsus medius sine moderato inter paruum & magnum.

Secunda, quomodo cognoscatur dilata-
tio, compressio & quæ adhuc in pulsū ma-

gno, ubi de cognoscendis parvis & magnis pulsibus, & eorum differentijs agimus. Tertia, verum magnitudo adqueatur prius in pulsibus crescente vite. Et tandem quas causas, & præstigia habeat tales pulsus. Ad primam accedendo quaeritur.

*Virum detur pulsus moderatus inter
magnum & paruum.*

Dubitatio hæc principium habuit in Gal. lib. 2. de dignotione puls. c. 2. per totum, ubi satis difficulter procedit. Est autem maxime necessaria dilucidatio illius quaestio-
nis. Nam ex illa dependet veritas reliquarum difficultatum. Si quidem neque pulsus dicitur magnus & paruum, nisi respectu moderati; neque longus & brevis nisi respectu moderati. Est itaque videndum prius de isto moderato, verum detur.

Pro parte negatiua argumentatur primo quia in quolibet indiduo, in quo cõ-
sistunt pulsus moderatus in magnitudine debet fieri variatio ex ætate, sexu, regione, aere, excrementis, somno, vigilia, & alijs rebus non naturalibus, quæ necessariò cor-
pus nostrum alterant & immutant: ergo cum non possit reperiri pulsus, sine prædictis alterationibus, fieri non potest, ut detur mo-
deratus in aliquo tempore.

Secundo arguitur. Probatur Vallesius non dari corpus temperatum in qualitatibus, quia scilicet nullum momentu est, in quo non sit verum dicere: Corpus est alteratum præter naturam à causis necessariò agentibus: ergo nequid dabitur pulsus moderatus.

Tertio arguitur, quia si in aliquo corpore, maxime in temperato: sed in hoc non datur, ergo in nullo. Probatur minor, quia arterie non habent eandem magnitudinem in corpore temperato: ergo non erit signa-
bilis pulsus exquisitè medius.

Sed quantum potest colligi ex Gal. loco citato, & lib. 1. de differentijs puls. c. 4. datur pulsus in hac differentia modus & moderatus.

Pro huius conclusionis intelligentiâ præ-
mò notandum est, corpus temperatum non postulare ex sua natura talem quantitatè determinatam, sed recipientem optimam temperiem in magna & parua quantitate corporis tantum certos terminos, ut latius constat ex physicis, & ex Galen. lib. de optimis corporis constitutione cap. 1. Secundo oportet meminisse, ut multoties

E 3 diximus,

De Pulsu.

diximus magnitudinē & paruitatem pul-
sus non esse considerandas in ordine ad
corpus arteriæ, sed in ordine ad spatium,
& cautitatem per quam mouetur arteria.
In hoc ergo sensu datur pulsus medius, &
etiam in corpore temperato, quando scilicet
arteria non transit illum terminum
naturalem quem habet, pro vltis indigen-
tia moderata, respectu cuius ille pulsus, qui
transit maius spatium, dicitur magnus, qui
minus, dicitur paruus.

Sed dubitabis hoc pacto: nō videtur
dari pulsum mediū inter longū & breuem,
quāuis detur inter magnū & paruum. Et
prob. quia lōgitudo motus tantū videtur
cōsiderari penes longitudinē arteriæ. Cōs-
tāt autē, arteriās nunquam variare pro-
priam longitudinem: ergo non dabitur
pulsus moderatus in longitudine.

Respondeo, pulsum non dici longū, aut
breuem ex numero digitorum tangentis,
vt rectē aduertit Galen. 3. de dignot. pulsū
c. 2. Ita vt ille pulsus dicatur lōgus, qui tē-
gitur a quatuor digitis, breuis qui duobus
digitis, medius qui tribus tantū percipitur.
Datur ergo moderatus in longitudine, hęc
ratione: quōd sicut in hominibus tenui-
bus & gracilibus, quia sunt ex carnes, appa-
ret posse dignosci plus de longitudine ar-
teriæ, vt docet Gal. 1. de dignotione puls.
cap. 3. & 3. de causis puls. c. 4. & in homi-
nibus crassis ē contra. Sic etiam moderatus
percipietur in homine inter hos me-
dio, quia corpora circūstantia arteriam,
neque tenuia, neque crassa sunt. Itaque hoc
pacto datur de facto pulsus medius inter
longitudinem & breuitatem, vt pulsus, qui
magis impeditur, propter circūstantia cor-
pora, dicatur breuis; qui parū impeditur,
dicatur longus; qui moderatē, moderatus
sit.

Ad primum responderetur, quōd licet nō
reperiatur, nisi rarō, corpus quod alteratio-
nem non suscipiat ab aliqua causa non na-
turali, ex hoc tamen nō colligitur intentū,
quia medicus potest rationem adiungere
sensui, & subtrahere mutationem pulsus,
quæ suscipitur a causa. Ad secundum iam
patet ex dictis, nam licet arteriæ habeant
diuersas magnitudines, tamen habent di-
uersa spacia, & respectu horum faciunt pul-
sus moderatos, aut non. Si enim transeat
vltra commune spatium, est pulsus ma-
gnus; si infra subsistat, est pulsus par-
uus; moderatus vero, si me-
dio modo se ha-
beant.

Vtrum quatuor que sunt in pulso, scilicet, duplex motus, & duplex quies, possint à medico dignosci.

CVM in hac parte tractandū simul sit de
cognoscendo pulsu magno, longo, la-
to & breui, & similiter de vnoquoque pul-
su inferius agendum, oportet supponere,
quatenus possit medicus cognoscere de
dilatatione, cōpressionē & secunda quie-
te. Est enim ita difficilis pulsuum cognitio,
vt ad illam tota via sit necessaria, vt dicit
Gal. 1. de dignotione pulsuum, c. 3. ad me-
dium. Est enim multum difficilis eō qua-
tuoque rationes. Primo, quia nullus est philo-
sophus, nec medicus de hac materia ali-
quid scripsit nisi totus Archigenes, & iste
satis deb. liter, vt ait Gal. 4. de dign. puls. c.
2. Propter quam causam dicebat Arist. dif-
ficilem esse tractationem de loco, quia sci-
licet nullus ante illatum aliquid sensuider,
vt patet 4. lib. Phys. c. 2. Præterea est diffi-
le pulsus dignoscere, quia opus est tantū
exercitatisimo, ad quod est necessarium
tempus longum, & magna & continua di-
ligentia. Tertio, quia non habemus aliquā
figuram externam, qua mediante illos cog-
noscamus, sicut Astrologi faciunt suas
sphæras mobiles correspondentes mori-
bus celestibus. Quarto & vltimo est diffi-
cilis cognitio pulsus, quia vt docet Gale-
nus secundo de dignotione, puls. c. 2. circa
medium, cap. non possumus inuenire vnū
pulsū solū, & ab aliis seiondum; quia
sere semper duobus aliis differentijs con-
iungunt, quæ obscurant cognitionem; &
hoc in vno instanti, aut brevissimo adeo
tempore, quo non valeamus interstrin-
gere naturam vniuersiūque differentie. Vi-
detur enim dicendum, quod Auerroes de
elementis asserbat 4. Meteor. rea. 10. non
posse vnū elementum ab alio dilatum
videri, quia nō inuicem omnia complica-
ta & mixta sunt in mīdo. Quæ quatuor
causæ non deterrēt nos ab indaganda
cognitione, imō magis incendant. Atque
nam & vitas semper circa difficultia ven-
tantur, vt ait Arist. 2. Ethic. cap. 3. Quod si
inspicimus Gal. 1. de dignot. puls. in fin. c. di-
cebat: Quæ obscuritas tenuatur in qua-
stionē vocamus.

Primo itaque agamus de dilatatione,
quia est præcipua pars pulsus, vt docet Gal.
2. de digno. puls. in principio. Secundo, quia

valde est utilis ad pronosticandum. Tertiò, quia est notior contradiçione, & à notioribus est incipiendum; vt Aristotel. 5. Metaph. c. 1. Quarto, quia maximam habet cognitionis varietatem. Propter quas rationes ab illa prius incepit Galen. 1. de Dig. pul. cap. 2. His suppositis notandum est ante Galen. multos tenuisse non sentiri dilatationem, sed solum idum & percussionem arterie. Contra quos Galen. 1. de Digno. pul. cap. 2. inuehitur: demonstrat percipi debere dilatationem. Et vtrius septem argumentis, quinque negatiuis docentibus ad impossibile, & duobus affirmatiuis. Primò, si non percipitur dilatatio, sequitur, quòd non percipiatur pulsus latus. Pater, quia pulsus latus ille est qui multum percipitur distendi in latera; ergo si solus ictus percipitur non potest sentiri latitudo. Secundo, quia neque pulsus magnus daretur, siquidè ille necessariò ostendit latitudinem, & profunditatem illas autem dimensiones non est possibile percipere ex solo ictu. Tertiò, quia non daretur pulsus vndosus, & vermiculatus. Pater, quia ex solo ictu non possunt dignosci vndationes quibus se se mutuo recipiant arterie. Hoc enim est impossibile, vt colligitur ex Galen. 3. de Caus. pul. cap. vltimo. Quarto, quia neque daretur pulsus decurtatus, siue myurus in pluribus pulsationibus, quando vna pulsatio est minor alia, imò neque in vna pulsatione daretur pulsus decurtatus, vt colligitur ex Galen. 1. de Differ. pul. c. 19. Quintò, quia non daretur pulsus vibratus, neque consultius, cum inter istos hec sit differentia, quòd in vibratis magna sit dilatatio, in consultiis vero parua, vt docet Gal. 1. de Differ. pul. cap. 27. Sed hæc omnia falsa sunt aperte: ergo non est dicendum dilatationem non cognosci. Et hæc sunt quinque argumenta negatiua Galen. affirmatiua verò argumenta duo colligimus ex eodem, quia vt rectè dicebat Archigenes in hominibus gracilibus, & matris euidentissimè conspicitur dilatatio quando, scilicet, arterie, ita exarces sunt, vt non possit falli sensus. Est autem debilitas intellectus non credere sensui, vt docet Aristotel. 8. Phys. text. 25. quòd ego soleo interpretari quando neque læsio in organo, neque indubitata ad est obiecti applicatio. Sed in arteriis gracilibus, & optimo tactu medici est debita applicatio tangibilis, & nulla læsio in organo: ergo necessariò cognoscitur dilatatio. Secundo probatur à simili: nam

arterie simulantur vesicis, sacculis, & siliis. Hæc enim omnia habet terminos & celeritatem internam: sed omnia hæc dilantur & constringuntur, & taliter cognoscuntur per tactum: ergo etiam arterie distendi, & comprimì cognoscuntur & non solus ictus apparebitur Galen. 1. de Digno. pul. c. 2. Ex isto notabili patet, quòd dilatatio cognoscatur. Nunc sciendum, an omnes partes eius percipi possint: quòd ex secundo notabili constabit.

Secundo est notandum, Galenum ab- soluere istam dubitationem primo de Digno. pul. cap. 8. dicens, non cognosci tantam dilatationem. Quòd tribus rationibus comprobatur. Prima est: inritum dilatationis non percipitur: ergo æque tota dilatatio. Consequenter est optima. Antecedens patet, quia istius inritum cognoscimus, quòd tangimus, sed non tangimus arteriam, imò neque cutis, quam sentimus, tangit ipsam, est enim multum spatium interpositum inter cutem & arteriam, & arteriam ipsam: quòd ad sentiam constat si velis arteriam excoriare: ergo si non percipimus arteriam, sequitur, quòd neque inritum motus. Secundo probatur demonstratiuè hoc patet: Cum arteria incipit dilatari, clarè est, quòd ille motus impartitur primum corporibus magis vicinis, veluti quodam impulsus, deinde communicatur cuti, & vltimò digitis medicis: sic est, quòd pulsus habet esse in fieri & successiuo, vt constat ex 4. de Differ. c. 9. ergo quando mobilis arteria ad tactum medici accedit iam proculdubio manib. prima pars motus: ergo est impossibile, vt sentiat. Tertio probatur à signo. Nam nobis apparet quies interna longior, quam externa, cum tamen sint æquales: hoc autem ob aliud est, nisi quia non sentimus primam partem dilatationis, & sic putamus totum illud tempus consumi in quiete, iuxta illud Aristot. 8. Phys. 7. quòd primario motus quies est.

Sed hic magno cum fundamento dubitabis quomodo potest dicere Galen. faciendam esse comparationem dilatationis ad compressionem, & esse eandem: eandem proportionem vnus ad alium, cum ipse probauerit non posse percipi totam dilatationem, & statim probauit non posse percipi totam compressionem. Respondetur, rationem & distansum esse ad iungendam sensibus: nam quantum ad sensum solum apparet semper æquales dilatatio & compressio, ceterum ex modo,

vel

vel minori mora, quo tempore absconditur arteria à nostro tactu, faciliè venarum polifunus magnitudinem & paruitatem conuersionem. Si verò intertroges, quantum est illud, quod non sentitur ex dilatatione? respondet Galenus lib. 1. de Digno, pulso. cap. 9. tantam partem non sentiri dilatationis, quantum intercedit inter distributionem prius impetus motus arterie, scilicet vique ad nostrum tactum. Quam sententiam, licet obscuram, declarat diuersas manus applicationes pro diuersa differentia cognoscenda. Tripliciter enim applicamus manum, vel comprimens, vel solum palpando, id est leniter tangendo, vel medio modo inter ista extrema. Igitur si pulsus fuerit magnus, & liquidus, debemus tangere palpando manu suspensa, & hoc pacto serè nihil dilatationis nos fugiet. Si verò fuerit vehemens, & comprimemus magis digitos, & serè totam dilatationem cognoscemus. Si tandem pulsus fuerit moderatus inter istos, medio modo applicanda est manus, & medio etiam modo cognoscemus motus istos.

Sed antequam de compressione agamus, tertio notandum est, maximè debere medicum exercitari in cognoscendis pulsibus hominum temperatorum, ut faciliè noscat quantum distet pulsus à propria natura temperati, & corpus à corpore: ut verò cognoscat quantum corpus aegrotum distet à naturali statu, non debet facere comparationem ad corpus temperatum, sed ipsius infirmi ad se ipsum tantum. Sed agamus de cognoscenda compressione.

Et quòd non sentiat compressione, probatur, quia tactus tantum sentit proxima obiecta, sed in compressione arteria descendit à tactu, & separatur à pulpa digiti: ergo dum comprimitur non potest sentiri à medico. Propter hoc argumentum antiqui non credebant cognosci compressionem. Contra quos est conclusio talis: Compressio cognoscitur à medico. Hæc probatur omnibus septem illis argumentis, quibus probantur dilatationem esse cognoscibilem. Currunt enim de dilatatione, & compressione. Sed præter illa probatur conclusio primo argumento Galeni de Digno, pulso. cap. 4. à similitudine facta inter vesicam, aut ventrem aqua plenum, & baculum percussentem. Nostri enim digiti sunt sicut vres blandi, aqua, aut flatus aliquantulum repleti, arteria vero est sicut baculus qui attingit, & ferit ipsos vres. Igitur motus ad intra qui fit

in vtre à baculo compressio, aut percussio, est similis motui qui in pulpa digiti ob diffusionem arterie, & motus ille qui fit ab vtre quando iterum recedit, & inflatur est similis motui pulpa digiti quo se reddit ad terminum suum antiquum, postquam arteria definit dilatare: ita ut eius experiamur motus in digitis, vnum ad intra factum à dilatante arteria, alterum ad extra factum à proprio calore dilatante carnem in compressione arterie, quæ clarissimè cernitur in pulsibus vehementibus, nam in his pulsa multum percussitur, & sic sentitur res illa, & accessus nullo magis, quam in pulsibus qui leniter ferunt.

Secundò probatur conclusio ex eodem Galeni loco citato, cap. 5. Ea que senti bilem affectum inducunt in tactum, sensibili ha sunt, sed contractio arterie inducit affectum sensibilem in tactu: ergo est sensibile. Probatum minor. Nam dilatatio sentitur, quia pulpa digiti percussa cavatur, ergo compressio sentitur, quia illa cavata redit ad statum naturalem.

Tertio probatur, quia arteria premit tactum diuersimodè in pulsu vehemens si mo multum, in vhemens non ita, ergo postquam pulsavit, redit necessario atque contrahitur, ergo est contractio in pulsu clarissima.

Ex quibus argumentis faciliè constat in Galenica doctrina cognosci motus pulsus ex dispositionibus productis in digitis tangentis, ita ut prius cognoscamus digitorum motum & affectum, deinde arteriarum.

Ut autem possit dissolui argumentum antiquorum negantium compressionem cognosci, aduertit Galenus corpora dupliciter posse se tangere, vno modo planè, ut si dicamus in puncto, & hoc modo breuissimè separantur, alio modo se tangunt per ingressum vnius in aliud, sicut fovea & emittat, & talia non separantur subito, sed in tempore perceptibili. Cum itaque dilatatur arteria, tangit pulsam, non primo, sed secundo modo, intrat enim excavando ipsam pulsam. Hinc fit, ut quando arteria separatur per compressionem à pulpa digiti, non separatur subito, sed in tempore perceptibili, quia idem intercedit tempus in separatione à pulpa, quod fuit in excavatione pulpe, aliàs enim hoc spatium transiret in instanti, quod est falsum, ergo rectè sequitur, quòd compressio atque sentitur.

Hoc.

Hucusque porit subtilitas Galeni explicari, qua responderit in forma ad argumētum, nam quando dicit: Separatur à ta-ctu ergo non sentitur: distinguendum est antecedens, separatur enim secundo modo, non primo.

Tamen contra istam doctrinam ab omnibus receptam dubitabis, argumentando in hunc modum. Si affectus, & motus arteriarum cognoscantur per dispositionem pulpa tangentis, sequitur, quod cognoscitur per accidens, imò (quod magis est) sequitur, quod non possint dignosci. Probatu sequela, quia motus arteriarum cum habeant rationem sensibilibus communis, non possunt sentiri, nisi medio aliquo sensibili proprio existente in ipsa arteria.

Praeterea non possunt sentiri per affectus ipsius pulpa, quia in pulpa nullum aliud sensibile percipitur, nisi compressio pulpa, aut dilatatio eiusdem, quae sunt locales motus, & sensibilia communia ergo per hos affectus digitorum, vel arteriarum non possunt cognosci motus pulsus.

Propter hoc argumentum aliquis poterat imaginari, ad sentiendam compressionem non esse necessariam dilatationem pulpa digiti, sed solum sentiri, quia in illa separatione arteria diverso modo afficitur tactus. Nihilominus semper tenenda est conclusio Galeni, non posse percipi compressionem arteriae, nisi pulpa digiti dilatetur, & descendat, sicut nec dilatatio posse percipi, nisi pulpa digiti comprimatur, & exeat.

Ad argumentum autem multi alia respondent: ego vero dicendum arbitror, quod quando Galen. dicit non sentiri arterias moueri, nisi per dispositiones pulpa, non est intelligendum sentiri tanquam per rationem sentiendi, aut tanquam per sensibile proprium modificans motus arteriarum, sed tanquam per conditionem requisitam, quoniam tenent motus pulpa rationem approximationis ad sensibile, quae approximatō fit per motum localem pulpa digiti: dilatatio ergo arteriae ad hoc ut sentiatu indiget excavatione pulpa digiti: & ratio est evidens, nam licet tactus, & percussio arteriae possent sentiri sine excavatione pulpa, tamen in partibus fractis, per quas mouetur, est impossibile quod sentiatu sine excavatione digiti, quia per illas partes sentitur arteria dilatari: quae occupabat caro tangenti. Eodem processu pacto dicendum de compressione, pau-

cis muratis, nihilominus ad sentiendam compressionem arteriae necessarium esse, ut pulpa digiti dilatetur: nam cum arteria distendatur, pulpa accedit se dilatando, & appropinquatur arteriae: quoad vltima sint vnum, ut est possibile esse vnum ad producendum actionem sensus tactus. Ecce quomodo haec approximatō fit mediante illo motu locali pulpa.

Sed obicit aliquis: Si ita intelligitur doctrina Galeni, ut est dictum, sequitur, simul sentiri affectum digiti, & affectum ad tenentem: consequens est falsum: ergo, falsitas probatur, quia ipse Galenus dicebat primum sentiri affectus corporis nostri: deinde illa, quae eos induxerunt obiectione. Igitur prius est dilatatio pulpa digiti, quae arteriae compressio, hoc autem est falsum secundum doctrinam traditam, nam videtur supponere simultatem istorum motuum.

Respondetur, motum digiti, & motum arteriae simul esse tempore, tamen prius natura esse motum pulpa, quam motum arteriarum, & in hoc sentia venit explicanda sententia Galeni. Quod autem simul tempore sint, probatur, & explicatur: Nam sicut verum est dicere: Nunc non dilatatur arteria, & immediate post dilatabitur, ita in eodem instanti est verum: Nunc postquam stringitur pulpa digiti, & immediate post constringetur, & exeat. Parec, quia in eodem tempore simultaneo est motus corporis in aliquo loco, & motus corporis excedens ab illo eodem loco: ergo simul erunt accessus arteriae, & recessus pulpa. Hoc tamen est discernere, quod recessus & contractio arteriae est prior natura, quam dilatatio arteriae in genere cause materialis, sicut in eodem genere cause, prius est aliquod corpus exire ab aliquo loco, quam aliterum ingredi, licet in genere cause efficientis prior sit ingressus corporis, quam egressus alterius, & dilatatio arteriae: quam compressio pulpa. Praeterea philosophandum est de compressione arteriae, & dilatatione pulpa hoc pacto. Sunt enim simul tempore, licet prius natura sit compressio arteriae, quam dilatatio pulpa. Parec, nam prius est dilatatio impedimenti, quam motus corporis impediri, sed arteria immediate ante suam compressionem impeditur dilatationem pulpa: ergo prius descendit arteria, quam dilatatur pulpa: cum hoc tamen verum est esse priorem dilatationem pulpa, quam contactum necessarium ad cognos-

cognoscendam arteriæ compressionem, & in hoc sensu interpretandus est Galenus, quando dicit, prius esse affectum corporis tangentis, quam obiecta per talem affectum cognita.

Tertio dubitabis in hâc modum: Si motus arteriarum cognoscuntur per dispositiones pulpæ digiti, sequitur, quod semper sentiantur æquales dilatatio & compressio: consequens est falsum: ergo. Probatur sequela, quia affectus pulpæ sunt æquales, quoniam æqualiter dilatur pulpa, ac erat compressa: ergo æqualiter sentietur constructio & dilatatio: sed consequens est falsum. Probatur, quia multo facilius cognitionis est dilatatio, quam compressio arteriæ, hæc enim est, quæ requirit medicum diligentem, & tactus exercitissimum.

Respondere potest huic argumento, concedendo antecedens, & negando consequentiam: nam absque dubio dicendum est, faciliorem esse cognita dilatationem, quam compressionem arteriæ. Est ratio ista in hoc, quia quando aliquod corpus alteratur violentè, multo magis & facilius sentit illam alterationem, quam alteram sibi magis naturalem, sicut violentum frigus multo facilius sentitur, quam si quis ad calorem naturalem perveniat: at verò compressio pulpæ est violenta, dilatatio est naturalis, & ob id quantum attinet ad prædictos affectus, facilius dignoscimus dilatationem arteriæ, quia facilius dignoscimus pulpæ compressionem.

Sed inflabis iterum, dicendo, quod ex hac doctrina non sequitur facilius dignosci dilatationem arteriæ, sed tantum constructionem pulpæ.

Respondetur verum id esse. Vnum enim & idem mobile, & idem sensibile, est arteria in dilatatione & compressione, & sic ex hac parte non erit maior ratio quare facile cognosceretur dilatatio, difficilius verò compressio, tamen ex parte cognoscentis præcedit compressio pulpæ, quæ facilius cognoscitur, & sic facilius etiam ipsa dilatatio arteriæ: ad compressionem verò è contra res habet, nam cum primi arteriam cognoscamus media dilatatione pulpæ, & hæc parum sentiantur, tanquam naturalis quidam reditus; hinc est, ut difficulter cognoscatur arteriæ compressio.

Sed quanto interrogabis, quo pacto potest sentiri maior, aut minor constructio arteriæ ex dispositione pulpæ, cum hæc semper sit eodem modo?

Respondet, ex sola pulpæ dilatatione non posse perfecte comprehendi totam constructionem esse minorem, aut maiorem dilatationem. Id tamen percipiunt adiungendo discursum sensuum debilitati. Ex modo enim quo arteria recedit à digito, comiecluramus vsque ad quem terminum poterit devenire. Sicut quando fleximus aliquam virgam, cognoscimus ad quem terminum debet pervenire, ex modo quo recedit à manu. Propterea potest dignosci ex longitudine, aut brevitate temporis, quo non immutat digitum, ut de quiete dicemus.

Quinto dubitabis, utrum per æquale spatium sentiantur dilatatio & constructio, an verò per maius spatium percipiatur dilatatio.

Pro huius dubij solutione memorari oportet, quod iam diximus non sentiri omnem dilatationem, nec omnem compressionem, quia sunt multa corpora impediunt, ut cutis, caro, adeps. Ex quo si damento poterat aliquis inferre, æquale esse spatium, ita ut tantum quantum non sentitur una, non sentiantur altera: nã impedimentum æquale est ad utrumque motum non perfecte cognoscendum.

Ad dubitationem aliqui respondent, se rē semper sentiri per maius spatium dilatationem, raro verò æqualiter cum compressione. Et ratio istius est, quia constructio pulpæ digiti non potest fieri sentius, aut tardius, quam dilatatio arteriæ, quia talis motus digiti fit ab impulsu ipsius arteriæ, & qualis fuerit motus arteriæ, talis erit constructio digiti: at verò dilatatio pulpæ potest fieri tardius, quam arteriæ compressio, imò multoties fit, quia ad istum motum non impellitur pulpa, sed ex propria natura videtur moveri. Ex quo sequitur, quod compressio arteriæ prævenit, & antecedit dilatationem pulpæ, adeo ut pulpa non possit illius motum æqualiter insequi: ergo sentietur per minus spatium compressio, quam dilatatio.

Sed iste modus dicendi temperari debet; nam si in rigore procedat, non solum probat non sentiri per æquale spatium compressionem, verum inferretur nullo modo sentiri.

Nam si arteria celerius constringitur, quæ pulpa dilaretur, sequitur quod in minori tempore præterit illudmet spatium, quod præterit pulpa digiti in sua dilatatione, & ex consequenti in partibus spatij arteria minus comoretur. Ex quo sequitur

evidenter, quod arteria semper distat à pulpa tangente secundum situm, & medium, quod possit impedire sensationem, & sic nunquam in motu compressionis sentitur arteria: quod exemplo sumpto ab externis facillè patebit, nam si duo homines moueantur per æquale spatium, & alter conficiat iter in minori tempore, clarum est, quod ille non potest alium hominem tangere, qui mouetur tardius.

Dicendum est ergo ad predictam dubitationem, quod per corpora impedientia non repugnat sentiri utrumque motum arterie per æquale spatium. Hoc ostendit ratio in principio adducta: neque etiam repugnat ex parte pulpa, quia dilatatio & contractio pulpa, semper sunt per æquale spatium. Tertio, non repugnat per rationem nuper adductam: Nam quamuis arteria constringatur à propria virtute pulsifica, & pulpa dilatetur à suo proprio principio, tamen possunt moueri eadè celeritate, & sic poterimus percipere illam partem compressionis in qua pulpa tangit arteriam: non fugimus tamen rigorem argumenti propositi: nam licet non concludat illud semper sic fieri, saltem concludit aliquando, imò multoties sic contingere, quod, scilicet, arteria celerius restringatur, & pulpa tardius dilatetur: in quo casu nil percipimus de compressione, quantum attinet ad partem digiti. Et confirmatur: Nam maiori ex parte velocius solent moueri prohibentia, quæ prohibita, particulariter quando maximè differit in principio motu. Ut si detur lana, ne descendat, ab aliquo lapide, clarum est, quod remora lapide descendit. Hoc tamen erit discrimen, quod lapis qui prohibebat descendere velocius, & non se tangent. Idem dicendum de arteria, quæ impediatur pulpa. Cum enim constringitur, remouetur impedimentum, & statim ipsa pulpa dilatatur à diuerso ceterè efficiente. Et sic non est necessarium, ut tam veloci motu moueatur sicut arteria ipsa fieri tamen potest, ut aliquando per maius spatium sentiatur compressio, quàm dilatatio, ut contingit in quadam inæqualitate collectiua, ut ait Galen. s. de Digno puls. cap. 3. de qua nos inferius agemus.

Restat tamen vnum pulchrum dubium in doctrina Galenica, nam non videtur absolutum fuisse præteritum: quia si corpora impedientia sunt æqualia, pinguedo, caro, adeps, & affectus digiti sunt æquales,

quæ est causa quare non sentitur æqualiter contractio, & dilatatio. Huic dubio soluo ego respondere, quod licet corpora impedientia sint eadem, habent tamen diuersum modum in contractione, ita ut impedire possit ille modus sensationem ipsam. Explicatur: Cum arteria dilatatur, impellit corpora vicina vsque ad radicem medici, adeo ut illa comprimantur in vniuerso condantur, & ex consequenti est mirus impedimentum, quia occupat minorem locum. At verò quando arteria constringitur, illa corpora extenduntur, & occupant maiorem locum, & ob id magis impeditur sensatio, quia magis distat arteria à tactu medici, extendens se se corporibus intermediis. Ex hac est meo iudicio fundamentalis ratio, propter quam maiori ex parte minus sentitur de contractione, quàm de dilatatione.

Sed quia ita difficile est cognoscere contractionem, proponamus ex Galeno octo conditiones, ut melius illam cognoscamus. Prima, contractio pulsus linguidi non potest percipi, teste Galeno lib. 1. de Digno puls. cap. 5. ad medium, & ex pres. s. de Prasag. ex pul. cap. 7. ante medium. Igitur in languidum non est tunc labores ad querendam contractionem, quia hoc Galen. iudicat impossibile. Secunda conditio, quam debes obseruare, est: Num forsitan inuenias pulsus simul vehementem, durum, magnum & tardum. His enim quatuor conditionibus manifestissime ostenditur contractio, teste Galeno loco citato de Digno puls. & in eodem lib. 1. cap. 7. in fine, quam doctrinam nobis dedit sub epilogo Aulcenna in Ven. 2. capit. 1. dicens, sentiri contractionem in pulsu vehementi propter suam fortitudinem, in magno propter multam eleuationem suam in duro propter multam sui refractionem, in tardo propter longiuitatem temporis sui motus. Quasi dicat cum Galeno, melius sentiri contractionem in pulsu vehementi, quia fortes pulsationes melius sentiuntur, & ob id eorum recessus, cuius defectu languidus nullam ostendit contractionem: in magno similiter propter eandem rationem. In duro, quia violenter distinguit, & refrinat pulpam, ad quem sensum necessario sequitur compingit retrahitur. In tardo, qui à quanto magis durat motus, magis sentitur. Tertia conditio est, ut excutitur in pulsibus vehementissimis & maximis, in quibus magis apparet contractio: nam si in alijs pulsibus

bus illam quaerimus, veniens in dissiden-
tiam cognitionis. Quarta conditio, ut cor-
pora contemplerur, in quibus illi pulsus
reperiuntur, qualia sunt robusta, habitu
mediocria, temperata, in regione tempe-
rata, in vere, liberaque sint à metu, morro-
re, macilentia, fatigata, &c. In his itaq; do-
cet Gale. confpicuum esse contradictione:
si verò tales homines ad iram provocen-
tur, vinum hauserint, aut balneo vrantur,
claris demonstrantur contradictionem,
quia ex omnibus illis causis increvit ve-
hementia. Quinta conditio est, vt morbos
obseruemus in quibus magis apparet com-
pressio, quales sūt tertiana simplex, febris
ardens, ephimera ex bubone, adullio, mo-
dica lassitudo. Tales enim affectiones,
quia pulsus habent vehementissimò, &
maximum, micritò manifestè demòstrat
contradictione. Sexta conditio consistit
in manus applicatione. Si enim pulsus fue-
rit magnus & vehemens, debemus com-
primere digitos, vt appareat cōtractio, nā
cū fortiter comprimitur arteria, ipsa
cōtrahitur & magnam foueam facit in
pulpa, & ex consequenti est magis cogno-
scibilis contractio, & recessus. Si autem
non comprimamus manum, nil sentietur
de dilatatione, aut id satis obscure, teste
Galen. 1. de Digno. puls. cap. 5. 7. & 8. post
medium. Si verò pulsus fuerit magnus, &
languidus, manum debemus habere, sus-
pensam, vt appareat aliquid de contra-
dictione. Præterea superne carpum sumere
& non inferne, docente Galen. 1. de Dign.
puls. cap. 7. post medium. Septima condi-
tio se habet ex parte tangenti, oportet
enim vt manus sit mollis, temperata, & in
hac parte multum exercitata. Vnde rectè
fecerunt nobiles medici, non vtentes chi-
rurgia: nam præter alias rationes manus
durior sit, & ad opus hoc admirabile ine-
pta. Octaua conditio est, vt in memoria
teneamus expressam de differentijs do-
ctrinam, illisque tractandis semus quam
maximè dedisti, à multisq; alijs vanis stu-
dijs separati, consulente Galeno 1. de Dign.
puls. cap. 1. & 4. de Caus. puls. cap. 5.

Restat autem, vt de quietibus aga-
mus, siem imponentes huic quaestioni.
Et incipiendo à quiete externa tanquam
à notiori, dicimus, quòd quiete externa est
illa, quæ fit post dilatationem arteriæ an-
te contractionem. Dicitur externa, quia
fit in circūferentia ipsius arteriæ, quæ
est pars illius externa, vnde ab aliquibus
vocatur quiete superna. Quòd autem in-

tegra cognoscatur, docet Galen. 1. de Dign.
puls. c. 10. post medium: Modus verò
cognoscendi est, si applicemus ma-
num, non multum comprimendo, sed
medio modo. Nam si multum comprimi-
mus, auertimus arteriam à sua quiete,
ita vt dicat Galen. 1. de Digno. puls. cap.
8. ante medium, quòd quando multum
comprimimus arteriam, occupatur finis
dilatationis, & principium compressio-
nis: ergo etiam obscurabitur quiete me-
dia: cum hoc tamen verum est in vehe-
mentibus pulsibus aliquantisper posse di-
gitos comprimere. De quiete interna alia
tria docenda, nempe, quid sit, vtrum sentia-
tur, & quo pacto cognoscatur.

Ad primum dico: Quietem inter-
nam esse illam, quæ fit post contractio-
nem ante dilatationem: Dicitur interna,
quia fit in centro ipsius arteriæ. Cen-
trum autem est pars eius interna, & intra
ipsam.

Ad secundum dico: Sentiri quietem
internam, teste Galeno primo de Digno.
quiet. puls. cap. 10.

Ad tertium dico: Quòd vt sentiatur
quiete illa, debemus premere, & compri-
mire arteriam, ita vt è contrario se res
habeat. Nam quiete externa sentitur mo-
dica digitorum compressione, interna
verò multa, & forti compressione. Dif-
ferunt etiam in cognitione quam ma-
ximè: nam quiete interna mediat inter finem
compressionis, & initium dilatationis:
quæ duo etiam insensibilia sunt, &
ob id omnia sensus iudicat pro quiete:
at verò quiete externa ipsa sola sentitur,
quia initium compressionis, & finis dilata-
tionis percipiuntur à medico.

Sed hic poterat esse magnum dubi-
um: Nam videtur impossibile, quòd
quiete interna sentiatur, cum tactus ad ar-
teriam non peringat. Præterea, nequa
vlla quiete, cum primario sit, vt per se con-
stat, non potest sentiri.

Ad hoc respondeo, quòd quiete inter-
na non sentitur positiuè, quia neque ar-
teria. Ad verò sentitur modo quò potest,
scilicet, priuatiuè. Vt enim visus est vi-
sibilis, & inuisibilis tenebrarum, & lumi-
nis, vt docet Aristoteles secundo de An-
ima, ita tactus est tangibilis, & intangi-
bilis. Tangibile enim obiectum perci-
pitur per positiuam immutationem in-
tangibile verò quòd dicitur, tale per
priuationem percipitur, quia tactus non
immutatur. Arteria verò in quiete
inter-

interna, licet sit quid possumus secundum se. Dicitur tamen in angulis defectu approximationis ad tactum, igitur sicut cognoscimus ultimam partem compressionis, & primam dilationis, adinvenendo ducursum, & ratiorem; ita & interram.

Sed obiicies: Sequitur quod non possit cognosci tempus quietis, siquidem confunditur tempus quietis cum tempore primi motus dilationis, & ultimi compressionis.

Respondet, quod quamvis verum sit arteriam toto illo tempore non sentiri, tamen cum tota contractio sit propter eundem finem, propter quem & ipsa interna quies, hinc est, ut ex varietate temporis contractionis concluderemus tempus quietis internae. Et haec de hac quaestione.

CAPVT VI.

*Aligua adnotanda, ut praesagia,
& causas pulsuum intelligamus.*

Cum agendum sit nunc in particulari de causa & praesagio pulsus magni, & aliorum pulsuum; prius praemittere oportet, causas in duplici esse differentias: quaedam enim sunt causa pulsus continentis, quae à Graecis *synellicae* appellantur, de quibus tot diximus in superioribus, quae sunt facultas, instrumentum, & usus, quae continentis dicuntur, quia ita simul pulsuum produciunt, & ita continent, ut illis variatis varietur pulsus, ablati auferatur. Quid vero sit causa continentis, abunde satis explicui superiori anno in tractatu de Morbo & synaptomate: istae autem causae continentis sibi quosdam habent pulsus proprios & geminos, alios vero habent familiares proprios appello, qui debentur illi causae ex sua natura, ut facultati robustae pulsus vehemens, debili pulsus languidus debetur tanquam proprius familiares autem illi dicuntur, qui non semper ab una causa, sed à pluribus continentibus possunt oriri. Et sic facultas robusta habet pulsus magnos, celeres, & raros tanquam familiares; possunt enim hi fieri ab aliis causis, & non à sola virtute fortis. Eodem pacto facultas debilis producit pulsuum languidum

De Pulsibus.

tanquam proprium; paruum vero, & redum; & crebrum, tanquam familiares. Sic arteria dura habet proprium pulsuum durum, familiares vero fortiter paruum, tardum & crebrum. Molis arteria habet mollem pulsuum causare tanquam proprium; rarum vero, celerem, & magnum tanquam familiares.

Secundo praemittendum est, visum mollem habere pulsuum proprium, sed omnes familiares, qui, scilicet, ab aliis causis possunt oriri, nam cum visus multiplex sit, varios etiam causabit pulsus. Quod facile intelligemus si memora tenemus quae superius de sine pulsus docuimus. Diximus enim visum & finem pulsus consistere in refrigerio, & ventilatione caloris, & in spiritibus generandis.

Ex quo sequitur, quod quomodo cumque calor crescat, causabit pulsuum magnum tanquam familiarem; si vero magis crescat, celerem, si vero magis, etiam crebrum: quod non solum de calore praeter naturam & morbofo, verum adhuc de naturali adaugendo intelligendum est, ut Galeno secundo de Difficultate respirata, cap. 24. Quia vero calor potest esse nec in solum solo gradu intensus, ut in epithermis, verum patet in febribus & febrilibus recessus; hinc est, ut alter visus iudicetur; nempe sanguinum expurgate; nam ad refrigerandum calorem praeter naturam, non solum est necessaria qualitas frigida aeris, verum ipsam sanguinum ablatio. Et sic non sufficit sola arteriae dilatio, sed magna ac celeris compressio. Eodem modo debemus philosophari de altera parte visus, quae est spiritus generatio. Si enim deficit spiritus, produciuntur pulsus magni, celeres, & frequentes, tanquam familiares. Tamen notandum, quod quando deficit spiritus in hominibus robustis & sanis propter aliquem laborem, tunc familiarior differentia est magnitudo, quia natura indiget copiosiori aere: At vero, si deficit spiritus in corporibus debilibus, & convalescentibus, familiarior differentia est celeritas quia natura supplet defectum magnitudinis. Atque haec de causis continentibus.

Tertio praemittendum est, alias esse causas alterationis pulsus, quas sic appellamus, quia valent immutare pulsuum, alteratis causis continentibus, cuiusmodi sunt omnes causae calefacientes, refrigerantes, humefacientes, & exsiccantes. De quibus,

G & quot

& quot modis contingunt, egrimus anno superiori. Similiter omnes causæ, quæ valent virtutem confortare, aut deualtare, à quibus omnibus pulsus immutatio subsequitur. Quæ omnes aut internæ, aut externæ sunt, exemplis ree clarificunt. Ira facultatem alterat in excessum, item & imperas ad crism, teste Galeno 1. de Prælag. ex puls. cap. 8. Vbi enim tertiam causam addit, humores, scilicet, semicoctos, qui facultatem alterant in nouam actionem, & hæc sunt causæ internæ.

Præterea exercitatio, vini potus, cibus, medicamenta, quæ solent assumi ad aliquam intemperiem corrigendam, vt balnea. Hæc enim sunt externæ causæ, quæ facultatem mouent ad pulsus efficiendos vehementes.

Rursus è contra alix multæ causæ debilitant, vt pulsus languidus appareat: internæ septem sunt, vt colligitur ex Galeno 1. de Prælag. ex puls. cap. 8. & lib. de Tremo. cap. 5. Nimirum nimia vigilia, excedens animi affectus, inensus dolor, aut diuturnus, morbi malignitas, febris hectica, nimia vacuatio. Extrinsecæ causæ virtutem dissoluant, quæ tres sunt. Alimentum inopia, exercitatio nimia, & vsus rerum intemperatarum, & istæ causæ sunt quæ debilitant dissoluendo. Alix tamen sunt, quæ debilitant grauando.

Quæ tres sunt, teste Galeno lib. de Puls. ad Tyrones cap. 11. de Caus. post medium: Humorum copia, instrumentorum affectus, vt inflammationes, abscessus, tumores, & corruptionis varietas. Tandem alix causæ debilitant suffocando, quæ numero sex sunt, vt colligitur ex Galeno 4. de Prælag. ex puls. post med. Prima, quando ipsum cor occupat. Secunda, quando pulmo afficitur. Tertia, quando latera afficiuntur, vt in pleuritide. Quarta, quando aspera arteria afficitur. Quinta, quando guttur. Sexta, quando fauces. Sicut de causis alterantibus facultatem dictum est, ira etiam poterimus de alijs continentibus adnotare, à quibus causis intendantur, & remittantur, vt vsus aegerus à causis calefacientibus internis, & externis. Remittitur etiã à contrarijs, arteria dura redditur à causis indurantibus, mollis è contra. De quibus suis locis. His sic prælibatis

dicamus de pulsibus

magno.

(1)

CAPVT VII.

De pulsu magno & paruo.

Pulsus igitur magnus dignoscitur, si leniter palpes, & sentias motum in pluribus partibus digiti: tunc diuadicabis esse pulsus magnum, teste Galeno 3. de Diagno. puls. cap. 2. post medium. Si verò in paucissimis partibus sentias arteriam, pulsus paruus indicabitur: debes autem moderatum noscere, vt scias quantum ab illo recedat. Causæ generationis snt. Prima, valida facultas, teste Galen. 1. de Caus. puls. c. 5. Nisi enim fortis esset arteria, attollere minimè posset. parui enim potri, & senes imbecilli, non possunt multum progredi, etiam si indicant illo progressu. Secunda causa est, annica mollities: hæc enim est conditio apta, vt possit arteria multum distendi, nisi aliquod fuerit impedimentum, vt in feminis, quæ licet habeant molles tunicas, quia tamen impediuntur arteriæ adipe, excrementis & molli carne, quæ in illis solent abundare propter multum otium in quo degunt; hinc est vt habeant pulsus minores, quæ viri. Tertia causa est vsus aduictus, id est, calor immodicus. Hic enim, quia copiosam refrigerationem exposcit, merito pulsus conficit magnos, teste Galen. 3. de Prælag. ex puls. c. 2. ante medium, & 1. de Caus. puls. c. 7. post medium. His debes addere omnes causas, quæ facione facultatem validam, omnes quæ auget calorem, omnes quæ mollem arteriam reddunt, quas in vnaquoque differentia as signabimus, & ibi videbis, ne toties repetamus. Interim illud aduertere licet ex Galeno, istas tres causas facere pulsus magnum, vel vnicâ solâ, vel duas tantum: nam sola facultas valida magnos generat pulsus, teste Gale 1. de Caus. puls. c. 8. circa finem: Dûmodo vsus & instrumentum moderatè se habeant, & nõ sint omnino contraria, si enim arteria esset multo dura, non posset multum distendi, teste Gal. 1. de Caus. puls. c. 11. ante medium. Similiter si vsus sit aduictus, quous reliquæ causæ nõ ira iniungantur, fiet pulsus magnus, teste Galen. 3. de Prælag. ex puls. cap. 2. ante medium. Si enim facultas multum esset debilis, non fieret magnus, teste Galen. 1. de Caus. puls. c. 1. ante medium: Igitur auctus vsus cû virtute moderata poterit facere pulsus magnum. Similiter sola mollis arteria, si reliqua

diso sine moderata, potest facere pulsus magnus, teste Gale. 1. de Caus. puls. c. 4. Quarta & ultima causa pulsus magni est ipsa gracilitas, teste Galen. 1. de Digno. puls. cap. 3. & 1. de Praesag. ex puls. cap. 3. ubi notare licet, quod haec non est vera causa generationis pulsus, sed apparens, id est, quae facit apparere pulsus, ut rectè aduertit Camillus Thefaurus, lib. 2. de Puls. cap. 17. num. 1. Si contrariis contrariis sunt rationes, facile erit causas venari pulsus parui. Prima est languida virtus. Secunda instrumentum durum, quod distensionem maxime resistit, teste Galen. 1. de Caus. puls. c. 9. Tertia, vltus imminutus, siue remissio caloris nativi. Quarta & vltima causa est, habitus crassus, hic enim facit pulsus paruum, teste Galen. 1. de Digno. puls. cap. 3. ad medium, & 1. de Praesag. ex puls. cap. 3. probe siue. Vbi inquit, quod paruum proprie dicitur, qui simul est humilis, angustus & breuis, haec sunt cause generationis. Cause vero alterationis sunt omnes, quae pulsus paruum facere possunt, quae vires debilitant, quae calorem remittunt, quae arteriam duram reddunt, & quae faciunt habitum crassum.

Praesagium circa praeterita, praesentia, & futura versatur, tunc autem praesentia dignoscimus, quando causas praesentes investigamus. Igitur ex pulsu magno coniecturabis facultatem robustam esse, si simul adsit vehementia, teste Galen. 1. de Caus. puls. c. 7. ad medium. Quandoque etiã iungitur cum celeritate & raritate, teste Gal. 1. de Praesag. c. 7. Si itaque simul coniunctas videas differentias magnitudinis, vehementiae, celeritatis & raritatis, audacter potes dicere talem magnitudinem fieri à facultate robusta. Si verò cum magnitudine insensas mollitias, non ab excessu facultatis, sed ab instrumento oriri dicendum. Si verò insensas pulsus magnitudinem moderatam in vehementia & duritie, & vltus, hoc celerem, & creberrimum iuxta caloris augmentum, praedicere poteris talem magnitudinem proficisci ab immodico calore: si verò vltus fuerit variatus quantum ad spirituum copiam, aut inopiam, pulsus demonstrabitur magnus, aut celer, ut superius diximus. Si verò magnitudo causatur à gracilitate, cognosces ex equalitate pulsus, quae magnitudinem coniungitur. Si verò magnitudo est maior, quam gracilitas exposcat, tunc oritur à gracilitate simul & calore adauso, & illa sunt praesagia causarum praesentium.

De Pulsibus.

Rursus futura praedicimus ex pulsu magno, iuxta illas causas quibus adicitur non si bonae sint, salutem promittit, si male, periculum ostendit, teste Gale. 2. de Praesag. ex puls. c. 3. ad medium, ubi dicit, quod si pulsus magnus coniungitur cum salubri statu ipsius arteriae, tunc nihil mali denotatur. Idè fatetur 6. Methodi, c. 4. dicens: Multoties in febris calidissimis, & à sanguine genitis adest pulsus magnus cum securitate: at verò si magnitudo fuerit coniuncta cum summa arteriae molitie, periculum adesse significat. Praeterea non solum ceterum praedicimus, verò & modum, nam si talis inaequalitas percipiatur in pulsu, ut magni, sine plures quam parui, poteris praedicere morbum esse finendum per excretionem, teste Gale. 4. de Praesag. ex puls. c. vlti. ad medium. Si verò interrogas quam speciem excretionis? Respondet Gale. 3. de Crisibus, c. vlti. circa mediū capitis, quod portendit eam, quae est per sanguinis fluxum: nam pulsus magnus dominium sanguinis demonstrat, ut docet Auer. 4. Colliget. c. 8. si autem interrogas quo modo praesentia praedicimus ex pulsu magno? Respondetur tunc praesentia praedicere medicum, cum causas alterationis pulsus pernoscat, quae iam relatæ sunt. Quod signum si cum alijs signis coniungas, certissimum efficies praesagium.

De paruo, contrario modo se res habet quantum ad ceterum morborum praedicendum. Nam reperitur serè semper in his, qui perniciosè laborant, ut in syncoptantibus, & in omnibus serè, qui moriuntur, teste Galeno 1. de Digno. puls. c. 8. ut in anginosis dum animam agunt, teste Galen. 4. de Caus. puls. cap. 30. in fine, si eè aliquando simul inueniatur cum crebro, aliquando cum languido. Vnde dicebat Galenus 4. de Praesagione, cap. vltimo circa finem, personas esse euacuationes, quae paritatem & tarditatem ostendunt in contractione, si verò non paruis, sed paruisimum sit, multo magis periculum ostendit, teste Galen. 2. de Praesag. ex puls. cap. 3. ad medium: de moderato verò in paruitate non est cur prognosticum faciamus: nam cum fiat à natura, & inueniatur in corporibus sanis, non est ab illo praesagium in morbis periculis, teste Galen. 2. de Praesag. ex puls. cap. 11. ad medium.

Praeterea etiam ex pulsu paruo praedicimus praesentia, causas, scilicet, generationis, nempe, vltus remissum, facultatem

G 2 141cm

tatem debilem, instrumentum durum, quas omnes ex lignis propriis percipies, si illa accommodabis, v.g. si pulsus parvus fit ab usu remisso, cognosces, quia non solum parvus, sed etiam rarus, & postea tardus fit, teste Galeno 1. de Caus. puls. cap. 7. in fine, & 1. de Prælag. ex pul. cap. 4. in principio. Et ratio est, quia vis auctus primo faciebat magnam, secundo celerem, tertio crebrum: ergo à contrario procedet in usu diminuto, prius enim faciet raram, secundo tardam, vltimò paruum. Exemplum commune est, si homo faciat iter cum magna necessitate deueniendi cito in scholas, certè apponit magnos passus. Secundo addit celerem, tertio addit crebrum, nullo modo se derinendo in via: si verò minuitur necessitas deueniendi, incipit prius detineri in morulis & quietibus, quæ detentio dicitur raritas: si minuitur magis, relinquat celeritatem, & mouetur tardè: si tandem est minor, facit paruos passus. Rursus si arteria est dura, paruitas procedet à duritie, teste Galeno 1. de Prælag. ex pul. cap. 1. in fine. Si autem simili cum paruitate natura apponat tarditatem, tandem raritatem, prædicere oportet orti à facultate debili: nam contrario modo apponit natura suas differentias, si immineatur facultas, ac quando immineatur viciosa tamen crassities fuerit causa paruitatis, cognosces ex comparatione, & æqualitate crassities cum paruitate. Vltimò prædicimus præterita, quando causas alterationis prognosticamus, quas iam retulimus. Huc uique de magno, & paruo sententiam Galenicam doctrinam retulimus. Circa quas aliquæ solent difficultates in scholis agitari, quas iam abfoluam.

CAPVT VIII.

Virum aliqua causa possit mutare pulsum sine mutatione causa continentis.

PRIMO argum. pro parte affirmatiua, quia anima non solum continetur est corpori, vt forma, sed etiam vt motor. Quod particulariter elicit in corde: ergo poterit ipsa sola mouere cor ad aliquam differentiam, sine hoc, quod inuertet causam continentem. Antecedens est commune axioma philosophorum, & particulariter fundamentum D. Tho. in disputatis q. de passionibus anime.

Secundo argum. ex illo famoso lo-

co Diui Thomæ, lib. 1. Contra gentes, cap. 69. vbi ad probandum, quod Deus potest producere aliquem effectum sine causa secundis, argumentatur sic: Magis subdita est Deo omnis creatura, quam corpus anime: sed anima potest causare in corpore sanitatem, aut morbum sine principis sanitatis, aut morbi: ergo à fortiori multò melius Deus poterit causare effectus quos voluerit sine alijs causis. Nunc ego argumentor sic: Anima potest producere morbum, aut sanitatem, sine hoc, quod medientur cause alterationis: ergo immutabit pulsus, sine hoc, quod alterentur cause continentis: aut potest producere morbum per se sola, poterit etiam mutare pulsus per se sola. Inò à fortiori argum. Potest producere quælibet: ergo & vbi.

Tertio argum. quia passionibus anime magis sunt, quam corporis: ergo consentaneum est animam posse excitari ad operationem, iuxta exigentiam illarum sine permutatione causa corporalis continentis.

Quarto, quia pulsus inter alias differentias est altus, vt docet Galen. 4. de Caus. puls. cap. 2. & 1. de causis puls. 51. & 4. de Prælag. ex pul. cap. vltimo. sed hæc differentia non potest reduci per se in aliquam causam continentem mutationis: ergo dicendum est, quod dependet ab anime affectu. Probatum minor, quia si ex aliqua causa continente proficiscitur, maxime ex augmento caloris, quia in ira fit feruor sanguinis circa cor, sed altitudo pulsus non dependet ex usu aduucto: ergo. Probatum ista minor, quia neque in ephemera, neque alijs similibus vltibus aduuctis, quousque sit pulsus magnus, nunquam tamen pulsus altus repetitur, nisi in ira: ergo est peculiaris differentia procedens ex anime passione.

Quinto, quia in timore fit vibratus pulsus, vt docet Gale. 4. de Caus. puls. 5. sed hæc differentia non habet ortum ex permutatione cause continentis, ergo habet ortum ex sola anime passione. Probatum minor, quia causa pulsus vibrati sunt facultas robusta, instrumentum durum, vltibus aduuctis, vt docet Gale. 2. de Caus. puls. 6. Sed in timore facultas fit magis debilis, vt colligitur ex Gale. lib. ad Tyro. c. 29. Præterea in timore non iugiter vsus, cum potius refrigeretur calor: ergo pulsus vibratus non oritur ex causis continentibus, sed à sola anime passione.

Licet hæc argumenta validissima sint, adco, vt viros doctos convincere possim, tamen sic conclusio. Nulla pulsus differentia est, quæ non pendeat ex permutatione causæ continentis. Hæc est capsella sententia Galeni, lib. 1. de Caus. puls. cap. 1. Et quia tota difficultas versatur circa animi passiones, nam de alijs causis non dubitatur.

Probatur conclusio. Causa necessaria, & sufficientibus eodem modo se habentibus, effectus eodem modo producitur, & rursus, quia idem in quantum idem semper est naturam facere idem; ergo si continentis causæ omnes eodem modo se habent in aliqua animi passione, necessariū est, vt effectus (qui est pulsus) habeat se eodem modo: & ex consequenti sequitur, quod variatio causarum continentium non solum sit necessaria, sed per se, & essentialis, ad hoc, vt possit variari pulsus. Dices fortasse, animi passiones esse conditiones quasdam, quibus positis ponitur illa differentia. Sed hoc stare non potest, quia sola variatio conditionis non potest mutare naturam effectus, licet possit illum remissum, aut intensum facere: vt approximatio ignis est conditio ad intendendum calorem; ergo similiter passio animi non poterit mutare naturam pulsus, si sola est conditio.

Secundo probatur conclusio, quia si altitudo pulsus esset differentia solius iræ, sequeretur, quod in omnibus iratis reperiretur pulsus altus: sed consequens est falsum. Probatur (quia, vt docet Galen. 3. de Caus. puls. cap. 4.) in extrematis, & gracilibus iratis pulsus non est altus, sed loco altitudo est magnus: ergo sequitur, quod talis pulsus non provenit ex sola animi passione.

Ad hoc dicit aliquis, quod corpora ex natura sunt debilia, & sic, quamvis irascantur, non possunt facere pulsus altos. Tamen oppositum docet Galen. 3. de Caus. puls. cap. 1. & ratio id ostendit, quia in istis est sufficiens robur ad magnitudinem: ergo ad altitudinem quia, potens ad trinam dimensionem, potens erit ad altitudinem. Tamen hæc melius elucefcant, si argumentis respondeamus.

Ad primum dico, quod licet anima sit in corde tanquam motor, requirit tamen suas causas continentis, quibus mediatis operetur, & moueat, & sic non poterit variare pulsus sine causis continentibus. Ad hoc enim, vt informet ipsa per se sola

De Pulsu.

aduat materiam, tamen vt moueat, suis eget dispositionibus mediatis, quibus exequitur motum.

Secundum arg. petebat longum discussum, quem fecimus in tract. de Febris, agentes de febribus ex affectibus animi. Nunc dico, quod anima non potest producere morbum, aut saltem sine hoc, quod mediet aliqua causa. Hæc autem est spiritus, qui hoc aut isto modo mouetur tanquam proximum animi instrumentum illi obediens, & sic variato spiritu, necessarium est, varietur visus, & ex consequenti mutatur causa continentis in illis animi affectibus.

Ad rationem D. Thom. dico, quod vt probet suum intentum, sufficit vt anima non assumat causas morbi communes, quales sunt excedentes qualitates humorum putridorum. Hæc solutio est Ferrar. loco citato. Ad id, ego in lib. de Febris, quod idem anima dicitur producere sine principijs sanitaris, &c. quia non assumit, nisi tantum affectus suos, qui ex se non sunt causa talis morbi, & per se non competunt, vt tales, ipsi anime, sed solum ad fruendum bonis, vt fugiendū mala. Concludit ergo S. Thom. nam cum Deus debeat superexcedere istum modum, nullum alium habet, nisi facere sine modo: nam creatura agunt, vel cum medio per se, vel cum medio quod non est per se: ergo Deus cum debeat excedere omnium causam, ager sine vilo medio. Et hæc est profunda argumentatio D. Thom. quam non intellexit Ferrar. Deus excedit omnem creaturam, quia creatura mouet per aliquam potentiam, & tandem exit de potentia in actum, Deus autem per se omnia operatur. Anima ergo per suas potentias, in quantum est motor, causat motum animi, & sic causat agitum, vt Angelus per volitionem causat motum, anima tamen est vna, vt forma: nullum autem istorum conuenit Deo:

Ad tertium, quod quantum passiones sint animi, cum hoc tamen habent immutare aliquam causam continentem, imò ob hoc dicuntur passiones: quod vocabulum proprie ad corporalia pertinet, & sic appetitus viciatæ, licet affectus animi sit, non tamen proprie passio dicitur, donec se uicent exerceat in corde.

Ad quartum dico, quod licet in iratis sit pulsus altus, non tamen debet esse sine permutatione causæ continentis. Quod

G j patet,

pater, quia deberet esse in omnibus iratis, quod est falsum.

Præterea, quia (vt docet Galeus de Caus. puls. cap. 1.) tria requiruntur ad pulsum altum. Primum, visus adactus. Secundò, valida facultas, quæ conetur facere magnam dilatationem, quam non potest perficere. Tertio, requiritur vt arteria sit impedita à corporibus circumiacentibus, ita vt non possit se extendere in latitudinem, ita men suprema pars arteriæ sit libera ab impedimento: vnde fit vt tempore necessitatis, cum non possit arteria in latum tendere, tendat in altum; & sic facit pulsum altum. Quare in extenuatis, cum non impediatur arteria, potest facere pulsum magnum implendo latitudinem, & sic non apparet altitudo in pulsu. Ex quibus patet aperte duplex mutatio in causa continentis: nam calor crescit in ira, & instrumentum est impeditum. Quamobrem pulsus altus non conuenit omnibus, nec solis iratis.

Ad quintum resp. quòd in vibratis pulsibus requiritur aliqua tensio in instrumento, & hoc sufficit vt non à sola animi passione proficiatur vibratio. Tensio verò non solum ob siccitatem, verum ob multos humores fit, qui in timore recurrunt ad interiora. Liqueat igitur debere per motum causas continentis à causis altera tionis.

Declarantes aliquas combinationes inter causas continentis, diximus supra, in visu moderato, & facultate valida fieri pulsum magnum. Quòd videri difficile: nã natura agit propter finem: quorsum ergo apponit magnum refrigerium, cum calor tantum non exposcat? Propter quòd dubium, & alias etiam causarum connexiones, sit questio.

CAPVT IX.

Qui pulsus fiant ex connexionione facultatis, & visus.

DE hac re agit Galen. lib. 1. de Caus. puls. cap. 5. & 8. vbi collignantur combinationes causarum continentium.

Prima, quando facultas est extremè debilis, & calor maximè adactus. In quo casu fiunt pulsus debiles, parui, & tardi, & creberrimi. Nam erunt debiles, quia hæc

differètia est propria facultatis debilis: erit verò parui & tardi, quia sunt differètiæ familiares ipsius. Sunt autem maximè creberrimi, quia priores differètiæ deficiènt maximè ab vno, non potentes vilo modo illi satisficere.

Secunda combinatio est, quando facultas est debilis, & visus diminutus, quæ combinatio nullam habet difficultatem, efficiet enim pulsus debiles, paruos, tardos, & raros.

Tertia combinatio est facultatis robusta, cum visu adactuo, quæ efficiet pulsus vehementes, magnos, celeres & frequentes.

Quarta tamen combinatio habet difficultatem, dicit enim Galenus, quòd facultas robusta, si coniungatur cum visu diminuto, facit moderatum in magnitudine, etardum verò aliquantulum, & rarum, & tribuens rationem Galenus, inquit, quòd Valida facultas, etiam si non possit visum, feruat naturalem modum in suo motu, quali dicat agere facultatem cæca quadam ratione in quantum in potest. Hoc sic intelligunt quidam huius temporis leuiores, & reprehendunt Galenum, tamen nos credimus melius philosophatum fuisse Galenum, cuius intentum est docere, quòd quando facultas est valida, & visus moderatus, imò aliquantulum diminutus, tunc pulsus fit moderatè magnus, quia facultas apponit illam magnitudinem, quia satisficit visum. Quòd si dicas: Visus non est adactus: responderet Galenus, quòd ob hanc rationem adiungit raritatem, quæscit enim arteria, & cõtinetur per totum illud spatium, satisfacta vilo refrigerio. Itaque quòd deficit de visu, cognosces in raritate. Et vt videatis, quem partem penetret modernis ista profunditatem Galeni, notandum est, quòd reprehendunt illum, quia dixit facultatem vitalem naturaliter operari, & ob id apponere magnitudinem in visu diminuto. Et arguunt contra illum, dicentes, sequi ex ista doctrina, quòd facultas hæc non agat pro ratione finis. Sed isti prius aberrant, neque intelligunt punctum subtilitatis Galeni, quam iam explicio. Dico, quòd quantum visus non vergeat, potest fieri pulsus maior existente facultate robusta, nam si facultas sit ita perfecta, vt operetur pro ratione finis, apponit illam differèntiam, quæ magis familiaris est, si cum illa potest finem adimple-

te. Adimplet autem suam finem in illo casu, coniungendo magnitudinem cum raritate, nam tantum, quantum non crederetur, desinetur in motu & quiete: est autem familiarior magnitudo, quia prior reliquis differentiis familiaribus. Itaque operatur pro ratione finis adhuc in doctrina Galeni, servans modos naturales. Illud tamen memoria tenendum, quod iam diximus ex Galeno, non debere esse usum maxime diminutum, in hoc enim casu non apponit magnitudinem, sicut neque si instrumentum esset extremè durum.

Præter illas combinationes docet Galenus eod. lib. alias desumptas ex instrumento. Prima combinatio est instrumenti duri cum usu diminuto, & calore refrigerato, quæ faciet pulsus duros, parvos, raros & raros. Secunda combinatio est instrumenti mollii cum usu adaucto, quæ faciet pulsam mollem, magnam & celebrem nisi tamen necessario crebrem, nisi multò usum increset. Cetera quam doctrinam est pulchra dubitatio. Dicit enim Gal. quòd quando mollities est maior, quàm augmentum caloris, tunc temporis pulsus sunt maiores, quàm celeriores, quòd vero usum est maior, quàm mollities, tunc sunt celeriores, & nisi ita magni. Dubium est in hoc, quia communis Galeni doctrina docet, quòd magnitudo prius acquiritur, quàm celeritas. Quo pacto ergo dicit, quòd crescente usu supra mollitiem instrumenti sit celerior pulsus potius, quàm maior? Ad hoc aliqui respondent, quòd in hac combinatione virtus est debilis. Quòd colligitur, quia instrumentum est molle. Et sic non apponitur magnitudo. Tamen illi falluntur, quia Galenus quando agit de ista combinatione, nullam facit mentionem facultatis. Si enim esset debilis, iam esset combinatio trium eandem continentium, Galenus verò non agit, nisi de duabus causis combinatis.

Quamobrem huic difficultati ego sic respondeo. Ex primò adueto quendam philosophandi modum, qui licet non colligatur ex Galeno, est tamen multum conformis optimæ Philosophiæ. Hanc scilicet esse differentiam inter magnitudinem motus & celeritatem, quòd magnitudo determinatur per certam terminum spatij. Et sic necessum est, ut datur magnitudo vltima, qua nulla maior potest dari, quia scilicet non est maius spatium; at verò celeritas nullo termino perscribitur ex sua natura, & sic potest esse intensior, & adhuc magis intèra; & sic procedere quæ-

tum volueris. Ex quo inferatur, quòd quatenus detur in pulsa magnitudo, apponet natura (si est necessitas) maiorem celeritatem, quàm sit magnitudo. & adhuc maiorem, & maiorem in infinitum. Quia detractio temporis potest fieri infinite intra idem spatium, quia scilicet potest fieri motus in minori, & in minori tempore. Tamen quatenus hoc ita sit, in se ipsa ipsa natura magnitudinis & celeritatis, potest dicere, quòd licet celeritas nullum habeat terminum sui augmenti respectu spatij, neque respectu temporis, potest tamen illam habere ex parte ipsius principij motus. Nam augetur celeritas si augetur facultatis robur, iuxta illud Arist. Si datur celeritas infinita, datur gravitas infinita. Cum ergo robur facultatis vitalis ubi potest crescere in infinitum, hinc est, ut ex hac parte celeritas habeat suum terminum de terminari. Hoc supposito, dico quòd in illa combinatione sunt celeriores, id est, est celeritas supra magnitudinem. Non quòd natura non appoliscit magnitudinem prius, sed quòd intendatur celeritas. Nam cum maior virtus requiritur ad magnitudinem, sequitur, quòd posita iam magnitudine, totum illud robur conturbatur ad festinandam celeritatem. Et hoc voluit dicere Galenus, quando dicit esse pulsus magis celeres, quàm magis in illa combinatione vltus aduicti, & instrumenti mollii.

Reliquæ combinationes, quæ sunt Gal. instrumenti duri, & usus diminuti, & usus aduicti, non videntur habere aliquam difficultatem: quare in illo patebunt, locò citato.

CAP. X.

De ordine quo adquirentur differentie.

Verum natura ordinem seruet in istis differentijs apponendis, ita ut prius opponat magnitudinem.

Cetera ea que diximus etiam conuenit communis dubitatio, de ordine quo istæ differentie generantur, que scilicet sit prior vltus crescente, an decrescente. In qua quaestione duo respondemus. Primò, in crescente vltus natura illud apponet mag-

pnitudinem, celeritatem & crebritatem, an
verò suo certo ordine. Secundum erit, an
diminuo vsu, simul dependantur.

Ad primam partem accedendo argum-
fit: Sicut se habet animalis facultas ad
suos motus, ita se habet vitalis ad pulsium:
si animalis se habet indifferenter, vt expe-
riuntur constas, nam quidam melius tol-
lerat magnos gressus, alius verò potius ce-
leres, alter cerebrum ergo similiter facultas
vitalis, modo an hac, modo ab illa incipiet
differentia. Hoc argumento moti fuerunt
aliqui, vt tenerent non seruari ordinem in
adquirendis differentijs, sed modo hanc
modo illam.

Secundo arguitur difficili quidam ra-
tione, quam hucusque à nullo vidi solutã:
& supponamus ad mutationem cause con-
tinentis mutari pulsium. Tunc sic. Crescat
vsus, vel hoc fit cum arteria est in motu,
aut in quiete, sed vbi cumque fit, est impos-
sibile, vt prius apponat magnitudinẽ. Pro-
bo, quia si est in motu, sine dubio debet ce-
lerrime fieri motus in reliqua parte que re-
stat, nam debet succurrere vsui, & non po-
teli media magnitudine, quia hæc est re-
spectu totius spatij: hoc autem iam est per
transitum quoad aliquam partem; ergo
non poterit fieri pulsus magnus, quia non
est spatium, ergo fiet celerior. Si verò est in
quiete, quis dubitat quin statim debeat exi-
re à quiete si crescat vsus, & pulsus fiet cre-
ber, quia est pauca detentio in quiete. Ergo
est impossibile, vt apponatur prius ma-
gnitudo, & inter reliquas differentias nõ
seruari debet ordo, quia modo erit in mo-
tu, modo in quiete.

Tertio arguunt. Natura semper incipit
à facilioribus, sed crebritas est magis faci-
lis, ergo illam prius apponet natura. Prob.
minor, quia illa differentia est magis de fa-
cili factibilis, que fit virtute magis debili
sed crebritas est differentia familiaris vir-
tutis debilis: ergo est magis de facili facti-
bilis.

Pro huius claritate sit prima conclusio,
secundum Galeni doctrinam: Plerumque
fit, vt seruetur ordo in acquirendis illis
differentijs, ita vt non adquirantur simul.
Ita docet lib. 1. de caus. puls. cap. 3. & 3. de
prælag. ex puls. cap. 2. & lib. 1. cap. 5. Dico,
plerumque, quia si multum vsus increseat,
simul apponentur omnes tres differentiæ.
Ita docet lib. 1. de caus. puls. cap. 5. & 7. &
lib. 1. de prælag. ex puls. cap. 1. In quo sensu
aliqui explicant locum Galeni in arte me-
dicali cap. 29. vbi ponit signa cor,

dis calidi, dicens respirationem esse ma-
gnam, pulsium verò esse celerem & cre-
brum.

Hic dubitant, quare non dixit pulsium
magnus, si quidem magis immediate per-
tinet ad calidum cor, efficere pulsium ma-
gnum; quàm ad thoracem, efficere respi-
rationem magnã. Respondetur communiter,
quod quòd vsus multum increscit, tunc
est ad respirationem, quàm ad pulsium per-
tinet magnitudo & celeritas, & frequen-
tia, atque motu Hippocratico Galenum
de vtroque intelligere, ita vt velocitas, &
frequentia tribuatur respirationi, & ma-
gnitudo pulsui. Nam Hippocrates vna par-
te copulata explicata, idem intelligi de
altera copulata, vt monet Gal. 2. Apho.
15. & sic, quod dicit de respiratione cõpo-
sit pulsus, & quod dicit de pulsa compe-
tit respirationi. Alii declarant illum locum
legendo sic: Magnitudo respirationis, &
pulsus, & sic facili soluitur dubitatio. Sed
tertia explicatio magis consona videtur,
que talis est: Magnitudo, celeritas & cre-
britas familiares sunt differentiæ pulsus
adacti, tamen hoc habet peculiare, ma-
gnitudo, vt non augetur, imò neque ap-
ponatur, nisi facultas sit valida: existente
ergo facultate debili non apponetur ma-
gnitudo. Hoc supposito, eor multum ca-
lidum pulsus habet celeres, quia cum de-
bile sit, non potest apponere magnitudinẽ.
Omnis enim immoderata discretio deicit
actum propriæ virtutis. At verò respirationi
eum pertineat ad aliam facultatem anima-
lem, nimirum de fluxam à cerebro, que va-
lida potest esse, etiam si cor non sit validũ.
Hinc est vt respiratio sit magna ad cordis
intempericm refrigerandã. Sed ad nostrã
intentionem dicimus, simul omnes reses dis-
ferentias generari in vsu adacti, virtute ro-
busta existente.

Sed de ista simultanea generatione du-
bitabis, & non sine ratione, que talis est:
Intentio vsus incipit à remissione, à qua-
cumque causa fiat: ergo prius debet appo-
ni illa differentia, que fuit accommoda-
tior ad satisfaciendum talem vsuum re-
missum. Respondetur concedendo ante-
cedens, & ad consequentiam dico, quòd
crescente vsu, non quilibet excessus respo-
su remissio est sensibilis, & distinguit illi à
medico, sed tantum ille qui notari dignus
est. Et ita quamuis aliquod tempus inter-
ueniat, in quo aliqua differentia appona-
tur primò, tamen illud tempus non est sen-
sibilis durationis, & sic apud medicos pro
cedem

Locus diffi-
lis Gal. 127.
caus.

Dicitur fa-
cultatem in-
fluere à cere-
bro in com-
muni modo lo-
quendi Galeni.

eodem tempore reparatur. Physicè enim loquendo, non est dubium, quin in quocumque euentu, vna differentia ponatur prius altera.

Secunda conclusio. Secundum Galeni opinionem, crescentes vbi prius apponitur magnitudo, quam celeritas & frequentia. Hic tenet vbi cumque se offert de illa re pertractate. Et prob. ratione, quia magis confonum est rationi, vt natura apponat id quod optimum. Id quod melius est, si fieri potest, quia bonum est perfectum est, quod omnia appetunt. Sed per magnitudinem melius satisficit vbi, quam per celeritatē & crebritatem: ergo prius apponit magnitudinem. Proh. minor, quia magnitudine trahitur maior quantitas aeris, quam media celeritate & crebritate. Non enim crebritas vltimo generatur, quia per illam melius satisficit vbi, sed potius, quia alie priores differentie non sufficiunt. Vnde merito dixit Galen. vnam esse causam per peritum crebritatis purioris, scilicet actionis defectum. Hunc ordinem ita esse seruatum in actionibus facultatis vitalis probat Galen. exemplis: nam clarè constat, quod melius succurrit magne siti, magno aliquo haustu aquæ si gide, quam celeri & crebro: ex quo sequitur posse aliquando reperiri magnitudinem sine celeritate & crebritate: quia fieri potest, vt sola magnitudo satisficiat vbi. Et sic intelligendus est Galen. lib. ad Tyrones c. 9. vbi dicit, viros maiores pulsus habere, quam feminas non tamen celeres & crebros. Idem docet eodem lib. de pulsibus temporis veris. Idem cap. 27. de puls. voluptatis.

Sed dubitabis contra fundamentum huius doctrinæ. Quia si natura semper apponat quod melius est, sequitur, quod in augmento febrium debeat esse maior magnitudo, quam de facto apponitur à natura. Proh. sequela, quia magnitudo, quæ apponitur in augmento, non est tanta, vt satisfiat vbi. Alias omnino tolleretur febris. Neque potest esse impedimentum, vt non apponatur maior magnitudo ex parte facultatis. Nam in statu apponitur magnitudo, cum sit sufficiens robur facultatis: ergo à fortiori in augmento erit magis robusta: ergo melius poterit apponere maiores pulsus. Neque potest esse impedimentum, propter resistentiã instrumenti, nam licet hoc verò possit tenere in febribus putridis, propter multitudinem fuliginum opprimentium, tamen in ephemeris nullam talē reperitur impedimentum.

Respondetur, verum esse, quod neque ex parte instrumenti, neque facultatis fiat, vt non fiat maior: sed quia ipse vbi non ita efflagitat refrigerium, quia calor quanto magis modus, magis iritat ad sui ventilationem: & ob id in statu febrium diuturnarum est pulsus maior, quia non solum maior calor, verum magis mordax. * Sed de hac re statim aliquid addemus.

Tamen Galeni doctrina debet intelligi suppositis aliquibus conditionibus. Primo, debet intelligi, quod apponatur magnitudo, quando vbi crescit, reliquis causis feruantibus optimè tenore. Nam si facultas esset debilis, & instrumentum durum, nil lo pacto posset generari magnitudo, quia est incomparabilis cum talibus causis. Secundo, debet intelligi quando tales differentie sunt naturales existentes in natura li mediocritate quæ convenit. Tunc enim si crescat vbi suo ordine, apponit natura prius magnitudinem, & si non sufficiat, apponit celeritatem, tandem crebritatem. At verò si illæ differentie sint infra mediocritatē, ita vt celeritas, v.g. sit minor, quam oporteat, magnitudo verò sit naturalis, & mediocris, in hoc casu si incretatur vbi, non generatur prius magnitudo, sed potius celeritas. Quia natura tantum amat naturales suas differentias, vt prius velit illas apponere & reuenerare, quam vti differentias non naturales: si etiam crebritas erat infra mediocritatem, si crescat vbi, illam prius restituit natura, & postremo auget magnitudinem. Itaque si pulsus quoad omnes suas differentias sit in optima mediocritate, & vbi incretatur, in hoc casu intelligenda est Galeni doctrina, quod incipiat prius à magnitudine, deinde suo ordine apponatur reliqua.

Sed dubium non leue hic exoritur. Nè si crescere vbi crescit magnitudo primo, quare, si magis crescat, non apponit natura vltimam magnitudinem, quam potest, vt fiat pulsus, qui dicitur maximus? Nam (vt communis tenet doctrina) prius fit pulsus magnus, deinde celer, & deinde creber: si autem hæc omnia non sufficiant, iterum reuertitur natura ad pulsus magnitudinē, & illa accrescit quoad potest, & facit pulsus maximum. Melius certe foret, vt statim à principio apponeret possibilem magnitudinem, & sic attemperaretur melius calor.

Ad huius dubij explicationem aduertendum primo, quæ sit ratio, quare non statim apponitur magnitudo maior, quæ potest esse

* Intra limitis diaria.

Dubii primi

Dubii secundi

esse. Et ratio est, quia natura frigida (in quantum potest) laboriosius differens, & illas non apponit vique dum leuioribus fruatur: quod si illas non sufficiens, tandem vires excitat, & laborem non recusans efficit omne quod possibile est, ut in hoc e-luacat huius facultatis perfectio, qua excellit naturalis. Afferat enim vires ad maiores conatus efficiendos, cum necessarij fuerint, & ob id prius sit pulsus magnus solum supra medicitatem, tandem celer, tertio crebretur, quarto maximus, siue magnus, quo ad totum spatium non naturale.

Dubium tertium Sed iustus interrogabis, quae sit ratio, quare antequam sit pulsus maior, sit celerior, & crebrior. Pro cuius intelligentia in memoria reuocare oportet partes ex quibus visus constat, scilicet refrigerium, exspirationem fuliginum, & generationem spirituum. Fit ergo, ut aliqua differentie magis profinet vni parvi visus, quam alteri. Et sic magnitudo prodest magis incrementis caloris, sed si amplius crescat calor, aut in eodem tenore persistat, ita ut faciat fuliginis quae sequuntur ventilationem, iam profecto huic visui melius succurritur per celeritatem, qua mediane tolluntur fuliginis, propter impetum, quo intrat acrisi verò illa duae differentie non sufficiant, apponit crebriorem, ut superet tempus ad motum efficiendum, scilicet compressionis & dilatationis. Ex quibus constat, quod natura apponeret magnitudinem maiorem, nisi alter visus stibellandi fuliginis illam auocaret, & cogeret facere celeritatem & crebriorem. Tamen si amplius increuerit calor, in tantum, ut exhauriantur spiritus, tunc iam natura elicit laboriosam differentiam, & transit possibile spatium, quod potest, & facit pulsus maiorem, quem potest, qui dicitur maximus, in quibus pulsibus simul ventilatur, & refrigeratur calor, & regeneratur spiritus deperditus.

Dubium quartum Sed dubitabis contra istam doctrinam. Nam ex illa sequitur, quod diuersae partes visus exposcant diuersas differentias: sed consequens est falsum; ergo. Prob. falsitas, quia crescente visu apponit natura celeritatem, quando propter debilitatem non potest apponere magnitudinem: ergo signum est, quod talis celeritas est propter eundem finem, propter quem est magnitudo. Respond. aliud esse naturam regulariter operantem, aliud coactam; quando ergo debilis est facultas, apponit quam potest, melioris impotens. Imò argumentum potest retorque-

ri ad probandam nostram doctrinam, hoc pacto. Crescente visu, natura satis facit sola magnitudine, ut videmus in iuuenibus & adolescentibus, in quibus sola refrigeratio est necessaria ergo propter hunc visum est facta per se magnitudo: ergo celeritas, si huic visu aliquando satisfacit, est ex accidenti, quia scilicet facultas non potuit parere magnitudinem; ergo alii visum habet celeritas, nempe stibellationem.

Dubium quintum Sed iterum dubitabis, quia in ephimera est celeritas, & non est nisi solum calor adanctus; ergo sequitur, quod illa differentia sunt propter eandem partem visus. Respond. quod iam diximus, quantumque sit calor simplex in ephimera, tamen visus & mordicat, licet non ut in putrida. Est enim praeter naturam & hoc sufficit. Quamobrem sicut etiam visum habet celeritas in illis febribus ephimeris, distinctum aliquo modo ab visu magnitudinis.

Ad argumenta in principio propoita respond. Ad primum dico, magnam esse differentiam inter facultatem animalem & vitalem, relictis alijs differentijs, de quibus iam abundè egimus: sed tangendo pñctum argumenti est magna differentia, nō facultas animalis assuetis modò his, modò illis morbitur: verò in vitali facultate nulla est consuetudo, & sic non operatur modò hoc, modò illud, sed tanquam potentia naturalis, quae operatur se eundem exigentiam suis, & modò quodam perfecto, ut dictum est: & sic comparatio argumenti est disparata.

Ad secundum dico, totum illud probare quod intendit, physicè loquendo, nō tamen medicè. Illa enim differentia, quae apponitur, imperceptibilis est à medico; quia verò statim apponit magnitudinem sensibile, hinc est, ut ab hac incipere pulsus potest dicendū sit. Quod si arguas: Medicus potest cognoscere inaequalitatem in vna arterie pulsatione: ergo cognoscat illam differentiam. Respond. quod inaequalitas singularis in vna pulsatione prouenit, vel ex ineptitudine instrumenti, vel facultatis debili, ut latius infra videbimus, & haec sensibilis est, & ad multos morbos magnū signum prognosticum. At verò hic non arguimus, nisi de illa mutatione pulsus, quae succrescit in vna adancto, nulla autem talis inaequalitas est reperibilis, quae sensibilis sit, haec enim non sequitur ad visum adanctū: aut dicitur, hinc magnam, quoad illam partem spatij, quae deficit, aut superest spatij.

Ad

Ad tertium dico, quòd licet crebritas sit facilis, non tamen fatiſſe viſi, itaque incipiet natura à facillioribus, ſed ab illo cù quo melius ſinem conſequi poterit: at cum crebritate neutiquam id poteſt præſtare.

Secunda pars quaſtionis.

Reſtat ad ſecundam partem quaſtionis accedere, in qua promiſimus agere de viſu diminuto. Dubitat ergo, verum, ſicut creſcente viſu appoſiti natura magnitudinè, ita diminuto viſu deponat illam, & fiat pulſus parvus. Et quòd ita ſit prob. auctoritate Gal lib. de cauſ. pul. cap. 4. ubi expreſſè inquit, in viſu diminutione prius generari parvitatem.

Secundò argum. quia feminæ, quæ diminutum habent calorem, habent etiam pulſum paruum, & ſimul celerem, & crebrũ: ergo ſignum eſt, quòd in viſu diminutione non ſemper incipit natura à raritate, ſed à parvitate.

Tertiò, quia contrariorum eadem eſt ratio: ergo ſi in viſu augmento natura incipit à magnitudine, ita in diminutione debet incipere à parvitate.

Quartò, quia deſiciente neceſſitate illa differentiam debet relinquere prius natura, quæ magis laborioſa eſt, ſed in ſtatu naturali magis laborat natura in magnitudine, ne efficienda: ergo illam potius deſeret primò, ſi viſus diminuat naturalis.

Quintò, ſequitur, ſi natura prius appoſit parvitatem in reſſu à mediocritate, quòd pulſus deſiciens ſit deterior, quàm pulſus intermiſſus: Conſequens eſt falſum: ergo. Prob. ſequela, quia pulſus deſiciens ſit ob exiſſimam parvitatem, pulſus verò intermiſſus ob nimiam raritatem: ſi ergo prius increſcit raritas, magis propinqua eſt natura ad intermiſſionem: & ex conſequenti minus periclitabitur cum pulſu intermiſſente, cum tam de facili ipſum poſſit efflicere. Cum pulſus autem deſiciente erit in minori periculo. Quòd totũ falſum eſt, nam Galen. pulſum intermiſſentem per ſpatium trium pulſationum omnium deteriorẽ iudicat. Natura autem proculdubio debet aſſerare ad maiorem neceſſitatem illam differentiam, cum qua bene conſeruetur, & ex cuius dano magnum recipit detrimentum; talis eſt crebritas, ex cuius amiſſione venit natura in intermiſſionem, quæ omnium peſſima eſt: ergo dicendum non incipere à raritate.

His tamen non obſtantibus ſit conſuſio. In omnibus pulſibus, quando ſola magnitudo viſi ſatiſfacit, ſi viſus diminuat, incipit natura à parvitate, quòd ſi amplius viſus decreſcat, ſit mediocritas, amplius, ſit rarior: & hoc intelligitur quantum viſus ſit adauctus, ſive mediocritas, ſive diminutus. Tamen ſi ad viſu ſatiſfactionem eſt neceſſaria, non ſolum magnitudo, verũ in celeritas & crebritas, tunc ſemper incipit natura à raritate. Hæc conſuſio Galenica eſt ex lib. 1. de cauſ. pul. citato. Et prob. quoad primam partem, quia ſi ſola magnitudo pro viſu ſatiſſatione appoſita eſt, proculdubio à parvitate incipit in viſu diminutione. Patet, quia nulla eſt alia differentia, quam deponat: igitur deponet illam, quã pro neceſſitate appoſuerat. Quia hæc eſt conditio nature, vt amittat illas differentias primò & ſuo ordine, quas pro maiori neceſſitate ſubiicit, ſed in hoc caſu ſola magnitudo ſit, quæ ſue curebat neceſſitati: ergo illam deponet incipiens à parvitate. Hanc probationem expreſſè deſumpſimus ex Gal. loco citato, & 1. de præſe. ex pul. c. 2. Quòd (vt ſax) debet intelligi in quocumque ſtatu caloris, vel auctus, vel diminutus, vel mediocritas ſit. Ex quo etiam patet, quòd ſi ad viſu ſatiſſationem non ſit ſola magnitudo ſufficiens, ſed etiam fuerit appoſita celeritas, tunc ſi imminuat viſus primò fiet tardus, & ſi ante erat creber, nunc ſit tranſiſſa vt ſemper maneat indubitatum, incipere naturam ab illa differentia dependenda, quæ pro maiori neceſſitate appoſuerat. Quòd etiã in maximis pulſibus eſt intelligendũ: nam ſi poſt magnitudinem, celeritatem & crebritatem appoſuerit natura maximum, proculdubio ab hæc differentia prius ſe retrahet natura deſiciente neceſſitate. Itaque prius deſinet eſſe maximum deinde ſuo ordine. Tamen ſi poſtrema, quã adquiſit, ſit crebritas, à raritate incipiet. Quæ omnia ſolo fundamento Galenico inniſſunt, vt natura illam differentiam amittat prius, quam pro maiori neceſſitate ſubiicerat. Quare ad primum argumentũ dico, in eo loco Galenũ non docere ordinẽ differentiarum in viſu diminuto, aut adaucto, ſed numerum earum, quæ viſi ſunt ſimilares. Ad ſecundũ dico, nil probare. Næ feminæ non habuerunt viſum diminutũ, vt ex illo diminuto cognoviſſimus, quæ differentia primò adquiratur, ſed propter nimium imbecillitatẽ fieri illos pulſus paruos. Tertium, & quartum argumentũ nil probant,

buat, & illis responder ipsa conclusio. Ad
quintum patet ex dictis. Ergo conclusum
fit, in vno dimittente ab ea differentia
pulsus diuinius primo, quæ postremo ad-
quæ ita est, vel quæ sola vno satisfacit, vel
ea sit magnitudo, celeritas, vel crebritas.

*Galenī loca difficilia explicantur, ex
lib. 3. de præfuga. ex puls. qua aliqui ci-
tant, ad probandum celeritatem
prius, & secundo magnitu-
dinem apponi.*

ADuersus ea quæ supra diximus de or-
dine, quo natura producit illas differē-
tias, dico breuiter explicare oportet, quæ
videntur ex mente Galeni deduci. Nam
lib. 3. de præfuga. ex puls. c. 3. cui titulus est:
Cor calidius & arterias frigidiores, qui
pulsus sequantur, pulsus heclicæ recedens,
inquit: Hos pulsus nil est necesse maiores
quidem esse, at omnino celeres tamen. Itaq;
iure sanè censuerunt plurimi medici, atq;
præstantissimi celeritatem feblicitantū
pulsibus perpetuam esse. Sed de his infe-
tias. Hæc Gal.

Præterea, sequenti cap. 4. circa mediū,
agens de pulsibus, quæ sunt quando cor
calidius est, & contenta quæ circa illud
contrario temperamento prædita sunt,
proponit aliquas combinationes illarum
complicationū, ad quas diuersi pulsus cō-
sequuntur. Nam si cor est calidius natio, &
cōtenta humores, scilicet & spiritus, equa-
lem habent frigiditatem, docet pulsus he-
ri ita moderatos, vt multi medici decipiā-
tur, & iudicent, nullam adesse febrem, nā
neque magni, nec celeres, nec crebri appa-
rent, sed in omnibus istis differentijs, in-
moderari. Est tamen perniciōsus pulsus, qui
pestilētia febres solet cōcomitari. Præ-
ter istam cōplicationem, alias docet Gal.
quando circūstantia sunt frigidiora, cor
verò minus calidum, &c. Tandem circa fi-
nem discursus, qui longissimus, & difficilis
est, ait: Quare si quod corpus ipsum cor-
dis in naturali statu cōstans, vel à materia,
quam continet ventriculi eius, aut pul-
monis cōsuetudine inflamari, vel alia qua-
piam parte vicina calefiat, pulsus refrigerij
gratia in magnitudinē, & celeritatē cōmu-
tentur: prima tum erit in magnitudinem
mutatio, altera in celeritatē, tertia in cre-
britatē. Si calidius sit partibus cum ipso
continentibus, quæ in naturali statu sunt,

celeritas motus primū in interese, deinde
de magnitudōe. Vnde cum pulsus manife-
stum incrementum celeritatis præcipua-
mus, magnitudinis verō, atque crebritatis
nullam alterationem, magneptere in hoc
corpore defuisse ad calorem cor cense-
mus, vicariūque ei ad frigiditatem. Iam si-
mul pulsuum insignis remissio, & conspi-
cua in eiusmodi corporibus animadu-
vertitur, &c. Hæc Gal.

Ex his locis, duo colligunt aliqui. Pri-
mò (contra meā sententiam, quam puto es-
se Galeni) dicunt febrem (in quantum fe-
bris est) sequi celeritatem pulsus, non ma-
gnitudinem. Secundo, contra ea quæ nūc
ex Galeno probauimus de ordine, quo ad-
quiruntur differentie) inferunt, celeritatē
prius acquiri, siquidem dicit Gal. primò
apponi celeritatem, deinde magnitudinē,
quando cor calidius est. Hæc oportet ex-
plicare, quæ nosser antecessor Mercatus
non vidit, quamuis caput præbatur se cer-
re de pulsibus cordis interperari, vbi ne-
cessariò hæc debet attingere, aut in ca-
pite de pulsibus febrium.

Dico ergo primò, quòd si acutus de fe-
bre (vt febris est absolute) illam debet
sequi magnitudo pulsus; & hæc est differē-
tia illius afecla. Intellige, quid dicā, febris,
vt febris; secundum enim alia quæ pos-
sunt cum illa coniungi, quæ solent illam
differentiam magnitudinis in pedire; qua-
lia sunt imbecillitas, maligna humoris pa-
tridi conditio, venenosa qualitas, peccabilis
modus, magna aliqua oppressio, distempe-
ries adeò intensa, vt virtutum distor, aut
(vt melius dicam) spiritus distoriat. Si en-
nim febris solo calor sine incremento exci-
tatur, necessariò natura apponit primò
magnitudinem (vt supra cum Galeno pro-
bauit) rursus intensior fiat, apponit celeri-
tatē; tertiò, si adhuc intensior, crebritatē
producit. Cōtingit autem, vt statim à prin-
cipio omnibus vtatur differentijs, vt in fe-
bribus magni incendij, quæ à primo insid-
tuales sunt, quia per primam differentiā
solum non potest adhuc in principio) suffi-
facere suo fini; & cetera vgentia su tanta,
omnes tres differentias apponit. Erat autē
alia febris, quæ solam magnitudinē expo-
scat. Quislo: verò agimus de pulsibus febris
absolute, vt febris est, tantū in intelligimus
vsum aduclit, ad statū præternaturale he-
dentes actiones, in quo cetero, sine dubio
magnitudo apponitur, vt probat Gal. Sed
nūc explicio locū Gal. vbi satis cōstat, non
esse eius mētē, agere de febre absolute, sed

de illis in particulari, aut enim eo capite de cordis variis temperamentis & consequenter de hectica, & de hectica pollicem; quis autem non videt has febres neutquam admittere pulsus magnitudinem, cum virtus ita debilis sit & instrumentum inobediens? Quia ergo magnitudo non potest produci, supplet natura eius defectum, mediante celeritate. Quod verò dicant magni medici, celeritatem omnibus febribus esse communem, non ob id negant magnitudinem ex propria natura esse priorem: sed quia omnes ferè febres quas in aliqua medicine parte tractamus, celeritatem habet omnem, aut quia non sufficit magnitudo, aut quia ob alias causas non potest talis discretio apponi, ut in hectica, & aliquando ob nimiam plenitudinem grauitatem aut fulgines irriter, ut in putrida: hinc est, ut communiter appareat celeritas; sed hoc contingit in febribus particularibus, ob idias peculiares causas impedientes magnitudinem, & ob id Galeni doctrina supra posita, de ordine in differentijs adquirendis integra semper manet.

Maiorè difficultatè habet secundus locus. Tamè si diligenter legas Gal. doctrinam de hac re, non multo laborabis. Dubium stat in hoc, quare existere corde calidiori, & vicinis humoribus, aut circūstantibus frigidis, prius apponitur celeritas, postea magnitudo? (Alia enim pars huius loci dilucidè satis descendit nostræ sententiæ, inquit enim, si cor quomodo libet calefaciat, pulsus refrigerij gratia, ad magnitudinem primo, deinde ad celeritatem, tertio ad crebrentiam commutabitur.) Ergo solū dubitas de posterioribus verbis Gal. dicentis, si cor est calidius, & vicina frigida, pulsus prius fit celer, postea magnus: sed (ut sæpius dixi) loquitur Gal. de febribus, & imperamentis particularibus, non de febre absolutè: ergo in hoc casu, licet cor sit calidius, & huius causa debet statim apponere magnitudinem, tamè partes vicinæ, & humores cōtenti, tali sunt frigidi rate disemperata, ut multæ & crassæ fulgines obstant, & impediant partem spatij, hoc enim proprium est membrorum frigidorum, & humorum, etiã ut grauent, & obturent, & motum impediant. Licet ergo cordis vius exposcat magnitudinem, illi non potest efficere, ob dictum impedimentum; quod obturanti in principio febriū humoralium, viscidibus humoribus existentibus, & crassis fuliginibus elementis, non enim potest apponi magnitudo, sed celeritas: postea vero morbo ad ita

De Pulsibus.

tum prosperante incipit magnitudo, depresso, aut attenuato magis ex crebrentis. Item dico in præsentis, quando cor calidius, & vicina sunt frigida, primo apponitur celeritas, quia veget calor cordis, & multitudo excrementorum, seu humorū crassorum impedit magnitudinem. Postea verò, cum aliquantulum vicina calefuerit, & fulgines excrementaræ melius pellantur, redit natura ad suam desideratam magnitudinem, ut melius attemperet, spatium enim magis liberum est, & calor maior, virtus vero sufficiens, (licet non ad vehementiam, aut ad pulsum maximum) saltem ad magnum, aut ad maiorem, quam antea, ut omnes conditiones asietam.

CAP. XI.

De pulsu longo, & breui.

Restat iam ut breuiter de reliquis differentijs dicamus, quæ pertinent ad quantitatem differentionis, sicut promissimus. Primum se offert pulsus longus, appellatus tenuis & gracilis, teste Gal. 2. de caus. puls. c. 33. est enim finem, cuius duæ sunt discretio, alter enim dicitur longus simpliciter, & est ille, in quo quantitatem aliarum dimensionum non percipimus, sed solum longitudinem, & hoc supra mediocritatem, teste Galeno 1. de pratag. ex puls. c. 1. post principium, & 2. de differentijs puls. c. 7. ante mediū. Longus verò non absolute dicitur ille, in quo longitudo excedat multum altitudinem, & latitudinem, ut colligitur ex Galeno 2. de caus. puls. c. 73. diximus, multum, quia si non excedat sensibilibus, sed fuissent æquales omnes dimensiones, esset pulsus magnus, & non longus, quare ut sit longus, non absolute debet excedere longitudo latitudinem & profunditatem.

Reuis è contra se habet, est enim ille, cuius longitudo minus demonstratur, quã in moderato. Illud autem semper memorari oportet, quod supra diximus, pulsus longum non dici illum, qui at tenditur penes longitudinem arteriæ, quia hic non esset cognoscibilis, nisi tota arteria ad longum dilataretur. Sed vocamus longum respectu moderati, quando cognoscimus magis de longitudine. Dignoscitur medicari manus applicatione, non presens, sicut in vehementibus, non leniter, sicut in languidis, sed medio modo, teste Galeno

H

1. de

3. de digno. puls. capit. 2. brevis vero dignoscitur eodem modo applicando manum. Si enim tangat digitum in paucioribus partibus, quàm in tangit pulsus moderatus, ille talis dicitur brevis. Cause, que generant pulsum longum, sunt Prima, gracilitas corporis, teste Galeno 1. de dign. puls. cap. 3. Tenuitas enim subtilis reddit partes, que sunt supra arteriam, & excarnes facit, & sic apparet pulsus longus. Altera causa est arterie dispositio, quando scilicet ita est subtilis, ut non possit sentiri, nisi secundum unam longitudinis dimensionem. Aliquando etiam fit à debili virtute non potente mouere versus omnem dimensionem, ut docet Auer. 4. Collig. cap. 18. Hoc tamen debet intelligi, cum etiam longus, simul est & languidus.

Rarus pulsus non absolute longus generatur ex subtilitate & leuitate corporum, que sunt supra arteriam, ut docet Galen. 4. de caus. puls. c. 24. Hæc autem dispositio causatur, vel propter gracilitatem, ut dictum est, vel propter excitationem, vel propter magnam duntaxat, hæc enim in eam reddit arteriam, ut distendat in larum & profundum, & sic monetur in longum, teste Gal. 2. de caus. puls. c. 13. & 4. de caus. puls. c. 26. Cause autem, que possunt alterare, & facere similes pulsus, facile est colligere ex superioribus. Sunt enim omnes que extenuant, que vires debilitant, que præter efformant ipsas arterias, que induræ, que excicant. Cause pulsus brevis absolute sunt, crassities, teste Gal. 2. de prælag. ex puls. c. 3. Multa enim caro in arteriis in causa est, ut non appareat tota pulsus longitudo, imò ob eandem rationem venæ breuiores apparent, teste Gal. 1. de dig. puls. c. 8. ad med. 0. Secunda causa potest esse quòd parum appareat ex ipsa arteria, quia relique partes adiacentes depriment reliquã portionem arterie, ut docet Gal. 4. de caus. puls. cap. 24. in fine. Similiter causa pulsus brevis non absolute, vna est conformatio naturalis, alia est gibbositudo ipsius arterie, que impedit motum longum, teste Gal. 1. de prælag. ex puls. c. 3. post medium. Tertia causa potest esse grauitas corporum operimentum ipsam arteriam. Quidam dicunt, quòd facultas debilis etiam est causa pulsus brevis, quia non potest perferre cursum more fluentis aque, que quia pauca est, in medio inire sinit. Sed isti pulsus potius decurrati sunt appellandi, ut docet Galen. 2. de caus. puls. cap. 3. Aliqui addunt opilationem, tanquam causam

pulsus brevis, sed possunt illam redacere facile ad unam ex dictis. Causa vero que valent illos pulsus effecere, & causas generationis producere, sunt omnes, que incrassant, que taliter, vel taliter efformant ipsas arterias, quale sunt natium temperamentum, cum facultate formam temale operante. Et ob id dicit Galen. 2. de caus. puls. cap. 13. quòd pulsus brevis raro est morbo dicit originem, & sic tanquam rem singularem ipse aduertit illum cognouisse in quodam affectu misso ex phrenitide & lethargo, ut est videre 4. de caus. puls. cap. 35. in fine.

Nunc non erit multum difficile, prograficium facere ex istis pulsibus. Nam pulsus longus indicat præsentia. Si enim à gracilitate oritur, facile est ex ipso habitu deprehendere, macro, & extenuato

Vnum autem obserues signum, quòd tale est. Si venæ fuerint latae, & præcilius fuerit pulsus, tunc debes coniectare esse talem pulsus à naturate. Si vero venæ fuerint angustæ, poteris dicere illam gracilitatem fuisse postea adquisitam. Si debilitas est in causa, cognoces ex languore. Si inuenies eorum rugosam, & faciam, tunc dices longum pulsus oriri à licentate. Si autem fuerint duras, dices à duntaxat proficisci longitudinem. Præter illas causas eodem modo prædicere poteris, si tunc moria tenes, que superius diximus. Futura (quando talis pulsus non est naturalis ex prima conformatione) prædicere poterimus. Particulariter enim reperitur ille pulsus in tympanate, teste Galen. 4. de caus. puls. cap. 24. Indicatque naturam iam periculum, & quanto longior, tanto periculosior. De pulsibus vero hydropticum inferius agendum. Si vero longitudo sit naturalis, & à natura gracilitate exorta, indicat vitam longuam, iuxta illud Hippocratis libr. 2. Aphor. 44. Quòd citius intereunt, qui crassi sunt, cito à contrario graciles viuaciores erunt.

Similiter facile est præsentem causam prædicere ex pulsus brevis, ut si fiat à crassitie, habitus crassus id demonstrat, si ad pensum crassitie ipsa breuitas contingerit, ut sit multa crassities, & pulsus erit breuis imus. Si vero homo sanus sit, & in reliquis moderatus, pulsus tamen habeat breuem, id prædicere oportet esse propter arterie conformationem. Etiam ex his poteris prædicere præterita, consideran-

derando causas; quæ poterunt etiam reddere, & malè conformare. Futura paucæ solent prædici ex isto pulsu, quia maior ex parte procedit ab ipsâ natura, nisi cæbit autem breuiem vitam, quando ob morbum crassitern contingit, vt diximus ex Hippocrate, in morbis vero si accidat, periculosus est, vt in illo affectu mixto ex phrenitide & lethargo, vt dicebamus ex Galeno. Dicendo autem de extremis differentijs, constat quid dicendum de moderato.

CAPVT XII.

De lato, & angusto.

DE lato agendum nunc, & de suo contrario. Latus pulsus est cuius latitudo sensibili percipitur supra moderatâ, latitudo, inquam, sola. Contrario modo, qui strictus & angustus est definiti debet, quia contrariorum eadem est lex, teste Arist. 1. de anima, tex. 85. De digitatione autem illud advertendum, quod non tota latitudo dignoscitur, vt docet Gal. 1. de digno. puls. cap. 2. Tamen quæ manus applicatione debemus vti, controversiam est; nam fortis compressio non erit modus vniuersalis dignoscendi, sed solû ad vehementes, & simul lato. Et præterea, quia aliqua pars latitudinis occultaretur. Neque blindè debemus palpare, siquidem hoc pacto solû lato languidos pernosceremus. Neque mediocriter, quia etiam occultaretur prima pars latitudinis, & vltima, teste Gal. 1. de digno. puls. c. 2. Quibus argumentis cõmunicat Gal. loco citato, vt dicat non esse cognoscibilem pulsûm latum, vt latus est, sola manus applicatione; & concludit, debere cognosci blanda manus applicatione, si simul inorganicus discursus, medicina enim duobus pedibus ambulat, discursus, & sensus, vt ait Gal. 9. method. c. 6. Igitur applicando manum mediocriter, cognoscitur. Extremas partes cognosces, & statim discures, quantum transeat ab vna extrema parte in aliâ, & sic indicatur latitudo. Prima causa pulsûs lati est robusta facultas, sed defessa, quia robusta distendit, quia defessa non facit altum. Secunda causa est grauitas corporum grauantium arteriam, minuit enim hoc pacto altitudinem, & additur de latitudine. Talis verò grauitas solet contingere, vel ex cute ru-

De Pulsu.

gosa & terrea, vt in sensibus, & nimia humiditate. His enim causis deicendit altitudo, & ampliatur latitudo. Tertia causa est magna latitudo sparsæ, per quam distenditur arteria.

Notandum tamen, quod si simul causa iste coniungatur, efficiunt pulsûm laxorem, vt contingit in crispitate leprosum, nisi in quo casu est robusta facultas, & defessa, & imminuta altitudo, teste Galeno 4. de caus. puls. caput 9. in fine. Vltima causa est mollities instrumenti, teste Galen. 1. de præsig. ex puls. caput. 1. & Aneur. 4. Colliger. caput. 18. Causæ alterationis sunt omnes illæ quæ prædictas valent producere, vt quæ immittunt laxitatem, quæ grauant, & etiam contectâ crisi, teste Galen. 2. de caus. puls. caput. 13. post modum. Item anaxarca teste Galen. 4. de caus. puls. c. 24. In fine. Præterea quæ mollificant, quæ extenuant, & locum dant maiori sparsæ. Quod si cõsideres omnes istas causas contrario modo, pulsûm angustum generabunt.

Prognosticum præsentium & præteritarum causarum ordinè sit prædicto. De futuris verò dicimus, quod quandoque promittit salutem, quando in euacuationibus apparet, vt in plurimum etiam illa euacuatio est decretoria ad bonum, teste Galeno 1. de caus. puls. cap. 13. ante medium, & in compendio puls. cap. 24. Apparet etiam pulsus latus in his qui denotantur iudicati. Tamen si citra aliquam euacuacionem in morbis appareat, non indicat bonum. Inuenitur in lethargicis pessimis, vt Galen. ait loco citato, & in anaxarca, vt colligitur ex Galen. 4. de caus. puls. caput. 24. Qui omnes morbi periculosissimi sunt. Ex angusto similiter prognosticare oportet præsentem, & præteritam causam. De futuris verò nil dicendum, nisi quod, dummodo à causa non oritur naturali, semper est morbosus.

CAP. XIII.

De pulsu alto, & humili.

Pulsus altus est, cuius altitudo sensibili motum naturalem excedit: humilis è contra, cuius altitudo est infra mediocritatè. Qui etiam nominatur profundus, & depressus, sicut altus solet nominari eminentes. Cognoscitur altitudo cõprimendo ma-

H 2 nuro,

nam, & adiungendo rationem. Comprimentendo enim cognoscimus motus initium, & expectamus recessus amissionis, & si tunc videmus quod recessus fit tardè, concludimus, dicendo: ergo pulsus est altus, qui si tardè recedit, arguit motum fuisse fœdum altum, ad superiora. Quod exemplò lapidis patet. Si enim pronicius lapidem, & tardè descendit, colligimus multum ascendisse, si verò illico descendit, inferimus, non ascendisse multum. Ex quo vñ corollarium elicimus, quod in solis vehementibus pulsus altum cognoscemus. Secundum corollarium est, quod sicut sunt tres dimensiones spatii, ita tres sunt modi cognoscendi. Lurando enim cognoscitur manu suspensa, longitudo manu mediocri, altitudo manu comprimente.

Vltimò notandum, aliquando apparere pulsus altum, non tamen esse talem, sed consilium, quod contingit propter vim ædus quem habet teste Gal. 4. de caus. puls. c. 17. & sic non decipieris sumendo consilium pro alto. De quo agemus in capite proprio.

Causa pulsus alti quinque sunt. Prima facultas valida, quæ valet distendere, vel quantum non sit verè fortis, sufficit quod sit apparenter concitata, tamen & irritata, teste Galen. 2. de caus. puls. cap. 3. post medium, & 4. de caus. puls. in fine. Secunda causa est vis adactus, sit enim altus, quando ea quæ molestant repellit facultas, vt docet Gal. 2. de caus. puls. cap. 1. in fine, vt in iratis, teste Gal. 4. de caus. puls. cap. 2. & in principio Suppurationum 4. de caus. puls. cap. 9. ad medium. Tertia causa est, restricta, & angustantes partes per latera ipsius arteriæ, vnde confurgit in altum facultas.

Quarta causa est mediocri mollities, non enim debet esse dura arteria, quia resistit; nec multum mollis, quia descendit. Quinta causa est lenitas corporum, quæ sunt super arteriam. Causas generationis facile consequi possumus. Sunt enim omnes, quæ corroborant, & augent vires, aut quæ augent apparenter, qualis est dolor, & ira, & vigilia, 3. de caus. puls. cap. 10. ante medium. Præterea omnes causæ, quæ augent calorem, quæ comprimunt per latera, vt crassities, quæ mollescunt, quæ leuem faciunt substantiam quæ est super arteriam. Cetera profus doctrina de pulsu humili exhibenda est.

Prognosticare poteris ex pulsu alto causas generationis, & alterationis, præteritas, & præsentantes, vt suprà in alijs docui-

mus. Futura verò prædices, si attendas, quod ex pulsu alto maiori ex parte prædicimus salutem, & cito futuram, quia pulsus altus fit quando molestantia expelluntur, vt docet Gal. 2. de caus. puls. cap. 3. & concomitatur conditiones humorum, teste Gal. 4. de præfag. ex pulsi. c. vltimo, & cum conditiones significent celeritatem, & securitatem iudicii, vt habetur 1. epide. p. 2. tex. 45. merito possumus prædicere hæc omnia ex pulsu alto. Item possumus prædicere inflare iam crism, quia signum est, iu perasse naturam materiam morbificam, teste Gal. 2. de caus. puls. c. 33. ante mediu, & 4. de præfag. c. 121. chæa priore, & præterea crism faciendam esse per aliquam euacuationem, nam omnis pulsus altus aliam quam indicat euacuationem, teste Gal. 1. de caus. puls. c. 3 & 4. de præfag. c. vltimo, vbi dicit, quod altus pulsus & celer in euacuatione significat de rectoria inflare euacuationes, quæ per sudorem prænotescunt si morbi fuerint humidi, vt lethargi, & quotidianæ, & sanguinei. Si verò per aliam regionem debeat fieri euacuatio, etiam pulsus altus id coincidat. Aduertendum tamen, quod si ante pulsus altum nulla præcessit inæqualitas, euacuatio erit moderata. Si verò multa inæqualitas præcessit, euacuatio erit copiosa, teste Gal. 4. de præfag. c. vltimo ante medium. Pulsus humilis contrarium significat. Solet enim esse nuntius syncopis si simul languidus sit. Si tamen cum illo sit inæqualitas, & fiat mutatio à paruo in magnum, poteris futuram abcessum spectare, præcipue si morbus sit humidus longæus tempore hyemis. Atque hæc de quantitate dilentionis dicta sufficiant.

CAP. XIII.

*De pulsus celeris & tardis essentia, dig-
nitate, causa & præ-
sagio.*

Postquam de magno egimus, & eius differentiis, de celeri nunc agendum. Nam licet celer prior sit, si consideratur tanquam magis proprius ipsi pulsui, vt motus est, tamen ordinem acquisitionis seruabimus. Pulsus celer vocatur velox, citatus, pulsus in qualitate motus continuo factus, subitus. His omnibus nominibus solet appellari. Tardus est cõtra vocatur distinctus, non cõtinuo factus, diuturnus. Sed de essentia pul-

pulsus celeris, est aliqua controuersia, quam pauca a soluant, ut eius diffinitionem colligamus. Tota diffinitio huius rei orta fuit ex quodam loco Gal. 3. de dig. puls. cap. 1. ubi docet ad cognoscendam motus velocitatem, non oportere tempus motus conferre cum spatio, sed satis esse imperum considerare, & an facile cedat locus res mota. Manere enim inquit in locis rem que mouetur aliquantulum. Eius uerba sunt: Vbi enim in locis moratur, tardus est motus ubi facile discedit, celer. Locus satis difficilis & physicus. Medici uero, quia res multum philosophica est, eam intactam relinquunt, adherentes sibi fieri, ut medicus celerem pulsum ex impetu artetis cognoscat, ita ut celeritas sit nil aliud quam maior imperus motoris. Sed si rursus interrogas, quid sit ille impetus, non respondent nisi id per idem i. dicit esse cito, mutare locum. Et sic nollet Meseatus libenter illam reliquit dubitationem.

Ergo ut certa ab incerto sepemus, Galenus putat motum localem fieri medijs quibusdā manifestis in medio motus, & in qualibet parte motus, sed esse multoties tam breues, ut sensus illas non percipiat, at que adeo quietes ipsas iudicari, ac si fuissent motus. Itaque quando ego tendo ab hoc loco in illum, quāuis appareat, quod continuū moueor, non tamen sic est, sed in medio aliquantulum moror, ut alterā partē motus incipiam. Et sic de singulis. Igitur celeritatis ratio (secundum Galenū subtilius cōtemplandū) sit in hoc, ut mobile moueatur altit, ut minus detineatur in illis motu. Tarditas uero in hoc cōsistit, ut detineatur magis in illis medijs quietibus. Hanc opinionem subripuit Galenus ab Strucis, & à Zenone, qui multis ante annis illam sustinuerat. Sed differt in hoc, quod Zeno dicebat motum esse motiones insensibiles, quia indiuisibiles, separatas quietibus, & sic non sentiri posse motum Gal. uero sentiri motum dicebat, tamen illas motuanculas esse diuisibiles, licet breues. Fundamentum Galeni est, quia si duo corpora mouentur per idem spatium in diuerso tempore, si alterum uelocius, alterum tardius, interrogo, quæ fuit causa, quare unū citius trāsierit? Certe nulla aliqua, nisi quia detinebatur, & quiescebat minus in partibus sparij, alterum uero moras faciebat, ergo tota ratio celeritatis sit in breuitate quietum. Præterea si non sunt quietes in medio motus, quomodo est possibile, quod unum corpus moueatur

tardius altero? mens non capit. Quia si non sunt quietes, semper esset æqualis motus celeritatis, aut tarditatis. Nam quomodo quiescit mobile: ergo semper mouetur æqualiter. Hæc opinio tantum placuit aliquando Vallesio, ut illi fuerit amplexus, & uocet parum ingeniosus, qui illam nō iniecit, ut dicitur, i. Cōtra. c. 3. quæstio. 6. p. 13. l. scilicet cohæbeat. Tamen celeritatis non esse ponendam in breuitate mansionum, patet, quia hæc opinio Galeni tollit motus continuitatem. Si enim motus est in motu: ergo nullus localis motus est continuus: quod nullus aduertit. Nam ex doctibus opinionibus, quæ uersantur circa hoc, una dicit, quod continuitas est de intrinseca essentia motus. Altera dicit, quod solent si non est de essentia, est propriū quæritō modo, dimanans ab eius essentia: ergo motus debet esse continuus: ergo non intereūllas. Possunt respondere hæc rationi, non esse necessarium omnem motum esse continuū, esse tamen præcise necessarium debere esse successiuū. Est enim magna differentia, & pulchra inter successiōnem, & continuitatem, ut acutè aduertit Percyns lib. 14. phys. c. 8. ubi potestis uidere. Nam si continuitas est propria passio, ut quid non conuenit omni motui? & si successio est de essentia, ut quid non conuenit omnibus motibus? Quare dicendum est, quod cum hic loquamur de motu striete, ut cōprehendit motum localem, debemus etiam illi tribuere ea quæ illi cōpetunt propriissimè. Igitur, quia tenuitas non est tota acquisibilis simul, hæc nascitur, ut cōstitutes motus sit successiuus. Ad quod sequitur, ut sit cōtinuus, ut propria passio. Non quod tota acquisitio rei sit cōtinua, nā calor ut octo potest adquiri diuisim, tamē in illa præcise successione, & si partiali, sua continuitas est. Hæc est mōs bene d. Perer. loco citato. Ex quo sequitur, errare Gal. quando ponit illas mansiones in motu. Siquidē tollit continuitatem, licet non tollat successiōnem unius transgressiōnis partialis ad aliam, errat enim aperte, quia in qualibet parte signatur motus & sparij point suam mansionem, uel breuē, uel tardam, & ex consequenti erunt infinitæ quietes. Imò dicat nobis Galen. Quare totum illum motum non uocet quietes, sicut uocat transgressiōnes intereūllas? Quid ad hoc dicat, ignoro.

Sed quia cōtra trās Gal. indigeat nō quælibet ratione, sed fortissima, faciamus quædam demonstratiōnem, ad probandum,

non fieri motum localem per medias morales. Nam si hoc fuisset verum, sequeretur, quod una pars in se eadem conuicta quietat, & altera moueatur, quod est impossibile. Nam moto continuo omnes partes illius mouentur. Probat sequela. Nisi potissimum in suprema parte rotarum claudat, & circa centrum alterum clauum, & moueat turrata, patet ad sensum, quod clauus superior in eodem tempore transit maius spatium ergo detinetur minus, secundum Galenum in suis morales. Rursus clauus qui est in centro, necessario quietus magis: ergo in eodem continuo datur quietes longas & breues in eodem tempore: ergo vnum rotarum non mouetur simul. Non intendit probare hoc argumen. quod clauus maioris circuli non moueatur velocius, sed quod non sint motus. Probat enim maior hemisphaerici, quod portio maioris circuli, licet in eodem tempore transeat ac portio minoris circuli, transeat tamen velocius: & sic dicant, quod quando homo deambulat per superficiem terrae, pedes mouentur tardè, & caput velociter, quia caput transit portionem circuli aeris. Pedes vero portionem circuli terrae. Hieronymus. lib. 2. de causis

Dicendum ergo, quod ratio celeritatis non potest amplius explicari, quam dicendo, quod celerius ferri nil aliud est, quam prius mutari: istud autem prius mutari nil aliud est, quam citius elabi per partes spatij. In hoc autem non sunt quietes, sed totum continuum & successiuum. dicitur motus simpliciter: moueri vero tardè est remissius moueri, & remissius transire spatium, considerando totum motum, & totam transgressionem spatij, sine ulla quiete. Bene tamen verè est, quod omnis motus, de quo hic loquimur, potest dici mixtus quiete, mixtus improprie loquendo, non quodè, ut dicebat Gal. Sed quia ille motus dicitur remissus, & mixtus, qui non transit spatium in vn eo momento. Quod enim participat de tarditate in adquirendo termino, tantò dicitur mixtus quiete ita colligitur ex Arist. 3. Phys. c. ultimo. Ex quo patet, quod illud corpus dicitur celerius moueri, quod maius spatium, aut aequale transit in minori tempore. Et hæc videtur ratio celeritatis, & tarditatis, cui addunt philosophi suas causas peculiarias. Medicus vero tanquam artifex sensualis non inspicit nisi imperium ipsius mobilis, & sicut arteria dicit celeriter moueri, quæ imperiose fertur. Et quæ maior impetus, maior celeritas, qui quidè impetus si rectè consideretur, in idè incidit eum celeritatis formalitatem, quæ adducunt philosophi: solum differunt modo loquendi, & quod magis ad sensum, & à posteriori loquitur medicus & illi vocat celerè pulsus, quando facta cõparatione ad pulsus naturalè, vel ad medicos percipit artem celeris, & imperiosius transit spatium, & minus detinetur. Nã quando Philosophi dicunt, celerius moueri, esse in minori tempore, transit maius, vel aequale spatium, etiam id dicunt colligendo ex tempore, tanquam ex mensura ipsius motus. Differunt etiam medicus & physicus in hoc, quod medicus ad cognoscendam velocitatem pulsus non speciat spatium, neque tempus, ut Philosophi, sed statim in ipso principio motus cognoscit aliquam partem pertinetur cum maiori impetu, quam pro naturali pulsum appellat celerem non enim ad medicum pertinet nisi impetu mobilis dignoscere. Nã tempus parè conferit, quia non volit consequentia: Cuius mobile paucenti tempore ergo est motus celer. Valet tamen esse celer: ergo consumit paucum tempus nam pulsus formicans, non est celer licet cõsumat paucum tempore. Formica enim, pediculi & alia huiusmodi animalcula licet paruo tempore moueantur, non tamen celeriter, nam cum paucum spatium transeat, in vnaquaque transgressione apparet moueri celeriter, sed non sic est. Eodem pacto dicendum de pulsu formicante. Non enim est celer, sed languidus, & creber, & parus, sicut pulsus formicæ. Et sic colligitur, quod ad pulsus celerem requiritur, ut maius spatium transeat, aut aequale cum maiori impetu, quæ in moderato absoluit. Neque inferre debet, quod pulsus formicans, siquidem non est celer, debet esse tardus, non enim sequitur, quod parus, qui breui tempore transit suum spatiosum, & sic non est tardus absoluit. Sed de pulsu formicante inferitur. Illud tamen hic fit indubitanter, celeritatem, & tarditatem attendi simpliciter respectu moderati pulsus, aut naturalis.

Cognoscitur pulsus celer multò melius, quando simul cum vehemētibus cõiungitur & magnis, non autem in languidis & paruis. Secundo, cognoscitur celer & tardus medici manus applicatione, nec premento, sicut in vchamentibus, nec leuiter, sicut in languidis. Tertio est obseruandus locus à quo recedit arteria, & modus impetus, quo accedit ad

supra-

supra-

superficiem spatii, si enim impetuose, & cito magis, quam in moderatis, celer est; si verò minus, tardus.

Causa.

Causæ pulsus celeris prosequantur à Galeno 1. de Caus. puls. cap. 5. & cap. 12. quas dicit esse tres. Prima, facultas robusta, nunquam virtus debilis celerem efficit pulsus, ut ipse docet 4. de Caus. puls. cap. 21. Secunda causa est molle instrumentum. Tertia causa est vigerens usus, id est, copiosus calor, & spiritus animalis confluxus: hæ enim causæ faciunt celerem dilationem, teste Galen. 1. de Caus. puls. cap. 12. & Auerr. 4. Colliget. cap. 28. Si verò contractio celeris fuerit, causa est copia fuliginis; illæ autem tres causæ possunt variari in generando pulsus celeri, nam aut omnes res simul concurrunt, aut erunt duæ solùm, aut vnica sola. Si vnica sola fuerit, etiam poterit variari tripliciter, teste Galeno 1. de Prælag. ex puls. cap. 2. post principium, nam aut est usus adauctus, & liquoris duobus causis moderate se habentibus, & sic de alijs. Roridus si erunt duæ causæ simul, tripliciter etiam possunt variari: nam aut facultas est; & instrumentum si coniungitur usus cum instrumento etiam dupliciter potest accidere, nam aut instrumentum est molle, & usus aduictus, aut vel instrumentum est molle & usus diminutus, quod similiter potest contingere in alijs duobus combinationibus.

Sed dubitabis, nam pulsus celeris semper oritur ad præsentiam usus aduicti, teste Galeno 1. de Caus. puls. cap. 12. 2. de Prælag. ex puls. cap. 5. & t. etiam de Caus. puls. cap. 7. quomodo ergo nunc ex doctrina Galeni 1. de Prælag. cap. 5. diximus in usu diminuto fieri pulsus celerem, idem dubium fieri potest de facultate, nam Galen. 2. de Prælag. cap. 5. asserit celeritatis incrementum proficere à valida facultate, in eum verò diximus cum ipso à debili etiam fieri. R. Resp. cum doctrina Galeni 1. de Caus. puls. cap. 9. circa finem, vbi dicit: Quod aliquo vincuntur tibi, quia ergo quamvis usus sit diminutus, viget tamen facultas, & instrumenti molities, hinc est, ut fieri possit celeritas. Idem de facultate. Resp. secundo, quod hic agimus de celeri & tardo pulsu absolute. Galen. verò agebat de celeriori, & tardiori in principio de Prælagatione cap. 5.

Causæ quæ valent celerem imminuere, sunt omnes quæ augent calorem, quæ mollescent arteriam, quæ corroborant facultatem. Eadem profertur doctrina exhibenda

est contrario modo de pulsus tardo: sit enim à languida virtute ab usu diminuto, ab instrumento duro, in reliquis similiter contrario modo.

Prognosticum ex diffensione celeris facimus in corpore sano, quo indicat copiosum calorem, & calidum temperamentum, cui si accedat magnitudo, certius poterit prognosticare: sit etiam à calido aere, à vino, ab exercitio, à balneis calidis, in summa illas omnes causas possumus tanquam præteritas, aut præsentis prædicere, quæ possunt usum adaugere. Futura verò nulla sunt in sanis, quæ possit prognosticare, præterquam esse hominem paratum ad febres, quod magis audacter poterit prædicere, si simili tale corpus siccitatem habeat eorumdem, teste Galeno 2. Metho. cap. 7. nam cum febris sit passio calida, & sicca in symbolizantibus facilius est transitus de tardo contrario modo se res habet. Fortes tamen ex celeri diffensione sic prognosticabimus: nam cum febre semper oratur à valida facultate, ut ex Galeno adduximus, promittit certam salutem. Quis obrem insignis negant in moribundis posse reperiri pulsus celerem, quod etiam Galen. usus est infirmare 2. de Prælag. cap. 5. post med. dicens: Securius est genus velocius pulsus tardo, si cuius etiam incurrit est extrema celeritas, magis quam extrema tarditas. Tamen si fuerit celerissimus, iam non possumus prædicere bonum aliquod. Est enim malum signum, teste Galeno loco citato.

Dubitabitur

Sed dubitabis, quia multoties dicimus in doctrina Galeni, bonum, malum, securum, periculosum, quidam significant verba ista. Resp. cum Galeno 1. de Crisib. cap. 14. ex Hippocrate. Importans enim ista vocabula illud, quod maiori ex parte accidit, ita ut malum & periculosum sæpius mortem inducēt, bonum, & securum sæpius salutem, nisi ab alijs fortioribus signis, & pluribus vincuntur, ut colligitur 2. Aphor. text. 41. & 3. Prognos. text. 40. Et ideo non semper valet: Malum signum: ergo ager morietur. Bonum signum: ergo ager vincet, non (inquam) valet, teste Galen. 2. de Prælag. text. 17. Sunt enim inspicienda reliqua signa.

Sed de contractione similiter dicendum, significare præsentis, quia iam indicamus copiam fuliginis sine dubio manifestare. Futura quidem, nam si simili coniungatur cum alio pulsus, promittit salutem, & modum quo adueniet, necesse

est

per aliquam evacuationem criticam particulariter signa precedant coctionis. teste Galeno 4. de Praesag. ex puls. cap. 22. ubi dicit, alium pulsum & celerem in contractione promittere evacuationes decretorias: Si vero interrogas per quam viam fieri debeat talis evacuatio. Resp. cum Galeno 4. de Praesag. ex puls. sine, quod id molcimus ex aliis signis, ut v. g. si per sanguinis effluxum, per propria illius evacuationis signa, ut apud Galenum 2. ad Glus. cap. 25.

Ex tardo pulsu praedicimus facultatem debilem, instrumentum durum, & usum diminutum, tanquam praesentes causas lux generationis, & ordine praedicto causas alterationis venabimur. Tamen si non omnes tres causae concurrunt, sed una sola, poterimus id praedicere: hoc pacto, quod visus sit diminutus, praedicimus si pulsus est tardus, nec imbecillus, nec durus: si facultas languida sit causa, nocet ex pulsu tardo & imbecilli. Si vero durities illum produxerit, pulsus erit durus aequaliter, erit tardus. Reliquas combinationes poteris facere ex alijs causis simul iunctis.

Praesentia praedicimus ex pulsu tardo, causas, scilicet, frigiditas, remittentes calorem, causas debilitantes, causas indurantes. Futura etiam praedicimus: nam mala signum & periculosum est, teste Galeno, 2. de Praesag. cap. 5. tarditas accidens cum iam extinguitur calor nativus, & sic solet evenire in magna orophneca, teste Galeno, 4. de Caus. puls. cap. 21. Eodem pacto ex tarda contractione praedicimus inopiam sanguinis, & ob id bonum portendit eundem. Si vero a nimis vigilis, aut inflammatione oritur, non est ita secuta talis tarditas.

CAPVT XV.

De pulsu crebro, & raro.

Pulsus creber appellatur spissus, densus, frequens, perpetuatio motus, & pulsus, ex non longis intervallis: rarus est contra nominatur. Est autem pulsus creber, cum tempus breuius est, quam in pulsu moderato absolute, teste Galeno lib. ad Tyro. cap. 4. Rarus, cuius tempus est longius in quiete, quam in moderato, quia ve-

ro quies duplex est, altera interna, altera externa, hinc est, ut duplex etiam sit pulsus, crebro & rarus, vel in quiete interna, vel in quiete externa.

Dignoscitur pulsus creber & rarus in quiete externa mediocri manuum applicatione eadem, scilicet, qua cognoscitur ipsa quies, ut supra diximus agendo de quiete contra vero creber & rarus, qui pertinet ad quietem internam, cognoscuntur comprimendo manum. Hoc ergo pacto si multo tempore detinetur arteria in quiete, iudicamus esse rarum, si puerum, esse crebrum pulsum: aliquando vero est tanta raritas in pulsu, ut aliqui ignoerantes existiment esse pulsum intermittentem, quia vident tanto tempore arteriam detineri. Tamen magna est differentia inter rarum, & intermittentem, ut declarabimus inferius agentes de intermittente. Causae generantes pulsum crebrum sunt: videntissimus visus, cui non potuit natura satisfacere per magnitudinem, nec celeritatem, & talem apponit crebritatem. Secunda causa est facultas debilis: nam cum indigentia sit ex parte visus, ipsa non potest apponere celeritatem, quia facultas debilis non potest facere pulsum celerem, ut diximus ex Galeno: hinc est, ut faciat crebritatem, teste Galeno 3. de Caus. pul. cap. 16. in fine. Tertia causa est instrumentum durum, nam cum propter inobedientiam instrumenti non possint fieri magni, cessat crescente visa, ut fiat creber. Causae alterationis sunt, quae debilitant, quae calefaciunt. Causae generationis & alterationis pulsu rari oppositae sunt. Quas cae omnes contrariis poteris recurrere, ne longus fiat tractatus. Quod si debiles quo modo facultas robusta potest facere pulsum rarum. Resp. quod quia satisfacit visui mediante magnitudine & celeritate: cessat, ut si quidem visus non exposit magis, ut faciat raritatem.

Prognostici futurarum causarum, & praesentium ordine supra posito fieri poterit. Sed ad futura praedicenda dico, quod pulsus creber secundum causam, a qua producit, minatur minus, aut minus periculum. Si enim provenit a virtute debili, periculosum signum est, quod pariter et hoc, quod affectus periculosissimos insequitur, ut anginam, cum dicit ad mortem, sequitur etiam orophneam, repetitur etiam in dolore, cum facultate dissolvit. Quod si non solum ut creber, sed creberrimus, magis periculum minatur. Aliquod do-

vero

verò sit creber à forti virtute cum vna aduasio, & tunc nil mali portendit, imò magna potest esse spes salutis, vt videmus in febribus ventibus, & vehementibus.

Rarus è contra, indicat presentia, scilicet, vium diminutum, vcl frigiditatem, si est quies externa, vcl panica excrementa, si est quies interna; si raras simul est cum vehementia, oritur à robusta virtute; si simul cum mollitie, ab instrumento molli citur. In ioucaibus si accedit, malum est, quia magnam morbum denuntiam signum est à magna causa oriri, non tamen est certò lethalis, telle Galeno 2. de Præüg. cap. 4. in pueris verò non est tam malum signum, in senibus verò facilime accidit, nec vllum malum portedit, præterquam quod est differentia inuenim illis familiaris. Quando verò raritas simul cum ligore coniungitur, pessima est, quæ si longior est, mortem perpetuam indicat, vel in somno, vel in vigilia, est enim talis pulsus vicinus pulsus intermittenci. Sed dubitabis verum pulsus possit ad tantam raritatem peruenire, vt iudicemus motu carere. Resp. raritas duplices esse: quædam vocamus magis cessationes, & naturæ iacturas, quàm quietes, & istæ periculosissimæ sunt: alia verò vocamus quietes longas, in quibus certè operatur natura: ista verò raritas si fiat per spatium duarum pulsationum, periculosa est, quamuis raro talis raritas contingat: si verò contingat per spatium trium pulsationum, omnino est mortalis: itaq; raritas in rigore nõ dicitur cessationem actionis, quod ad talem accedit cessationem, aut proximè ad illam, priuatio potius & mors. De crebritate verò quaeritur.

CAPVT VI.

Utrum pulsus ad tantam crebritatem possit peruenire, vt aliquam quietem amittat.

HAcc quaestio r3 difficilis est, quàm anti qua, & medicis & philosophis communis: quam attingit Galen. 1. de Dign. puls. cap. 3. Et pro parte neg. arg. primò ex philoso. quia duo motus contrarij non possunt esse sine media quiete, sed contritio è dilatatio fuit motus contrarij ergo. Maiorem huius argumenti probat Aristoteles multis argumentis 3. Physil.

c. 7. Minorem nos, ex supra dictis supponimus probamus.

Secundò arg. Motus omnis localis debet aduenire subiecto cum priuatione illius: ergo quando dilatatur arteria ille motus dilatationis aduenit illi: habet priuationem motus immediatè ante ipsum: sed priuatio motus non potest esse in instanti, sed est quies facta in tempore ergo arteria antequam motu uretur, quiescebat in tempore, & ex consequenti tepugnans priuari arterias quietibus in tempore istis. Minor huius argumenti probatur ab Arisl. 6. Physil. cap. 8. vbi probatur quietè fieri in tempore scilicet ipsum motum, per totum enim illud caput 3. idem constat, quod poteris videre. Tassè, vt certa ab incertis separemus, tripliciter reperimus aliquos motus contrarij, tam in pulsu, quàm rebus alijs, vcl enim vnus est violentus, & alter naturalis, vt quando proicitur lapis sursum, & à propria grauitate descendit, vcl vterque motus contrarius est naturalis, vt cõtingit in pulsu. Probationem enim in superioribus, tam dilatationem quàm compressionem esse motus naturalis.

Tertiò & vltimò, possunt esse duo motus contrarij, ambo violenti, vt quando proicitur lapis sursum, & descendit velociori modo quàm sua grauitas exprocebat, quia ab alio corpore grauior impellitur, vt à cadente turre. Clamens enim est, quod primus motus, & secundus est violentus ipsi lapidi, & contra propriam naturam. Licet ille secundus quando descendit, magis dicatur violentus quoad motum, quia ferit maiori impetu, quàm sua grauitas exprocebat.

Hoc supposito, dicunt aliqui, quòd inter motus primi ordais prædat quies facta in tempore, v. g. quando lapis ascendit, dicunt, quòd in puncto reflexionis quiescit per aliquod tempus, quando, scilicet, descensus est naturalis à propria grauitate. Et probant suam opinionem hoc argumento, quia quando proicitur lapis sursum, tanto tempore mouetur quanto impetus ipsius excedit naturalem grauitatem. Tunc verò descendit quando naturalis grauitas superat, & vincit imperium impressum. Sed sic est, quòd grauitas, quæ antea erat minor, non potest fieri maior, nisi prius fiat equalis: ergo toto illo tempore quo est equalis nõ potest lapis moueri: ergo quiescet per aliquod licet breue tempus. Probatur illa minor, quia si grauitas & impetus sunt æquales, non est maior

*Viidus This
nensi 3. Phy.*

maior ratio quare ascendat, aut descendat: ergo quietet. Hæc opinio est nostri Vallisij, quam accepit à multis Peripateticis, ut ab Aegidio & à Paulo Veneto in 6. Physi. & in 8. Sed contra istum modum opinandi dicunt aliqui veram esse illam quietem, tamè non esse temporalem, sed instantaneam. Sed respondent pro sua opinione, quòd non sufficit quilibet excessus virtutis motus ad motum, sed potius requiritur determinatus & certus excessus & sic aæte omnimodam æqualitatem cessat motus lapidis per certam motus remissionem: fieri autem non potest, ut virtus aliqua à determinata remissione ad determinatam intensiorem accedat, nisi mediet tempus. Hæc illi. Tamen nolunt aliqui recipere illam sententiam. Primum, quia quilibet excessus virtutis motus supra resistentiã sufficiens est ad motum causandum, vel ad actionem, ex illo communi axioma, quòd alio provenit à proportione maiori. Secundò, quia tanta contrarietas reperitur inter motus contrarios alterationis sicut inter motus locales, sed in moribus contrariis alterationis, quando prior est violentus, & secundus est naturalis, non est necessarius, ut mediet quies in tempore: ergo neque quando motus sit locales. Maior est aperta, & minor probatur, quia quando aliquod corpus frigitur contra naturam, cessante hac actione reducitur in pristinam naturam naturali motu, & tamen inter istos duos motus non mediet quies temporalis, sed instantanea, quæ est finis motus, & principium alterius: ergo ita potest contingere in moribus localibus, de quibus est sermo. Hæc dicunt aliqui moderni contra nostrum Vallisium: Tamen certè (ut verum fatear) non rectè intelligunt eius acutem. Ille enim cum Aristoteli talem tenet conclusionem in moribus contrariis per reflexionem, ut quando lapis proiectus descendit, mediet quies temporalis. Hæc conclusio Aristoteli est loco citato nam intendit probare, quòd si motus sit super linea recta, quòd non potest esse infinitus. Et hoc probat, quia illa linea non potest esse acta infinita: ergo motus super illam si debet esse perpetuus, debet recurrere. Tunc sic: Recurrit: ergo quietet. Hoc erit argum. Aristoteli. Rursum in eodem 6. lib. Physi. nil magis testum, quam probare Aristoteli quietem non esse instantibus mensurabilem, sed temporalem, sicut ipse motus: nam ratio quietis includit prius,

& posterius, sicut & motus: ergo non est instantanea. Preterea, quia quies nihil est aliud quam privatio motus: ergo sicut motus non est in instanti, & motus neque quies nam quæ opponitur privatio, habent fieri circa idem: similis mensura.

Aliis multis rationibus probat Aristoteli quietem esse temporalem, & non instantaneam, & hoc exemplificat in motu reflexivo: ergo inter ascensum & descensum lapidis descendenti à propria gravitate datur quies temporalis. Neque argumenta contra Vallisij aliquid probant.

Ad primum dico, quòd ad actionem sensibilem victorie est necessaria minor proportio sensibilis, quæ se tenet ex parte agentis, illa autem proportio determinata est in tali gradu. Si verò ad istam non pertinet agens, non movebit vincendo. Quòd si dicas, Excedit: ergo agit, distinguendum est antecedens: si non excedit ad producendum effectum perfectum, licet excedat ad imperfectum, hoc est ad intermediam dispositionem, ad postea agendum.

Ad secundum argumentum responderet Vallisij, quòd quando aqua revertitur ad pristinum statum post calefactionem, mediet quidam quies in tempore sicut in descensu lapidis: eadem enim est ratio: nam calefactio impetrat calorem, postea quoddam æquilibrium factum est repugnantium virtutum. Tandem vincit forma aquæ se motu impedimento, & in illa æqualitate, antequam recederetur in seipsum secundum, fuit aliqua quies temporalis. Certè rectè vidit Vallisij, difficultatem tamen ipse non vocat quietem illam, quæ instanti mensuram nullam neque Aristoteli id voluit. Aliis, inquit, In unoquoque nunc motus, ellet quies, quòd est impossibile, & contra naturam propriam motus: ergo maneat pro Aristoteli, & Vallisij quòd quando prius motus est violentus, & secundus est naturalis, ut in lapide proiecto, in hoc casu mediet quies inter duos motus contrarios.

Secunda conclusio est, quando prius motus est violentus, & secundus motus etiam est violentus, in hoc casu non est necessaria quies. Prob. hæc conclusio, nam ascendat sagitta eo tempore quo descendit magnus lapis molaris, aut turris, & in medio itinere se tangant, proculdubio non est dicendum, quòd sagitta quietere faciat turrim, quia ad sensum parer, motum turris fuisse continuum, neque illo modo intercessum: ergo in hoc casu clarum est, quòd illa sagitta, aut lapillus sursum

proie-

projectus descendet sine hoc quod praecedent quies: ergo similiter potest accedere hac doctrina ad motum pulsus nam potest fieri dilatatio maxima in visu maxime adhaerente, & in medio sinere potest aliqua ingens causa saltem ipsam arteriam retrahere ab incepto motu, & nullo pacto sinere ut fiat quies. Haec doctrina non est contra mentem Aristot. nam ipse quando dixit debere mediare quietem inter motus contrarios, intellexit in illis motibus supra dictis reflexionem naturalem, quae habent causas per se, non tamen debuit agere de his omnibus, quae possunt accedere: quod dilucide declarabat Genitius in explicatione definitionis pulsus per illa communia exempla, quando nativitate tendit ad Occidentem, & ego qui sum in navi moueor ad Orientem, & quando baculus descendit, & formica, aut musca ascendit, clarum est, quod per se loquendo, non potest vnum mobile simul, & semel moveri localiter duobus motibus contrariis: tamen ex accidenti (id est, si accedat aliqua causa violentior, & contraria) bene potest ita in praesenti, si ascendit lapillus, & rapitur a turri descendenti, non est ibi quaerenda quies media, sicut quando intro in navim versus Orientem, & illa mouetur ad Occidentem. Itaque non fuit loquutus Aristot. de causis praeter naturam, & accidentalibus: ita arbitrat Paulus Venetus & alii, quos sequitur Valle.

*Requirit
Mercatus.*

Tamen Mercatus vulgariter argumentatur contra illum philosophicum modum dicendi, dicit: Quod si lapis anteaquam attingat turrim: nam turris impellit aerem ac se rō inspiratus debet retardare lapillum, & sic faciet descendere anteaquam tangat turrim. Dicit secundo, quod vivo animali non potest dari tā violenta causa, ut retrahat arteriam a quiete, sicut turris retrahere potest lapillum. Quae vltima ratio insinuat profecto debilitatem primam, siquidem videtur concedere casum propositum. Tamen Mercatus quamuis vidit controvertiam Vallisii, ut illum reprehenderet, non vidit quaestionem physicam, ubi ipse in forma responderet ad argumentum propositum. Debet autē omnes libros perlegere ille qui magistrum agit: ergo Valleii in quaestio. Physicis scriptis post controversias medicas, quaest. 50. sic responderet ad vulgarem rationem esse, scilicet, duplex vitium in argu-

mento proposito. Primum, quia ponitur res minime necessaria, non enim vltimo pacto est necessarium, ut illa tangat, aut lapillus retardetur in aere, si subito enter proiectus est. Secundo, quia respondet ad quaestionem per illud, quod est per accidentem. Est enim accidentalissimum, quod sagitta non tangat turrim. Si verò velis pernotescere an tangat, proice ipsam tali impetu, ut infigatur in turrim: si infigitur, ergo tangit, ergo fallax fuga confutanda est & puerilis, dicere, quod ante contactum descendit. Non itaque Mercatus probat aliquid. Alii possent dicere, quod sagitta quiescit in aere, & turris incidit super sagittam quietam, & sic sunt facta fixio, & ille erat subtilior modus dicendi. Tamen ad vnam subtilitatem, aliam subtiliorem responsum non addemus. Nam si sagitta quiescit in aere: ergo immediate post descendit à propria gravitate, quia cessavit imperus projectantis: ergo iam non habebit imperum contra molem illam descendentem: ergo non poterit infigi. Patet, quia moles impellit, & sagitta non renititur, sed cedit statim per aerem blandum & partibilem descendendo: ergo est impossibile, ut infigatur eadente turri super illam sagittam in aere pendentem. Si dicit interrogabis, quo modo responso Mercati, & aliorum est per illa, quae sunt accidentia haec. Resp. quod dicere sagittam detineri ab aere medio, est dicere rem accidentalissimam: Nam ponam ego parvam esse resistentiam in aere, & esse tenuissimum aëre, ut non possit imperum retardare, & vim mouentis esse maiorem: ergo euiden- tissimum est, motus ipsos contrarios violentos esse sine quiete. His & alijs multis comprobari poterat praedicta conclusio.

Quod nulla quies physica sit in materia, ut supra dixi probat late Aristot. 6. Physic. & ibi Paul. Venet. Valleii quaest. 50. ad Tyso. Bañcz. 1. p. quaest. 53. art. 4. ad 5. Relinquo modo disputare causam propter quam motus illi contrarii possunt appellari discontinui, scilicet, ut propter contrarios terminos, an vero propter instantis extrinsecum temporis, in quo corpus negativè saltem videtur quiescere, & plura alia Physicis dimittio.

Accedo iam ad secundum argumentum Mercati, quo sibi persuasit, vivo animali non posse accidere talem violentiam, ut arteria sine quiete media à suo motu retrahatur: nam sicut vivo animali non potest facultas ad tantam debilitatem perue-

peruenire, vt amittat motum: ita viuo ani-
malis non potest tantum increfcere vifus, vt
amittat aliquam quietem. Addamus etiam
nos aliam rationem, nam in fuperioribus
probauimus quietes non ex accidēti, fed
per fe & propter finem, eſſe intentas à na-
tura: ergo ſi non ceſſat finis quietum, quo
modo erit poſſibile, vt amittatur quiete
Prob. quia nō ceſſat finis motus: ergo ne-
que quietum. Patet conſeq. quia ſunt pro-
pter eundem finem: ergo nullus poſſus da-
tur ſine quiete.

Tertiò poſſimus argumētari, quia vide-
tur impoſſibile, vt eadē facultas vitalis ap-
ponat duos cōtrarios conat⁹ ſine quiete
media. Quod apponat patet, quia ad con-
trarios motus ſunt neceſſarij duo contra-
rij conatus.

Pro ſolutione huius difficultatis eſt ad-
uertendū, quòd quilibet mot⁹ cordis, & ar-
teriarū eſt naturalis, ſi à tēdā principij effi-
cietis à quo proſiuit. Tamē ſi cōſideremus
finem & vifum, aliquando eſt naturalis, ali-
quando verò præter naturā. Et ſic in ſtatu
ſanitatis, quia finis attemperationis eſt na-
turalis motus, pulſus eſt naturalis: ſi verò
aliter ſe habet finis, ſcilicet, contra natu-
ram, pulſus etiam dicitur præter naturam.
Hoc ſuppoſito, ſit tertia cōcluſio. Quādo
vterq; motus cordis eſt naturalis, neceſſa-
rio debet habere quietē mediā. Cuius ra-
tio eſt, quia bene ſe habente animali nun-
quam eſt in ſine tāta vrgentia, vt priuetur
pulſus ſua quiete, hoc enim nō fiat ex par-
te efficientis, quòd ſemper eſt vnum, ſed
ex parte finis.

Quarta cōcluſio: Si motus cordis & ar-
teriarū ſunt præter naturales ex parte finis
bene potest peruenire ad tantam crebrita-
tem, vt ſuas amittat quietes.

Hæc cōcluſio potest probari autoritate
Galen. 1. de Differ. pul. cap. 15. vbi dicit
in pulſu dicroto nullam reperiri quietem,
quæ ſentiri poſſit. Ex quo ſequitur, quòd
ſi ſenſus non iudicat talem quietem eſſe,
& philoſophica ratio probat nullum eſſe
inconueniens, quòd tales motus quiete
priuentur, ſequitur nullum eſſe medium
quo medicus probet talem ſtari quietem,
nam id ſenſus nō iudicat. ratio nullam eſſe
perſuadet: ergo nulla datur quies. Secū-
dò probatur cōcluſio, quia ſicut in illis
motibus turris, & ſagitte nulla reperiēba-
tur quies in ære medio, ita neque in pul-
ſu, nam ſicut ſe habet turris illa, aut moles
in exēplo propoſito. ita ſe habet magna vt
gentia vifus in pulſu. Poteritque fieri, vt tē-

tum increſcat, vt vincat impetum æreū, et
atq; illā retrahat ſine quiete. Quòd patet
ex his, que docet Gale. 1. de Præf. eſt pulſ.
c. 8. & 2. de Cauſ. poi. c. 6. quando eorū tam
inequaliter laborat, vt vna pars illius ſit in-
temperata, alia verò multitudine fuligi-
num fulſocet.

Quare ſecundū arg. Mercati facilem ha-
bet ſolutionē, cū ex Gale. conſequetur vno anī
maſi poſſe tantum increſcere neceſſitatē
contractionis, vt retrahat arteriā à quie-
te. Neque eadē eſt ratio motus & quietis
magis enim facile eſt, quòd natura ceſſet
à quiete, quā quòd ceſſet à motu. De qua
re inferius agemus tractātes de aſphyſia,
ideſt, de pulſus deperditione, licet verum
ſit, quòd viuo animali poſſet cor moueri
illo tempore quo debebat quieteſcere, ſicut
poſſet quieteſcere illo tempore quo debe-
bat moueri.

Ad noſtrā ſecūdam rationē reſpōdemus,
totā veram eſſe, dūmodo aliud contrariū
impedimentū non adſit, quòd magis effi-
cax ſit, ſicut patet in exēplis poſitis. Quæ
omnia reſpett etiam in motibus pulſus.

Ad tertiū dico, quòd nullū eſt incon-
ueniens, natū ā apponere duos conatus con-
trarios, quādo vnū poſt alterum apponit,
ſicut in pulſu. Sic Gale agens de pulſu vi-
brato, 1. de Differ. pulſ. c. 28.

Reſtat vt prima queſtio ſuis argumēta in
principio propoſita diſſoluamus. Ad pri-
mū dico, poſſe motus contrarios reperiri
ſine quiete media, neque oppoſitū probat
Ariſt. cū non agat de cauſis præter naturā,
& violentis. Quòd ſi interroges, an conti-
nuentur illi motus cōtrarij? Reſ. quòd nō
cōtinuātur, quia ſufficit vt eadē ad diuer-
ſos terminos ad quos, & ob hanc cauſam
nō poſſit cōtinuari. Tria enim ſunt neceſ-
ſaria ad cōtinuitatē motus, vnitas ſubie-
cti, tēporis, & terminis: ſcita quocūque de-
ſiciente non erit motus cōtinuus.

Ad ſecūdū dico. Primò, quòd in caſu de
quo diſputamus, bene ſtat, quòd ſecundus
mot⁹ adueniat ſubiecto priuato, quia hæc
priuatio ſecūdi motus erat in ſubiecto dā
mouebatur primo motu, quoniam docē-
te Ariſt. licet actus cōtrarij nō poſſint eſſe
ſimul, tamē bene poſſet cū vno actu repēri
ri potētia ad oppoſitū. Neq; eſt neceſſariū
in inſtanti illo medio inter duos motus cō-
trarios reperiri priuationē ſecūdi mot⁹:
quemadmodū enim dum aliquod corpus
mouetur motu cōtinuo, non dicit priua-
tionē mediocritatis motus in inſtanti cōti-
nuatio ipſi, ſed in partib⁹ præcedētibus,

ira similiter non est necessitatio, privatio-
nem motus secunda reperiri in medio illo
instanti inter motus contrarios.

Secundo dico, quod non est necessarium,
ut motus localis adueniat subiecto priva-
to ante inceptioem motus. Quod constat,
quia in eo instanti in quo calidus fuit produ-
ctus, cepit moveri, licet immediatè post,
& tamen ille motus non accidit calido pri-
uato. Quod patet, quia ante illud instans ce-
lum non erat: ergo neque privatum motu.
Idem de endum de lapide supra generato
& statim moto: ergo sufficit, ut motus ad-
tenuat subiecto, quod illi non repugnet.
Atque hac de hac quaestione.

CAPVT XVII.

De pulsus vehementi, & languido.

ALia differentia pulsus est vehemètia, &
languor. De quo magna fuit dubitatio,
quid nà esset. Aliqui enim dixerunt non esse
simplicè differentiam, sed compositam ex mag-
nitudine, celeritate, & plenitudine. Quos
Gale reprehendit li. 4. de Dign. puls. c. 1. nà in
parvis pulsibus potest reperiri vehemètia,
quidam, scilicet, arteria est dura, & facultas
est valida: ergo essentia pulsus vehemètis
constat in hoc, ut subuertat pulsus digiti cum
resistentia teste Gale li. 1. de Differ. pul. c. 5.
& li. 3. c. 4. de Dign. pul. c. 1. & sic inter
pretantur reliquos Auctores qui dicunt cõ-
sistere in qualitate percussioem, & alios
qui dicunt consistere in qualitate virtutis
momentis. Sed cõtra illam determinatio-
nem Gale, aliqui arguunt dicitur, totum hoc
quod est subuertere tactum cum resistentia, cõ-
uenire pulsui duro: & ex cõsequenti nõ re-
quiritur assignari rationem vehemètiæ. Sed
reip. quod totum hoc, quo resistit pulsus
durus, & totum quod immutat verò immura-
tio & resistentia pulsus vehemètis tenet
se ex parte ipsius motus, & virtutis que il-
lum elicit, & sic vehemètis resistit in ipso
motu, si comprimitur.

Notandum tamen est ex Gal. 4. de Dign.
pul. c. 1. plures esse differentias pulsus, que
magnam habent similitudinem cum vehemèti,
apparente saltem, & representatione, ut mag-
nus, celer, durus, vibratus & eonouissimus.
Vnicam tamen est differentiam, qua ab omni-
bus his differt, nempe, quia nullus illorũ re-
sistit comprimentis in ipso motu, sicut ve-
hemètis, iste enim quod proveniat ex robore sa-
culatris, nõ cessat resistere in ipso motu, &
impellere tactum: differt verò ab vnoquoque,

De Pulsibus,

in particulari à celeritate, quia ille nõ repug-
nat speciei vehemètiæ, nisi inual sit mag-
nus: à magnitudine, quia ille nisi amplius habet
quam se extendit in omnem dimensionem,
non tamè habet subuertentia pulsam cõre-
sistentiam, sicut vehemètis. Differt præterea
à pulsu alio, quia licet videatur pulsa sub-
uerti secundum hæc altitudinis dimensionem,
nihilominus tamè differt sicut à magni-
tudinè in his pulsibus cessat subuertio,
si parum comprimentur: ac in vehemètibz
nequit, quia hæc differentia semper cõ-
iungitur cum robore facultatis: à pulsu duro
similiter differt pulsus vehemètis eadè ra-
tione nà licet quantum est ex parte arterie,
subuertatur tactus, tamen si hæc depressio,
non resistit. Quomodo differat ab alijs dif-
ferentijs, postea dicemus. Cum tamen con-
trariorũ contrarium sint ratione, facile erit
ostendere narocè pulsus languidi, qui vo-
catur nõ solum languidus, sed etiam imbecil-
lis, debilis, remissus, ut docet Galen. 1. de
Prælag. ex puls. c. 3. post medium. Est autè
pulsus debilis ille, qui cum accedit ad tactum
nostrum, impellitur rursus, & euer-
titur à tactu. Sic docet expressè Gale. 1. de
Prælag. ex puls. c. 7. post principium, vbi di-
cit, quod si tactus euerat pulsus, in tali ca-
so vocamus pulsus debilem, ad differen-
tiam pulsus vehemètis, qui euerit & impel-
lit tactum. Cum autè dictum sit quid sit pulsus
vehemètis & languidus, & de illis loquuti
fuimus tanquam de duobus extremis inter
que debet cadere mediũ, est celeberrima
quaestio.

CAPVT XVIII.

*Virum inter vehementem pulsus, &
debilem sit aliquis medius.*

Hæc quaestio excutitur à Gale. lib. 1. de
Caus. pul. c. 4. etiam si ibi nil determinet.
Tamen pro parte negatiua arguitur ex Gal.
1. de Prælag. ex pul. c. 7. vbi dicit, quod sicut
pulsus durus & blandus sã differentie sunt
ipsa arteria, ita etiam vehemètis est differ-
entia propria roboris virtutis. Tunc sic: Si ali-
quis gradus vehemètiæ esset cõtra naturam,
hæc differentia nõ procederet ex solo robo-
re virtutis, sed ex alia causa: & ex conse-
quenti non esset differentia propria ipsius
virtutis, sed familiaris multarum causarum.

Secundò arguitur ex Gale in lib. de Sang. mis-
sione, c. 13. vbi ait, quod signum certissimũ,
& minimè fallax roboris virtutis, est pul-
sus vehemètia. & idem dicit in lib. 1. de
Caus. pul. c. 4. ergo non debemus ponere

1

aliquam

aliquam vehementiam, quæ sit extrema, & contra naturam non esset securi & seminæ fallax signū pulsus, siquidē in hoc casu nō significaret robur virtutis, sed illam talem causam contra naturam.

Tertio arg. quia si datur extrema differētia vehementiæ, non potest nobis cōstare ex pulsū flatus vitalis facilitatis, siquidē potest procedere talis vehementia à causa aliqua præter naturam, & non ab ipsa virtute. Ex quibus sequitur, non dari extremā vehementiam ergo neque mediocrē.

His tamē nō obstantibus, sit cōclusio, quæ talis est: Sicut datur differētia pulsus inter magnū & parvū, ita datur inter vehemētiē & debilitē, taliter, quod aliquis grad⁹ vehementiæ poterit esse cōtra naturā, sicut gradus debilitatis. Hæc cōclusio prob. auctoritate Galen. lib. ad Tyro. c. 7. vbi ait in differētiā pulsū dari mediū secundū naturā exceptis pulsibus æqualibus & inæqualibus, ordinatis & inordinatis. In his enim nō datur mediū, quod sit secundū naturā. Eisdem tenet Gal. li. 1. de Diff. pul. c. 6. & lib. 1. de Caus. pul. c. 2. Sed prob. ratione: Nā sicut reliquæ differētiæ in corpore tēperato recipiuntur intēsiōre gradū, ad præsentē causæ alterantis, non est maior ratio quare etiā in vehemētia nō detur aliquis gradus vltior. Vt v. g. si corpus tēperatū irascatur, si excrucietur, proculdubio adquirit aliquē gradū vehementiæ, qui nō erit secundū naturā corporis tēperati. Maior hui⁹ arg. est Gal. 2. de Dig. pul. c. 1. minor propositio est expressa sentētia eiusdē in li. 4. de Caus. pul. c. 2. vbi dicit, pulsū iræ esse vehementem magnū, & altū. Rursus ex moderata etiā exercitatione docet augeti vehementiā, eodē lib. c. 19. & ex alimento & vino, c. 13. Tamen vt magis pateat quid sit id de quo disputatur, notandū est, quod hæc questio particulariter versatur de corpore tēperato, in quo cū omnes vires debent esse cū robore, videtur quod nulla vehementia pulsus sit præter naturā: & ex cōsequenti nō dari mediū vehementiæ, siquidē si tale mediū daretur, iam esset remissio quædam vehementiæ, & ex cōsequenti remissio virtutis, quod non est dicendum.

Hoc supposito, tenet aliqui cōtrariā opinionē, dicētes, nō dari pulsū vehementem præter naturā in corpore tēperato, nisi addō sit vehementissim⁹, vt procedat ab aliqua causa multo præter naturā, vt irascitatio, potio vini. Et quis istæ causæ si moderatē accedat, sunt recedēdæ inter naturales: accedent autem corpori moderato,

quia tale corpus moderatē potest, modo datur virtuti alimentū, moderatē irascitur. Ex quo sequitur, quod argumentum prædictum, quo probatur cōclusio, nullam vim habet, siquidē illæ causæ sunt naturales, & naturalem faciunt vehementiā. Ad loca Galeni resp. quod pulsus iræ nō est propriē vehemens, sed apparenter, sic apparet in corpore tēperato quando irascitur. Tamen ista sentētia nobis videtur falsā, nā tribus, potus, & iræ, & aliæ animi passiōnes numerantur inter causas non naturales, quæ si mediū excedat, sunt contra naturam & causant effectus cōtra naturam: ergo si homo temperatus irascitur, ita vt talis passio excedat mediocritatem, proculdubio efficiet pulsū vehementiorem, quàm pro natura conueniat.

Præterea, quæ sit attendit legimus quæ docet Galen. lib. 4. de Caus. pul. c. 2. probat aperte, pulsū iræ non esse apparentem, sed vehementem, cum vera & propria vehementia.

Præterea, quia nō est possibile a signare aliā causā vehementiæ in febre diaria, v. g. labore homo tēperate febre cōmittit, proculdubio habebit pulsus vehementes, ob nil aliud, nisi quia cū virtute valida cōiuncta fuit causa calida præter naturā, quæ irritauit ergo vehementiā potest augeti ad præsentiam alicuius causæ præter naturā. Sed vltioribus dubitare quis poterit hoc modo. Quādo sit pulsus vehemēs ad præsentiam alicuius causæ molestæ, nullo pacto potest fieri, nisi natura apponat aliquē conatū: sed iste conatus tot⁹ debet ipsi nature & facultati pulsificæ ergo tota vehementia procedit ab ipsa virtute, & nō ab aliā causa: ergo sēper erit talis puls⁹ natura lis: procedēs à fortitudine facultatis. Hoc argumētū ita validū apparet aliquibus, vt dicat conatū esse mediū quēdā præter naturā, superadditū ipsi facultati: & ex cōsequenti, esse causā præter naturā, & fieri vehementiā præter naturā. Tamē illi errāt defectu principiorū, & ignorāt proflus quid sit conatus, qui nil aliud est quā maioris virtutis applicatio secundū naturā indigentia. Et sicut facultas animalis apponit conatū tēpore necessitatis ex apprehensione obiecti imitatis, ita facultas pulsificæ sine apprehensione apponit conatū, quādo irritatur. Et sic manet dubiū satis apertum, nā licet totus conatus sit procedēs intrinsecē ab ipsa natura, tamē quia cōcurrit causa extranea molestant, hinc est, vt talis puls⁹ dicatur præter naturā, non ratione principii

à quo

à quo procedit, sed ratione cause alterantur, & irritantur.

Ex quibus omnibus colligitur veritas non solum conclusionis, extrema vehementiam, sicut & debilitatem extremam esse præter naturam, & ex consequenti mediū pulsū esse naturale. Pro quo notare liceat, quod pulsus vehemens tripliciter habet differentiam, nā aut est vehementissimus, aut in aliis vehementer, aut mollior inter illos, qui appellatur absolute vehemens. Hoc supposito dico, quod pulsus vehementissimus est ille qui procedit à virtute valida, imitata tamē & coacta, ut in exercitiis, & iracundia. Pulsus verò absolute vehemens, & proprius corporis temperati, & talis differentia pulsus dicitur media inter extrema, id est inter extrema intra latitudinem vehementer. Et hoc modo explicandus est Gal.

Ad primum ergo arg. dico, quod vehementia est propria differentia roboris virtutis, quāvis aliquando accedat aliqua causa præter naturam, que molestat, nam in hoc casu apponit natura suum conatum, qui conatus totus est de intrinseca ratione ipsius, & hoc sufficit, ut sit hæc differentia propria, & non familiaris.

Ad secundam dico, quod vehementia pulsus est signū roboris virtutis, nam indicat nobis statum, & dispositionem ipsius virtutis, vel apponit conatum, vel non apponit: utrumque enim est significare nobis fortitudinem illius, & sic non est salutarium signum.

Ad tertium dico, quod licet totum concedatur, cū hoc tamen stat, quod cognoscimus statum ipsius facultatis: nam quando natura irritata apponit conatum ad faciendum vehementem pulsū, quis non cognoscit talem vehementer à indicare maiorem virtutis applicationē ad propellendum id, quod molestat? Id enim in operibus animalis potest lucē clarius apparere, & similiter satis aperte in facultate pulsificæ, quæ operatur secundum necessitatem finis, ut explicuimus in superioribus.

Hic sic intellectus, videamus causas, & dignotionē huius pulsus. Volentes ergo pulsū vehementem dignoscere, in primis oportebit fortiter comprimere manū. Hæc enim sunt verba Gale. 1. de Dig. puls. c. 5. post principium: Vehementes, quo ipsorum deprehendatur robur, ut qui ranguunt digitos, valde insigant requirunt. Postea verò attendendū si pulsus violenter à cū impellat. Sic enim ipsum esse vehementer certo dignoscet, teste Galen. 4. de

Dign. puls. c. 1. in fine. Contrario modo dignoscendus pulsus liquidus. Debemus enim solum palpare, & suspensa manu tligere, ne fugiat: quod si nosset tactus pulsū evertat, & deiciat, & veluti oblitueret, talis pulsus proculdubio est languidus, teste Gale. 1. de Digno. puls. c. 5. & 1. de Digno. puls. cap. 2. in fine.

Mediocris in vehementia cognoscitur mediocriter manus applicatione, & si nequa impellat tactum, neque deiciatur à tactu, sed medio modo se habeat, teste Galen. 1. Caus. puls. c. 7. & 1. de Præf. ex puls. c. 7. in fin.

Causa generans pulsū vehementem, est vehemens, & fortis facultas, teste Gale. no. 1. de Caus. puls. c. 4. & c. 7. & 1. de Præf. c. 7. Sunt autem quedam cause, que dicuntur augere virtutem, que sunt in duplici differentia. Aliæ dicuntur externæ, aliæ verò internæ. Causæ internæ sunt, ut impositus ad crurum, iura, & tertio humores semicotti qui iam subeunt nature beneficiæ, teste Gale. 1. de Præf. ex puls. c. 8. Cognoscimus autem esse humores semicottos causam pulsus vehementis, si simul magnus sit, quemadmodum à cibosiferi solent, teste Gale. 1. de Præf. c. 1. Item cognoscet inspicendo vitam antecessam, si talis homo crepulis deditus est. Sic enim pueri plurimum humoris crudi solent coacervare, teste Galeno 1. de Humo. Comm. 1. Præterea si alimenta fuerint crassa & viscosa, & difficilis conditio, qualis sunt leporina, carnes ovillæ, suillæ, calcus, vena noua, & alia huiusmodi, teste Galeno 1. de Natura humana, tex. 16. Ad hoc etiam adiuvat anni tempus. Si enim fuerit pluviosum, & hyemale, solent aggregari multi humores crudi, & pituitosi, teste Galen. eodem loco. Præterea dignoscimus humores semicottos ex tolerantia famis. Si enim aliquis per multum tempus tolerat famem, signum est, quod multos haberet humores crudos, teste Gale. 1. 2. Metho. c. 1. ad mediū. Præterea dignoscimus humores crudos ex urina turbida, indicat enim naturæ non cessare ad eorum coctione, quod si subsistet & clara fiat, indicat non solum aggredi coctione, sed iam à superari humoribus, teste Gale. 4. de Sani. ruend. ad mediū, c. 4. vehementiam facultatis propter impetum ad aliquam crum dignoscitur ex signis ipsius crum, que potissimum quatuor recenset à Gal. Primum anticipario accessio nuda, ut habetur 4. Aphor. 1. Secundum est vena cocta, secundū illud Hipp. 1. Epidem. p. 2. tex. 41. cū dicitur: Coctione iudicij cele

ritatem ostendunt. Tertium signum est, si dies aliquis indicatiuus aliquid fururi eundem praem onstrauerit, septimi enim quartus est index, 2. Aphor. 24. Vltimum est, quod nox praecedens sit molesta, teste Hippocrate 2. Aphor. 17. Sunt enim in illa nocte symptomata horrida à Galeno relata 3. de Crisib. c. 2. Cum ergo haec signa appaeruerint, proculdubio dicendum, vehementiam pulsus esse ob insperatum naturae irritatæ ad euacuationem criticæ, signa autem quæ diximus, sunt ad cognoscendam crislum futuram: ad presentem verò eadem defensionem, teste Galen. 3. de Crisib. cap. 3. & cap. vltimo.

Omnes prædictæ causæ si mediâ obtineat, faciunt pulsus in vehementiam medium. Si verò ex diametro contrariæ sint, faciunt pulsus languidus.

Causis rectè perspectis, facile erit prædicere presentiam: plura enim ex presentibus causis constabunt ex relatione vitæ antea, & ex alijs signis ex quibus dignoscemus, an pulsus talis sit vehemens propter facultatem irritantem, vt in ira & crislum ob alias causas. In futuris verò prædicendis non est quid dicamus, nisi quod pulsus vehemens maximè promittit salutem: nam inter omnes pulsus extremos sola vehementia nõ solum est libera à periculo, sed adest etiam maxima utilitas ægrotanti, teste Galeno 2. de Præf. c. 5. & li. de Sang. missione cap. 13. Aduertendum tamen, quod licet vehementia ex se promittat salutem. Tamè si alia signa fuerint extremè mala, in tali casu significat longitudinem morbi, & tandem mortem, vt colligitur ex 2. Aphor. text. 3. & ex Aui-cenna 2. 4. tract. 1. cap. 26. Contrarium prognosticum faciendum est ex pulsus languido.

CAPVT XIX.

De pulsus duri, & mollis dignotione, causa, & prognosia.

Pulsus mollis est, qui propter molliorem arteriæ excedit moderatum, & carni digne cedit, & locum nõ mouet. Apparet autem hoc modo, quia arteria ipsa est tenera & blanda & sic in seipso apparet carnosior, teste Galeno lib. ad Tyroneos, cap. 8. & cap. 3. Dico in definitione, quod cedit tactui, quia hoc est proprium rei blandæ, vt non resistat, sed cedat. Conueniunt itaque pulsus bladus & languidus in hoc, quod uter-

que non resistit, sed cedit tactui. Differunt tamen, quod pulsus languidus mutat locum ad compressionem digitorum medietatis, quasi fugiens enim arteria mutat locum quietis exterioris. At verò pulsus mollis non refugit, sed in ipso loco naturali in quo est, cedit tactui tangenti res blanda, teste Galeno 3. de Diffen. puls. cap. 7. Aristot. enim 2. de Gener. text. 12. & 4. Merco. text. 29. docuit, illud diet molle siue blandum, quod sine mutatione loci rotalis excavatur à tangente, talem ergo naturam habet pulsus mollis. E contra dicendum est de pulsus duro. Est enim pulsus durus qui in arteriæ duritie excedit moderatum, & tactui premit & excavat. In hac definitione dico Arteriam esse durum, quia tunc est pulsus durus, cum arteria frigidior, & siccor apparet. Dicitur, quod pulsus durus tactum premit, ad differentiam vehementis, qui illum non premit.

Cognoscuntur pulsus durus & mollis ea manus applicatione qua solent digescere illi cum quibus coniunguntur, vt si durus, aut mollis coniungatur cum vehementibus, manum comprimens fortiter, si cum languidis, palpando solum. Praeterea cognoscitur durus, quia excavat tactum mollis qui excavatur à tactu. Tamè semper memoria tenendus est pulsus moderatus, vt si fuerit pulsus moderato durior, aut mollior, melius dignoscatur.

Causæ pulsus duri tres sunt: Nam eum durities fiat, vel à siccitate, vel à frigore congelante, vel re aliqua implente, & tendere, teste Gale 3. de Simpl. med. fac. c. 5. & 1. de Differ. feb. c. 7. & 1. de Præf. ex puls. cap. 4. his omnibus modis contingit arteriam indurari, & fieri pulsus durum. Causæ internæ, quæ indurant excitando, sunt quindecim, aut 16. vt colligitur ex Gale, locis citatis, & alijs multis. Atrophia, cibibus secus, vinum purum, ieiunia, sollicitudo, tristitia, vigilia diuturna, febris hæctica, magna euacuatio, senectus, febris acuta, melancholice aliqua species, febris quartana, calida & sicca cordis in æperies, deflatus potus, & icteritia. Quomodo autem omnes istæ causæ dignoscuntur ex proprijs capitibus, discere licet, vt in cap. de Mollischofia, de icteritia, &c. Causæ externæ siccitatis & habentes pulsus duri sunt quatuor: balneum in aqua sulfurea, aut aluminosa, medicamentum exiccis foris applicatum, calor solis, & excretia Rursus causæ indurantes propter congelationem internæ, vt potus aqua frigi-

frigidissimæ, vñs ciborum frigidorum, aut pomorum infrigidantium; possunt etiam res externæ frigidæ pulsus durum facere, vt frigidum balneum, & vehementes algorees, siue coagulationes.

Superest, vt enumeremus causas indurâtes, quia tendit, quæ sunt in duplici differentia, quædam enim sunt causæ, quæ indurant arterias, quia tendunt solum vt inflammationes & conuulsiones. Aliæ verò causæ sunt, quæ non solum tendit, verum simul inducunt tensionem & duritiem, vt tumores scirrholi.

Pulsus mollis causatur à causis internis, vt à cibo humido, à somno longo, à molli & delicata vita, à continuis voluptatibus. Causatur etiam à causis præter naturam, aut à lethargo, à comate, ab hydrope, à tumoribus pituitosis, à febre quotidiana, & aliis similibus morbis.

Predicimus esse pulsus duro præsentem causam, scilicet, arteriam duram, tamen cum simul est durus & vibratus, pulsus dicitur facultatem esse fortem, & copiosam causalem. Tamen si fuerit sine vibratione, dicendum est, debile esse virtutem & remissum calorem. Quid autem sit vibratio, inferiori dicam. Præteritas verò causas predicemus ex signis proprijs illarum, vt iam diximus in futuris verò præsciendis dicendum est, quod si fuerit simul durus & languidus, ostendit periculosam incognitam, quia indicat esse virtutem debile multo calore contundam, teste Gale. 1. de Præfex pul. c. 5. post mediu. Si durities fuerit magna adeo, vt pulsus dicatur durissimus, manifestum periculum indicat, quia procedit, vel ab aliquo interiori scirrholo, vel notabili inflammatione, vel aliqua magna coëstione à frigore facta, vel ab aliqua insigni coëstione, vel à febre ardentissima, quorum quodlibet periculosissimum est. Solet præterea pulsus durus ostendere, per vomitum esse finiendum morbum particulariter, si alia signa concordent, teste Gale. 3. de Crif. cap. vltimo.

Pulsus mollis illud periculum portedit, quod sua causa adducit, nam & à magno lethargo, aut comate, aut hydrope originem trahit, qui omnes affectus periculosi sunt. Significat etiam aliquando sudorem futurum, specialiter si simul cum vñoso complicitur, moderatus verò pulsus, quia moderatum arguit arteriarum statum, si simul cum magnitudine & vehementia coniungatur, optimum est saluris indicium.

Hucusque egimus de differentijs pulsus

De Pulsibus.

simpliciter, de magno, paruo duro & molli. Nunc sciendum est, differentias alias esse compositas, alias compositas esse enim maximum discrimen. Nam pulsus compositus ille dicitur, qui constat ex multis differentijs, quæ illi conueniunt, vt pulsus est, si sit pulsus loquax, v. g. Pulsus tantummodo magnus dicitur simplex, tamen si sit magnus, celer, & creber, dicitur compositus ex omnibus illis differentijs, quæ solent illi conuenire. Compositus verò pulsus appellatur, qui componitur ex varijs simplicibus differentijs, tam è aliqua illarum accidit propter conditionem aliquam particularem, vel ob causam præter naturam, vel conditionem individualem, & realis compositio mensus dicitur complicatio, v. g. sit pulsus magnus, celer, & creber, vehemens, & mollis, certe iste pulsus dicitur complicatus, quando vna illarum differentiarum accidit propter aliquam nouam causam. Pulsus notandum est, alias esse differentias, quæ vocantur æstimate, ad est, incompatibiles, vt magnus & durus sunt incompatibiles, magnus & languidus etiam.

Tertio notandum, vt in principio diximus, differentias quasdam appellari relativas, quia ad aliquid dicuntur. Sunt autem in triplex differentia. Prima, quæ continet Rhythmum, proportionem, scilicet, & concentum. Secunda, ordinatum & inordinatum pulsus. Tertia, æqualem, & inæqualem.

CAPVT XX.

De pulsu Rhythmo.

Rhythmus, vocabulo quoddam est musicy proprium, est enim proportio quoddam vocum inter se grauum et acutis, quæ generice se habet ad multas proportionem musicas, quæ inter se seruant suam determinatam proportionem. Itaque Rhythmus idem est quod proportio vnus cum altero, quia ergo in pulsu est dissonatio, & contractio, motus, certe contrarij, quodam inter illos seruari eadē proportio, vt ita sit dissonatio quanta contractio, tunc dicitur seruari Rhythmum, teste Galen. 3. de Dignotio pul. cap. 3. & 1. de Difficultate, cap. 21. & 2. de Præfug. cap. 1. Anterrops verò vocat illum pulsus ad pedes, quia, scilicet, seruat quasi quandam æquabilitatem ponderalem, quæ locutio est impropria, illam tamē adducit 4. Colligot. c. 17. Sed Galenus non vtitur hoc vocabulo,

I] quia

quia arteria non potest ponderari cum suis motibus, ut est videre 3. de Differ. c. 3. ergo melius dicit Rhythmus, proportio, eodem tenore, sine certa modulatione. Nam cum omnium rerum sit certus terminus augmenti, teste Arist. 2. de Ani. tex. 41. ita in musica est ascendere ad quendam punctum, & descendere ad alium, ultra quos non est optima proportio. Eodem pacto est certus terminus dilatationis & contractionis, inter quos si addit proportio, servatur Rhythmus. Ergo ex his colligitur quod Rhythmus in pulsu est optima proportio dilatationis ad compressionem. Ista autem proportio est multiplex: nam aut est æqualis, aut inæqualis. Proportio æqualis est, quando dilatatio est in omnibus æqualis cum compressione, v.g. dilatatio celeris, & contractio celeris, secundo dilatatio tarda, & contractio tarda, & tertio dilatatio moderata, & contractio moderata. Et isti dicuntur Rhythmi pares, siue æquales. Rhythmi vero inæquales sunt iuxta impares combinationes, aut dilatatio est celeris, & contractio tarda, aut visa celeris, & alia moderata, aut est contra, & sunt sex impares proportionales, siue inæquales. De quibus patet, quod tota ratio Rhythmi consistit in proportione qualitatis motus, id est, celeritatis, aut tarditatis. Sed ego non possum intelligere, quare moderni non ponunt sibi Rhythmus in magnitudine, aut paritate motus, sicut ponunt in celeritate, & tarditate, non est enim maior ratio, sicut etiam dicebam superius de Rhythmo quietum, quem nullus constituit, quem tamen probavi esse ponendum.

Sed dubitabis, quomodo est possibile, quod unus motus sit maior altero, siquidem tam dilatatio quam compressio sunt intra eodem terminos, & sic non potest esse una maior altera, & ex consequenti non dabitur Rhythmus inter magnitudinem, & paritatem. Resp. quod quisvis verus sit intra eodem terminos fieri istos motus, tamen contingit, quod dilatatio excedat terminum naturalem, & contractio non pertingat ad illum, & in hoc casu dilatatio est maior compressione, v.g. arteria movetur naturaliter ab A. in B. sed quando accedit causa violenta, transit totum B. & accedit ad C. quando ergo dilatatur usque ad C. compressio vero servat antiquum & naturalem terminum, sic dilatatio est maior, quia quando propter aliquod causam reprimatur arteria in una parte motus, ne accedat ad terminum naturalem, in alia vero non cognoscitur optimus Rhythmus, adiungendo rationem sensui, & cõpa-

rando spatium dilatationis cum spatio compressionis, & impetum unius motus cum impetu alterius motus.

Sed quaerit aliquis, quomodo est possibile cognoscere istam proportionem, siquidem non cognoscimus totam dilatationem, neque totam compressionem. Resp. etiam Gale. 3. de Dig. pul. c. 3. quod nisi addita inæqualitas, recte possumus iudicare ex motu percepto reliquam partem motus, quam non percipimus. Ut enim se habet in prima parte dilatationis, ita se habebit in media, & postrema, nisi impediatur.

Manus vero applicanda est moderate, ut possit tota proportio recte discerni, iuxta Gale. decreta 3. de Digno. puls. c. 3. Quare maxime elucet Rhythmus in pulsibus vehementibus.

Rhythmus æqualis causatur ab æqualibus causis visum facientibus, & finem æqualem. Supponimus enim ex superioribus finem dilatationis (medice loquendo) esse attractionem aeris, finem vero compressionis esse expulsionem fuliginum: quando ergo tanta fuerit necessitas attractionis aeris, quanta expellendarum fuliginum, in hoc casu æqualis erit Rhythmus; quando vero est contra se res habuerit, & impari modo evariet necessitas, sic fiet inæqualis Rhythmus. Itaque Rhythmus æqualis causatur à tanto calore, quanta est copia fuliginum, ita, ut irriteret æqualiter natura. Inæqualis vero fit ad pensum istarum inæqualium causarum.

Ex his colligere possumus quo pacto præ sagiendum sit ex Rhythmis. Est enim animadvertendum, quod dilatatio magis ordinatur in attemperacione calidi naturalis partium viventium. Contractio vero in expulsionem excrementorum existit in sanguine arteriali. Quamobrem quando celerior fuerit contractio, prædicere oportet multitudinem istorum excrementorum, sicut contingit in principio accessuum febrilium. Postea vero in statu est maior dilatatio, quia maior calor, & minor putredo. Idem pulsus contingit in pleuritide, & phrysi, & peripneumonia: in his enim affectibus semper est celerior contractio, quam dilatatio, quia circa cor magna virget putredinis copia.

Quibus recte perspicis, iuxta nostram doctrinam possumus modo predicto invenire causas & præsagia Rhythmorum inter quietes, & Rhythmorum magnitudinis & paritatis pulsus, iuxta causas à nobis in superioribus insinuat.

CAP. XXI.

De pulsibus ordinatis, & inordinatis.

Quamvis titulus huius capitis sit de pulsibus ordinatis, non intelligendum est agere nos de ordine pulsus æqualis. Cuius enim est, quod omnis pulsus æqualis est ordinatus. Agimus ergo de ordine, & ordinis perturbatione, quæ accedit pulsibus inæqualibus. Contingit enim, quod pulsus inæqualis sit ordinatus in sua inæqualitate. V. g. pulsus arteria secundum suam magnitudinem & celeritatem naturalem, & faciat quatuor pulsationes, tandem in quinta pulsatione faciat quintum pulsus, aut tertium, aut quartum, & hæc differentia faciat ordinatè transacta quartâ pulsatione; hic pulsus dicitur inæqualis ordinatus, quia in sua inæqualitate sentit ordinem. At verò si nullus ordo seruetur, sed illam malam differentiam faciat arteria, modo post secundam pulsationem, modo post quartam, modo transacta sexta, nullo seruatè determinatò numero pulsationum, talis pulsus dicitur inordinatus inæqualis.

Dubitant hic omnes Auctores, utrum detur medius pulsus inter ordinatum, & inordinatum. Pro parte negatiua adducitur Galeni. lib. ad Tyr. cap. 7. ubi negat dari medium inter illos pulsus. Et prob. ratione, quia ordinatio, & inordinatio dicuntur omni modam contradictionem ergo non possunt constituere vnicuique medium pulsus.

Ad hoc communi ter respõdetur, quod non dari verum medium per abnegationem, potest tamen dari medium per participationem extremorum, qualis est pulsus inordinatus, per certas tamen periodos ordinatus. V. g. detur pulsus, qui in 12. pulsatione semper habeat paritatem, iste dicitur ordinatus, tunc si iste pulsus in 10. pulsat, tunc sit parvus, & rarus in 4. & tandem iterum deueniat ad 12. in qua semper & ordinatè facit illam differentiam, talis pulsus proculdubio est medius per participationem, nam est ordinatus, quia semper in 12. pulsatione facit illam insignem mutationem, est etiam inordinatus, quia in aliis pulsationibus inordinatè se habet.

Pulsus ordinatus & inordinatus cognoscere facillimum est, debemus enim multo tempore manu adhibere, & quiescere, usque dum percipiamus multas pul-

sationes inter quas si æqualitas seruetur, non est expectanda ordinis perturbatio, aut aliqua inæqualitas. Aliqui enim Auctores iubent expectare centum pulsationes, ad percipiendum rectè, an aliquis ordo sit inæqualitatis, aut aliqui inordinatio. Quia vero tota hæc doctrina ad pulsus inæquales pertinet, consensum est, ut de illis agamus, ut vnicuique capite omnium inæqualitatum, & inordinatorum causas & præsigna dignoscamus.

CAP. XXII.

De pulsibus inæqualibus.

Inter omnes differentias pulsus hæc maxime necessaria est, utpote, quod ex ea pendeat magna pars præsignationis. Quibus in hac parte magis immorandum. Primum itaque notandum est, quod poterat aliquis dubitare, utrum detur medius pulsus inter æqualem & inæqualem, sicut dubitabatur de ordinato & inordinato. Et ratio dubitandi desumitur ex Galeni. lib. ad Tyr. c. 7. ubi inter æqualem & inæqualem non concedit medium, secundum naturam. Et prob. ratione, quia inter par & impar non cadit medium. Ut docet Arist. cap. de oppositis; sed pulsus æqualis includit paritatem, inæqualis vero includit imparitatem; ergo talis extrema non possunt habere medium. Ad hæc argumenta poteramus respondere modo predicto in capite de pulsibus ordinatis. Tamen dico hæc, quod hæc argumenta probant euidenter non dari medium, secundum naturam per abnegationem extremorum, & in hoc sensu loquutus fuit Galeni. loco citato: bene tamen potest dari medium in hac differentia per participationem extremorum, nõ quidem proprie & simpliciter, sed ex parte & secundum quid. Hoc pacto consideremus nunc pulsus æqualem in magnitudine, tamen inæqualem in celeritate. Certè iste pulsus participat utrumque extremum, sed non secundum eandem præsertim differentiam, & hoc medium est participationem, tamè contra naturam. Et (meo iudicio) hoc pacto intelligendus est Galeni. de differentis puls. cap. 10. ubi ponit medium inter ordinatum & inordinatum. Secundo notandum est, quod inæqualitas est duplex. Quaedam reperitur in vnicuique pulsatione, quæ dicitur singularis, sive simplex, alia vero est inæqualitas in pluribus

bus pulsationibus. Et hanc appellat medicis islematicam, sine collectivam. Hanc diuisionem expeditam, & iterum unumquodque membrum per se subdividimus, aliquas difficultates contingentes, quas moderni Scriptores non attingunt.

CAP. XXIII.

De inaequalitate singulari.

HAEC inaequalitas nihil aliud est, quam inaequalitas in vna arteriae pulsatione, ita vt in illo motu non expectato, alio secundo) appareat inaequalitas. Potest enim in vno motu adesse varietas, ita vt aliter se habeat mobile in prima parte motus, quam in secunda. Haec ergo varietas si contingat in vnica pulsatione, appellatur inaequalitas singularis. Hanc autem diuidit Galen. 1. de differentiis puls. cap. 11. & lib. ad Tyr. cap. 6. dicens, quod haec inaequalitas est duplex, alia in eadem parte arteriae sub vno digito, & alia in pluribus partibus arteriae sub pluribus digitis. Rursum diuiditur inaequalitas sub vno digito (nam cum tot sint partes motus, priores & posteriores, quae successione recedunt, & accedunt, & praeter hoc possit esse tam varius modus celeritatis circa vnam, vel aliam partem, necessarium est, vt ista differentia subdividatur) alia enim est, quando in medio motus arteria detinetur, aut eoque accedit ad naturalem quietem, & iterum confurgit ad complendum motum inceptum: & hic pulsus à quibusdam appellatur intermittens in vno istu: ab alijs appellatur capricans, quia sicut capra videretur saltare. Ab Avicena solet appellari intercessus.

Secunda differentia est, quando non intercipitur motus arteriae, sed continuatur: tamen in hac continuatione sentitur maior celeritas in vna parte motus, quam in alia, & ille pulsus appellatur impar citatus. Vltima differentia est, quando in medio motus retrocedit arteria ad quietem vnde exiit, & iterum incipit motum, & hic pulsus appellatur dyerrotus. Vt autem nulla remaneat confusio, haec omnia expendamus. Et dubitatur.

(*.*)

Utrum inaequalitas, qua reperitur sub eodem digito in eadem parte arteriae, possit reperiri in omnibus pulsibus differentijs.

ET vt certa ab incertis separemus. Primo certum est, praedictam inaequalitatem posse reperiri in celeritate, nam (vt saepius diximus) cum motus tot habeat partes, non quidem simul, sed successiuas & continuas, bene potest prima pars motus esse celerissima. Secunda non ita. Tertia potest esse tarda.

Secundo certum est, hanc inaequalitatem in vnica pulsatione posse reperiri in vehementia, ita vt vna pars motus sit eadem vehementia, & alia non. Sed si dicas, quomodo est possibile, quod in tam breui tempore facultas transeat à forti in languidum hoc enim est necessarium, vt vna pars motus sit fortis, & alia debilis: Respondeo, quod ille effectus non procedit ex mutatione essentiali ipsius virtutis, sed quia ad vnam partem motus melius se accommodat ipsa facultas, & magis soluta est & libera. Hoc enim pacto dicebat Galen. posse esse dilarationem vehementiorem ipsa contractione, in capite de pulsu ex somno.

Tertio certum est, non posse praedictam inaequalitatem reperiri inret duritiem & mollitiem, nam isti modi substantiae non possunt tam citissime immutari, cum pendant ex diuturna actione qualitatuum primarum: & ex consequenti non est possibile, quod in vnica pulsatione mutetur arteria de dura in mollem. Quod ergo habet dubitationem, est, vtrum ista inaequalitas possit reperiri in crebriitate & raritate, in rhythmo & in magnitudine. Et quod in crebriitate non reperitur, apparet, quia crebriitas (vt supra abunde declarauimus) attenditur penes tempus, quo arteria detinetur in quiete, sed sic est, quod non potest intelligi quanto tempore detineatur in quiete, nisi accedat motus secundus post illam quietem. Quod argumentum tam validum est, vt nos conuincat ad asserendum, inaequalitatem crebriitatis non posse dari in vnico motu & pulsatione, sed esse necessarium spectare secundum motum post quietem, vt percipiatur, an aequalis, vel inaequalis fuerit crebriitas.

Dubitatur etiam de rhythmo. Nam est iam

iam dictum sit, rhythmum esse proportionem temporis dilatationis, cum tempore contractionis, apertum est non posse dari in vnica pulsatione rhythmum inaequalitatem, sed necessarium debere copulari duos motus. Tamen licet hoc ita sit, & istud loquendo tamen dico, quod cum Galen. dicit lib. 1. de differentiis puls. cap. 10. medicos exercitatos cognoscere quatuor partes eiusdem motus arteriae, certe si vna pars motus mensuratur aequali tempore cum alia parte, poterimus dicere, quod feruatur rhythmus aequalis. Si vero non est aequale tempus, erit inaequalitas rhythmus, atque hoc pacto datur inaequalitas rhythmus in vnica pulsatione.

Maiorem autem habet difficultatem, vtrū ista inaequalitas possit reperiri in magnitudine & paritate. Et ratio dubitandi est fortissima. Nam Galen. lib. ad Tyr. cap. 6. expressè dicit, inaequalitatem vnus pulsationis reperiri in magnitudine & paritate.

Tamē pro contraria parte stat euidens argumentum, quod tale est. Magnitudo attenditur penes spatium, quod pertransit arteria: ergo non potest intelligi, quomodo sit magnus pulsus, vel parvus, nisi quoniam fuerit notus finis, vt possimus facere comparationē termini ad quem deuenit arteria cū termino, à quo exiit. Si enim transiit magnum spatium, erit magna dilatio; si non transiit, erit parua; & ex consequenti est impossibile, quod dūmodo continuetur motus sit aliqua inaequalitas in vnica pulsatione respectu magnitudinis spatij, quamuis sit respectu celeritatis, aut tarditatis motus.

Pro decisione istius difficultatis est notandum, quod inaequalitas pulsus (vt supra dicebamus) potest attendi in vnica pulsatione, vel enim conspiciatur in vnica parte sa parte arteriae sub vno solo digito, vel sub duobus, vel tribus digitis, & in diuersis arteriae partibus.

Hoc supposito, sit conclusio: Impossibile est, quod sit inaequalitas magnitudinis in vnica parte arteriae, si continue moueatur. Haec conclusio prob. ex superioris argumento, & auctoritate Galeni 1. de differentiis puls. cap. 20. Nam est impossibile, quod vnum mobile, quod motu continuo mouetur ad vnum terminum, habeat inaequalitatem respectu illius spatij, quod pertransit. Semper enim illud spatium, aut est magnum, aut paruum, aut moderatum. Quia obrem non est Galen. in-

telligendus in hoc sensu libr. ad Tyrones.

Secūda conclusio. Bene potest dari inaequalitas magnitudinis in vna pulsatione, in duabus partibus arteriae, vel tribus. Haec patet: siquidem potest in vno digito facere magnum, & in altero paruum, de quorum genere sunt pulsus decurtati, qui merito appellantur inaequales in magnitudine in vna pulsatione. Haec conclusio est euidens. Nam potest vna particula arteriae esse impedita, & altera non, & sic fiet pulsus in vna magnus, & in altera paruus.

Tertia conclusio. His conclusionibus ab Autoribus inuentis addimus nos aliam quae talis est. Quando motus non est continuus, sed intercessus aliqua praeternaturali quiete, rectè potest dari inaequalitas magnitudinis, hoc pacto. Si scilicet sit maius spatium, quod pertransit à termino à quo in praeternaturalem quietem, quam illud, quod pertransit à praeternaturali media quiete in terminum vltimum quietis postremae naturalis, vel è contra. Haec conclusio ex se patet: nam si arteria mouetur naturaliter ab A. in C. & in medio itinere impeditur quiete aliqua. Clarū est, quod tale impedimentum poterit accedere inaequaliter, ita vt diuidat partes spatij inaequaliter, & talis pulsus dicitur inaequalis in partibus magnitudinis, quibus proprie non possit dici inaequalis respectu totius spatij, quia hoc idem semper est. Atq; haec de hac quaestione. Tamē clariora doctrinae gratia visum fuit inceptum ordinè seruare, & vnanimeque differentiam separatim sumere & illam explicare.

CAPVT XXIII.

De pulsu intermittente in vnica parte arteriae, & venico ictu, & de pulsu caprizante.

Diximus inter inaequalitates vnus pulsationis, & in vnica parte arteriae primum locum obtinere pulsus intermittentes, qui appellantur intercessus, qui sit quando in motu desinetur arteria, aut quod accedat ad terminum sibi propositum, & facta quiete, rursus adimplet motum inceptum. Ex quo sequitur, quod cum ille pulsus habeat duas partes motus diuisas quadam quiete praeternaturali, necessarium est, vt quod fuerint proportionēs vnus

pat-

partis ad alteram, tot erunt differentia
illi pulsus, & sic Galen. adiuuenit nouē dif-
ferentias. Potest enim esse prima pars mo-
tus celeris, secunda rara, & sic de alijs.

Pulsus caprizans, nihil aliud est, quam pul-
sus intercessus, in quo idem tamen cum hoc
additamento, ut secunda pars motus sit
concitator, quā prima, & hac ratione
appellatur caprizans. Nam sicut caprazis
datur saltare Auicem. appellat pulsus ga-
zelantem, quia Arabes caprazam appellant
gazam, & de hoc dicebat nosse Auic-
en. in cap. 3. huius sen. secundae, quod in
secunda parte motus intrinsecatur, id est,
fit velocior.

Pulsus iste in sui cognitione magna e-
get animaduersione, ut recte cognosca-
tur, sicut & alij omnes, qui inaequales sunt
in vnica parte arteriae, quam obrem diu-
tina indiget exercitatione. Quae autem,
quod de huius pulsus cognitione diximus,
ad reliquas etiam duas differentias tradi-
cendum est, ad os erotum, inquam, & im-
paritatum, ut statim declarabo. Igitur no-
tandum est, quod si leuiter manum appli-
cemus, solum idem percipiemus, & fugient
omnes partes motus. Si multum comprimi-
mus, obseurescet motus; si medio modo
applicamus, aliquas partes percipiemus,
& aliquas non. Quo supposito, in vehe-
mentibus pulsibus manifestè percipies
partes vnius motus, & sic poteris rectè per-
cipere illas inaequalitates, quamuis mul-
tum comprimas. Si verò pulsus fuerit lan-
guidus, certè impossibilis videtur cogni-
tio.

Secundò notandum est, non semper v-
nico modo esse applicandam manum, sed
oportet variare, modo vehementer, mo-
do blandè, modo mediocriter, ut melius
possit tentari difficultis cognitio, & pulsus
varietas experiri.

Tertiò notandum, non semper omnes
digitos esse applicandos, sunt enim aliqui
pulsus, qui vel ex sua natura, vel propter
debilitatem non ferunt tot digitos. At-
que haec dicta sint generaliter ad inaequali-
tates percipiendas singulares.

Videamus nunc à quibus causis fiat in-
tercessus, & caprizans. Ad illos pulsus ca-
pizans efficiendos, & intermittentes
duae causae solent concurrere. Primò ine-
ptitudo instrumenti. Secundò facultatis
viciū; quarum vnaqueque per se potest
causare illum pulsus, si tamen cum illa eò
iungatur vltus adfectus, explicetur vnaque-
que causa. Ineptitudo arteriae fit, vel quia

obstruitur, vel quia repletur, vel quia com-
primitur: obstruitur quidem à crassis vis-
cidisque humoribus, repletur à multitudi-
ne humoris. Est autem densitas, quod
obstruōis potest constringere porositate
has arteriarum, repletio verò non solum
in illis, verum & in capacitate arteriarum
& venarum: tandem comprimitur arte-
ria, vel à tumorebus praeter naturam, vel à
venis ipsis multum repletis. Propter has
ergo causas contingit, ut cum facultas dil-
atari conatur arteriam, in medio itinere
impediatur & arietatur, & intermittat mo-
tum. Quod certè contingit, non in qua-
cumque ineptitudine instrumenti; sed in
magna, & periculosa admodum.

Facultas languida, etiam solet esse hu-
ius inaequalitatis causa, quae non potest vni-
co motu continuato totum cursum per-
agere, sed de sella relidet in medio. Quae sa-
tem sint causae debilitatis virtutis, iam su-
pra ostensum est. Nam languescit, quia ag-
grauatur, vel quia irritatur, vel quia disten-
ditur, vel quia dissipatur. Quae omnes cau-
sae sunt huius inaequalitatis. Notandum ta-
men, quod licet quilibet ex istis causis
possit facere caprizantem, & intermitten-
tem pulsus. Tamen necessarium est, ut si-
milis sit aliqua visus vrgentia. Quod patet,
quia si in medio motu impotens quiescat
facultas; non est possibile cursum suum
perficere, nisi iterum irriteretur ab aliqua cau-
sa vrgenti, quae visum adimplendum capul-
cat. Atque cum pulsus caprizans in secun-
da parte sit celerior, dicendum est semper
habere commitem visus vrgentiam, v.g. sic
arteria oppressa, & sit ingens calor, certè
propter compressionem in medio motus
cogitur facultas quiescere, propter inces-
sum verò cogitur aliam dimidiam partem
motus celeritè peragere.

Mortalis ferè semper est haec inaequali-
tas. Est enim multo magis perniciosa,
quam illa quae in pluribus partibus, aut in
pluribus pulsationibus contingit. Nam
si malum signum est intermittere vnum
ictum inter plures pulsationes, quanto pe-
ius est, quod ita languida sit facultas, ut v-
num simplicem motum non possit per-
agere? Quando verò ob instrumenti opres-
sionem fit pulsus caprizans & intermittens,
non ita mortalis est. Significat enim ali-
quando salubritatem confluente naturae.
In secunda parte motus ad tollenda inue-
dimenta si possit, quomodo eoque autem
significat magnam cordis iacturam,
& facultatis dispendium. Solet enim non
tories

roties oritur ex inequali cordis inrempertamento. Et ob id dicat noster Auicenna. agens de causis pulsus istius: Cadentis autem in medio causa est virtutis lassitudo, & eius defectus, aut accedens subito veniens.

CAP. XXV.

De pulsu imparicitato.

HVenusque actum est de inequali in vnicuo motu diuiso per quietē. Succedit alter pulsus, qui non interfecatur quiete. Tamen penes varias partes sui motus inequaliter se habet. Nam aut prima pars est tarda & secunda celeris, aut e contra, & talis pulsus merito dicitur imparicitatus, id est, inequaliter e tatus & motus. In quo genere pulsus adinuenit Galen. multas differentias sex, & equalitatem seruantes in sua inaequalitate, iuxta sex combinationes, quae fieri possunt inter moderatum, celerem, & tardum. Alias vero nouem, quae sumuntur ex duobus partibus motus magis sensibilibus quando inaequalitatem istam inequaliter peruenimus.

Idem modus seruandus est in cognoscendo isto pulsū, ac docuimus in capite de cognoscenda celeritate & tarditate, nec roties dicta repetamus. Quando ergo inequalem motum percipimus, partem celerem, partem tardum, iuxta varias partes vnicuius motus, talem pulsū appellamus imparicitatum.

De causis istius pulsus communiter dicitur ab Autoribus, quod sit ab eisdem causis, quas retulimus agentes de pulsu ca prizante & intermittente, non tamen ab eisdem causis cum aequali intentione, sed inferioribus, & magis remissis. Maius enim malum est in vno actu intermittere aut ca prizare, quam variare eundem motum. Quamobrem minus efficaces sunt cause istius pulsus, & sic illas omnes causas eori templari iterum debemus, & huic pulsū accōmodare, in gradu tamen magis remisso, ita vt non faciant quietes medias, sed emanent motus.

Est tamen notandum, quod quādo hic pulsus habuerit partes tardiores, est peior, significat enim maiorem virum debilitatem. Secundo notandum est, quod iste pulsus fit in plurimum à facultate valida. Nā (vt docet Gal. 3. de caus. puls. cap. 7.) coniungitur iste pulsus cū magnitudine. Hæc

enim est, quæ demonstrat istum motum imparementatum. Nam cum paritate numquam talis pulsus eluceat; & cum magnitudo semper procedat à valida virtute, sequitur, istos pulsus ab eadem fieri.

Tertio notandum, quod dicit, vt in plurimum fieri à facultate valida, quia aliquādo contingit, vt facultas onere grauiora appareat debili, & vnam partem in otus, imo & vnam & dimidiā faciat tardē, reliquā verò celeriter.

Ex his colligere oportet, quādam perniciosis sine pulsu isti, siquidem tam inequaliter affligitur natura, & cogitur ad variatē motus in vnicā solā pulsatione. Quibus (vt dixi) non ita perniciosis sint, sicut caprizes, & intermittentes.

Notare tamen licet (antequam ulterius progrediar) quod licet dixerim illos pulsus proficisci à debili facultate, intelligendum est, non quod ita debilis sit facultas, vt non possit facere pulsū magnū. Apponit enim natura conatum ad perficiendum motum, & manifestat fortitudinem, quamuis defessa sit & dissipata, & ob id dixit Galen. pulsus istos coniungi cum magnitudine, lib. 2. de caus. puls. cap. 3. Quia in parte notandas error testus.

CAP. XXVI.

De pulsu dyeroto.

Pulsus dyeroticus solet appellari bis pulsans, & recurrens. Tamen hæc est differentia, quod omnis dyeroticus est bis pulsans, non tamen omnis bis pulsans est dyeroticus. Et ratio est, quia verus dyeroticus est, quando arteria percipit ad terminū quæritis, & statim retrocedit, & iterum accedit, itaque tangit pulpam digiti duplici ictu. Tamen ille secundus ictus non est parvus. Exempli gratia, malleus quādo fortis incudem, primum ictum facit magnū, & statim alium quasi saltans & vibrans. Quod etiam apparet in rebos duris, quando impelluntur; & in virgis cuius cuius eodem pacto arrens, quando accedit ad pulpam digiti, statim mouetur paululum versus centrum, & non percipio motū facit secundū ictum. At verò caprizes & intermittentes, licet bis pulsent, & feriant talium, tamen postea vni vnam & alteram partem motus, intercedente quādam quiete. Appellatur etiam dyeroticus recurrens, quia recurrens, & retrocedit ad formam recurre

tium, itaque capizantes ferunt. Primò, cum tertiò pulpa, & quiescunt. Secundò, profundam carnem ipsius Dycrotus verò primò icu ferit pulsam, & retrahitur, & iterum ferit. Quamobrem in capizantibus multa est retractio.

Notandum tamen, quòd dycrotus quàmvis appelleretur recurrent, appellaris quoniam si retrahens. Differt tamen a vero recurrente, quia recurrentis perficit compressionem, & dilatationem, non tamen perficit quietes, neque est in quiete toto illo tempore, quo debet esse, sed recurrit statim, & ob id ista inæqualitas magis est in ebrietate, quam in ipso motu. At verò dycrotus non perficit ipsum motum secundum, sed retrahitur parum, & illico ferit. Sed in hac re sunt aliqua difficilia, quæ indigent rigore scholastico, & primò quaeritur.

Utrum pulsus dycrotus pertineat ad inæqualitatem singularem in vna parte arteria, & sub vno digito præcise.

PRÒ parte negatiua arguitur, quia inæqualitas singularis rigorosa atre dicitur pene vno simplicè motu, ut dictum est, sed in dycroto sunt duæ motiones, vna dilatatio, & altera cõpressio: ergo non est inæqualitas singularis & simplex. Maior est nota. Minor prob. quia dycrotus cõponitur ex dilatatione perfecta, & ex cõpressionis, & retractione illa, licet sit parua: ergo sunt duo motus. Confir. quia in alijs prædictis pulsibus capizantibus nihil est aliud, quam vnus motus simplex interclusus quadam quiete. In dycroto verò est necessaria vna dilatatio, & aliqua cõpressio, aliis nõ esset dycrotus. Dices fortalè, non esse duos motus, quia cõ alter ita paruulus sit, nõ tollit quin dycrotus sit inæqualis in vna pulsatione. Sed cõtrà, quia magnitudo, vt paruitas, non tollit speciem inæqualitatis. Præterea, quia ista paruitas cognoscitur per tactum, ergo sufficiens est (medicò adhuc loquendo) constituere suã speciem motus, & ex cõsequenti erit duæ pulsationes: ergo & dycrotus est inæqualis in pluribus pulsationibus. Pro solutione primò notandum, tres esse differèntias dycroto. Prima est, quãdo ante perfectam dilatationem incipitur retractio. Secunda, quãdo perfectè dilatatur arteria, sed illico retrahitur, & ferit pulsam. Tertia, quãdo medio modo se ha-

bet arteria, vt scilicet in ipso principio dilatationis iterum retrahatur, vt faciat alterum istum.

Tertio notandũ est, quòd in rigore physico in dycroto sunt duo motus contrarij, vt probant argumenta propõsita: tamen non sunt vere pulsationes, quãuis sint veri motus. Et ratio est, quia inter veras pulsationes intercedit vera & temporalis quies. In dycroto verò non talis apparet quies post illam pariam retractionem. Secundò, quia per illam pariam retractionem non acquiritur verus finis cõpressionis. Tertio, quia vera cõpressio fit à virtute vitali, ista verò retractio arteriæ magis fit ab aliqua præternaturali causa. Ex quibus colligitur non esse duas pulsationes, & ex consequenti excipitur cõclusio responsiva quaestioni, quòd dycrotus est inæqualis inæqualitate singulari, de qua agimus in presentia. Argumenta verò in contrarium posita probare videntur physice duos esse motus, tamen Galen. & alij medici non vocant illum parium reotum contractionem, ob rationes dictas. Atque hæc de ista quaestione communiter sint dicta, secundum communem dicendi modum.

Tamen ego in vestram gratiam, præter istam dicta, aliquid amplius adinuenire conabor.

Dubitabit tamen aliquis, à quonam principio moueatur arteria in ista retractione. Et secundò dubitabit, vtrum sit in vna parte arteriæ hæc inæqualitas. Si quidem vibratio, quæ cõcõmitatur dycroto, est in pluribus partibus arteriæ. Vide quòd poteris defendere, si vis, quòd dycrotus est inæqualis collectiue. Sed de his inferias.

Causæ duæ inæqualitatis ex Gal. 2. de caus. cap. 5. 2. de præfag. cap. 8. dictæ sunt.

Quòd verò possumus præfagire, nil est aliud, nisi maximum maloni, & perniciosi, & magna humorum impuritas, & su liginosa cacochimia.

CAPVT XXVII.

De pulsibus inæqualibus in eadem pulsatione sub pluribus digitis.

RESISTAT alia inæqualitas in eadem pulsatione sub pluribus digitis, quæ duplex est, alia quæ procedit ex ipso motu, alia verò ex situ arteriæ. Rursus prima est duplex, nam

nam vel est motus continuus, vel intercis-
sus, v.g. quando rangis arterias tribus, vel
quatuor digitis in eadem pulsatur, onc,
tunc quidem potest sentiri inaequalitas,
ita vt. primum digitum attingas vno mo-
do: secundum alio modo, & ita de alijs:
& ita sunt quidam pulsus myuri, siue de-
curtari, qui in primo digito sunt magni,
in tertio digito moderati, in quarto par-
ui. Praeterea contingit, vt in primo digito
sentiantur pulsus. Et in secundo non sen-
tur, & ille pulsus appellatur inaequalis in-
tercissus. Quae omnes differentiae possunt
contingere aequaliter, aut inaequaliter.

Prima differentia est, quae resoluitur ex si-
tu arteriae, nam contrahit propter malam
figuram, & compositionem arteriae, vt
sunt quidam pulsus tortuosi. De quorum
cognitione solum vnicum est aduertendum,
tenent autem esse variam manus appli-
cationem pro ista inaequalitate dignoscen-
da: prodesse, multumque pulsium attingere
manu posita sub capto infirmi, ita vt ma-
nus infirmi quiescat super nostros digitos.
Sic enim liberius appareat pulsus isti, nul-
la carae oppositi.

Causantur vero isti pulsus inaequales ex
parte motus à debili virtute cordis, non
potente aequaliter aequalitatem impartiri
partibus inferioribus ad pulsandum. Et sic
sunt pulsus decurtati, sicut etiam ob vi-
tiam ipsius arteriae, quae in vna parte dispo-
sita est, in alia non ita. Et sic non est mirum,
si pars vicina cordi faciat pulsus maiores,
quia ibi recipitur magis de illa qualitate
necessaria ad pulsandum. In remotis vero
non sic contingit.

Aliquando autem credunt, quod prop-
ter motum, virtutem arteriae contrahere possunt
decurtari: & ponunt exemplum in quadam
cortigina humida & blanda, cuius partes vi-
tuae non ita mouentur, sicut illae, quae sunt
in manu mouentis, & similiter dicunt posse
contingere in pulsa, existente arteria molli.

Tamen haec opinio est falsa, quia iste res
exterae humidae & blanda, non mouentur
à propria virtute vitali, & sic mollitudo
existente, & facultate ex modo dicta, non sicut
pulsus decurtati: sed sicut ipsa facultas
adeo debilis sit, vt secundam partem non
ita moueat, sicut primam. Non enim mo-
uentur arteriae, quia conuulsae sunt, sed
quia à virtute motus concitantur.

Ad dignoscendum istorum pulsuum de-
curtatorum eadem obseruanda sunt, quae
diximus de manus applicatione, manife-

De Pulsibus.

stè enim percipiuntur, nisi mala carne
opprimantur, ex illis vero & ex alijs in-
aequalibus magnam perniciem vradice-
re oportet, exceptis tortuosis isti enim so-
lam arteriae malam compositionem de-
monstrant.

CAP. XXVIII.

De inaequalitate collectiua.

Diximus inaequalitatem collectiuam ef-
se, quae in pluribus pulsationibus con-
tingit, v.g. quando vnus pulsus est maior,
secundus minor. Et similiter de alijs diffe-
rentiis, excepto duro, & molli. Non est eni-
nim credibile, quod iam citò arteria fat
ad vnam pulsationem dura, & ad secun-
dam sit facta blanda & mollis. Primus ira-
que pulsus est decurtatus, quando scilicet
à magnitudine descendit ad summam par-
uitatem, sicut cauda moris, cum aequalita-
te distat tantum secundus pulsus à primo,
& sic de alijs, quos pulsus myuros ap-
pellant Graeci. Tamen contingit, vt ille
pulsus ad tantam paruitatem decedat, vt
desiciat, & tunc dicitur myurus deficiens.
Rursum alij sunt myuri, qui non deficiunt,
sed perseverant in illa paruitate paruitate,
qui nomine earent. Tandem sunt alij myuri,
qui postquam peruenierint ad illi sumam
paruitatem, iterum increscunt, & augen-
tur in magnitudinem, & isti vocantur myu-
ri reciprocè. Et haec sunt omnes decurtatio-
rum differentiae. Haec autem obseruare se
quaestio, verum sicut datur pulsus de se-
cens à magnitudine in paruitatem, ita de-
tur ascendens à paruitate in magnitudi-
nem. Mihi quidem videtur, probabiliter
& verior nostri Anticennae sententia, quam
tenendam suscepimus, dari scilicet istam
differentiam incrementens à paruitate in
magnitudinem, nec esse ali-quod argumèn-
tum quod probet contrarium, licet Mer-
curius nosse illud aggradiatur. Ego certe
non video, quare non possit sentiri incre-
scencia pulsus, sicut sentitur decrescencia.
Valeor ingenue, me non posse Anticennae
sententiam deserere, & ratio Mercari de-
bilissima est. Nam dicit, quod incrementens
vltio, si sunt pulsus maiores & maiores,
hoc est, insensibiliter, & non cognoscitur
vsque dum multum tempus transierit,
vt contingit in leprosis, in quibus non

K

cog-

cognoscimus vigore vsque dum aliquod tempus transierit. At vero pulsus myuri decretescentes cognoscuntur sensibiliter, quia procedunt a vicio facultatis tendentis a vehementia in debilitate. Vehementia vero & debilitas melius in pulpa sentiuntur.

Hanc rationem dico mihi non placere, quia magnitudo, aut paritas sunt sensibiliter obiecta, a quacumque causa debentur ergo tam ab viciu aduictio, quam a facultate procedant, sentiri possunt: ergo debet consistere hac differentia ex mente Aulicem.

Est tamen aduertendum magnam esse differentiam inter myurum deficientem, & intermittentem. Nam deficientis si non sentitur, credendum est, adhuc superesse intermittens vero reuera cessat a motu.

Causa autem istius inaequalitatis decurtatorum pulsuum eadem sunt cum illis, quas supra diximus de inaequalitate in vnicuique pulsatione differunt tamen secundum magis & minus. Maius enim periculum arguit, & maiorem causam manifestat, deficere in vnicuique pulsatione, quam motum decurrere in pluribus. Dummodo verè isti non veniant ad omnimodam deficientiam, nam hoc modo lethaliore sunt intermittentes in vnicuique pulsatione. Et ratio est, quia hoc modo deficere est vltima priuatio motus, non recitè ad notum motum, sicut intermittens, qui a sequitur ad vltimas causas defectus pulsus.

Rursus alius pulsus dicitur intermittens, qui talis censetur, quando per spatium vnius pulsationis, vel duarum pulsationum detinetur arteria in sua quiete, ita vt iudicemus a motu arteriam cessare, qui pulsus dicitur pertinere ad inaequalem raritatem: siquidem ita rarus est, vt intermittere videatur.

Intercurrens dicitur, qui inter duas pulsationes vnam efficit praeternaturalem, celeritorem, scilicet. Qui pulsus contrarius est intermittenti.

Causa intermittens pulsus sunt, vel aliqua valida obstructio, vel virtutis imbecillitas: quando verò ab obstructione procedit talis pulsus, conuictam solet habere aliquam magnitudinem, nisi talis obstructio sit circa cor, aut in corde. Tunc enim maximè apparent parui & debiles. Quando verò intermittens sit à debili virtute, tunc nullam habet magnitudinem.

Est verò (quantum ad praesagium) maxi-

mè mortalis, ita vt nemo videat, qui per sporum vniuersam pulsationem pulsus cessat. Gal. 1. de crasi. cap. 4. & 2. pariter. cap. 4. Est enim eadem proportio ad respirationem, tam si cutis propleta est sensus, & simpliciter mortalis, quam nullatenus habet respirationem, ita & motus cordis est absolute mortalis, in quo cessat motus per fontem vniuersam pulsationem. Ab hoc praesagio exspecto pueros & senes, quia ex sua natura debiles sunt, & scissima est si paruos habent pulsus. In iunioribus vero semper mortales sunt. Contrarius tamen praesagium faciendum ex pulsus interuentu. Est enim securior, & validior virtutem, licet oneratum. Atque ex illo ex pectare possamus bonam curam, & salutem.

Sed ad certius praesagium aduenire oportet, quod obstructio sit illa crassitas intercurrentium. Nam si obstructio est in ipso corpore cordis; iam malum exemplum est, & mors accedit, subit enim syncopa corripitur. Attingendo obstructio est in ipsis tunicis arteriarum iuxta cor, magnamque portendit deficientiam, ali quando in oculis arteriarum, à quibus arrebit cor, aut per quos veniunt; aliquando verò obstruuntur ostia arteriarum arteriarum per corpus, aliquando ostia arteriarum (non valcula) & ipsarum cor pora, quasi vinculis, detinentur ab humoribus. Quae omnia eleganter prosequutus est Galenus 2. de praesagatione ex puls. cap. 4.

Quod si interroget, vtrum pulsus intermittens sit deterior omnibus aliis differentis inaequalibus secundum dictum Galeni loco citato. Respondendum est, ceteris paribus, semper esse peiorum, & lethaliorem pulsus intermittentem. Atque ad hoc modo est interpretandus Galeni. Nam si pulsus formicans sit propter debilitatem, & intermittens sit propter aggravationem, clarum est, quod pulsus formicans est peior, & morti vicinior.

Tamen si uterque sit propter eandem causam, tunc intermittens est mortaliior.

(*)

Pulsus maxime necessarius, & difficilis.

Diversitas inter raritatem & intermittentiam.

Quando de intermittibus agimus, oportet distinguere ea quae sunt similia, quia, ut dicebat Hippoc. similitudines sunt fallaces. Est autem magna similitudo inter raritatem & intermittentiam. Sed Galenus vocat imperitus eos, qui utrobique confundit. Fundamentum fallaciae stat in hoc, quia quando arteria est in quiete, cessat a motu, & constituitur vera raritas, quae nil est aliud, quam maior quietis, aut exire tardè à quiete. Putat ergo imperitus, quod si multum detinetur arteria in quiete, dicitur intermittens, quia non pulsat cum deberet pulsare. Et facit hoc argumentum: Non pulsat ergo intermitte. Et multis videbitur verus modus sentiendi. Tamen Galenus aliter docet huius rei veritatem, & de praesag. ex puls. c. 4. circa fin. Cuius mentem illustrabimus, & certè pars illa capitis tam necessaria est, quam difficilis, & est satis obscura.

Prima diversitas inter pulsum intermittemem & rarum.

Prima ergo differentia inter raritatem & intermittentiam, est, quod raritas non est ita omnino exitialis, sicut intermittètia, unde iuvenes cum pulsu intermittente dubio moriuntur, non tamen ita certò cum pulsu raro, & ita putant imperiti, iuvenes cum intermittente evasisse, quia utrumque confundunt. Itaque licet raritas mala sit in iuvenibus, non adeò ut intermittètia, in senibus autem, aut pueris minus periculosa.

Secunda differentia.

Secundo differit, quia cum pulsu intermittente, non alicet, ac in apoplexia, repentini mors accidit. Eleganter quidem Gal. apoplexiam cordis vocavit intermittètia, fortis enim illa dicitur apoplexia, quae omnino omnes auferat adiones, tam respirandi, quam alias animales, ita similiter in vera pulsu intermittente, cor privatur suis adionibus principalibus, & non respirat, id est, neque trahit aërem, nec, expellit. & ita in sua regione vitali cessant omnia, sicut in regione animali. Hoc autè vltimò malù non sic in raritate cõspicimus, quia raritas ab intermittente prolixitate tẽporis distinguitur, id est, quod plus tẽporis vivit homines cõ raritate, quàm cõ intermittètia. Secundo, quia multo tunc cõtingit quod & ipse vidi plus tẽporis cõstare

De Pulsibus.

naturam in raritate, quàm in tẽporis aut quantitate pulsationibus. Quod non quàm pulsu intermittente evenit. De quo Galenus haec formali verba scripsit in hoc, c. quod expli-
cans. Itaq; cõ dicitur pulsu vix arteria cessat, hanc scio, an super his quisque esse possit. Hec Gal. De raro tamè sic dicit neque.

Tertio differit, quia in raritate multo-
rities adest aequalitas pulsus. At verò in pulsu intermittente semper adest inaequalitas: nã aut post duas pulsationes reperitur intermittètia, aliquando post tres, aut post quatuor, & post plures, nulla in hoc ferri-
lata aequalitate; aliquando tota intermittètia cõvertitur ad aliam inaequalitatem, postea redit. Quod nullo modo in pulsu raro videmus.

Tertii differentia.

Quarto differit, quia in pulsu raro, perpetuo reperitur motus tardus. Quod non sic in intermittente. Et ratio est, quia causa raritatis, est ingès cordis frigiditas: ergo necessò est, ut cum natura accedit ad motù, illum efficiat tardù, quia nulla adest necessitas celeritatis, ob diminutũ vsum stæbellationis. Est enim rã exiguis calor, ut pauca & læta indigeat ventilatione, & ob id motus pulsus tardus est perpetuò. Vbi notare oportet, esse intelligendũ illã doctrinã de raritibus diuturnis, ut advertit Gal. Cuius causam existimo esse, quia nõ videtur possibilibus raritas perseverare, & diuturna, quin cõiungatur cõ pulsu raro, ob rã dicitur factã frigiditatẽ cordis. At verò raritas aliqua potest reperiri (quali à causa adhuc sũt, ut sic loquitur) quae nõ necessario tardũ cõstituit motũ: tamen diuturna raritas utrobique cõiungit, v.g. proficiscatur raritas à frigore sanguinis, aut spiritus, aut alicuius partis circa cor; equidè considerare oportet, nondum esse magnã frigiditatẽ in ipsa cordis substantia, sed fieri. At si frigiditas erat esse moderatã indiget illã ventilatione ergo tunc pulsus rarus, sed nõ ita tardus, quia causa nõ aequaliter exposcit tales differentias. Ergo a consensu Gal. dicit, perpetuò esse pulsum tardum, quando adest diuturna, & perseverans raritas, hæc enim semper legitur ad factas frigiditas dispositiones substantiæ cordis. Quando verò ex aliis partibus frigiditibus confusis, tantũ auctus de illa magna raritate, quò-
tum distat visceris principatus, & inter-
sio frigiditatis. Omnes autem istæ raritates, exitiales & mortales eventus portendunt mortem quòdem repentinam: imò aliquibus accidit inter dormiendum, ut amplius non expectescantur. Talis

Quarta differentia.

enim est frigiditas cordis, aut contentio humorum in illius sinibus: aut in oculis a lubrico vasorum, ut vnum est duobus necessario per somnum contingat, aut retro cedentibus humoribus ad illas partes vitales à oppressis, vltimam cordis extinctionem causent, aut crescente aliquantulum calore in visceribus, humor ille vitreus & compactus liquerit tantisper, & penetret vsq; ad cordis substantiam extinguendam, aut ad obturandos fontes vitales. Et hoc miserando modo aliquos vidimus, qui cum somnū placide susceperent, ab illo nūquā excitati sunt: alios verò, qui cum præter rationem liberarentur à febribus, aut alijs morbis, subito perierant. Vide quàm timenda sit nimia pulsus raritas. Atq; cū hoc ita sit, intermittens tamen multo maiorem demonstrat perniciem. Ratio est, quia antequam fiat intermittens, sit quædam raritas, Habet ergo omnem præiudicium raritatis, & aliquid amplius. Præterea si pulsus intermittens ad præsumptum naturalem statum debet reuerti, id quidem contingit hoc modo. Primo rarus fit: deinde paulatim minus rarus, vsque dum antiquam mediocritatem adquirat. Hæc maxime necessaria aduertere volui, quæ obscurissimis verbis Galenus adduxit in fine cap. 4. 2. de prælag. & indigebant ista claritate.

CAP. XXIX.

De pulsu vndoso.

Sequitur pulsus vndosus, sic dictus, quia sicut aquarum vnde fluctat per totam arteriam motus iam depressus, iam eleuatus. Vermiculis huic similatur, sed magis minutis motionibus. Formicans verò sic dicitur à similitudine gressus formicæ, est enim paruus, debilis & creberrimus, non celer, ut quidam falso putarunt.

Causatur vndosus à debili facultate, & molli & blando instrumētō. Quod si obicit, Galenum in lib. ad Tyron. cap. 8. dixit se pulsus vndosum habere validam facultatem. Respondeo id intelligendum esse respectu pulsus vermiculantis, nam iste fit à debiliore virtute, quā vndosus. Notat tamen omnes falso Auer. dixisse 4. Collig. c. 28. formicantem fieri ex vermiculante, sicut vermiculans ex vndoso, nam hoc ali quando contingit, non tamen semper est necessarium, ut ipse putat. Videmus enim pul-

sus formicantem fieri in febribus malignis, sine hoc, quod præcedat pulsus vermiculans, & præter experientiam extat Gal. in lib. ad Tyr. Vermiculans ab eisdem causis procedit, tamen magis intensus, id est, à debiliore facultate, & molliori instrumētō. Hæc tamen est differentia, quod vndosus à debili virtute procedit oppressa tamen, & grauata. Vermiculans à debili virtute magis essentialiter exoluta, uterque tamen à molli instrumētō.

Prælagre oportet ex isto pulsu sudorē criticum in febribus, si conditiones præcesserint. Significat nimiam humiditatem attenuari, significat præterea febres pituitosæ, hydropes, & morbos humidos. Periculosus tamen est ille pulsus cum in vermiculantem transit, portendit enim virtutem iam deficere.

CAP. XXX.

De pulsu formicante.

Sequitur pulsus formicans, sic dicitur quia simular gressus formicæ. Est enim paruus, debilis & creberrimus, non enim est celer, ut quidam falso crediderunt, quos notat Gal. 1. de differentiis puls. c. 18. vsq; vsq; præ docuimus ad hoc, ut aliquis motus dicatur celer, non sufficit, ut breui tempore fiat, nisi facta comparatione ad spaliū, quæ pertransit, transit ergo arteria paruuli spatium in pulsu formicante, & ferè nil detinetur in quiete, & ob id apparet celer, non tamen reuera est celer, sed frequentissimus.

Est autem iste pulsus mortalis simpliciter, siquidè vermiculante est peior. Indicat vltimam virtutis exolutionem, tamen contingit aliquando ut fiat à causa cito dissipabili, & in hoc casu, sicut cito debilitata fuit virtus, ita facile reparatur, licet hoc raro contingat.

Sequitur pulsus vibratus, sic dictus, quia videtur vibrare, sicut hasta quando quatitur. Fit verò à facultate robusta, instrumētō duro & vsu aduerso: quarum causarū vnaqueque necessaria est ad vibrationem: nam si arteria esset mollis, non vibraret; si non esset multum aduersus vsus non fieret magnitudo; si verò non esset facultas valida, nil horum feret. Consequitur ergo, quod cum arteria non sit satis obediens ad æqualem magnitudinem, propter suam duritiam, fit ut in quibusdam parvis eleuetur, in alijs deprimatur, cum ten-

lio

sione quadam. Præterea fit pulsus vibratus ex diuersa intemperie arteriarum, quâ do vna pars est mollis, & alia dura propter varias intemperies: in hoc quidem casu necessarium est, vt vna pars dilataretur magis, alia minus: & ex consequenti referat speciem vibrati.

Quantum ad præfagium, pulsus vibratus maxime contingit hominibus sanis à somno excitatis, & his, qui subito stupesciti sunt. In infirmis arguit internam inflammationem, & naturam nimis nitentem vtra causam morbosicam.

CAP. XXXI.

De pulsus conuulsio.

Pulsus conuulsio sic dicitur, quia motum habet similem partibus conuulsis, tortuosum, scilicet, & retractû. Quia itaq; cum aliqua pars conuellitur, etiam arteria conuellitur: hinc est, vt pulsus faciat inæqualem, propter præteritum sicut ipsius arterie: Dubitat verò Galen. 2. de caus. c. 12. quare dicatur pulsus conuulsio, cum arteria non conuellatur, sed solum nervi. Ad hoc respondet, per consensum arterias conuelli, quia ligatas illas facit natura multis fibris & nervis intertextas. & ex consequenti conuulsio nervi conuelluntur arterie.

Habet hic pulsus eas causas quas habet conuulsio, & ob id, quantum ad præfagium ex magnitudine causæ faciendum est. Nam si talis pulsus sequatur ad nimias eius coactiones & longas febres, mortalis est. At verò si ex aliqua causa manifesta & subita, tantum malum portendet, quantum causæ fuerit magnitudo.

Tremulus pulsus fit ab illis causis, quas lætæ doemus in lib. de morbo, & sympto. Nam tremor fit à virtute conâre mēbrum eleuare, & grauitate membri deprimente, & ex his causis, scilicet, ex debili virtute, & grauitate membri, resultat duplex motus paruus, alter iursu, alter deorsum. Similes causæ possunt contingere in pulsu. Tremet ergo arteria, propter illas causas, & præterea tremula solet apparere, quando totum brachium tremat, tremere etiam potest ipsius cor, quæ omnes causæ præuæ sunt, & particulariter per febres mortale signum præbent. Solet præterea phrenitidem ostendere, & tunicas cerebri iam tentari.

De inæqualitate rhythmî aperta est do-

De Pulsibus,

ctina, dum memoria teneamus ex inæqualitate finis in attrahendo aëren, aut expellendis fuliginibus prædicatis totam rhythmî inæqualitatem.

CAP. XXXII.

De pulsus ferrante.

Serrans pulsus sic dicitur ob similitudinem, quam habet cum ferrâ. Nam sicut ferrâ diuersas habet partes duras: quibus ferrat, ita arteria diuersis partibus, quæ in distensione eleuantur, scriit pulpam. Et ob id ille pulsus vt sentiatur, semper debet habere magnitudinem conuulsam, aliâs non sentietur. Fit pulsus ille à facultate robusta, grauiata tamen ab instrumento inæqualiter duro. & tertio fit ab vna nimis aduicis. Inæqualiter duram debere esse arteriam dixi, id est, inæqualiter tensam. Nam partes quadam, quæ minus tenduntur, melius circulant: quæ verò multo tensæ sunt, non possunt ita circulari: & ob id apparent in arteria veluti quidem dentes, seu eminentiæ similes densibus serræ.

Vbi nota locû Gal. cap. de puls. inflâm. quo loco duas causas distinctas statuit: Alteram duram, alteram serrinam pulsus. Serrina enim inæqualitas accidit ob intemperie inæqualem arterie: Durities verò ob inflammationem. Ex quibus duobus colligitur, quod serrinus consequitur ad vtrâque dispositionem: vnde si aliquis hunc locum obijciat, fateri oportet requiri inæqualem intemperiem, cum affluxu inflammatorio, ad hoc, vt verus pulsus serrinus fiat.

Significat autem talis pulsus insignem tumorem suppurari, & tanto magis mortalis est, quanto magis serrinus apparerit, & cum omnino virtute conuulsus. Solet verò pleuritis tam esse magna, vt intra decimumquartum diem non possit humor contentus concoqui, quam obrem hoi dies transiens, in suppurationem affectus conuertitur.

CAP. XXXIII.

De pulsus heclicis.

Pulsus heclicus dicitur, quia sicut febris heclica persequatur, & radicata est, quasi & immoderate serrans, ita etiam solet esse quidam pulsus inæqualis in sua inæqualitate

K I perle-

persecutantes permanentes, & ob id dicitur hecticus, id est, habitualiter inaequalis. Causa illius pulsus fixa debet esse & permanens, & ob id non in spiritibus, aut humoribus; sed in solidis membris causa radicata inaequalitatis. Humores enim & spiritus facile mutantur, & ob id non possunt facere tam permanentem inaequalitatem. Quamobrem in febre hectica, in ptypha, & marasmo solet reperiri, & consequenter, mortalia damna portendit.

Pulsus palpitans dicitur ex simili passione, quae dicitur palpitatio, quam in libro de morbo & sympto. diximus oriri ex flatuosa substantia: quando ergo vapores & flatus, cor aut arterias repleverint, exitum petentes, palpitatio quaedam sentitur manifestata: non est autem necessarium, ut palpitatio cordis adducat secum arteriarum palpitacionem, aut e contra. Potest enim causa palpitacionis esse in corde, & non in arterijs, aut e contra. Pulsum strepentem alii qui adducunt, id est, qui quemdam strepitum, siue sonitum edat, ob insignem & inaequalem arteriae duritiem, & validam facultatem, & aere circumdantem. Tamé ergo, ut verum fatear, huiusmodi hunc pulsum non adinveni. Est autem verborum ratio aere inclusio ab arteria data. Sunt enim ne cessariae omnes causae, quae sequuntur ad dictum pulsum, facultas valida, arteria dura, spatium vacuum humoribus, & aere plenum.

CAP. XXXIII.

De pulsibus febrilium.

Cum febris sit communissimus morbus, & eius cognitio praecipue per pulsum nobis cognoscatur, vellem, ne communiter errent medici, quia in parte multa vidi admiranda, dissensibus medicis circa pulsum (ut inam concedat mihi Deus,) sic aperire illa declarare, ut nullum sit dubium circarem ita necessarium pro publica salute.

Febris, ut febris, quem pulsus primus exposcat.

Fernelius & Horatius refutantur.

Supra agentes de ordine quo differentiae pulsus generantur, diximus cum Galen. magnitudinem esse priorem: quod abunde sibi probatum est. Tamen nonne fa-

perest, mihi scrupulus, cum Fernelio & Horatio Augenio discutendus. Dubitant Auctores isti, quis sit pulsus debitus febrili, ut febris est? Respondent, crebrum pulsum esse comitem perpetuum essentiae febris; & per solam crebritatem febrilem dignoscitur. Probat primò, quia crescit calor in corde, ille pulsus debet fieri, qui facilissimus est, ut fiat, aut a valida, aut in sua virtute, talis est creber: ergo ille est signum proprium febris. Confirmant praedictum arguunt, quia longa experientia inveniuntur est, in omnibus febrilibus reperiri pulsum crebrum, & celerem; non tamen magni: ergo febris, ut febris est, debet habere pulsus crebrum.

Faeca de hoc puncto enucleanda, supponatis his quae supra diximus. Sed hoc tantum, recte istos Auctores inquirere pulsus febris absolutè illud enim, ex quo primò se offert in febrilibus, est cognitio febris, quasi in conspectu. Statim, an sit epimeria, an humoralis. Tertio, an humoralis puerila. Quarto, an humoralis portida maligna. Quinto, an venenosa. Sexto, an contagiosa. Septimo, an pestilens. Octavo, quae persistens, per omnes illos gradus potest ascendere febrilis calor. Sed primò suam differentiam peculiarem debet habere in quantum calor febrilis, nam & ex reliquis gradibus, seu conditionibus succrescet sua peculiaris differentia.

Secundo notandum, quod licet febris, ut calor est, possit cognosci per tactum, ut reliquae qualitates mutantur, & per tactum, & per alios sensus, praecipue tamè debet dignosci per pulsum, qui est altissimè prognosticis affectus, nempe cordis. His suppositis, constat quòd cum crescente calore, natura apponit id quod melius attingit finem, necessario facit pulsus magnos. Sed dices, quo pacto attingit finem, per magnitudinè meliùs, quia per crebritatem? Respondet, quia unica pulsatione magna trahit natura maiorem quantitatem aeris, quàm tribus pulsationibus crebris, & ob id citius attenuatur calor prius naturalè, per magnum pulsus, quàm per crebrum. Sit itaque, indubitatum, quòd magnitudo, sequitur febrè, ut febris est, quia sequitur usum ad oculum; si autè non addit talis differentia, erit, quia deficit aliquid necessarium ad illa.

Sed dices: Si febris est parva, quomodo habebit pulsus magnus? Respondet, quòd licet sit parva, est tamen visus ad oculum, quod laesiones ad oculum, & ita cõfregit magnitudinem, est enim ita certa differentia ad visum

*Hoc arguit
vel arguit
tactum, quod
ut supra*

*In questione
de ordine quo
crebrus diff-
erentia.*

adauctum, ut sequatur, & ad usum adauctum, intra limites naturæ, & extra limites ipsius, quando iam febris est. Vis videtur ignorantiam multorum. Dicitur, magnitudinem sequi usum adauctum, non tamen febrem. Absurdum certe. Dicas, quid est visus adausus (ex parte caloris dico.) nil aliud quam calor intensior, quam pro naturali statu debetur. Quid est febris? calor auctus in corde laedens actiones, ergo si lateris pulsus magni sequi usum adauctum, teneris dicere sequi febrem in quantum visus adausus solus est.

Vnde in febre ephemera, quæ ita mitis est, magnitudo apponitur quæ plenius sit artemperatio, & citius. Nonne melius est artemperari cor vna pulsatione, quam tribus? Melius multo, ergo magnitudo primum locum obtinet, & comes est febris, ut febris est.

Argumenta Fernelij & Horatij sunt parvi momenti. Ad primum dico, quod licet crebritas sit facilior, non tamen aptior ad desiderium adimplendum naturæ desiderantis artemperationem confertâ, & ita quærit magnitudinem, quæ applicet maiorem quantitatem aeris frigidi, quam crebritas. Et ita consequentia illa ridicula est. Crebritas est facilior, ergo prius acquiritur, nam scire oportet, quod natura nunquam incipit à facilioribus, nisi habeat proportionem cum fine desiderato, atque cum magnitudo maiorem proportionem habeat cum artemperatio, quam crebritas, ab illa incipit, & illam libi adiungit quoad potest.

Ad confirmationem dico, quod si experientia adnotavit multas febres sine pulsu magno, id certe non est ratio febris, sed propter alias causas (quas retulimus) impediens. Sed dicam ego Fernelio & Horatio, etiam me multas febres cognovisse, sine pulsu crebro. Quare cum hic quaeritur qualis sit differentia, quæ sequitur febrem in quantum febris, seclusis alijs, sine vlla dubitatione asserendum est, esse magnitudinem.

Neque alia signa, quæ adducunt isti Auctores fundamentum habent philosophicum, scilicet, de languore, de mordacitate, quæ relinquo ad materiam de febris.

(f)

CAPVT XXXV.

De inaequalitate febrili.

Hic videtur habere locum hæc consideratio, ab omnibus tacta, à paucis explicata, à nullo perfecte elaborata, id iudicent docti. Sumpsi tamen occasionem ad hanc contemplationem ex quadam falsa doctrina Fernelij, ut statim dicam.

Separo certa ab incertis. Non loquimur de inaequalitate febrili, quæ est inaequalitas intemperies, quæ comitatur febres tantum fieres, nec loquimur de inaequalitate quam sentit infirmus per morbos, respectu status talibus, quæ sentitur aut veritatur circa morbum, & actiones lætas, aut solùm circa alterum illorum, ut hecilius qui sentit actiones lætas, & inaequales, & non sentit febrem, nec loquitur de inaequalitate febrili, quæ contingit febribus accessionalibus, quæ habent tempus quoddam inaequalitatis. Sed loquimur de inaequalitate pulsus, quæ sequitur febres, et enim diximus, magnitudinem pulsus esse propriam febris, ut febris est: ita nunc inuestigamus, utrum aliqua pulsus inaequalitas sequatur febrem, ut febris est, & qualis illa sit?

In hoc dubio nil inuenio elaboratum, in quo omnes edisserunt: nam Fernelius lib. 4. de Febr. c. 1. agens de signis febris absolute inaequalitatem dicit esse propriam cordis calidioris. Sed fallitur, nam illa inaequalitas consistit ex duplici viâ, siue sine partiali ex calore adauso artemperando, & ex fuliginibus irritantibus, expellendis per compressionem, ergo calidius cor nõ faciet inaequalitatem, sed differentias apponet pro ratione visus adausi tantummodo.

Alii dicunt, nil esse agendum de illa inaequalitate, quia est imperceptibilis, sed isti tanquam seges relinquendi, quia ne studijs indulgeant, consurgunt ad istum modum respondendi. Probabo enim, quod est necessario perceptibilis.

Tamen nova & inaudita opinio accedit Horatij Augemij in suo lib. 7. de Febr. cap. 7. dicentis, quod inaequalitas pulsus, quævis illa sit, nunquam reperitur, nisi cor laboret per essentialiam; quando verò aliunde febris transmittitur, non adest talis inaequalitas.

Opinio Fernelij refutata

Scd

Sed ista opinio quomodo debeat expli-
cari, non video, quia quatenusque ex parte
illam inspicio, inuenio absurdam. Euer-
tamus illam modo scholastico. Suppono,
quod quando dicitur: Febris per essentiam
& febris aliunde transmissa non potest in-
telligi, nisi de febre morbo, (vt loquitur
medicus) & de febre, quae appellatur acci-
dens, quia sequitur ad alium morbum.
Alio enim modo non potest percipi ista
distinctio Horatii. Nam febris neutiquam
transmittitur ad cor, sed causa febris, &
ita proprie loquendo nunquam potest di-
ci quod laborat eor febre per consensum.
Potest tamen dici, quod partes diuersae à
corde laborant per consensum, nam quia
cor febricitat reliquae partes febricitant.
Oportet igitur, vt ista distinctio explicetur
de febre, quae est morbus per se, & de
febre, quae vocatur symptoma, siue acci-
dens sequentem ad alium morbum. Hoc
declarato, concludamus Horarium. Febris
sequitur ad bubonem, aut aliud tumorem,
aut quae sequitur ad plene inflammationem,
ex omnium consensu est febris acci-
dens, aut symptoma sequentem ad
alium morbum, & laborat cor, quia recipit
aliunde causam calefacientem: sed in
haec febre necessario adest pulsus inaequalis:
ergo esse febrei symptoma, non
tollit inaequalitatem pulsus. Constat, quia
ista inaequalitas (de qua loquimur) consistit
ex inaequalitate vsus, sed in isto casu
est inaequalitas vsus. Parer, nam cor est ca-
lidius & fuliginosus ascendunt, quae sollicitant
compressiores, ergo necessario con-
surgit inaequalitas.

Sed illud pulchrum contra istum Au-
torem possumus adnotare, cum enim se-
quatur supra dictam opinionem Fernelij,
argumento ad hominem possumus illum
opprimere. Quia ista inaequalitas sequitur
cor calidius, vt tenet cum Fernelio.)
Sed tam in febre, quae dicitur morbus, quod
in illa, quae dicitur symptoma, cor est ca-
lidius, ergo necessario consurgit ista inae-
qualitas.

Occasio verò tante varietatis in opi-
nando circa hanc rem (vt videmus) pro-
fecta est ex diuerso modo intelligendi istam
inaequalitatem. Igitur constitutum est aliquid
errum. Inaequalitas febrilis nil est aliud,
quàm inaequalitas motus dilatationis, quan-
do extrema illius sunt celeriora quàm me-
dium; erit ergo sub vno digito, & in vna
pulsatione. Considera cor, & arterias con-
citari ad restringendum, eandem accelerant

principium dilatationis. Rursus eadem sic-
ca, quod post medium dilatationis, vixit
reincipit necessitas expellendatum sui-
gum. Ene debio accelerat natura in omni
dilatationis, vt iam incipiat quàm citissi-
me cōpressionem. Haec inaequalitas mo-
tus merito nominatur, quia spatium per-
transit inaequaliter, vt Petrus moueri di-
citur inaequaliter, si in principio itineris,
ambulari celeriter, in medio tardè, finem
verò perficit celerius ita similiter contin-
git in pulsus dilatatione.

Haec est manifesta doctrina Galeni lib. 1.
ad Glau. tex. 44. & tex. 50. & ibi Stepha-
nus Atheniensis (inter Graecos doctissi-
mos & granitissimos.) Vnde manifestè sal-
luntur, qui existimant inaequalitatem fe-
brilem esse inter compressionem, & dilata-
tionem; haec enim putridas febres tan-
tùm insequitur, vt multoties docuit Gal-
lenus circa 5. & passim lib. de Pulsibus.

Vbi illud maximè aduertendum, quod
sicut ista rhythmi inaequalitas putrida con-
iungatur maximè tamen indicat illarum
tempora. Quare non video, vt quid iam
dubius sit Mercatus, ignorans, an sequatur
febres putridas, an tempora, an vtrum-
que. Non considerauit, quod ista inaequali-
tas (quae nil est aliud quàm celeritas cōpri-
mi arteriam, & non ita celeritas dilatare)
est indicium putredinis, ergo indicat putri-
dam febrem. Secundo, quia si omnes par-
tes, & tempora febris putridae indicat, er-
go etiam ipsam febrem. Vna inaequalitas
responderit principio, altera augmento, alia
firmi, altera declinationi: ergo febris pu-
trida, vt sic, (id est absolute) inaequalita-
tem habet adunclam, inter diastolem, &
systolem, magis aut minus, prout exfol-
dit varietas temporum, seu dispositio d-
gna.

Dico praeterea, quod Mercatus impos-
sit Stephano Atheniensis, quod dixerit
febrilem inaequalitatem consistere in dia-
stolis, & systolis in proportionem, quod docet
Iornianus Atheniensis nam magnus (de
Auro lib. 1. ad Glau. text. 41. fol. 55. linea
5. ita philosophus. Notandum quod in
lib. de Pulsibus à Teuphrastum dicitur, se
brum propriam inaequalitatem esse hanc,
vt extremitates dilatationis celeriores
sint, quàm mediae, ac magis exterior, quàm
interior, &c. Rursus legas Stephanum
eodem lib. 1. ad Glau. text. 4. fol. 20. linea
13. manifestè dicit, quod celeritas contra-
ctio est signum febris putridae. Igitur
Stephanus Atheniensis doctrinam Gale-
ni.

Argument ad
vniuersum, con-
trahitur Ho-
ratium.

Quid sit inae-
qualitas fe-
brilis.

Notat
Mercat.

minquam deserit in hac parte. Sed iterum (ne quis de sua leuitate dubitaret) eodem lib. text. 45. fol. 1. l. 4. ait: Dicitur in lib. de Pulsibus, febrius inaequalitatem à Galeno vocari, quando extremitates dilatationis velociores sunt medijs; nam in interna extremitate facultas accelerat dilatationem, & turbata, ut respiciem à febre concitaram refrigerat: in externa vero extremitate adhuc magis accelerat, ut excrementa fuliginosa à febre genita excernat. Unde etiam Mercatus lib. 2. de Praesig. ex puls. cap. 12. inquit, istam inaequalitatem fieri, quia facultas oneratur ab arteria, propter impeditum ipsius & virtum. Quod falsum est, & contra mentem Gal. Falsum, quia sequeretur, quod in omni febre adesset virtum arteriae, & facultas debilis. Contra Gale. quia iam vidimus quomodo doceat causas istius inaequalitatis, nulla facta mentione instrumenti.

Vidimus quod sit inaequalitas pulsus febris ex mente Gale. nunc pendere est. Anit, an omnes febres consequatur. Quod est querere, utrum febris, ut febris est, semper talem obtrahat pulsus inaequalitatem, ut dilatatio sit inaequalis. Res certe ad decernendum difficilis, quia (ut ex dicto) nulla fieri potest demonstratio.

Et iam ostendo. Primum, quia ista inaequalitas confurgit ex inaequalitate vsus, nam iam viget atemperatio, iam expulsio fuliginum, quae duo in solis putridis reperitur, non in heclicis, neque diariis.

Secundo efficaciter probatur, quia e celestis contractio est signum inseparabile febris putridae ergo inaequalis dilatatio. Antecedens est axioma receptum in doctrina Galen. ut dicebat Stephanus Atheniensis. Sed probo consequentiam; quia quando accelerat natura finem dilatationis, eundem proforsus finem habet quem in compressione. (ut ex dictis patet) nam disponit se ad motum compressionis, quia irritatur à fuliginibus; ergo cum media specieitur à sine, necesse est debemus dicere, quod si celeris compressio est signum putridae, & illam tempore sequitur, etiam celeris extremitas dilatationis; verumque enim motus sit talis propter putredinem; ergo inaequalis dilatatio sequitur febres putridas, & non febres absolutas.

Solebam ego dicere (in primis illis nostrorum dispensationum contentionibus) quod nulla febris reperitur sine fuliginum elevatione, in diariis & heclicis occultè,

in putridis manifestè, atque adeo esse necessarium ponere utriusque qualitate in pulsu, nam si tempore sanitatis, calor naturalis eleuat fuligines; apertum est, per febres maioris copiam excitari à calore praeter naturam; ergo iam adfuit cause inaequalitatis, fuligines, scilicet, & intemperies.

Sed iam simili consideratione, aut maioriori (si non decrepta) mentione, non per tinerè ad medicum querere istam inaequalitatem dilatationis in febre omni absolute. Primum, quia ad cognoscendam febrem, ut febris est, haec sunt signa manifesta magis & certissima; istae autem pulsus attentissimum petitorum sensum solet effugere.

Secundo, quia (scilicet loquendo) non potest probari, quod eleuatio fuliginum, & fumorum, in diaria & heclica, faciat mutationem in corde, quae pertinet ad medicam contemplationem, quod ut rectè intelligas aduenire opus est, fuisse quosdam opinantes omnem febrem esse putridam, ob id aliud, nisi quia omnis calor praeter naturam est putredinis, & separationis mixtionis naturalis. Quae opinio quid habeat falsi non est huius loci disputare. Sed dico, quod quamuis concedamus istis opinantibus omnia quae desiderant; tamen inaequalitas dilatationis nunquam reperietur in diaria vera, & in heclica secunda, aut tertia specie. Ostendo efficaciter, quia solitaria spiritus incensio nullas infert fuligines (omnem causam humoralem depelle) quia iam tenuis est, & purus, & defaecatus, ut per intentionem caloris tendat in aera per curè, quod indicat maior declinationis. Attende quod dico. Ad pensam ignitionis spiritus procedit illa attenuatio & motio versus eum, corde inuisibilem spiritum à se repellente, tantum absè, ut fuligines ab illo recipiat, quin potius totum illum deturbet ad extra, ubi frigidis partibus occurrunt, & aere in aequum madorem vertitur. Itaque si adsunt fuligines, cum ipse spiritu vias nouas petat, ut alius temperatior generetur. Si autem huic veritati non quiescis, & exclamas, necessarium esse ut eleuentur fuligines, scias, quod licet gratis concedamus illas excitari in diaria, non tamen sufficere inaequalem dilatationem causare, quia irritatio procedit, aut à nimia quantitate, aut à praua qualitate, aut à utroque; at in spiritus conflagratione (si alia causa non concurrat) neque quan-

Utrum omnes febres in se quatur ista inaequalitas.

itas grauius reperitur neque qualitas distincta à prima molestanti conuenit: quare ergo propter naturam ad compressionem, si non irritat?

¶ Sed acurè dubitabis contra nostrum modum philosophandi, dicens: In omnibus febribus eleuantur fulgines siccae, & mordaces, quamuis ergo concedamus, quòd in diaria fulgines non sunt mordaces, aut nimis siccae, (quia eleuatur à mixto ita aereo, & deurato, qualis est spiritus) quae est ratio; ob quam in omnibus febribus humoralibus fulgines deueniunt ad eor, & in solis diarijs tendunt cum ipsa spiritu calefacto ad cutem? Hoc enim videtur falsum, & nullum habere fundamentum.

¶ Respondeo, quòd in combustione spiritus, pars tenuior facta vocatur albus per sinacibus fuligo, quae tendit ad cutem ab arterijs mota. Ratio autem diuersitatis inter diarias puras, & humorales putridas, est pulchra: nam in humoralibus habet se eor vt pars recipiens, & genus (vt vocant) venosum, vt pars mandans, & sic in illarum curatione nostra prauidètia versatur circa partem mandantem, illam euacuando, ne mirat ad eor, & reuellimus, & deriuamus à corde copiam fumorum. At verò in diaria pura è contra se res habet, nam eor habet se vt pars mandans, & à se repellens ignitur spiritum, & partes externae sine ambitu corporis habent se vt recipientes, & ita inter signa inseparabilia ephemerarum cutis maior proponitur à Galeno. Torus igitur spiritus inflammatus ad cutem per nimiam attenuationem secedit, & pellitur, & dum hoc fit, nouus generatur. Neque nouum est, eor esse membrum mandans, quia in statu sanitaris, nil aliud facit, quam transmittere spiritum ad alias partes. Hoc idem facit per febres diarias, cumque transmissus spiritus iam ignitur nullus sit vitularis ad vitam, & conseruationem membrorum non miraris, si eor vt mandans, & membra vt recipientia conspirent ad expulsionem illius per cutem; ad quam regionem ipsa substantia tenuitas maxime adiuuat. Quae si attentè inspicias, nulla remanebit dubitatio.

¶ Aliter forsan philosophandum in heclicis secundae & tertiae speciei, in quibus ita paulatinè eor depascitur viuentes partes, ita sensim & occultè, vt procedat quales in statu naturali senectutis, in quo licet fulgines fiant, id è coningit sine vlla

irritatione & sensibili molestia cordis, non enim sunt fulgines humorum putridorum, sed paruum solidarum, quae paulatinè disspantur, sicut fit per atates tempore sanitaris: & ita non est probabile, quòd tales fulgines, aut vapores irritent ad accelerationem arteriae, quia quòd debet irritare, debet conferri, & simul aggregari, at quae ita paulatinè fiunt, & modo naturali non habent hunc modum aggradiendi: imò non possunt, quia non eorrogantur, vt per quantitatem graues, neque calor est ita & tali modo intensus, vt eliciet fulgines male qualitates irritantia.

¶ At in heclicae primae species heclicidem posse dici, tamen sciulus aliqui arguet, dicens, quòd illa prima humiditas, quae consumitur, est magis crassa quam spiritus, & euaporatur à calore febrili, & possunt eleuari fulgines. Sed peritilia sunt haec. Dicendum tamè, quòd neque in hac specie consurgunt excrementa, quae inaequalitatem efficiant ob eandem supra dictas causas, non enim calor heclicus agit conferri, & violenter & ab ea parte torrida illa materia facillimè exhalatur, & si eliusquam solida membra, At si febris veuolens capillaribus sanguinem agit, fulgines vique ad eor penetrate nullus dubitat, siquidem illa febris ardens (ab Hipp. adnotata) generatur, quae effuso tepore ita solet vesare. Ex quibus probata manet, quòd inaequalis dilataio non sequitur febrem omnem, aut febre in quantum febris est.

¶ Sed quid dicendum è doctrinam receptam Galeni & Stephani Atheniensis, qui dicunt esse istam inaequalitatem commouens febribus omnibus? Equidem nil aliud, quàm deberi istam inaequalitatem omni febre, licet non appareat ad sensum, quia quantum agitatur in natura causarum, sufficientia principia reperiuntur, vt facialis inaequalitas, est enim intemperies, & fumosa alicuius euaporationes, quae non erant antea, nam licet heclicae & epidemica habeant omnes illas conuersiones quas diximus, vt ita immunes à fuliginibus appareant, tamen calor praeter naturam ex propria conditione eleuat fumosam substantiam, consistere illam intendens ad igneam naturam: quod facit, non solum in solidis membris, sed in humoribus, in spiritibus, in scali mètis, in omnibus continuis partibus totius corporis. Cetero tam veniensalis sit eoribus, vt omnes laedat adiones naturales, quid mirum tibi vide-

videtur fulgines à tam nigricosis coctio-
nibus eleuari, & præcordia attingere ma-
gis, aut minus, prout fuerit natura febris,
& eius causa. Igitur omnes rationes con-
traria non possunt probare contrarium.
Ostenderet saltem esse fulgines paucas
in hac febre, in illa multas, in alia quàm
minimas. Aliud probari nequit. Et ita ma-
gis percipi potest inæqualitas in vna, quàm
in alia.

Ut autem ab istis præstis se liberent
aliqui, alium solum in febribus putrida re-
periri inæqualitatem febrilem. Ita tenet
Vallerius in suo lib. de Puls. cap. 16. Igitur
in isto capite & antecedenti ostensum re-
linquimus, magnam pulsuum esse propriam
febris absolutæ, & inæqualem dilatationem
(eius extreme partes sunt velociores) sic
qui febres putridas manifestè, diarias obs-
curè, hec ticas obscurissimè.

Quòd autem sit percipibilis ista in-
quæritas dilatationis, easiestimo manifestum,
nam dilatatio est cognoscibilis: ergo il-
lius partes nam quamvis interna egressio
à calore, nõ cognoscatur per tactum (nisi
adiugamus rationem sensus) tamen alie
partes medie & extreme percipiuntur per
tactum, ergo velocitas illa maior, erit cog-
noscebilis in fine dilatationis.

CAPVT XXXVI.

Pulsus febris putridæ.

EX aliis apparet qualis debeat esse pul-
sus putridæ febris, erit enim manifestis-
simo inæqualis in dilatatione, & compres-
sio celerior, quàm tota dilatatio simul.
Probat ex causis, quia in putrida ita est
saugis, ut per se patet, ergo accelerabit
magis sine dilatationis, & ex consequen-
ti accelerabit compressionem, nam pro-
pter quod visus quodque talis, & aliud ma-
gis est sine dilatationis sit celerior, ut in-
cipiat minus compressionis: ergo com-
pressio erit celerissima. Quod autem sit ce-
lorior tota dilatatione, inde colligimus,
quia partes medie dilatationis sunt rap-
diores, tamen compressio tota est celeri-
ma, & ita licet facta comparatione totius
compressionis ad vltimam partem dilata-
tionis sine æqualis celeritatis, tamen tota
compressio celerior est, quàm tota dilata-
tio, ob rationem dilatam.

Quo in loco nosset antecessor Meica-

tas manifestè fallitur, et enim in venanda
causa inæqualitatis febris, falso dixit esse
virtum instrumenti, ita tunc ait, quod cũ
obstructio necessariò reperitur in omni-
bus febribus putridis, & præter hanc eni
reperitur plenitudo, necessarium est ex
illis duabus causis arteriam taliter impedi-
di, et non possit liberè moueri. Hec Me-
catus in suo lib. 2. de Puls. cap. 13. Sunt ra-
men fallaci generaliter intelligantur, ut ip-
se intelligit: Falli enim est, quod in om-
nibus febribus necessariò debeat reperiri
obstructio, quæ sit causa visus arteriarum;
& fallium etiam est, quod debeat reperiri
plenitudo: nam potest per solam contra-
ctionem naturalis caliditatis fieri, adit, aut
non adit obstructio: quod satis patet in
carnibus, quæ ad Solem expositæ putrefe-
sunt, nisi enim remanet quod obstructio, sed
totum ab ambiente extahitur, & quam-
uis contra adit ventilatio ab aere fa-
cta, nihilominus putrefacta cõtinuatur
ob nil aliud, nisi quia illa debilitatio calo-
ris interni non potest continere visum
nisi, pendet à causa corruptivæ,
aut (ut melius dicam) causatur ab illa so-
la, sine alia conditione adiuncta. Dum-
modo enim calor naturæ omittat illam
necessitatè naturam, quæ se & miscibilia
conseruat, nõ amplius est necessarius.
Cõstat etiam in plenitudine ad vires, vi-
bi via libera, & patientiores sunt, quia ad-
est pauca quantitas humorum, quæ va-
leat obstruere, & nihilominus corrupun-
tur humores.

Præterea venenosa qualitas serpit
putrefaciendo, & dissipando, quidquid occu-
pat, quàmuis nulla sit obstructio. Quod
si obiciatur, venenosa qualitatem, in
serpente modo corrumpere naturam. Transierit
hoc. Tamen non poteris negare medica-
mèta septica, seu putrefacienda, esse cum
putredine inducere, nulla mediate obs-
tione. Et quæ (obscuro) est obstructio,
in putredine naturali. Nulla prioris, imò
si consideres causam per se putredinis, in-
uenies esse aliquid agere, quod producit
extraneum calorem, & præternaturalem;
calor autem præter naturam non habet
producere obstructiõnem, neque ab illa
proprie producitur, imò destruit, aperit,
tenet, præter naturam abest, ut causa putredinis
in obstructio. At si acciderit coniungi,
(ut in alio tunc sit) sine dubio putredo ma-
gis durat, & rebelis est, ut in febribus, quæ
difficiliter eradicanur, pendens ab
humore crasso, leno, & viscido, aut à
magna

magna plenitudine, quã dicit medicus de-
teliquit sine auxilio. Quis enim dubitat,
quin concutiat hæmorrhoides, & non veri-
tatis, calore non otioso, sed semper fuli-
gines nouas congregare, non augetur
corruptio? Itaque accidit putredini se-
qui aliquando ad obstruccionem, non ta-
men semper.

Idem de plenitudine dicere oportet,
nõ enim in omnibus putrida febribus re-
peritur, sed in aliquibus. Nam citra ple-
nitudo est aut quoad vasa, aut quoad vires,
putrescunt humores: accidit enim, quõd
fit plenitudo. Ergo falsũ est asserere, quõd
in omnibus putridis est obstruccionis & ple-
nitudo, vt possit arteria impediri, ne libe-
rè moueatur, & ex hoc emanare inquali-
tates istas pulsus, etique semper verò, fuli-
gines, & acres, aut prauos vapores, aut hu-
mores irritare naturam ad celerem com-
pressionem, sicut ad finem dilatationis
velociores.

Dabitur. Sed sciõs aliquis statim dicit pro Mer-
cato, quõd illæ fuligines, quæ irritant (aut
quidquid aliud sit) causant obstruccionẽ,
& prement arterias. Vapõr est taliter dis-
currere. Nonne vires, quõd aliud sit irrita-
re, aliud obturare? & vapõr potest esse sine
alio? Elementum fuligo, non quiescit, irritat,
expellitur, tenuis est, nõ adhæret, ignea est
non impingitur, sicca est, non agglutinat.
Nõ ergo grauat arterias plenitudine,
aut obstruccionẽ, sed irritat & mouet na-
turam ad sui expulsiõnem, vt excrementum
aere, & omninõ contrariõ. Ergo pul-
sus inæqualitas in putridis non perpetuõ
ad obstruccionẽ, & plenitudinẽ, sed ab inæ-
qualitate vius procedit, appetente natura
fuligines propellere, & attemperare.

Sed quare in putridis est celerior pulsus
contractiõ? Nonne possunt calefacientes
sanam causã sic molestare, vt celerior
debeat esse dilatatio? Dico naturam ordi-
natissimẽ in hoc opere procedere, nam
causã calefaciẽtes in putridis febribus, me-
dijs fuliginibus incendunt cor; non ergo
potest natura se ipsam liberare ab intẽpe-
rie, nisi prius se liberet à fuliginibus quas
per celerem cõpressionem expellit. Axiõ-
ma enim illud; prius vnãquõque causam
abiciendẽ oportet; deinde ad eam, quæ
facta est, diuersam perueniendũ, à dõda
natura medicũ didicerunt: prius enim ex-
pellit causam molestantem, deinde se
temperat.

Dabitur. Sed dubitabis, quia per dilatationẽ im-
petu illo actus instantis remouentur fuli-

gines: ergo utroque factis cõstruccionẽ per
dilatationẽ infringitur, & pulsus est cõp-
ressus. Quõd per dilatationẽ separantur fuligines,
sed nõ expelluntur, nõ aggregantur &
copulantur ad partes valentioris, ad maiora
pericula efflicterda, nisi cõpressio expellat
et illas omninõ extrahat: res debitas. Aliud
enim est separare, aliud, quõd separa-
tum est expellere: vide mirandũ naturæ
artificium. Itaque primõ intendit natura
celeritẽ causã à liminibus vitaliõ partium
extermineare, quõd per velocẽ cõm-
pressionem consequitur. Igitur putrida in
quõdam putrida, aut ex vltima febrelem
manifestam ostendit, & celeriorẽ cõm-
pressionem.

Nunc facillè percipies, peres tempora sã-
bræ putridæ quõd passio pulsus sint distin-
guendi. Nã quãdo fuligines & res cõueniunt,
quæ ascendunt ad cor, aut magis altius,
& contraria natura, procedit subito illo tem-
pore erit plus inuenta ad celeriores cõm-
pressiones respectu aliorum tempõrum:
quandõ verõ calor præter naturam, iure
scit fuligines, vt rõ corriguntur, aut potius
res sunt, erit tunc dilatatio celeris, & ma-
xima, cõpressio non ita.

Semper autẽ omnes medicũ difficulter
ad petri philosophiã aliditur. Quia
si interrogas, qui pulsus erit in statu feb-
ris putridæ? Equẽdẽ non erit hinc hinc dubio
respondere, nisi prius magna ita & la-
boriosa cõtrauentia de maiore parte morbi
(quæ nos sollicitauit ingenia) se habeat discus-
satur. Illi qui tenet in statu esse huiusmodi
summi putridos, debent declinare cõm-
pressiones esse eo tempore maiores, & vt
loquens Qui maximè cõtos, & super-
tos esse defendunt, è contra dilatationes,
maiores, & celeriores, cõpressiones nõ
ita. Qui quõdam motum naturæ, aliter,
respondentur. Qui sitis est eos: & putri-
dos humores asserunt, quia dicit sunt in
duas opinioniones alii vident, et eandẽ par-
tem summe cõtos, & putridos, alij ob-
uerfas partes humores coqui & putrefie-
ri dicunt, aliter satisfaciunt. Quæ scholastic
ea, & prædicantur) disputatio de febribus
putridis subtilibus procedit, non de aliis.
Istam ergo questuõnem, perleget, quæ nõ
est huius loci.)

Vidẽ demonstrari, vt passis philosophicè
pulsus putridæ, & tempõrum illius dignoscere
et. Est tamen aduertendũ, in mercurianis
omnia ab aliquo accidere notabit si euen-
iat, quõd nec cõpessio cõbre, aut
illius conditionem sequentur. Quia enim

tunc pulsus secundum naturam symptomata, aut partis affectus, aut aërius modi comparatur: nam febres putrida huc copiosius, humorosa, aut minuta febres putrida pestilens ordinem prædictum perturbant, & suos peculiare pulsus assumpunt; dolor etiam aliquis, aut fluxus, aut interna pars insigniter læta alio modo concentum pulsus immutare debent, & ob id inscriptio huius capitis, est de pulsibus qui debent sequi putridam, et putrida tantum est.

CAPVT XXXVII.

Pulsus diuersi.

Ephemera pulsus habet omni inæqualitate carens: nam illa, que febris dicitur in vnica pulsatione, & in vna dilatatione, si aliqua est, ita minima cæletur, vt sensum fugiat. Ratio huius est quia maximus agens de inæqualitate febrili, quia inter alias febres, ephemera maximè à fuliginibus libera existit: aliter forsan, si ex obstruione oriatur, asserendum erit: sed ephemera ex obstruione ad quatuor initium putridæ, aut dispositione ad putridam: hic verò sequimur, de pura ephemera à causa manifesta producta, que simpliciter calore spiritus opposit: illa ergo, sine inæqualitate sensibus, habebit pulsus magnos, celeres, & frequentes, & in eius perfecta declinatione à statum naturalissimum deuenient, quod nec exquisita tertiana ita concessum est.

Sed notare oportet ex Gale. quod cum ephemera in solo lateris calore cõcessit, neque causa adfuerit sensibiliter putrefactis aut fuliginosa, merito citius pulsus erunt in dilatatione velociores, sed in contractione nil à naturali statu euariens. Quia doctrinã sequitur etiam fuit Auicenn. quod dicit, raro contractione velociorẽ esse, quam pro naturali statu, in finibus, contractione esse aliquando velociorẽ, ephemera sit ab obstruione cutis, aut aliquarũ partũ longè à corde, aut ab aliquo bubone. Tamen eius inuenias in ephemera in proportionẽ illã vt dilatatio sit velocior, quã compressio, non appellare pulsus istũ inæqualem, sed arithmetum. Fallitur enim, qui arithmetum etiam inæqualem esse putat, vt latè Galen. docet lib. de Diff. pulsuum.

Acutè tamen dubitabis. Si natura acce-

lerat sine dilatatione, vt in cõpressione potius fuligines, quare in cõpressione non mouetur celeriter, vt artemper per dilatationem? Non enim apparet maior ratio, nam magnum incendium ita vrget, vt omnes motus acceleret facultas ad illius artẽ perationem.

Nec sufficit dicere, quod supra insinuauimus, talẽ esse ordinem naturæ, vt prius apparet peccare causam, vt deinde ad artẽ perationem perueniat, & ob id cõpressionem esse celeriorẽ nam contra illũ subtilem modum dicendi, alia subtilior ratio inuergit. Si fuligines sunt causa caloris propter naturam, etiam calor præter naturam est causa fuliginum, quia illas generat, & eleuat: ergo si natura causam incipit, non est maior ratio quare comprimatur celerius ad pulsionem fuliginum, quam quod dilatet ad refrigerium, imò causa prima est calor præter naturã: ergo accelerabit ad illius corruptionem pro refrigerium. Et confirmatur efficaciter, quia per magnas lures peries cordis mors contingit (vt multoties diximus ex Gale.) cum autem morietur, vt terribile malum, solum natura, prius se accingit ad celerem dilatationem, vt repperet, & videret: ergo in ephemera, & aliis febribus magni incõdii (vt in synochõ nõ putrida) in quibus nõ vrget compressio, sine dubio facultas cõpressionis suum cursum accelerabit, vt operetur citò dilatationem, quia vrget refrigerandi necessitas. Sic enim sibi motus præstant beneficia illæ duæ facultates, vt dilatata ac celeret motum, quando compressio est in aliquo cõcessu.

Non est facilis nõ huius solutio, forsan Galenus cum tam diffusè de Pulsibus scripserit, aliquid dixit ad hanc difficultatem, sed hucusque non legi. Dicam tamen quod sentio. Magna est differentia inter fines illos partiales dilatationis & compressionis, licet conueniant in fine totali. Supponendum ergo quod viroque motu intendit natura ad necesse consequentia, & deturbare vrgentia, semper tamen vrgentiori incumbit, vrgentius appellant (& merito) medici, à quo maior periculum impendit, cum ergo in ephemera vrgat calor præter naturam, sed sine vilo periculo, & sine vilo manifesto periculo in cõcessu, quales est in acutis. Insufficienter quoque huic dẽm nõ occurat natura per tres differentias (quibus exactissime refrigerat) magnitudinem, celeritatem, & crebritatem,

non est necessarium ut laboret in celeriori compressione, ut incipiat dilatationem; tamen existimo, quod si non posset perire totam magnitudinem, qua trahitur nitida p̄bitio aeris, faceret celeriorē compressionem, ut citō accedat ad quāleūcumque magnitudinem & celeritatem dilatationis: hoc enim videmus multoties in alijs causis pulsuum. Sed difficultas nō perit hanc responsionē. Taliter enim procedit dubitatio, quæ scilicet, est causa quare natura tam sollicita sit in expellendis fuliginibus, & non ita in attēperādo per nouum aerem febrilem in temperiē, cum hæc etiā sit causa fuliginum, quare accelerat dilatationem propter cōpressionē, & non accelerat cōpressionem propter dilatationem? Resp. quod celerius periculum impendit, si fuliginis delineantur, quam si retardetur refrigeratio, quia fuliginis, aut alia excrementa si detineantur in aere, occupato loco impediunt motum, & ex consequenti vitā. Intēperies licet perire non tollit motū vitalem, nisi diutius afficiat, & ita citius morbitur quis ex syncope, quā ex febre, & celerius ex apoplexia, quam ex intemperie capitis, quia occupatio huius celerius multo fit, quā productio qualitatū alteratiū, ut satis constat ad sensum. Timet ergo natura ne pulsus impediatur, occupantibus fuliginibus locū sibi debitum, & merito, quia statim moriretur, ut in strangulatis contingit. Et sicut pedibus bene ligatis, cessat actio ambulari diu ita proportionaliter intelligendam, quod impedito corde, ita ut non moueat, cessat actio vitalis radix aliarum, & productio dispositio formæ substantiali repugnans: quomodo autem producat non pertinet ad hanc locū disputare. Nūc ad solutionem dubij propositi sufficit dicere, quod eum natura citius opprimatur à corpore fuliginum, quam ab illatū intemperie (intelligit ceteris paribus) merito celeritatem cōpressionis anxi appetit, attēperationem verò secundō, & ex consequenti finem dilatationis accelerat propter cōpressionem, & non è contra.

Neque hoc videtur contrarium his, quæ docuimus in opere Hippocratico, tex. 42. scilicet, dilatationem esse priorem, natura inspecta generationis: ibi enim loquitur de itata natura, hic vero de itata præter naturā, & morboſa, & nullam posse fieri demonstrationem distimus, ad probandū à qua actione incipiat cor, cum ex utraq; parte rationes sint probabiles. Hic solum

decernimus quid agat natura à causis distentis afflicta.

Hæc itaq; febris pulsus, & aliarum specierum febris, suis cepitibus inuenies apud Gale. & alios, ego enim in ita longa & solerti tractatione de differentijs, & causis pulsuum, quam Galenus posterirari nō dedit, nil inueni o adendum, nisi quædam particula ad maiorem claritatem, ut supra visum est. Vt quid trāscribendæ sunt tabulæ Galeni toties trāscripser: Legere mōram, & stupendum illud opus de pulsuum, ad illud enim intelligendum, viam præparant opuscula nostra.

CAPVT XXXVIII.

De pulsibus mulierum, & virorum, quod est cap. 7. Auicenna.

Superius distimus quosdam esse causas continentes pulsus, quosdam permuantes. Hæc usque actum est de differentijs pulsuum proventibus à causis continentibus, empe vā, instrumento, & facultate: quantum etiam fecerimus causas magis mediāras, à quibus iste accedunt. Nunc verò oportet aliquos pulsus recensere, qui oriuntur à quibusdam causis permuantijs: eorum causæ, aut sunt naturales, aut præter naturam, aut medio modo ambigunt, quæ nō naturales appellantur. Incipiamus ergo à pulsibus virorum, & feminarum, ut facit Auicenna. Ex cuius prima parte capitulus duas cōclusiones.

Prima conclusio. Pulsus virorum sunt maiores & vehementiores pulsibus feminarum, & hoc maiori ex parte.

Secunda conclusio. Pulsus feminarum sunt celeriores & crebriores pulsibus virorum. Certè itas duas conclusiones verbo ad verbum collegit Auicenna ex Galeni in lib. de Puls. ad Tyron. cap. 9.

Probatur prima conclusio argumentō Auicennæ Nam viri habent robustiorem virtutem, & multam necessitatem attrahendi æter, ergo habentur pulsus maiores & fortiores quam femina.

Hoc arg. delinquit Auicenna, ex Gale. 7. de Caus. puls. cap. 2. Nam cum viri sint calidiores, indigent profectō multo ære ad suam ventilationem & cū habeant fortiorem virtutem vitalem, poterunt efficere fortiores & maiores pulsationes.

Secun-

Secunda conclusio probatur, quia cum mulieres habeant virtutem magis debilem, supplet ipsam necessitatem euenratio nis, & expulsiōnis sanguinis mediante celeritate, & crebriitate non enim possunt apponere magnitudinem, quia facultas est magis debilis, quā visū sit diminitus. Et ob id supplet illis differētijs necessitatem suae ventilitatis. Diffusum enim est superius, quod quando natura non potest efficere magnitudinem, efficit celeritatē; quando hęc non sufficiunt, addit crebriitatem. In viris ergo sufficiens fuit magnitudo pulsus, in feminis celeritas & crebriitas.

Tamen illae duae conclusiones aliquas patiuntur obiectiones & difficultates, & contra illas sic arguunt. Experientia constat, mulieres aliquas habere pulsus maiores quā viros; ergo. Probat̄ur ratione, quia positis causis continentibus ponitur effectus, sed multae mulieres dantur calidae & robustae, & cum arterijs obedientibus ergo habebunt pulsus magnos. Cōsequētia est nota, quia probatum est semper sequi pulsū magnū quando facultas est fortis, visū adhaerens, & instrumentum obediens. Quod verō sint multae mulieres id ius temperiamēti, est evidens, nam in regione calida potuerunt esse mulieres cholericæ fortes, laboriosae, & exercitia dedite, quae habebunt pulsus maiores, quam viri pariter.

Secundo arg. In masculis est maior necessitas eueniendi, quā in mulieribus; ergo erunt pulsus celeriores, quā in mulieribus.

Tertiō arg. Quia in feminis arteriae sunt magis molles quā in viris; ergo habebunt pulsus maiores propter obedientiam instrumenti.

Pro solatione est notandum, quod Galen & Avicenna considerant pulsū mulierum, & virorum quatenus perinet ad rationem sexus, nulla habita ratione ad hoc, vel ad illud individuum: fieri enim potest, ut aliqua mulier inueniatur calidior viro propter causas insinuas in primo argumento. Tamen hoc non erit propter rationem ipsius sexus. Quantum itaque agit̄ur in ipso sexu, femina semper erit frigidior viro.

Secundo notandum est, quod Avicenna & Galenus vnanimiter dixerunt in nostra prima conclusione, quod hic pulsus accedit maiori ex parte, quasi videntes argumenta proposita, sciebant enim aliquas mulieres esse calidiores, & ali-

quos viros frigidiores, & ob id dicebant, maiori ex parte, & in plurimum habere pulsus minores, & viros maiores.

His suspensis res ostenditur ad primum, quod licet talis pulsus contingat in aliquibus feminis ad non est ratione tenus, sed ratione aliarum rerum naturalium, vel non naturalium, scilicet, ratione temporis, regionis, laborum, & ciborum, &c.

Ad secundum dico, quod ad illam rationem necessitatem in viris subit magnitudo, & sic non fuit necessaria celeritas.

Ad tertium dico, quod licet multum arteriae sint blandae, tamen sunt circumdatae multa pinguedine, & multis excrementis, propter quas causas non possunt in magnitudinem extollī, at verō viri non habent illa impedimenta. Ex qua doctrina sequitur, pulsus femininarum esse celeriores in contrāctione quā in dilata-tione; nam cum abundant maior copia excrementorum quā viri necessum est, ut celerius contrahantur arteriae ad talia expellenda excrementa, docet Gale lib. 3. de Caus. pul. c. 3. cum enim ratione sexus frigidiores sint viris, oportet, ut excrementa, & pinguedinem congregent.

Qua in parte libuit adnotare errorem acutissimi Senensis, qui ait mulieres habere pulsus minores, quia minores habent arteriae: hoc enim sit a resolutum relinquit Gale in superiore dicit, ubi docuimus magnitudinem pulsus, aut paritatem non attendi penes corpus arteriae, sed magis penes spatium.

CAPVT XXXIX.

De pulsibus aetatis, & est 2. pars cap. 7. Avicenna.

Avicenna pulsū considerat in quatuor aetatibus, scilicet in pueris, iuuenibus, senibus, & senioribus, Galen. hō ad Tyroon solum tres contemplantur aetates, reliquas postremam, quia cognitis illis tribus cognoscuntur & reliquae, quia parum abinueniunt distant.

Et ut res intelligatur, consideremus duas aetates oppositas, & dilatem pulsus, & deinde apparebit qui pulsus debeant mediae aetatis, pro ut magis extremis inclinaverit. Tamen debetūbit aliquis secundum Galen sententiam, nam extremas aetates facit iuuentutem, & senectutem;

L 2 quae

que doctrina videtur falsa, siquidem & ratione, & auctoritate patet, pueritiam, & senectutem esse extremas aetates ratione, nam distant temperie maximè contraria, altera calida & humida, altera frigida & sicca. Quòd cum inspicere Galen. lib. ad Tyron. cap. 11. inquit: Recens nati pulsus frequentior est, senionis rarior. Comparat itaque extremum ad extremum. Idem dicebat lib. 1. de Caul.

Hæc dubitationi respondeo, quòd dupliciter consideramus aetates: vno modo, quoad temperiem absolutè, alio modo quoad modum ipsius temperie, in quo multum innititur robor facultatis, & differentia pulsus, v. g. puer & senes contrarias obtinent temperies, absolutè loquendo, & in hoc sensu loquutus fuit Galenus, at verò iuvenes habent quosdam modum additum in ipsà temperie, quo robustiores redduntur ad pulsus faciendos fortiores, & sic quantum ad hoc magis distat iuuenis à senè, quàm puer, & in hoc sensu intelligendus Galen. lib. citato ad Tyrones.

Hoc supposito sit prima conclusio. Pueri habent pulsus magnos, celeres, & frequentes.

Secunda. Senes paruos, tardos, raros.

Tertia. Iuvenes habent pulsus maximos, & vehementissimos.

Quarta conclusio. Pueri habent pulsus in vehementia moderatos.

Probatur prima conclusio, quia pueri habent multum calorem, & multum indigentiam spiritus regenerandi: ergo indigent magnam dilatationem, quæ huic fini satisfiat.

Præterea habent magnam copiam exercitiorum propter magnam copiam alimentorum, quam in nutritione, & augmento consumunt: ergo habebunt magnam constrictionem.

Rursus, cum propter tantam copiam exercitiorum habeant oneratas suas arterias, non poterunt illas ita distendere, ut faciant pulsus maximos: & ex consequenti apponit celeritatem & celeritatem, ut suppleatur necessitas tota ventilationis: ad quod etiam adiunt, quod non ita firmam & robustam habent virtutem pulsantem: & sic licet sit pulsus magnus, non tamen maximus.

Secunda conclusio prob. contrariis rationibus. Est tamen notandum circa istam, quòd pulsus senis est magis rarus, quàm tardus respectu puerorum. Quæ sententia Galeni sic est interpretanda: nam cum

in senibus etiam sit sua necessitas regenerandi spiritus & restituti rationis, quæ quidem pulsus in tam paruis non potest suppleti, non possunt autem fieri maiores propter magnam debitatem, & alia impedimenta: sit ut natura aspirat ad celeritatem, & cum hæc sufficiat, non apponit celeritatem: & ex consequenti manet pulsus tenuis rarus & paruos, & non cum tanta tarditate, id est, non ita tardus, sicut rarus.

Tertia conclusio probatur, quia pulsus iuuenum procedunt à robusta virtute, ergo sunt vehementiores: ergo maximus. Diximus enim supra, quòd vehementia est differentia propria virtutis robustæ, & magnitudo differentia familiaris. Quòd verò sunt iuvenes robustiores ipsi pueris, probatur, quia habent pauciora exercitiorum: Præterea, quia cum facultas pulsifica tam sit eleuata & perfecta, indiget perfectis instrumentis ad motum pulsus, artelevero magis aptè mouentur in iuuentute, quia tali modo sunt temperata. Nima enim humiditas puerorum, licet naturalis esset, impedimentum est ad maximas & vehementissimas motiones, & in hoc relucet confortium, quod habet virtus hæc pulsifica cum virtutibus animalibus, nam etiam indiget instrumentorum constantia & similitudine, & hoc insinuat Auis. in hoc cap. dicens. Sed virtus puerorum non est perfecta, quòd non sunt completi.

Quarta conclusio prob. nam cum pueri, neque ita debiles sunt sicut senes, nec ita robusti sicut iuuenes, necessario habebunt pulsus moderatos in vehementia, & non ita maximos, licet supra mediocritatem magnos.

Sed circa ista aliquæ se offerant dubitationes.

Primo arg. in pueris est magis de calido nativo, & de spiritu vitali, ergo magis de robore virtutis pulsantis: ergo maiores habebunt pulsus, quàm iuuenes.

Secundo, in adolefcentia est pulsus moderatus in magnitudine, in iuuentute est pulsus maximus: ergo in pueritia est paruos. Maior est aperta, quia corpus temperatum reperitur in adolefcentia: ergo ibi erit etiam moderatio in illa differentia: ergo cum natura procedat à minimis ad maxima per suos certos gradus, non inquit, quòd in pueritia sit pulsus paruos, in adolefcentia moderatus, in iuuentute maximus.

Tertio, quia pueri & iuvenes aequalem habent calorem: ergo habebunt similes pulsus in magnitudine.

Ad primum dico, quod licet antecedens verum sit, non tamen sequitur, esse pueros fortiores quoad aetatem secundum pulsandi. Nam licet poecria sit in suis prioribus, ut sic dicam, & in magna perfectione aetatis primi, siue aetatis principalis, tamen quantum ad actum secundum pulsandi est debilis. Et quia onerata est multis excrementis, & quia ipsa aetate nondum perfecta temperiem est consequuta ad magnos motus. Quem mosiam philosophandi nunquam potuit percipere Genetis, neque Senectus.

Ad secundam dico, quod in pueritia est magnus pulsus, qui in adolescentia iam mitit aliquid de sua magnitudine, & rursus in iuuentute fit maximus, non enim semper est verum, quod natura procedat a minimis ad maxima.

Ad tertium dico, quod licet iuvenes & pueri habeant calorem aequalem in gradu, non tamen in modo: nam calor iuuentis est eo multo siccatas fortis, & ob id magis molestat naturam ad sui ventilationem. Tamen haec solutio mihi non placet, utius melius multo dicemus, quod licet calor sit aequalis, tamen facilitas est robustior, & instrumentum magis liberum ad excrementa. & ob id in iuuentute est pulsus maximus & vehemens. Quibus differentiis facit usus. Quod in pueris non contingit.

CAP. XL.

De pulsibus complexionum.

IN hoc cap. Auenien. licet agat de pulsibus complexionis humidae & siccae: tamen, quia iam pertinet ad naturam instrumenti, vel quod reddat durum, vel blandum, hinc est, ut non sit necessarium istos pulsus referre, sed solum illos, qui oriuntur ex vita aduocato, vel diminuto, id est, ex complexionibus calida & frigida. Et haec est potissima ratio ob quam Galen. in lib. ad Tyron. non agit nisi de solis pulsibus corporum calidiorum & frigidiorum.

Sunt itaque pulsus calidi complexionum, magni, celeres & frequentes: & ratio est, quia istae differentiae sunt familiares v-

De Pulsibus.

pus aduocati. Circa istam conclusionem offert se communis dubitatio circa eam quodam loco Galeni lib. art. in cap. 6. 24. ubi calidos dixit habere respirationem magnam, & pulsus celeres & frequentes, quasi denegans magnitudinem pulsus. Tamen hoc iam supra dissoluimus agentes de vita respirationis & pulsus. Vbi videre poteris.

Secundo dubitabit, quare dixit Auenien. in hoc capite, quod calor naturalis quantumvis incrementum, non minuit virtutem. Videtur enim hoc propositum falsum, siquidem omnis immoderata discretio deiecit actum propriae virtutis. Respond. quod duplex est intemperies altera, quae excedit, tamen cum quidam portione, scilicet de virtute & finitatis, & haec non solum non minuit virtutem, sed confortat. Alia vero intemperies est admodum lapsa, & haec appellat Auenien. maleiosam, & haec minuit virtutem.

Pulsus complexionis frigidae contrarietatem habent cum praedictis, & sic non est quid de illis dubitemus.

CAP. XLI.

De pulsibus a temporibus procedente.

Pulsus veris fuerit maximus & fortis, tamen sunt moderati in creberrate. Haec conclusio prob. quia in tali tempore est magna copia caloris, & quantum est ex se robustior reddit ipsam facultatem ad pulsandum. Dicitur enim Hippocreat. tenues hyeme, & vere calidissimi sunt: ergo erit robusta facultas ad faciendos pulsus maximos & vehementes, quibus differens facit usus, & ideo non est necessarium apponere celeritatem & creberratem: notandum tamen est, quod haec doctrina intelligenda est in corporibus temperatis: haec enim tales habent pulsus in hoc tempore. Nam sicut corpora puriora si maiores habent pulsus in estate, & hinc vere maiores habent pulsus in hyeme: ita etiam temperata maximos habent pulsus in vere, quia quantum virtus in ipsa tempore temporis, adhaeret virtus corporis temperati.

Ex quo patet secunda probatio conclusio. Nam ver est ex se et temperatum, ut docet Gal. Epid. text. 1. ergo habebit causare pulsus magnum, & fortem. Con-

L 1 fina

firmatur, quia instrumentum est obediens, nam per nullam qualitatem extremam induratur, nec mollescit.

Ex quibus talis colligitur epilogus: In vere est facultas robusta, visus adauctus, instrumentum obediens: ergo erit pulsus magnus, & vehemens.

Sed contra doctrinam propositam stat Auicenna in hoc capite, in cuius primis verbis sic ait: *Et pulsus veris est parvus*. Quae verba multum obtulerunt occasionem disputandi eius commentariis. Videtur enim ex diametro oppositi rationibus dictis, & Galeno libro ad Tyrones 12. Hunc textum vanè explicant Auctores. Dicendum tamen, quod pulsus veris dicitur parvus, non generaliter, sed contingenter, id est, quod accidit aliquando, ut in vere sit pulsus parvus propter aliquam causam, ut cum est multa plenitudo, & arteria mollis, & caro multa augetur: quae omnia solent illo tempore contingere, & in causis sunt, ut fiat pulsus parvus, rariorem fortis. Et ob id verba Auicennae sunt verbo ad verbum legenda. Dicit enim: In vere quidem est, cum est pulsus parvus: quasi dicat, in vere contingit occasio, ut fiat pulsus parvus: licet hoc non proveniat ratione ipsius temporis temperati, & hanc inter alias explanationes elegit Saenflia.

Notandum tamen, nostram praedictam conclusionem intelligi de medio veris, non de prima parte eius, ut Galen. docet loco citato.

An in medio autumnii, & in medio veris sint pulsus similes.

PRO parte affirmativa est Galenus libro ad Tyrones cap. 12. & 1 de Caus. pul. cap. 6. ubi expressè ait, similem pulsum reperiri in medietate veris & autumnii.

Et probatur ratione, quia in medietate istorum temporum est aequalis distantia à media aestate, & à media hyeme: ergo est aequalis temperies: ergo similes erunt pulsus.

Ad hoc argumentum solet communiter responderi, quod licet autumnus sit aequalis in sua medietate, tamen hoc est cum quadam inaequalitate, quia sicut in corpore animalis datur temperamentum ex partibus diversis distemperatis resul-

tans eodem modo in autumno sunt partes diei calidae, & frigidae, rariorem & densam quendam moderatam, quae sufficit efficere pulsus similes his qui in medio vere contingunt.

Tamen defendere hoc modo autumnii aequalitatem, falsitatem magnè inuoluit iuxta medicum vsum nam Hippoc. 1. Aphor. tempus autumnii absolute dicit esse infansibee. Sed hoc non est, quia est tempus calidum, neque quia est tempus frigidum, neque quia est temperatum: ergo, quia inaequale.

Pro decisione istius questionis sit conclusio. In medio autumnii sunt pulsus languidi, & inaequales: & ex consequenti multum dissimiles pulsibus veris.

Hæc conclusio est expressè Auicennae in hoc capite. Et probatur, quia autumnus est inaequalis in calore & frigore, & cum hoc est liccum tempus: sed cum ista temperie redditur facultas debilis: ergo est impossibile, ut faciat pulsus vehementes, & maximos, sicut in medio vere. Maior probatur ex 1. de Temp. cap. 5. & 9. Aphor. tex. 4. ubi dicitur, quod quando modo calor, modo frigus adest, morbos autumnales exspectare oportet. Minor constat, quia cum temporis inconstantia necessaria languet facultas.

Secundo probatur ex Galen. 1. Aphor. tex. 9. dicente, ideo in autumno esse morbos exiales, quia languet facultas, & 1. Aphor. tex. 18. dicebat ipse Galen. in aestate & autumno corpora difficile ferre cibem, in hyeme vero facilliter. Ex quibus patet, non posse in autumno esse pulsus magnos, neque vehementes, siquidem adest hoc viuum inbecillitas: erunt ergo debiles & inaequales inter magnitudinem & parvitatem propter varietatem caloris & frigoris.

Ad arg. in contrarium resp. Ad primam dico: Satis difficile esse, Galenum in interpretari, & illum ab errore liberare: quem satis vociferat Auer lib. 4. Collecta. cap. 20. nisi dicamus cum Leone Rogano, Gale. cum Tyronibus loqui eo libro, quibus non erat laze declarandum quomodo vires debilitentur in autumno, quod ipse Gale. mille in locis dixerat.

Ad secundum dico, quod licet autumnus distet ab extremis temporibus, distant tamen cum inconstantia, & inaequalitate. Et hoc certe non est distare in rigore, sed modo ad vnum tempus, modo ad aliud inellare.

Ad

Ad tertium dico, quòd exemplum non tenet, quia corpus periculator per aliquod tempus in illa temperie retulante ex suis partibus quòd non coarctat autumno: saltem enim (medicè loquendo) nunquam est reperiri partem dici temperatam in toto autumno.

Pulsus aëstatis

In aëstate autem, cum magna sit dissipatio caloris nativi, necessario debent esse pulsus debiles, & parvi: quia vero visus est adiacere, propter ambientis calorem, sunt etiam pulsus celeres & frequentes, ut natura his compenset, quòd deficit propter parvitatem.

De hyeme verò est difficultas, utrum in illo sit pulsus parvus, tardus, & rarus.

Pro parte negativa est validum argumentum, nam Hippocrates dicitur: Ventres hyeme, & vere calidissimi sunt, & somni longissimi: quapropter plurimo indiget alimento. Ex qua sententia sic arguimus. Tèpote hyemis calidiora sunt corpora in partibus internis: ergo erunt pulsus magni. Præterea, facultas est fortior, ergo erit pulsus vehementes. Proò, utrumque antecedens, quis per anticipatam colligitur spiritus vitalis ad interiora: & ex consequenti crescit robur & calor.

Propter hoc argumentum aliqui variè differunt: Nam quidam duas partes ponunt in hyeme, alteram dicunt remissè frigidam, quæ retrocedere facit calidam ad interna; & in hac parte dicunt pulsus debere esse magnos, & in reliquis differentis moderatos. At verò alteram partem dicunt intense frigidam, quæ non solum retrocedere facit nostrum calorem, verum remittit, & refrigerat, multatque copiam spiritus generat, & ex consequenti efficit pulsus parvos & debiles. Tandem etiam hanc dicunt de ratione, dùmmodo adstruimus, non valere consequenti: Virtus est fortis: ergo debet facere pulsus vehementem (dico quando hoc esset maximè forte,) nam cum diminuaturs eius calor per hyemem non est visus, qui poscat vehementiam, & ita, non apponitur. Quomodo enim sit differentia propria virtutis robustæ, intelligitur supposito sine expostione. Latet enim potestas in actu primo, exiit in secundum, quando aderit finis.

Notam tamen consonè loquentes nostris principis dicimus, quòd Hippocrates loquutus fuit in ea sententia de facultatibus commutantibus, & coquentibus alimentum, non tamè de virtutibus motivi s, quælis est pulsus. Dixit ergo, in hyeme ma-

gnas fieri coctiones, quia calidum influens detinetur in membris nutritivis, & in partibus alendis, clausis, scilicet, porosis, & tibus cutis. At verò concum ab ære frigidò alteretur per respirationem, necessitò languescit, quòd non contingit alijs partibus, quibus non patet aditus æri ambièti, propter porosum clausuram. Relinquitur ergo, veram esse sententiam Galeni & Avicennæ, pulsus hyemis debere esse parvos, tardos, longissimos & raros.

Reliquas partes temporum facile est dignoscere, prout ad hanc, vel ad illam extremam partem inclinaverint. Atque de pulsibus regionum idem dicendum est, quædam enim sunt autumnales, aliz hyemales, aliz temperate, aliz æstivæ.

Cibus pulsam immutat, vel propter nimiam copiam, vel propter qualitatem excedentem. Propter copiam nimiam sunt pulsus inæquales & inordinati, natura variè granata & molestata. & ob id in omnibus differentis inæqualitas contempitur. At verò si alimenti qualitas moderata sit, tunc duas partes consideramus, nam post cibum calor excrenditur in maiorem molem, & apparet pulsus celeres & frequentes, & magni: tamen cum iam non solum extensus est calor in novam materiam, verum genita est nova substantia spirituosà & radicalis; tunc iam apponit natura vehementiam, quia robustior est; qualitas autem alimentis mutat pulsus, secundò proprium excessum, sicut diximus superè de temporibus anni.

Dubitabis verò, quare statim à cibo frigidissimo? Respondet hoc esse in corporibus debilibus, in quibus pulsus apparet contractus, parvus & debilis. Dicit, quòd apparet notanter, quia ille pulsus hæc reuera sit minor, quam ante, tamen debilitatem solum habere apparentem, nam reuera robustior est pulsus, quia maior copia est tunc caloris in internis.

Sed iterum dubitabis, utrum idè, quòd de alimentis docuimus, debeat intelligi de vino? Respondet quòd quantum ad copiam & qualitatem, idem intelligendum tamen hæc est differentia, quòd pulsus vini citius de motu frantur, & citius finiuntur, propter vini faciliem resolutionem, tamen facta computatione inter vinum,

& alimentum aliud crassum
apertum est pulsus esse
maiores.

(G.)

Pulsus regionum sive pulsus temporum.

Pulsus ex cibo.

CAP. XLII.

De pulsibus ex somno & vigilia.

VT Auicenna doctrina pateat in hoc capite, & Galemi etiam in suo cap. 15. libri ad Tyronem ponendæ sunt quædam conclusiones iuxta certas quasdam partes, quas habet et somnus. Sicut ergo prima conclusio. In principio somni sunt pulsus parvi, tardi, rari, & debiles. Ratio est, quia in prima parte somni fit retrocessus ad interna, suffocatur facultas, dimittitur visus, non aliter ac in igne, quando multis lignis viridibus obruitur: ergo sicut pulsus debiles cum prædictis differentias, quæ sunt familiares visus dimittuntur.

Secunda conclusio. Perseuerante somno visque dum alimentum sit confectum, sunt pulsus vehementes, & maxime tardiores verò, & rariore. Prob. quia post confectum alimenti augetur visus, & corroboratur facultas. Ex quibus sequitur non esse necessariam celeritatem & crebritatem, quia illis primis satisfuit visus. Sed dubitabilis quia videtur, quòd liquidè in hac parte somni sunt multæ fulgures, videtur quòd debet esse celeris compressio. Respond. quòd negari non potest, quin aliquo modo sit celerior compressio, & quies ex terra crebrior: cum hoc tamen dicit Gal. pulsum tardum esse, loquens de sola dilatatione, tanquam de principali parte pulsus principis apud eos, qui ignorabant, aut negabant pulsus compressionem.

Tertia conclusio. Si somnus multum perseueret, pulsus sunt debiles & parvi, tardi & rari. Et ratio est, quia sicut ille ignis extinguitur si diu priuatur motu ad externa, suffocatur. Ita calor nocte si diu detrahetur per somnum, corrumpitur.

Quarta conclusio. Dum aliquis à somno excitatur, sunt pulsus magni & vehementes, celeres & crebri, & vibrati quodam modo, postea verò redeunt ad naturalem statum. Ratio est, quia in hoc statu apponitur natura conatus ad dissolvendum spiritum, & calorem ad partes externas, & ex tali conatu sunt pulsus vehementes. Reliquæ verò differentie ex visus aduocato. Vibratus autem apparet, propter dictas causas, & propter tensionem instrumenti, ut supra dicimus agentes de inæqualitate. Est autem notandum, quòd hæ differentie conspicuæ apparent, dum quis re-

parat & videtur excitatur; dum verò naturaliter est à se ipso, obscure aliquibus dignoscuntur. Præterea est notandum, visum illum aduocatum esse dictum, quia in hac parte somni augetur. Sicut enim erat aduocatus in secunda parte, & perseuerat visque ad suam summam naturam. At verò si somnus esset leuissimus & diuturnus, in hoc casu remittitur visus, & in hac parte augetur quam maxime.

De exercitio autem tres ponimus conclusiones. Prima est. Exercitium moderatum fit et pulsus vehementes, magnos, celeres & crebros.

Secunda conclusio. Si amplius daretur exercitium supra moderatum, sunt pulsus debiles parui, celeres, & sume frequentes.

Tertia conclusio. Si exercitium sit multum excedens, adeo ut habeat vicem laboris, pulsus sunt debiles, parui, tardi, & rari.

De pregnantibus vnam statim conclusionem, cum Auicenna & Galeni statum scilicet pulsus debere esse magis & vehementes, celeres & crebros. Nam cum eadem sit facultas, idem visus, tamen augetur tamen visus, oportet ut tales emergant pulsus.

De balneo sic statuendum. Balneum calidum moderatum pulsus facit magnos, celeres, crebros, & vehementes; si tamen immoderatum sit, paruos & languidos. Frigidum è contra statum facit pulsus paruos, & languidos in dilatatione, de verò perfrigerat, vel robur inducit, si moderatum, vel torporem, vel extinctionem si immoderatum existat. Iuxta quas condiciones fiunt pulsus varij.

Virum detur aliqua differentia pulsus, qua ex amore procedat.

PRO parte negatiua est communis doctrina sicut omnium Auctorum assertatum, non dari pulsus amariorum. Præterea, quia neque Galenus, neque Auicenna cum aperient de pulsibus, qui oriuntur ex animi affectibus, aliquam huius pulsus fecerint mentionem, cum sit magis insignis animi passio, quam reliquæ: ergo signum est, nullum esse pulsus amoris. Temo, quia Galenus in lib. de Prægn. cap. 6 ait, meras nugas esse dicere artenas amarioris pulsare. Quamobrem, nec in lib. ad Tyronem, neque de caus. puls. vnius pulsus amarioris fecit.

Sed ratione probatur, quia amor secum habet semper comitantem aliquam passionem, vel timorem, vel tristitiam, vel iram, imò ferè semper habet zelum coniunctum. Zelus autem ex ira & timore nascitur. Ergo habebit pulsus istarum passionum. Turc sic: Sed omnes istae passionis possunt oriri ex alia causa, quam ex amore, ergo nõ potest dici, peculiarem dari pulsum amatorium. Idè quia Gal. lib. 4. de Plac. air, amorem iudicium quoddam esse, aut ad iudicium consequi. Ex qua auctoritate sic arguitur. Pulsus non potest mutari ex sola apprehensione, & contemplatione; sed amor, secundum Galeonem, nil est aliud, quàm cognitio quadam, & iudicium: ergo non poterit pulsum mutare. Maior mixtus argumentis probata est in meo tractatu de febribus, & de morb. & sympt. Nam ad motum causandum ne cessarium est, ut accedat appetitus operatio, siquidem cognitio, & appetitus animal mouent. Ergo si datur amor sine appetitu, non poterit pulsus mutare.

Dicit ad hoc amorè nil esse aliud, quam appetitum fructus pulchri uisus, ut dicit Plat. & Ptolemaeus amorem definiens dicebat esse actum animæ bonum desiderantis, ergo cum ad appetitum pertineat, potest pulsum permutare. Siquidem iam nil deficit ad mouendum. Nam cogitata re pulchra, conuulgit appetitus ad appetitum, cordis commouit.

Tamen extra hoc sextò argumen. quia multoties est amor sine appetitu concitantes, ergo in hoc caso est impossibile, ut faciat aliquem pulsum amaratum. Antecedens patet in his hominibus, qui cum Deum timeant, licet amore alienius semini nõ exardescant, cohibent tamen proprium appetitum, & sic toleat per malos annos transire amantes, & patientes, sed desiderantes corporales, imò eum amor (preliis loquendo) non sit desiderium, sed complacètia appetitus cum sibi ednienti. Sequitur, quod nequaquàm est necessarium ut infirmitate motuorem corporis. Ergo cum in istis nulla sit testis ratio corporalis, dicendum est, nullum dari pulsum ex amore.

Septimò argumen. quia si Galenus cognouit mulierem illam amore agitari in sibi. ad Possidum, id accidit audito nomine Pyradis, cuius pulchritudinem desiderabat: ergo signum est nõ posse cognosci amorem per pulsum, nisi accedat ipsum obiectum ad commouendum spiritum, vel eius nomen, aut historia. Imò hoc

pado cognouit Erasistratus adolefcentis amorem.

Oclaud. quia quando amor tantum increscit, ut partes principes trahat in consensum, iam quidem pulsus, qui tunc sunt, oriuntur ex illis particularibus affectibus. Fiant enim amantes melancholici, imò & maniaci & furiosi: ergo amor, ut amor, non mutat pulsum, nisi alius accedat affectus. Ex his argumentis prob. amorè non immutare pulsum; aut si mutat, id non esse quatenus amor, sed quia alios affectus se cum conuulgit, atque cum illi possint oriri à variis causis, relinquatur, nullum pulsum esse amoris proprium.

Ab hac re ponis me expediam, supponendo, quæ dicta sunt de affectibus animi, & quæ grauitè, & eleganter de dehisimus & venerandus Pateris noster scripsit, in suo opere de melancholia ex amore. Nota tamen iterum ad præsentem quaestionem, quòd alia est passio animalis, alia corporalis. Animalis est, quæ incipit ab anima, & definit in corpore. Habet enim firmam formalitatem in anima, & materialitatem in corpore. Est tamen disparabile utrum istud materiale sit esse tale. Cum enim illæ sint adhaerentes immanentes, in anima terminantur. Consequitur ergo corporalis transformatio, & ita videtur, quòd potest esse affectus animi, sine eo, quòd consequitur, ut in pro formalis dicit appetitus v. n. d. q. & pro materiali dicit feruorem sanguinis circa cor. Alia est passio corporalis, quæ incipit à corpore, & definit in animam, ut dolor, qui causatur ab intempètie, aut solutio et continuus in corpore, & tamen est passio appetitus pro formalis. Amor autem potest dici passio recessenda inter animales, quæ incipit ab anima, licet trahatur consensum transformatio in corporealem. Et aliquis posset defendere, quòd amor circa res corporales huius mudi incipit à sensibus carnis & terminatur in appetitum rationalem, aut sensituum.

Secundò est notandum quòd amor est passio appetitus, & cum appetitus sit duplex, alter rationalis, alter irrationalis, necessum est, ut duos ponamus amores, alterum qui pertinet ad volueratem superiorem, alterum qui pertinet ad concupisibilem inferiorem, quam communiter dicunt residere in hepate, sicut irascibilem in corde.

Tertiò est notandum, motuum accedente consensum inter istos amores & præterè varias partes nostri corporis coacti,

iam

iam cerebrum, iam etiam ventriculum. Quod eleganter Plato explicat in Cebusio & Laetane. lib. de opificio Dei cap. 4. quorum verba tanquam pulchra legenda sunt, pro intelligenda amoris natura.

Quarto notandum, quod quatuor sunt principales animi passionēs, à quibus reliquæ originem ducunt, scilicet, gaudium, spes, timor, & tristitia, ut latè probat Dn. Thom. in disputatio. quæstione de passio. Antiquè licet amor ira principalis sit, tamen supponit gaudium, tanquam ratione amandi, vel præfens, vel futurum. Et sic via intentionis gaudium est prius amore, ut aduertit Dn. Thom. loco citato, ad quintum; licet via consequutionis amor sit prior.

Has notatis sit conclusio. Amor suum habet pulsum sicut reliquæ animæ passionēs, ex quo possit dignosci, &c. Prob. quia non est maior ratio huius passionis, quam aliarum: ergo sicut datur pulsus tristitiæ, ita debet dari pulsus amoris. Antecedens prob. quia sicut tristitia & timor, &c. habent pulsum proprium, quoniam habent conuersionem cordis transmutationem, ita & amor habet pulsum proprium, siquidem habet secum conuersionem corporalem transmutationem.

Secundo prob. & explicatur quia necessarium est ut passio cordis transmutatiua, habeat sibi proprium pulsum, licet non in separabilem. Hunc punctum nunquam intelligunt moderni; quem iam explicabo. Aliud enim est proprium, aliud est esse proprium inseparabile. Esse bipedem, proprium est homini non tamen inseparabile, siquidem in alijs reperitur animalium speciebus: eodem pacto pulsus amatorius reperiri potest procedens ab alijs causis, quia non inseparabiliter inest amantibus: cum hoc tamen est, & debet dici proprius amoris pulsus: v.g. pulsus inæqualitas, quæ à timore & gaudio oritur in amantibus, bene poterat oriri ab eisdem passionibus, aut similibus causis citra amorem, de quo loquimur. Et ob id dico, quod debet signari differentia pulsus amoris, quæ sit propria, licet non inseparabilis.

Quamobrem debent Antores proprium caput facere de isto pulsu, sicut fecerunt de pulsibus aliarum passionum. Nam erit tristitia habet suum pulsum proprium, licet non inseparabilem, potest enim pulsus tristitiæ oriri ab alijs causis: ergo sicut posuerunt pulsum tristitiæ & voluptatis, ita debebant ponere pulsum amoris.

Sed interrogabis, quis sit iste pulsus amoris? Respond. cum secunda conclusione, quæ talis est.

Pulsus amatorius debet esse inæqualis, & inordinatus, nulla existente causa præter naturam motus, quæ talem pulsum valeat efficere. Probatur, quia quotiescunque amor habet conuersionem transmutationem corporis, motus corpus, non vnica simplici, & integra passione, sed varia & multiplicitate: ergo faciet pulsus inæquales, & inordinatos. Antecedens patet experientia ipsa, & relatione, quoniam non est inuenire amantem, sine multiplici passione simul. Adde ut omnes amantes videas simul contrarijs laborare.

Sed verba ista Pontani maxime declarant contrarietatem simultaneam passionum se se exceptivam. Sic enim Damasus Barzani in Areola 1. fol. 355.

Sol byemes, Sol æstate moderatur, & idem Pontani.

Tempus agit mollis, tempora locis agit.

Talis amor, risus idem patiturque precurrit.

Idem lætitiæ, tristitiæque mouet.

Sol æstus, Sol & glaciem, tenebrasque diuini,

Discorso tamen has tempore cuncta facit.

At turbas, requirit; simul lætitynasti, iocund;

Miseret amor, nullo tempore certa gerens.

Stiper enim variat dubius, semper; vacillat.

Quam miser est animi tempore quisquis amat!

Quod si dicas, figmenta esse, vel deliria, omnia amatoris lætitiæ, nam non possunt esse voluptas & dolor simul, extrema quidem cum sint, ut alterum alterum subsequatur, id enim est frequentissimum est, iuxta illud vulgare: *Extrema lætissimum gaudium occupat, vel è conuerso;* & ob id Plato voluptatē & dolorem semper sibi succedere aiebat. At quod simul, & semel, gaudet, & tristetur amans, de eadem re, viderit ridiculum; atque ex consequenti, non erunt istæ inæqualitates in pulsibus ortæ à duobus affectibus simul inestantibus, nam ea sicut est contrarium lex, ut ab eodem mutuo se pellant subiecto.

Respond. rectè posse voluptatem & dolorem eodem inesse, ut calor & frigus in gradibus remissis, vel in gradibus se ad invicem remittentibus: probauimus enim, lib. de motu, & sympt. quod licet implicet contradictionem idem mobile moueri duobus motibus contrarijs; nullum est inconueniens, quod obtineat duas qualitates contrarias remissas, ita non videretur inconueniens, quod aliquis dolore oppressus, simul sentiat voluptatem, licet moueri appetitum ad vtrique formam simul,

mol sit impossibile, & sit dolens ventriculus per nimiam virtutem eius trahit quodam leotario) incipit homo habere, proculdubio, sentit simul voluptatem perceptam ex amplexu aquae, & ad huc sentit dolorem suis nondum ablutam, atque sic ne cessatio sentiet dolorem remissionem. Erat tamen impossibile, vel simul doleret, & lelectaretur, à duobus obiectis simul de notuo agredientibus. Sed supposita vna forma in subiecto, altera potest per vim alterationis induci, & in illo alterari ab vno contratio, et sic dolor aut voluptas, et aqua potest esse calida & frigida, quia nunc est sit frigida, potest calefieri, & habere gradus remissos. Non tamen simul frigeret & calefcer, ita de voluptate & dolore. Sentiet autem homo dolorem à causa id aliu corruptente, & sentiet nunc se reduci ad pulcherrimum statum à causa voluptuosa, per remissionem primi contrarii, non per motum duorum contrariorum. In tactu id philosophandum, qui debet alterari realiter. Ac in alijs sensibus immutationes intentionales contrarie rectè possunt fieri, vt visio albi, & nigri.

Nunc ad dubium dico, quod in amore accipiunt se contrariae passionis, & sic in continuo transitus vnus ad aliam, fiet illa inaequalitas pulsus, nam licet ad amandum debeat supponi gaudium, vt docebat S. Thee & hac ratione semper deberent adesse pulsus gaudij, tamen illud gaudium non semper transmutatur corpus, sed supponitur saltem apprehensum, vel desideratum tantum, ad quae duo licet posset immutari pulsus, tamen differentia gaudij ab alia differentia obfcurè, vel à timore, vel à desperatione, vel alijs huiusmodi accidentibus, itaque, quia semper amantes sunt in confinio, & transmutabilitate passionum, conuenit illis inaequalitas, & ordinis perturbatio in pulsu. Et secundo, quia rectè possunt esse affectus contrarij circa appetitum, modo explicato, concertabunt, quoad inuicem capite, ad immutandum pulsus. Cuius cognitio licet tam difficilis sit, haberi tamen potest, precipue, si non semper, sed multoties, & varijs occasionibus pulsus sumamus, sic enim cognosce mus modò iuxta vnà, modò iuxta aliam differentiam certari, sine causa aliqua morbosa. Quod certè (quod absque laude dicam) mihi contigit. Cognoui enim nobilem matronam amore laborare, ex pulsu, non certè audito nomine Pyladis, sed ad cantus amaros, immutatis manifestè pulsibus.

Quod si dicas verè voluptas & dolor amantium sint praecise respectu euidenter Respond, vt saepius dictum est; esse respectu variarum rationum circa idem obiectum, gaudet amans presenti obiecto delectato, tristatur tunc, timore abiectionis, ne amittat quod habet. Et sic habebit pulsus magnos gaudij, & statim paruos dicitur timor, vel in magnitudine ipsa inaequalitas.

Sed interrogabis, quae erit ista inaequalitas vtrum in pluribus pulsationibus, an vero in singulari inaequalitate. Respond, quod varia erit, prout se complicauerint affectus, & prout fuerit modus complicandi, & intensio illorum. Si enim vehementer se se complicauerint, & instrumentum fuerit obediens, fieri poterit, vt in eadem prout pulsatione sint inaequalitas. Si vero paulatim vna passio alteram sequitur, sicut pulsus inordinati in pluribus pulsationibus. Quae omnia ex argumentorum solutione magis constabunt.

Ad pulsus dico, quod Galen. non fecit proprium cap. de illo pulsu, quia supponebat, quod cum cognosceremus pulsus reliquarum passionum, non erit difficile, cognoscere pulsus amarorum, vt ipse conuincit in lib. ad Poll. Ad locum Gal. vel de Prae. cap. 6. dic, meras esse negas, arterias amatorio pulsu, differentia à qua de terminata & inseparabilis: & in hoc sensu interpretor Gal. loco citato; non tamen negare Galen. habere pulsus proprium.

Ad quartum dico, quod probat nostram doctrinam. Dicimus enim amoris esse pulsus proprium, non verò inseparabilem.

Ad quintum dico, quod amor non consistit in iudicio & apprehensione, sed est mera passio appetitus, ad quam praerogatur cognitio obiecti amabilis, & ex consequenti, cum sit passio appetitus, habet corpus immutare. Loquamur ergo in hac questione, de amore, qui sollicitudo est vincendi se totum enim re ipsa amata. Quae passio corpus etiam transmutat. Et ob id antiqui amorem dpingebat, igne & sagittis armatum, vulnerat enim cor, & ignibus incessanter inflammatur, & ob id D. Paulus, amorem illum corporis transmutatum, ignem appellauit, quando dicebat: *Melius est nubere, quam uri.* De qua re si vis pulchre videre, lege Tobarum, in suis questionibus, quaestione vltima.

Ad sextum dico, quod quando amor est in parte superiori appetitus rationalis, si tamen perfecta sit lux intellectus (de praecipue, quando illustratur gratia Dei) contingit

omittit in hoc casu, ut amor ille non trahat partes inferiores in consentium sensibilem, & ex consequenti non manabitur cor, neque pulsus, neque dignoscitur per pulsum esse possibile. Et certe merito, nam talis amor non est dicenda passio frigida (de qua hoc loco.) sed neque mutationem, aut passio nem causet in corde: ut enim dicebat S. Thomas loco supra citato, affectus animi non habet passio dicenda, vsque dum corpus simul comparatur: ergo cum sextum argumentum loquatur de amore, qui tantum est affectus præcise, & non passio, merito dicemus, non dari pulsus talis affectus. Et sic tota illa reperta vera est.

Ad septimum argumentum dico, quod Galen. cognouit mulierem amore flagrantem audito nomine rei amatae, quia ad præsentiam obiecti, & ad sermonem de illo, magis sensibilibiter immutatur imaginatio, & appetitus, & pulsus: imò ex hoc sequitur, dari talem pulsus, quoniam si ad præsentiam obiecti sensibilibiter apparet pulsus amatorius, defectus artificis est non cognoscere illum in absentia obiecti, per ablationem causarum morbosarum, inspecta una & altera vice, varietate differentiarum ex animi affectibus adinueniem concertantibus in absentia obiecti desiderari.

Ad octauum dico, quod quando amant res transeunt in furiosos & manicacos, aut in alios incurrunt morbo: nulli dubium est quin habeat pulsus peculiare illorum morborum, tamen hoc non tollit & propofitam doctrinam. Nam hucusque loquuti sumus de amore, non de miserabili termino ad quem solent aliquando deuenire. Tunc enim iam non est amor, sed vel tabes, vel mania. Atque ut pulsus pueritatis mutantur mutata pueritute in ætatem: ita morato amore in aliud morbum, nullus apparebit pulsus amatorius, sed ille qui illos sequitur affectus. Itaque amor, ut amor, mutat pulsus, trahendo eor ipsam in consentium, vel ad obiectum profectendum, vel aliud huiusmodi. Est ergo pulsus amoris per totum illud tempus, quo partes consentientes, circa obiectum afficiuntur: non inducto alio affectu qui obsecuet amoris differentias. Illud tamen dicere non obliuiscatur, adhuc amantes qui in aliam pernitiem deuenierunt, solere seruare illud proprium, ut agentes de rebus amatorijs, permoueantur, & consentiant. Conclufum ergo sit, pulsus esse proprium amoris, licet fugiat multos artifices.

CAP. XLIII.

De pulsibus caterorum animi affectuum.

IRa pulsus habet magnos, celeres, crebros, vehementes, & altos. Et ratio est, nam cum in ira sit ebullitio sanguinis circa cor, augetur visus, & ex consequenti de bene esse tres priores differentie quoniam sunt familiaris pulsus visus aduerti. Est vero pulsus altus, propter rationem quam e regimus in superiori quæstione. Vtrum de tur aliqua differentia pulsus, sine permutatione cause continentis, que videnda est pro illo capite, imò pro reliquis de animi affectibus. Fit pulsus vehemens, non quia natura transeat tam cito ex debili in fortem, sed quia apponit conatum magnum, ut supra declarauimus.

Voluptas facit pulsus tardos, magnos, & raros: nulla facta mutatione in vehementia. Et ratio est, quia in voluptate creescit visus, & mediante magnitudine satiasit. Sed dubitabis, quomodo est possibile, ut fiat pulsus magnus. siquidem spargitur spiritus ad exteriores partes, & ex consequenti depauperatur calor cordis.

Responderi solet dupliciter. Primum, quod non diffunditur tam longè, quia sufficiens calor remaneat in corde ad similes pulsus efficiendos. Secundo, ego soleo respondere, dicendo, quod in gaudio est maior necessitas generandi spiritus, quam in ætate, & sic natura apponit conatum, & magnitudinem, ut attrahat aerem ad illorum generationem.

Tristitia habet pulsus debiles, paruos, tardos, raros. Et ratio est, quia diminuitur calor, & debilitatur virtus per suffocationem, que consequitur ex motu ad integritatem. Sic docet Gal. lib. ad Tiron. cap. 28.

De pulsu timoris.

Pulsus timoris duplici conclusione applicatur à Galen. lib. citato, cap. 20. Prima conclusio est. In timore recentis, pulsus sunt inordinati, inæuales, vibrati, & celeres. Ratio istius est, quia in timore inæqualiter mouentur spiritus, ita ut animus in quadam agonia esse videatur, ut docet Gal. lib. 4. de causis pulsuum, cap. 5. Et ob id sunt pulsus inæuales, & inordinati.

Ira pulsus.

Pulsus uoluptatis.

Pulsus tristitia.

Vibrati verò sunt, propter causas, quas diximus e. de pulsu inaequali vibrato. Celestes autem funt: quia non potuit natura, propter artem intentionis, satisfacere sibi cum debita magnitudine.

In timore intractato, pulsus sunt multum similes pulsibus triditae, quia facultas est diminuta, siue debilitata, & vix etiam diminutus.

CAP. XLIII.

Nova animi eductio.

An detur pulsus ex cogitatione.

A Vicen. caput fecit in tractatu de febribus, de febre ephemera ex cogitatione. Quare ergo medici pulsam ex cogitatione non constitunt? Nam si cogitatio tantam vim habet, ut generet febrem, quia probat non habere pulsus proprium, sicut alia animi motiones, scilicet ira, timor, &c. Equidem Avicenna in suo c. 14. prima quarti, pulsus illius febris proponit, dicit: *Et pulsus est diversus in eadem, ut dicitur, Nam de eo plurimum est aucto. Ergo posset aliquis dicere, illos pulsus esse cogitationis.*

Mihi tamen aliud visum est (inducit docti.) Dicit, illud caput de ephemera ex cogitatione, esse omnino abolendum, neque talem posse dari febrem. Neque ut aliquid probabile hoc dico, sed affirmo ut certum, & ostendo efficaciter, quia cogitatio, & eius actus, nequaquam sunt ex sua ratione principia motus, neque sibi coniunctam, aut alienam materiam possunt mouere, quia pariter sunt actus solum inmanentes, neque vilo modo transientes. Sola appetitiva potentia hoc habet singulari, ut sit virtualiter motiva alterius rei, quous eius actus formaliter immaneat: ut voluntas, qua moueo brachiū, elicit actum immmanentem imperōdi, qui manet in illa, sed virtualiter trāscunt ad musculos mouentes brachiū. Vnde nūquā Arist. dixit: Sēsus animal mouet; sed sensus & appetitus. Sēsus ut proponēs, appetitus ut imperans. Ergo solitaria cogitatio (proprijsimè loquēdo) nō potest mouere spiritū localiter; ergo nequā intēdere illū per talē motū: neque potest applicate actus passiuus ob eādē rationē: & sic nec alterare ad qualitatē. Vnde nō est aliqua via, qua possit excitare febrem, nisi aliqua noua causa illi coniungatur, cui debeatur effectus. Hæc autem mea

De Pulsibus.

philosophi dicitur: nullatenus agit de affectibus animi, sed de cogitatione, qua non est pulsus appetitus, sed alio potest cognoscens. Vidant hæc duo, ut casu à terribilitates animi, appetitus sunt proprii, & per illas mouetur appetitus, & mouet. Hæc dico causas febres, aut alteras in mutatione cordis & arteriarum. Qui autem modo hoc fiat, non est huiusmodi.

Ex quo colligo, omnia que dicit Avicenna de vitiis irragionabilis esse inuēta dō dicitur temperanda, non quod imaginatio moueat, sed appetitus, qui solus & omniū, & hoc in propria & sibi determinata materia de hoc alit. Itaque si aliquis videtur pulsus ex cogitatione, fuge errorem, nō ut ex tristitia, aut desperatione, aut angustia, aut timore, &c. Nam aut cogito quia desidero, & non inuenio; aut timeo quia cogito, aut omne ipse amitto tunc est, quā est tēpla, aut nimis vigilo, ut possim meditari. Et ita omnia animi effectus est & vigilia possit committi, nō ergo est pulsus cogitationis, sed effectus illius, qui superuenit. Vnde separatim caput dicitur ab omnibus, in quibus agitur de moribus eorum & animi, nequaquam est admittendum.

Miror tamē, quod Avicenna, qui tam subtilitatis nosstra petriant scētia, nō hoc adnotauerit, & ut rem videntē ad primam, videamus in Galieno, Avicenna clarissimus enarrator, aliquid intinuerit. Eius verba sunt loco citato: *Cogitatio autē multa in rebus, in quibus talis speculatio: nō accidit propriē desperationi, ut in angustia nos spes stat, ut in tristitia dicitur ut ut loquitur miter & quod stat in a forma inuitus, licet in summa oculi plus accidit ad inter, quā inter trahitur calor: quia cum illi non est tristitia, nāq; angustia, non est motus ad dēlationem.* Duo notant in hæc sententia. Primo, quod agit de sola cogitatione, & separat affectus animi. Nā signum, quod sumitur ab oculis, dicitur tale esse, quod semper sint intenti: non sicut in tristitia & angustia, in quibus passioibus clauduntur. Hæc enim sunt mōs Avicenna in textu. Secundo inuēntur, retractio ē calor dōdi in cogitatione, & ob id aliquid oculis relecti. Ob quā sententia possit dicitur aliquid, quod cum intro colligatur calor, quod cogitamus, potest accendi s. huius, & mutari pulsus, sine animi passione.

Sed ad primū bene cōstat, quod Galienus sit in eadē salla opinione, & nō cogitatio sola manet pulsus, & quod per signa sua manifesta illam desiderat à tristitia, &

M

argu-

angustia & alijs, vt per se patet. Vnde reij-
 ctedus est, sicut & Auicem. Ad secundum.
 Non est probabile, quod cogitatio (sicut
 diurna) incendat febrem & inter pul-
 sam per retrocessum caloris; nam illa ope-
 ratio, sine aliqua appetitus efficaci motio-
 ne non potest (vt dixi) mouere spiritum. Si
 autem, vt cogitemus, modo vigilamus, ex-
 citabitur cor à nimia vigilia; hæc autem
 foras ducit calorem, & incendit febrem
 diuerso modo. Sed dices. Cogitatio con-
 sumit copiam spiritus: concurret ergo re-
 liquus, & concalcabitur in interioribus,
 & mutabitur vltus, & pulsus. Respon-
 dit ista esse maximæ eideralitate; nec sunt af-
 ferenda, vbi agimus de his quæ sunt per se,
 & iuxta proprias causas rerum. Cogitatio
 sola non conterit tantam copiam spiritus,
 aut (vt melius loquar) cum non sit ac-
 tio vegetalis. non hoc pacto vitur tem-
 peramento. Sed spiritus producit quan-
 dam debitam qualiterem in cerebro, qua
 fit apta pars vitalis ad imaginandâ. Quid
 hoc cum iactura spiritus? aut cum retro-
 cessu ad interna? Falsam enim existimo,
 quod aliqui dicunt Auicennis, cogita-
 tionem fieri, cum motu locali spirituum.
 Absit hoc, non enim est necessarium, nisi
 optimum temperamentum partis, cum
 sua qualitate spirituosâ; & optima compo-
 sitio. Igitur dummodo spiritus producat
 debitam qualiterem & modum, hoc suffi-
 cit. Imò localis morus spiritus perturba-
 ret actum cogitandi. Vnde requiritur sum-
 ma quies, vt melius producat in cerebro,
 quod debet produci, vt valeat cogitare. Er-
 go non est alius modus, quo cogitatio mu-
 tet pulsam, nisi propter adiunctas causas,
 vigiliam, desperationem, timorem, aut
 quemlibet alium affectum, qui ad talem
 sequatur cogitationem. Consiomitur igitur
 spiritus, non quia cogitamus, sed quia
 vigilamus, quia abstinemus ab alimentis;
 quod si hæc cause non concurrant, procul
 dubio appetitus paritur, qui valet spiritum
 agitare. Si autem caput illud Auicem. *Ita-
 re vis, & Auicem interpretari*, dic omnia
 intelligi occasionaliter, id est, quia cogita-
 tio conducit nos ad vigilas, aut ad deside-
 ria consequendi aliquid aut fugiendi. Vnde
 dummodo res intelligatur, non moror.
 Et ita cum Galenum lego, non iuseno ta-
 lem pulsam ex cogitatione, qualem finxit
 Auicem, sed semper de affectibus animi dif-
 ferit. At si in tam diffusa Galenica lectio-
 ne aliquis contrarium inuenit, oportet
 iuxta nuper à me dicta illud explicari.

Illam autem opinionem Auicenn. tantam
 tribuere vim imaginationi, vt res exter-
 nas moueat ad sursum, alibi distinximus.
 Pulsus pulvis tripliciter potest conside-
 rari, secundum triplicem flatum, quem ro-
 tell habere dicit. In principio enim do-
 loris, pulsus est magnus, celer, & creber.
 Ratio est, quia tunc inurgit natura maxi-
 mo conatu ad expellendam id, quod mo-
 lellat. Et ob id sunt pulsus magni, relique
 differentie ad calorem adancum conse-
 quantur: augetur verò calor, ex nimio mo-
 tu spirituum. Si verò dolor increscat, iam
 pulsus ob spiritus confumptionem, & vir-
 tutis imbecillitatem, auerit magnitudi-
 nem, sed cum vltimo intereuit, iam pulsus
 paruissimi, debiles, celeres & frequentes.
 At his postremo differentijs suppicat quod
 deest de magnitudine.

*Pulsus dolo-
ris.*

CAP. XLIII.

De pulsu inflammationum.

Pulsus inflammationis declarat Gale-
 nus libr. citato, capit. 11. Supponen-
 dum verò prius non qualiter inflamma-
 tionem moueat pulsus, est enim necessa-
 rium, vt sit magna, aut in parte principe,
 aut in parte que consentiat cum parte
 principe.

Pulsus inflammationis est durus, ferri-
 nus, vibratus, celer, & creber, & non pe-
 petuò magnus. Rationem & probationem
 huius conclusionis exhibet Galen. 4. de
 causis puls. capit. 7. vbi dicit tria con-
 tingere in vnaquaque inflammatione,
 nempe, tensionem dolorem, propter mul-
 titudinem humoris dilatantis partem, se-
 cundum latitudinem, & ex consequenti
 tendentes versus longitudinem. Febris si-
 militer accidit, ratione putrescentis humo-
 ris, qui calorem præter naturam cordi cõ-
 municat.

Contingit.

Ex qua doctrina sequitur pulsus debere
 esse durum in inflammatione, nam dictum
 est suprâ, tensionem referre speciem duri-
 tati. Secundo sequitur, quod cum non om-
 nes partes arterie sint æqualiter tense, sed
 quædam magis, quædam minus; hinc est, vt
 quædam partes dilatentur magis, quædam
 minus; & iste pulsus appellatur ferrinus, si-
 militudinem terræ representans in ferien-
 do tactu. Vibratus sit, propter causas su-
 præ dictas. Celer & creber, quia non po-
 test primis differentijs vni satisficere.

Diximus non debere semper esse ma-
 gnum

gnum, quia licet non sit ita magnus, ut vltus exspolletur, tamen quoniam intra diuinitatem tensionis influmendi, potest variari magnitudo, secundum magis & minus, hinc est, ut aliquando possit esse magnus.

Verum omnium inflammationum pulsus debeat esse durus & serratus.

PRo parte negativa adducitur Gal. lib. 4. de causis puls. capit. 11. ubi docet pulsus pulmoniz esse magnus & vndosum, & mollem, sed pulmonia est inflammatio pulmonis: ergo non omnis inflammatio habet pulsus durum.

Præterea eodem lib. cap. 12. ait Gal. pulsus lathargi esse similem pulsus pulmoniz in magnitudine & molitie, sed lathargus est cerebri inflammatio: ergo non omni inflammationi consentit pulsus durus.

Præterea lib. 5. de Locis, capit. 2. in hoc ait distere pleuritidem veram à non vera, quod in illa adest pulsus durus in spuria vero minimè. Sed sic est, quod pleuritis non vera etiam est inflammatio: ergo debet habere pulsus durum, si vera fuisse proposita assertio.

His tamen omiffis, dicendam est, pulsus inflammationis debere esse durum & serratum, &c. Quæ doctrina sufficienter probata est in superioribus. Sed intelligenda est, quantum agitur in ipsa natura inflammationis, quasi dicas, inflammatio, ut inflammatio est, pulsus habet durum; quamuis fieri possit, ut ratione partis affectæ, & ratione humoris confluentis pulsus non sit durus, sed blandus, v.g. confusus pituitosus humor ad pulmonem, & in tali quantitate, & qualitate, ut magis humefaciat, quam tendat. In hoc casu erit pulsus blandus ratione causæ & loci, At si humor à capite in pulmonem descendens biliosus sit, & siccus, tendet profectò partem: sed hoc raro contingit, sicut tamen tunc pulsus duri.

Alij declarant prædictam doctrinam, & dicunt, omnes inflammationes debere habere pulsus durus, magis tamen, aut minus, ita ut nunquam fiat blandus, sed sattem minus durus, quàm in alijs. Quare secundum enunciam, aut alterum modum dicendi poteris argumenta dissoluere, & interpretari auctoritates Gal. Ad illud de pleuritide non vera, resp. quòd cum pars affe-

cta sit carnosæ & blanda (si sine muscoli & tenui intercostales) & præterea cum sit longè à pleura ipsa, nil mirum, si pulsus non appareat durus. Si tamen vergeat argumentum, dic non esse durum respectu vere duritiei, quæ reperitur in pulsu inflammationis pleuriz. Hoc enim habent partes ex sua natura duræ (ut pleuræ substantia), ut durissimos faciant pulsus, si inflantentur; partes verò blandæ, & carnosæ, ab illa duritie deflectunt.

Quòd si dicitur, quò pacto Galen. 2. de crisi sic. 10. docet pulsus pleuritidis durum, non tam propter affectum inflammatorium, quàm propter membranz duritiem oriri: ergo ex his verbis colligitur, magis propter partem affectæ naturam, quàm propter inflammationem fieri pulsus duri.

Dico cum Gal. lib. ad Tyr. cap. 11. & supra doceram, oriri duritiem & ex humore tendente, & ex natura etiam partis, ita ut pars dura, magis durus pulsus efficiat; & sic de alijs ad pensum. Quando ergo pars membranosa inflammatur, durissimos efficit pulsus, quando pars musculosa mediocres in duritie, quando pulmonis pulsus blandus, respectu abstrum inflammationis, ut ego existimo, & durus respectu status naturalis. Nam humor quicquid descendat ad pulmonem, si cohibetur & inflammatur, proculdubio tendet carnem, & duritiem reddet, quæ antea erat laxa. Quare mihi magis placet iste modus explicandi. Et Gal. lib. 2. de crisi bus citato, proculdubio loquebatur de magna & excedenti pulsus duritie, quæ postea partis sequitur contexturam, quàm inflammationem.

Dubium.

Sed obijcies nobis Aniceam lib. 1. fen. 14. tract. 1. c. 8. de apostemate hepatis, dicentem, in apostemate hepatis pulsus esse mollem. Et cap. 4. inquit, in calida icterico inflammatione pulsus esse vndosus.

Ad hunc locum Aniceus. solto dicere, quòd loquitur de apostemate pituitoso, quòd sit per panatiam concolitionem, quando talis est humor, ut prorsus laeset, quæ inuideret. Agitur enim Aniceus de apostemate refrigido, & pituitoso, & tunc febre, atque ex consequenti non est necessum, ut sit duritie sensibilis. Vel dic, quòd nobis magis placuit, vocasse pulsus mollem, qui non est durus extremè, ut de pleuriti non vera dicebamus.

M 2 Ad

De pulsu pleuriticorum.

EX dictis parere poterat qualis sit pulsus pleuriticorum. Aliqua ratione ad maiorem claritatem addenda sunt.

Dicit ergo Gal. lib. ad Tyron. c. 32. pulsus pleuriticorum debere esse celerem & crebrum, non magnum. Vehementem vero quantum ad apparentiam, durum prætereà & ferantem.

Pro cuius intelligentia notandum est, pleuritidem veram esse inflammationem membræ subcingentis costas. Quo supposito, Galen. reddit causam illorum pulsuum lib. 4 de caus. pul. c. 2. dicens, quòd in hoc affectu, propter propinquitatē ad cor, debet excitari febris, quæ se debet habere pulsus magnum. Quoniam verò durities arterie est impedimentum ad magnitudinem, idèò debent apponi celeritas & crebritas, ut satisfiat vñs. Est autem vehemens, quantum ad apparentiam, quoniam durities refert tyronibus speciem vehementiæ. Est autem durus & ferras obrationes iam dictas.

Secundò advertere oportet, ex duritie magnum præsigium elici posse. Nā si multum durus est pulsus, magna est inflammatio, magna humoris copia, quæ si cum virtute debili coniungantur, citissima mors expectanda. Si cum robore, longitudo fœtore morbi. Quibus adde etiam ex intentione duritiæ posse venari naturam humoris, nā bilis duriores, & melancholia etiam, pituita quæ minime duros, sanguis medio modo illos causabit.

CAP. XLVI.

De pulsibus suppuratorum.

Suppurati illi in rigore dicuntur, qui magnam quantitatem habent puris in cavitate thoracis. Considerant autē medici tres status suppuratorum, largo modo considerantes suppuratos. Nam aut pus sit, aut factum est, aut vomica disrupta, in cavitatē diffusa est materia purulenta.

Dicimus ergo, quòd cum pus sit, pulsus sunt inæquales, & inordinati, & heclici. Ratio est, quia tunc arterie ex humorum multitudine grauantur, & ex multitudine

Advertendum tamen, quòd Gal. pulsus molles, in thoracis & iecoris affectibus (in inflammatorijs) fieri negavit. Non ob aliam causam, nisi quia in prædictis partibus pituitosum ædema non inscitur, quia thorax compactum adeo est, ut fluxionem pituitosam non introriat, & iecur non solum compactum membrum sit, sed insita facultate pituita in sanguinè cõmuret. Quæ omnia videntur contradicere Avicennæ.

Tamen putat Coscius loco citato fieri posse ædema, ut asserit Avicenna, tamen in iecore non perferre in forma ædematis, quin transeat in aliam naturam, nā vel induratur, vel concoquitur à virtute iecoris. Addo ego, & in thorace, à motu cõtinuo partis. Et sic conciliandi Gal. & Avicenn. De pulsu verò nil Coscius adducit, quare videtur hucusq; nostra explicatio verior. Vnde conciliatur loca apparenter cõtraria, nā quando dicit Gal. cap. 9. iecur non rari ædemate, intelligitur, secundò doctrinam traditam, id est, non tentari ædemate exquisito in sua substantia: quia hæc semper conserit aliquid ad naturā sanguinis, & sic non erit verum ædema pituitosum. Vno enim animalis, aliquid sanguinis generat iecur.

Sed advertendum secundò, inflamari varias partes in hepatis regione. Nam vel substantia ipsa carnea, vel tunica, vel cava pars erit affecta, vel gibba. Possunt etiam inflamari partes internæ vicinæ, vena cava, & vena melerei. Prætereà externæ partes, quibus cooperitur, possunt inflamari, ut musculus dextri hypochondrii. Secundum quas partes tam varias, poteris considerare pulsus varios, prout magis, aut minus dura fuerit pars affecta.

Memorati autem oportet, quòd doctissimus Nicolaus Florentinus dicebat, generari in hepate quasdam vesicas aqueæ substantiæ plenas; de quibus forsitan Avicenna subintelligit; cum pulsus molles concedit. Pro qua re, videndus Nicolaus sermo, 5 tract. 5. cap. 20.

De aposthemate verò calido maior est difficultas, quare dixit Avicenn. adesse pulsus viscosum? Dicit potest, fieri talem pulsus incipientem humore & irruente in substantiam carneam molliorem, non in puniculum, siue tunicam, nam quanto in tunicam decubuerit humor, tanto durior fiet pulsus, & ex consequenti non viscosus.

(*)

Nota.

fluidine flatus, qui eleuatur ex tali agitatione; cōprimuntur enim ita, vt inaequaliter & inordinatē moueantur: Aliquando uerō naturā (conatum apponens) magnos pulsus facit, aliquando defeda, contrarias molitur differentias. Vnde non est mirum, ad esse inaequalitatem, & sine ordine Hectici sunt pulsus, vt supradixi, non qui oriuntur à febre hectica, sed propterea, quia toto illo tempore similes ferunt inaequalitatem. Dum autem pus factum est, non feruat pulsus tantam inaequalitatem, quia neque tanta est pugna, neque adeo comprimuntur arteriae.

At cum iam pus collectum fuerit intra cauitatem thoracis, sunt pulsus debiles, parui, tardi, & lati. Ratio est, quia debilitatur facultas, & minuitur usus. Vnde nō est mirum tres primas apponi differentias. Latissimi pulsus, quia propter debilitatem virtutis non potuerunt in alias dimensiones eleuari; & ob febres persequerantiam confirmata sunt corpora circumiacentia. Et ita apparet ad sensum latitudo arteriae. De causis uerō pulsus lati (si non subsistent, ut diximus in superioribus) legendus est Galenus, lib. 2. de causis puls. capite 17.

CAP. LVII.

De pulsibus Phthisicorum.

Pulsus phthisicorum dilucidè declarat Gal. lib. ad Tyron. c. 35. Notandum tamen, quod licet phthisis multas habeat acceptiones. Hic tamen accipitur prout dicitur ab eodem procedens ab uicere pulmonis. In quo affectu, pulsus sunt languidi, parui, celeres, hectici, & molles. Ratio est, quia in hac affectione tria potissimum reperuntur, debilitas facultatis, febris hectica, & pus contentum in uicere. Non est ergo mirum, si propter uirtutis debilitatem pulsus sint debiles & parui. Et quoniam ob febrem usus erit adhaesus, cui paritas non poterat satisficere, apponit natura celeritatem & creberrime. Hectici uero facit pulsuum, propter habitum interperiem.

CAP. XLVIII.

De pulsu marcoris.

Marcor consumptio est uicentis à siccitate, quae aut coniungitur cum calore, aut cum frigore. Marcor frigidus, De Phthisi.

pulsus habet debiles, paruos & tardos. Marcor calidus, qui ad febres hecticas fertur, pulsus habet (ex Galeni. Galen. lib. ad Tyron. cap. 34.) debiles, paruos, celeres, decurratos, & crebros.

Sed quare pulsus ponit decurratos in marcore calido, cum hic pulsus sit inaequalis, febres uero hecticae sic interperies aequalis? Atque capit. de signis hecticae, aequalis pulsus omnes ponit. *Dubium.*

Respondent aliqui (inter quos est Leo Rogatus cap. proprio) esse talium pulsuum, quia partes extenuantur inaequaliter, quantum ad humiditatis euaporationem. Et sic quaedam partes acriore magis distendant, quaedam minus. Sed hoc opinio non placet: quia nō perfecte potest reddere rationem, quare extenuatio fiat per latera arteriarum, & non per medium. Pro quo uide causas pulsus decurrati, & reperies nō posse cum ista opinione quadrare. Quod si dicas, marcorum conuulsio cum euaporatione ista, inaequalitatem semper subleuare, ut inuenit Galenus nec huius etiam assignatur exaltatio ad pulsus decurrati.

Dici ergo poterat, uideri pulsus decurratos, quia ob magnam uirtutis debilitatem non potest se communicare aequaliter ad omnes partes, tametsi non ob ueras causas decurrationis. Consideranda ergo, quae supra diximus.

CAPVT XLIX.

De pulmone pulsa.

Pulmonia est pulmonis inflammationis, habetque pulsus ratione paruos & humoris pituitosi (ab hoc enim humore ut plurimum repletur pulmo) molles, magnos & debiles, & inaequales, molles uero similes lethargicis. Sed hoc uertitur differentiam, quod maior est inaequalitas, cum in una, quàm in pluribus pulsibus inuenitur pulmonis; nam ad necessarium coniungit ob maiorem esse sensum quod habet uicere cum corde, cōsequatur enim per magna quaedam oscula, ad utrumque situm, ita ut eō sensus uicium & uicinitatis maximus intercedat: est ergo in eolledis inaequalitate intercurrentis, uel intrinsecus. In uulgari uerò, uidosus, & aliquando dyctrotus. Dyctrotus sit pulsus, quādo ex hōle pulmonia proficiscitur, ut colligitur ex Gal. 4. de caus. puls. c. 12. Tamē si accendat eandem esse necessarium, ut accidat pulmonis, quantumuis ortu ex hōle.

CAP. L.

Pulsus lathargicorum.

De isto pulsu
vide 3. lib. A-
uiceni e de la-
thargo.

Pulsus hi sunt similes cum pulmonia, sed magis rari & tardi & minus inaequales; sed magis intermittentes, quā intercurrentes, quia magis rari, intermittens enim pertinet ad raritatem, intercurrentes verō magis ad crebritatem. Et ob id recte dixit Auiceni, esse pulsum cadentem in medio.

Quaestio. Vtrum in lathargo debeat esse pulsus dyrotus, vel durus.

Multa sunt rationes dabitandi. Nam Gal. lib. ad Tyro dicit in lathargo, aliquando esse dyrotum, sed in magnis soporibus vndosum. Ratio primi desumitur ex 4. de caus. pul. c. 12. nā in hoc affectu copiantur morane & ob id fit pulsus durus, & dyrotus. In magnis autem soporibus madescunt arteriae.

Sed nunc argum. nam sequitur, non aliquando, sed semper esse pulsum durum in lathargo. Probant Gal. 4. de caus. pul. c. 15. non affici ait cerebrum, quin tenuis membrana patiatur, neque ē contrarium in lathargo semper est pulsus durus.

Huius argum. posset responderi cū dicitur in Gal. 4. de caus. c. 7. Vbi ait mistum posse oriri pulsum ex molli & duro ob miscellā causā, v. g. si molle sit membrum affectū & causā sit inflammatio. Similiter etiam in praesentia erit mollis pulsus, ob pituitam, & durus ob tunicam comparietem.

Sed haec ratio non explicat mentē Gal. quare, scilicet, dixerit non semper, sed aliquando esse pulsum dyrotum in lathargo. Secundō, quia non videtur possibile, quōd aliquis pulsus simul fit mollis & tensus, quod patet ex definitionibus mollis & tensi, neque verba Gal. aliquid conducunt, nā eius intentio dupliciter explicari potest, quōd fit pulsus mollis, id est, moderatus inter durū & mollē, vel secundō, quod est magis ad illius mentē, quōd secundō predominantium causā fiat nunc mollis, nunc durus, & tensus.

Ad obiectionē verō respon. quōd nō omnis affectus cerebri à pituita efficiet pulsum rēfos, sed foliūle, qui oritur à pituita crassa & glutinosa, potēte scyrrhū efficere. At si oriatu à pituita aquea & fluitosa, efficiet molles pulsus. Secundō resp. quōd licet semper copariatur membrana est, tamen magis potens humiditas humoris, & saltem non faciet duros ob victoriam causā.

CAP. LI.

De pulsibus phreniticorum.

Cum phrenitis sit inflammatio ab humore calido & bilioso, mētorā cerebri praecipue afficiens, sequitur debere contrarios pulsus efficere, ac lathargus. Ergo & ob paritē affectū & ob humorē, erit pulsus durus, parvus, rarissimē enim in conspectus est magnus, au. Gal. 4. de caus. c. 13. sceler & crebri mirē. Si verō habeat aliquā modē rarā vehementiam, intelligas esse apparentem, nam durities illam facit representare, vel conatus vltimus naturae.

Sed dices, quare Gal. ait vndosū esse pulsum cū haec differētia videatur contrariā crederi iurisiurā, ut sit vndosus, debet esse mollis.

Resp. nō posse intelligi Gal. doctrinā de vera & exquisita phrenitide; sed de spuria facta ex bile maioris famae, per admisionē pituitae. tūc enim pituita valescit molles reddere arterias, ut sit vndosus, sed hoc rarissimē cōtingit, ut & pulsus magnus, qui (ut ipse Gal. dicebat loco citato) rarissimē fit, nō certē ob aliā causā, nisi quia rarō phrenitis sit cū affluxu pituitae, quae valeat obediētes reddere arterias ad magnitudinem. Idem de vndoso.

Secundō dices, quid intelligit Gal. quōd dicit, pulsum esse intermittētem cōuulsorie; vel ut 4. de causis citato, praecipuus cum cōuulsione?

Resp. quod ob mordacitatem humorū in festantē radices neruorū sūt multi motus cōuulsio, & ob imposturā facultatis in ordine ad instrumentū sit intermittētia. Et ob id ait, esse pulsum intermittētem cōuulsorie; quod clariū dixit, lib. 4. de causis esse praecipuum cum cōuulsione quādā.

Tertio dices, quare in phrenitide tam aperta est febris inaequalitas? Resp. quia vius est maximē adactus, & facultas debilis & irritata. Et ob id aggreditur celeriter moueri, & statim cessat à celeritate, & secundo mentem ad celeritatem reuertitur.

Ex dictis sequitur, phrenitidis essentia in inflammatione tantū consistere, & non in irrigatione, aut euaporatione etiam, ut aliqui moderni cōtendunt. Nā pulsus durus, nō videtur, quōd sequatur nisi ad inflammationē mentis, quā nimis enim distēperetur cerebrū & quātū irrigatio, nō inuenies pulsum durū quod facile tibi cōstabit, si cōsideres febres ardētes ab humoribus biliosis productas, in quibus cerebrū ardet ceterē & in oratur, tamē nullus apparet pulsus durus. Ergo signum est sequi inflammationem

Ex Gal. 4. de
caus. pul.

Dubium 1.

Dubium 2.

Dubium 3.

tionem, ad verà & exquisitam phrenitidē.

At quod Galenus dicat esse tremulum, indiget temperie philo-osophica, nam tremulum in rigore requirit arteriarum mollem, & gracilitatem; quorum neutrum concurrit in phrenitide.

Rēsp. quidam dicunt non esse verē tremulū, conuulsi argumento dicto, sed tantū similitudinariē, quia celer est & creber. Ego addendū existimo, videri trementem, ob motū conuulsiuos, perturbantes indicium tactus, & ob vitamque causam credo dixisse Galenum, non esse absolutē trementem, sed ait: Interim subteruenire tibi videbitur.

Typhomania pulsus.

TYphomania morbus est, ex lethargo & phrenitide mixtus: habet pulsus celes & crebros, sed minus quā in phrenitide, & magis languidos, largos & breues: externam distensionem habet suffuraram, id est, intro recurritatem ante consummationem dilatationis. Vbi notandum, quod si in phrenitide dilatatio non completur est propter motum conuulsiuū; at in typhomania fit, quia non completur motus, sed sarripitur, ob urgentiam & copiam fuliginis. Est ergo pulsus celer, creber, languidus, latus, breuis, suffuratus.

CAP. LII.

De pulsibus catochi.

Similes pulsus habet lethargicus, sed hos habet magis proprios, non enim habet molles, neque ita debiles, sunt præterea æquales lethargici inæquales. Catochus rigidus tenet homines in ea figura in qua illos comprehendit.

Sed circa ea, quæ docet Galenus sunt aliqua dubia. Primò, quare dixit esse pulsus similes in magnitudine cum pulsibus lethargici? Nam contrarium constat ex ipso Galen. 4. de Locis, ubi in catocho prædominari ait siccitatem, itaque conuenit cum lethargo in frigiditate, dissentit in siccitate: ergo catochus habebit pulsus duos, & ex consequenti non ita magnos, nam durities obstat magnitudi-

Secundò, non dat rationem Galenus quare catochus habeat pulsus mitius debiles, nam non sufficit dicere, quia catochi dilemperies non occupat totum corpus, lethargi verò occupat totum: inquam, sufficit hæc ratio. Primò, quia ad pulsus debiles non est necessarium, ut totum corpus dilemperetur, sufficit enim, ut cor. Secundò, quia non est assignata ratio quare in lethargo communicatur cordi humiditas, siue dilemperies, & non in catocho, cum utraque affectio sit capitis.

Tertiò, non dat Galenus exactam rationem quare in catocho sint arteriæ calidiores: nam cum catochus pendeat ex frigida & sicca dilemperie; unde nam proficisci poterit maior intensio caloris in arteriis? Nisi velis dicere reliquas partes apparere frigidias, imo esse frigidias à causa frigida, iente, & eminere solum calorem arteriarum, non quòd fiat intensio.

Posset dici ad primū, esse similes in magnitudine, non tamen omnino: hæc enim fuit mens Galeni in illo capite ad Tyrones, quia inquit: Non omnino catochus contrarius & diuersus est à lethargo, nam habet aliquid cum illo: unde si vis mordicus arguere de propria & vera magnitudine, non similitudinaria, existimo, quòd probares totentum: nam non inuenio rationem efficacem, ut pulsus huius morbi esse ita magnos sicut lethargicorum, ob rationes tactas in argumento.

Ad secundū difficulter possumus excusare Galenum, nisi dicendo, quòd lethargus necessariò habet comitem febrem, quæ est noua causa deilitatis pulsus. At catochus non necessariò coniungit febrem.

Ad tertium satis se explicat Galenus, quòd loqueretur ex mente Archigenis: ille enim philosophus præcauit arterias esse calidiores in catocho.

Conuulsorum pulsus.

Icet conuulsio sit affectio mixta, etiam, & partium nervosarum, per consensum tamen (ut supra distinximus) fietis pulsus duos, paruos, apparenter vehementes, & celeres.

(. .)

*Dubium su-
pra tactum.*

*Quid retrahat arteriam in convulsio-
ne, & quid in dyeroto, & alysbis
pulsantibus.*

Superius agentes de inequalibus in vna pulsatione, proposui dubitationem, quæ nam causa retrahit arteriam, in dyeroto, & alysbis pulsantibus. Et quia huius dubioli solutio aliquid habet cum consideratione de convulsione, hic potest adduci. Dico, quod sicut convulsio fit à causa morbifica, patiente naturam, retrahio arterie fit à causa præter naturam, conciliente partes nervosas: sed est differentia, quod in convulsione, partes moræ habent causam in se præternaturalem, v.g. repletionem, aut intemperiem, at vero arteria totum, quod patitur est per consensum, neque habet necessarium aliquid morbosum, sed solum impetum impressum à partibus propriè convulsis, & ita fit pulsus convulsivus, id est, qui sequitur ad motum violentum arterie, impulsus à parte consensu.

Sed dubitatio primò proposita quærebat de pulsu qui appellatur bis pulsans, quando antequam perficiat quietem, in nostra pulpa digiti, tacta sola cute, retrahit arteria, & iterum sentit tactum nostrum, & pulsam solet ingredi, aliquando solum iterum cutem. Quæris ergo, quid propriè retrahat arteriam, an causa morbosa, an facultas, an vtrumque simul? Hic enim non agimus de convulsione.

Rectè dubitas. Sed circa rem multoties dictam in hoc Opusculo. Nonne semper consideravimus causas continentes pulsus, & causas quæ valent illos alterare? Igitur isti pulsus sunt à facultate vitali diverso modo alterata, non enim isti pulsus sunt sicut mera convulsio in qua ortitur facultas imperans. Sed facultas vitalis non oritur, sed operatur ad finem consequendum, decerrat enim pro vita tanquam princeps vitæ, quia ergo molestat à diversis & contrariis causis, omnibus incumbit, & variat motus, & ita, quando viget vñs, dilatat celeriter, si virgè magis fulgines, retrahitur à sine dilatationis, & parum comprimit, & iterum redit ad maiorem dilatationem. Videbis hoc in diversis cordis intemperamentis, & varietate vñs, quamvis aliquando virtus debilis non valeat vnam integrum mo-

tum perficere, sed duobus parvis compler quod potest. Itaque illa retrahio fit à natura taliter laesa. Nec in hoc invenies aliam difficultatem, præter communem omnibus actionibus vitalibus laesam.

Paralysis pulsus.

Paralysis pulsus habet parvos, languidos, tardos, laxos, aliquar do crebros, & nonnil inordinatè intermittetes. Nonne mihi dicere Mercatus & alii, quare Galeus hic non meminit apoplexiæ, nec 4. de Caus. cap. 191 Dico, quia non sunt pulsus similes.

Epilepsia pulsus.

Epilepsia pulsus habet inæquales, maxime tenfos, parvos, languidos, raros.

CAPVT LIII.

De pulsibus apoplexiæ.

Sed circa pulsus apoplexiæ patitur doctrina Galeni magnam difficultatem, quo modo dixit esse similes epilepticis in magnitudine, cum affectiones ita distimiles sint; nam apoplexiæ est privatio sensus & motus ad obstruendum integrum ventriculorum, & substatuere cerebri; at epilepsia potius sequitur ad imitationem in cerebro factam. Nam licet Galen. 1. de Locis aff. cap. 6. epilepsiam in obstruptione constituat, & dicat differre ab apoplexiâ penes magis & minus, id etiam apud aliquos habet difficultatem: credunt enim epilepsiam non sequi ad obstruptionem, sed ad irritationem, quamvis ambe simul adint. Sed tenenda est doctrina Galeni, qui docet, epilepsiam esse obstruptionem ventriculorum, apoplexiâ non solum ventriculorum, sed substatuere ipsius cerebri.

Quæmobrem nondum data est ratio perfecta, ut quid apoplexiæ, & epilepsia habeant similes pulsus in magnitudine, potiusque videtur paralysis, & apoplexiâ (v. similes affectiones) habere similes pulsus.

Et mitior quomodo Mercatus hæc difficultatem non viderit, imò nõ legerit cap.

cap. 20. lib. 4. de Caus. pulsi & ad Tyrones cap. 43. Sed putavit similitudinem, quam docet Galen. inter epilepsiam & apoplexiam esse eum paralyti, & ita concludit, quod pulsus paralyti & apoplexiam differant penes magis & minus, quae omnia sunt contra Galen. Mihi sufficit difficultatem excusare, alij nihil. nec aegri illam dissolvent. Dicam tamen quid nunc sentiam.

Respondeo Galen. similitudinem inueniri inter epilepsiam & apoplexiam, nam reuera differunt penes magis & minus, ut dictum est, & quoad essentiam morbi, quae est in compositione, obstructione, scilicet, & quoad partem affectam, quae est cerebrum, paralyti est affectio nervorum, non substantiae cerebri. Similes ergo dicit Galen. esse pulsus, secundum magnitudinem, & alias differentias, antequam affectiones sensibilibus apprehendat, quia tales sunt, ut morrem potentent: nam apoplexia forma mortalis est, epilepsia ab hoc puncto desinit, sed ad illam tendit partem principem destruyendo, quae mala natura fugiens statim in principio suas praecipuas differentias apponit, ut si possit, libere retur, vsque dum vicia, debiles, rari, & tardos efficiat pulsus. Unde si ante insultum erat pulsus moderatus in magnitudine, statim fit magnus ob dictum coarctatum, non enim spectat natura omnimodam obstructionem tam principis partis, sed statim in principio extrahit magnitudinem. Quae sollicitudo non ita agit in paralyti, & ob id Galen. non inuenit istam similitudinem pulsuum cum apoplexia, distant enim periculo & grauitate, quorum nervus à cerebro & exorta distant à principio, & ita Mercator & alij inutiliter comparant nunc paralytium cum apoplexia.

Illud verò non possum intelligere, neque Galenum excusare, quomodo est possibile, quod in apoplexia (ita Galen. cap. 43. lib. ad Tyrones) sit pulsus tenuis, sicut conuulsus? Quod hoc contingat in epilepsia, quae totius corporis partes nervosas quatit conuulsus motu, nil dubito. Sed quod in apoplexia, arteriae vtriusque tendantur, cum potius lasentur, hoc mihi videretur difficile. Dici posset (ad excusandum Gale. in apoplexia, cum sit obstructio cerebri, nil mirum quod aliquando sit tenuis, si magna est, nam humor obtinens solet distendere partem; ad distensionem partium cerebri non est

difficile credere, alias partes per conuulsium tendi, & non laxari. Neque obliuiscere, quod cerebrum, ut pars blanda dicitur, nam & pulmo cedit, nihilominus si obstructio, aut inflammatio aliqua tenuis apparerit in arteria, respectu status naturalis, licet respectu aliam partem inflammatione affectam sit pulsus blandus. Omnia ista non minus satisfaciunt, ut ex Galen. Galenum asserentem in apoplexia esse pulsus eum arteriae distensionem, ut in conuulsis. Et quare ista ratio fit vtriusque, id est, per partes extremas arteriae, prius ignoro; nam quidquid confidero, ad ponendum pulsus conuulsus, non pertinet ad naturam & causam huius morbi.

Secundo, nescio quid possit pro Galeno responderi, inquit enim in principio epilepsiae esse pulsus similes tanis, sola tensione vtriusque distendentis. Arguo sicut ergo differunt etiam magnitudine. Probat, quia arteria vtriusque tesa quomodo est possibile, ut fiat pulsus magnus, sicut ergo parvus: ergo in hac etiam differentia dissimilis erit tanis.

Dubium.

Angina.

Pulsus variat pro ratione humoris, & partis affectae, nam vel partes carnosae, vel fibrosae & nervosae, magis inflammantur, & ita fieri magis conuulsus similes, vel vndulosi. Variantur etiam ratione symptomatis, suffocationis, scilicet, vel ratione permutationis in alium affectum: nam si in pulmonem sunt, sunt vndulosi, magni, molles, &c.

Orthopnea.

EST species quadam asthmatis, in qua ob periculum suffocationis cogunt aegri recta ceruice respirare. Adversus enim Galen. 4. de Caus. pulsi. cap. 23. morbos diurnos posse habere acutas & cecisiones, ut apparet in epilepsia & in hoc affectu, qui pulsus habet inaequales, inordinatos, & aliquantulum deficientes. Considerandi autem tres gradus, nam modicis cerebrum adir praedictis violentissimum, tardum & deficientem. Qui iam perimit languidum, & crebri. Vbi adiacendum duxi, deficiente non pulsus fieri & decursum, ob grauatam facultatem à molli humoribus in vijs respirationis existentibus, ut hinc intelligas, non solum

deficere

deficere pulsus, quia debilis est facultas per essentialiam, sed etiam per aggravationem.

Vteri suffocatio hysterica affellio.

Quia pars aërola est membranacea, pulsus est tenuis quia aërola est frigida, pulsus est tardus & rarus, nisi iam ita vitioventar, ut fiat inæqualis, & deficiens.

Affellus oris ventriculi.

Quia varius potest esse, varius pulsus effacere valet: nos vellicatio, vomitus, nauzea, debitas efficiunt pulsom languidum, paruum, celerem, & crebrum. Si comprimitur, & grauetur ventriculus, pulsus erit rarus, tardus, debilis, parvus.

Sed magnum extat arg. contra Galen. Videmus expressè sibi contradicere: nam in hoc cap. dicit: Quod si affellus qui sit est pulsus cretus multum durat, et fiet vermicularis. Cuius contrarium expressè tenet 3. de Causis puls. in fine, ubi proponit quæstionem ist. **Quare** in magris vacuationibus pulsus pulsus vermicularis, & in febribus malignis formicans? Cui dubio responder, quia ut sit vermicularis debet esse tardus, & rarus, quod in

febre acuta accidere non potest ob usum adactum, & sic creberrimus sit pulsus, & tandem formicans (unde per accidentariam rem respondet, qui dicitur fieri formicantem, ob oppressionem: nam siue ut la oppressionem grauant, peritiam vsus intensionem, coloris, aut inopie spiritus potest pulsus formicare in malignis. Videtur manifestans contradictionem? Ergo per creberrimam non tendit natura in pulsus vermicularis.

Potest dici pro Galen. quod perseverante causa creberrimis solet tandem diminui vsus ob resolutionem, & tunc poterit migrare in vermicularis, illud tamen maneat clarum, quod per se versante creberrimam, non accedit vermiculario. Magna enim est differentia inter hæc duo: nam potest perseverare causa creberrimis, vsque dum inter differentiam, & potest perseverare ipsa creberritas. Causa ergo que solet facere creberrimam, taliter potest disponere eor, ut ad vermicularis transierat amissa creberritate, tamen hac durante, vicinior est formicans.

Pro hæc prima additione sufficiant dicta de pulsibus.

Quod si rectè percipis tali methodo, scripta est hæc tractatio, ut in vtilis ad omnium artem, ut dicebat Hippocrates.

(4)

FINIS.

DIGNO OTIO ET
CYRANO REGIVM
MELANCIOLICVS

MATRITI,
Apud Thomam Iuntam Typographum
Regium.

Anno M.DC.XXII.

MATRICE
Apud Thomam Iunctum Typographum
Regium.

Anno M.DC.XVII.

DIGNOTIO ET
CVRA AFFECTVVM
MELANCHOLICORVM:

A V T O R E

DOCTORE ALPHONSO DE SANTACRVC:

Ad Regem Catholicum:



MATRITI,
APVD THOMAM IVNTAM
Typographum Regium.

Anno MDCXXII.

VVA. BSCH

Dialogi septem de Melancholico affectu
quid contineant.

Primus, de affectu ipso.

Secundus, de parte affecta.

Tertius, de signis, causis, prasagio, & medela illius.

Quartus, problemata, & obseruationes quasdam continet.

Quintus, methodum particularem aliquos melancholicos curantem.

Sextus, medicamenta quadam, & simplicia, ac alia, à proprietate, (ut aiunt) morbum
hunc profligantia.

Septimus, medicamenta expurgantia, leuia, & fortiora, quibus antiqui usi sunt erga
affectum hunc, & quibus nos utimur, considerationes etiam aliquas scitu dignas,
conuenit ante illorum exhibitionem, è Galeno, & Hippocrate excerptas.

A LA CATOLICA MAGESTAD EL REY DON FELIPE N.S.

DOs cosas he considerado muchas vezes, Catolica Real Magestad, que siendo de ley natural, y diuina, la vna, y la otra obligan al hombre, a poner todas sus fuerças en la execucion dellas. La primera es, auer Dios criado de tal manera los hombres, que los vnos tuuiesen necesidad del socorro de los otros. Y la segunda, ser el amarse, y ayudarse tan excelente virtud, que es la mas encomendada de Christo nuestro Señor en su vida y muerte. A ambas cosas me parecio, que podia yo satisfazer, si segun el talento, que Dios me ha dado, y ocasion de poder ayudar con mi trabajo, ofreciessse a los hombres vn arte breue y clara, como la principal joya, que Dios les dio, que es el entendimiento, en el qual se les semejan, y cuyo fin ha de ser, ocuparse en su amor y seruicio, lo sepan conseruar, y guardar de vn poderoso, y pestilencial enemigo, que le suele combatir, y quitar a vezes las fuerças, de tal manera, que en todas sus acciones no parecen hombres, sino vnos insensatos brutos, y otros furiosos. Este es el humor melancolico, el qual (no atajado sus pesados y furiosos mouimientos en los principios) es cosa de gran lastima, ver, quales quedan, y quan sin remedio. Verdad es, que antiguos, y modernos han escrito deste mal, y su remedio: pero es por tal termino, que en algunos parecen cifras, y en otros hallanse remedios tan fuertes, que no osan los atinados y cuerdos Physicos echar mano dellos. Lo que mi estudio particular, y larga experiencia en esto ha hecho, es, estas cifras, que digo de los antiguos, explicarlas de manera, que todos las entiendan, y los remedios fuertes, darles tal temple, y prepararlos de manera, que casi en todas edades, tiempos, y lugares, y complexiones, en este mal se pueda vsar dellos. Y juntamente con esto, les pongo delante de los ojos diferentes enfermos oprimidos deste pernicioso humor, y curados por tal arte, y orden, que

que con facilidad de aqui adelante pueda qualquier Phisico, por moderno que sea, remediar semejantes passiones. Bien entiendo, Señor, que para dedicado a V. Magestad, este es pequeño volumén: pero siendo de tanto prouecho, y tan necesario a la vida humana, darále el valor que le falta, ser dirigido a V. Magestad, con cuyo titulo por fuerza será respectado, y por su vtilidad bien recebido.

Guarde nuestro Señor bienauenturadamente la Catolica Real persona de V. M. muchos años, con aumento de mayores Reynos y Señorios, para bien vniuersal de la Christiandad.

(1 , 1)





OPVSCVLVMDE MELANCHOLIA.

DOCTORE ALPHONSO DE SANCTA-
CRUCE, AVTORE.

Dialogus primus. Interlocutores.

Aristippus. Sophronius.



Aristippus. O vitæ solita-
rix delectatio, ac suavis-
sima dulcedo! Nihil est,
quod magis animum re-
creet, nec res, quæ celerius
intellectum ad speculatio-
nem philosophiæ & re-
rum diuinarum alliciat, & eleuet. Cælestis
enim, ac prorsus angelica vitæ hæc. Quid
tandem ego certius noni, qualis solitaria
vitæ status interior sit? antra, colles, & ni-
mora nequæ omnibus patent: nemo ardet
intrantes, nemo pellit ingressos, deserti
nullus est ianitor, nullus custos, sed si virtu-
tes erudirat, quæ huius vitæ enarrare coe-
pissent, esset longus, & satis prolixus. *Sophro.*
Dicas quidquid tibi de hac re libitum fue-
rit, meministi tamen aliquarum sententiarum
Senecæ in istis Epistolis, quæ quidem con-
trarium significare videntur: omnia liqui-
dè mala nobis solitudinè persuadere, ait:
& alibi; mala ibi consilia agitari, cupidita-
tes improbas ordinari, audaciam acui, libi-
dinem irritari, iracundiâ instigare, sed quia
opportune mihi obuiam fuisti in ameno
soltario, quæ isto loco, hæc omittamus
ad aliud tempus, & quæ te in illum tam

longinquum ab vrbe discessum causâ ap-
pulerit, velim dicas. *Aristippus.* Libenter,
si prius quod mecum contrèplabar, audire
volueris. Diuersa esse hominum studia,
suoque quæque studio maxime duci, in li-
bris de finibus honorum, & malorum Ci-
cero aiebat. Alij enim gloriæ feruunt, alij
pecunie: rari sunt quæ, cæteris omnibus
pro nihilo habitis, rerum naturam studio-
sè intueantur, quod qui faciunt, & sapien-
tix studiosi, & philosophi habentur. Hæc
Cicero. Sed ipse mecum his addebam, hæc
re philosophos illos dici, qui non solum
naturæ abdita animi sui recreationis gra-
tia intueantur, verum suæ Reipublicæ, &
amicorum commoda toto nisu contem-
plantur. *Sophron.* Et id iure quidem, ac in-
ter omnes quos nouimus, de te ista prædi-
cari possunt, nam præterquam, quod in re-
medica te diu exercuisti: tamen seorsus,
nocturno diuque quando, & eam laboriosam
ac periculosam prouinciam tuis humeris
sumpsisse, & non solum huic Reipublicæ,
verum vniuersæ Hispaniæ utilisimâ, in qua
quidem te non tantum philosophum, verum
cuius optimus, ac de Reipub. beneficentiam
te ipsum consistemus; aed et nâq; modicos

De Melancholia.

A COMMU-

communes, id cuique facillimum est: at hominibus melancholico succo repletis oppressisque, & huius causa in naturam seu consuetudinem brutiorum conuersis, opitulari, hoc (inquam) non moderi, sed potius hunc hominem denovo gignere, satendum: quod sane opus celebre, & admirandum, ac inter diuina connumerandum ab omnibus existimatur: sed quia ingeniorum à teneris vngulis huius cognoui, & scio te adulatorum abhorere, his superiedo, si mihi prius, quod à te postulauero, concesseris. *Aristipp.* Nihil est profectò, quod libentissimo animo tibi non offerà, si quid proficere intellexero. *Soph.* Et si quamplurimi huius nostræ Apollinæ facultatis socii summè desiderant, ordinem, ac methodum hanc (qua miseris his melancholicis, & maniacis remedium adfers) scire, ac ad amissum callere, ipse tamen ex animo inter ceteros intelligere summopere cupio: & si amicus meus es, memento nihil aliud esse amare, nisi velle bonis aliquam affici quàm plurimis. Nihil igitur in vita delectabilis, nec mihi vtilius bonum, quàm a te ipso, omnia quæ circa hanc rem sciri digna sunt, facie ad faciem audire. *Aristipp.* Nihil est, quod studio, & benevolentia, vel amore potius effici non possit: & quandoquidem primo de Oratore eloquentia Parens dicebat, sine ardore quoddam amoris in vita nihil quicquam fieri egregium, eodem met quo te diu dilexi, quod exoptas audire.

Dicebat Galenus 2. Metho. capit. 2. Melancholiam inter eos affectus connumerari, qui à causa nomen sumpserunt, ob idque tale illi nomen inditum esse, id etiam dicebat tertio loc. affect. capit. 7. Paul. etiam libro 3. capit. 14. Melancholiam aiebat delirium quoddam esse sine febre ex melancholico humore maximè nascens, qui mentis sedem occupauerit: at clarius, & distinctè magis Auenenna libro 3. Fen. 1. tractat. 4. capit. 18. sic: *Melancholia mutatio est existimatio- nis, & cogitationum à sensu naturali ad corruptionem, & ad timorem, & ad malitiam propter complexionem melancholicam facientem pauidum, seu tristitem spiritum cerebri intrinseci, & facientem ipsum timidum propter remoras ipsius.* *Sopiron.* Unde igitur tantum mali hominibus euenire potest? *Aristippus.* In primis, si me animus meus non falsè insipientissimus iste, humanique generis perniciosissimus

hostis succus est, summam, & precipuam arcem huius microcosmi ab Aristiano creati conscendens, ibi vexilla sua eluat, vnde quaque prius circumspicis machinamentis: siquidem affectus iste athenatio quædam est mentis, à melancholico humore progenitus, mentem ipsam occupans. Et quandoquidem optimus, & expertus medicus est quemadmodum strenuus militis dux arcem aliquam oppugnaturus, non abs te erit, nec à militia consiliis alienum, vt aptius humorem hunc similem affectum creantem, & cognoscamus, & expellamus, eiusque, vim & prosapiam exquirere, quæ insignia belli, quosque conuulsiones adferat, quam parè arcis prius innadat, quibusque stratagematibus; conuenitissimum etiam huic bello visum fuit, exploratores tales fidosque habere, vt nihil, quod scitu dignum atque necessarium sit, circa aduersarij cognitionem, ab eis seiscitari obliuiscamur: ad hæc, quo tempore castrametatur, quibusque maximè locis: his cognitis, inquirendam à peritis in re hac militari, quò tendat pugnae huius fortuna: denique his omnibus ad amissum perspectis arma sumenda, hostisque oppugnandus quem quidem, & suos, pro viribus & posse prolixiabimus. *Sopiron.* O perquam pulchra, & speciosissima huius opusculi summa. Die igitur (oro) quis hic hostis, qualisrè sit, & eius prosapiam enarra. *Aristippus.* A nobili, & illustri parente ortam fuisse inimicum hunc, quem fingere conamur, notissimum omnibus esse, vel hinc maximè constabit, si prius euidam innitatur principio à philosophis, & medicis recepto, animalium, scilicet, corpora ex calidi, frigidi, siccit, & humidit mixtura constare, & ex harum qualitarum elementarium commixtione nouem confici temperamentorum genera, & inter hæc vnam exactè mediam, quæ temperatà vocat, reliquas à vincte appellatione fortitas: ad hæc humores nostri corporis his dictis quatuor artibus præditos substantias quassas esse humidus, ex prima corà que; bibuntur & ex omni diuor commixtione genitas, quas quidem reuè diuinus ille, & nostræ artis reparator Gale. animalium sanguine præditorum elementa esse statuebat, 2. Element. ab his enim nos, & cõstrui, & ali aiebat tenex iste antiquos simas, lib. de Nat. huma. quos suorum, pituitam, & etiamque bilem appellat, sicut stantias omni tempore de ætate magis in-

Ortus vterij
melancholici.

Affectus.

nus à

nusvè in homine vigentes. *Sopron.* Si bene memini, hæc sunt, quas Galen. 2. de Naturalibus facit. & 4. de Vin partium, comparabat vino mullo. Sanguinem, scilicet vino, pituitam spumæ vini, bilem flavam floræ vini, atram autem fæci, sanguineque aiebat temperatam esse et lidum, & humidum, mediocrem, tibrum, dulcemque, qui si in alicuius corpore abundaverit, quadratum potius, magisque musculosum, ac probè compactum molliquè natura prædium reddet, salicibus naturæ functionibus dotorum, pituitam autem frigidam, & humidam, albam, tenuem, viscidam, saporisque expectem, quæ glabrum efficit corpus, molle, crassum, defec, nec ita obeundis actionibus aptum: bilem verò flavam calidam, & siccam, tennem, pallidam, & amaram, sicciora, calidiora, præciliioraque reddens corpora, hir sata, & dura, & pinguedine priata, in iramque prona, labombus, & citatioribus motibus idonea. *Aristip.* Bellè quidem omnia ista, ex Galeni doctrina: sed atram bilem, de qua noster futurus est sermo, fæcem sanguinis vocabant, eamque frigidam & siccam, crassam & acerbam: isti tamen succi, si nullatenus fuerint vitiat, secundumque naturam se habeant, salubrem statum parient: ab his enim (dicebat Hippoc. de Natura humana) valet, & consistit, ægrotatque homo: cum autem contrà se habeant, alterantur, corrumpunturque extra se, tunc corpus ægrotat. Habent in superfcias velim) isti succi suos excessus, & defectus veluti proprios fines, & hoc, vel in crassitie, lentore, tenuitate, calore, frigiditate, putredine, vel alterius cuiusvis substantiæ mixtione, cum à suo ipsius stato mutantur, viriosi lam, & non naturales dicuntur, ut si sanguis putreuit, subtile eius in flauam, crassum in atram degenerat: quæ Galen. pulchrè 2. de Differt. scilicet, differbat. *Sopron.* Hinc constat clarè, quod paulò antè dixisti, ex illustri ortum fuisse parente inimicum hunc, quem oppugnari sumus, & tandem quo pacto ingenio pravo, ac qualitate pessima redditus est: sed necesse satus existimo esse, habere amplissimam, ac manifestam huius succi notitiam quam Galen. tanti momenti esse aiebat ad istius expulsiorem libro de Atra bile, sicli ergo quæ atræ bilis indagatiorem nihil fecere, non contentendam, neque exiguam partem artis inæditaratam relinquere, magis verò etiam, qui nec de flava bili prædiderit.

De Melancholia.

Aristippus. Verum hoc est, & ob id duplicem esse succum hunc animadvertere oportet: alterum naturalem, quem sanguinis fæcem vocant, ex crassiori alimenti parte ortum: cuius plurimum in hepate veluti in vasculum illi à natura paratis deducitur. Alterum non naturalem, qui essentia multò tenuior est, qui quidem vomentibus, & olfacientibus acidis videtur, teste Galen 3. loc. affect. hic est quem terram radere, attollere, ac fermentare aiunt, ampullasque (quales feruentibus iusculis supernare videmus) excitare, dicebat Galen. 2. Facultat. naturalium. & libro de Atra bile: Melancholicum hunc humorem ex adultione bilis ortum omnium pessimum esse, neminem latet. *Sopron.* Pace quod dicam tua, æquiuocatio non obscura in doctrina hæc fiet, circa nomina istius humoris, & eius differentias, nam nunc melancholicum succum, nunc atram bilem, vnum, & eundem appellare audio. *Aristip.* Galen. quidem, quod huic rei inhæreas sic necessitate, & iustificor hanc ob rem Galen. 6. Aphorismorum. comment. 53. hæc docuisse: Nam oportet, inquit, reuocare ad memoriam ea, quæ in alijs locis de atra bile præfinitimus, quod quædam ex atra bile præfinita gignitur, quæ omnino mollißima est, quæ verò ex sanguinis fæce, crassior quidem est illa, secundum substantiam, sed plurimum notas venustæ qualitaris: dictum autem est, quod ea, quæ est veluti fixa sanguinis, quum volumus exquirere loqui, nondum atram bilem nominamus, sed humorem melancholicum, sanguinem melancholicum, nominibus autem abutendo, & atram bilem aliquando vocamus: quoniam si nò prius enacuerit, paulò post atræ futura est. Dicebat etià ipsemet Gal. lib. de Atra bile, apud præceptorem suum Pelopem notas venustæ, didicisse, & per totâ vitam suam observasse, & hoc maximè si exerceri videbat exactæ bilis atræ humorem, lethale id esse, nigrorem autem humorum euacuationem non nisi frequenter bonis auspicijs fieri conspexisse: perniciosior siquidem (inquit) est bilis atræ à flava bile superflua genita, quàm ea, quæ à sanguinis subsidentia. *Sopron.* Luce clarius vniuersique differentias istius succi cognoscer, & videbit, sed si duplicem tantummodo atram bilem ais esse, naturalem, & non naturalem, hanc ex flava bile assa: illam verò fæcem sanguinis, quid dicentus de atra illa bile ex assa.

Atra bilis de pica.

Naturalis.

Non natura lis.

Quæ de atræ bile ex pica.

14.

A 2

petui.

Sanguis bilis flava atræ pica.

Atra bilis.

pituita ab Anicenna Arabum medicorum, & philosophorum principe confignata, part. 2. tractat. 4. capit. 1. qui sic ait: *Alia est, quae cinis phlegmatis, & quod de eo adustum fuit, est phlegma valde subtilis, & aquosum fuerit, eius cinis erit salis, & sibi, trahit ad accedendum, & ponticitatem.* Et de quartana periodica, hinc: *Et scitis, quid melancholia est, quae est san sanguinis, & alia est, quae est adustum eius, & cinis humorum.* Et ex illis ultimis verbis facile est intelligere, velle assignare febres quartanas ex assatione aliorum humorum. Anicennam etiam sequuti sunt alij non pauci, inter quos Rasis 16. cont. cap. 2. dicens, *quartanam ex pituita salsa fieri.* Arisippus, Ibi haud audiendi hac in re sint, cum & ipsam rationem opitelantem habeamus, & ipsismet Galenum nobis patrocinantem: hic enim, cum laudaret sententiam Praxagorae Nicharchi filij, qui decem praeter sanguinem stabebat humores, 2. de Naturalibus facultatibus, capit. nono in fine, ait: *Bilis signidem quinque genera, pituita tris; ubi tantum relinquuntur locus duabus atrae bilis speciebus enarratis.* Nulla igitur ex pituita bilis atra. Rabbi etiam Moses de mēte Galeni 1. Aphorismorum, Aphorismo 28. pituitam nullo etiam validissimo calore in atram bilem verri posse ait, si assatur enim, pituita non ob id in atram bilem de bet transmutari, vt clarius disserbat Galen. 2. Prognos. comment. 46. *Candida inquit excretatio glutinosa, rotundaque propter assatam fit pituitam.* Non igitur in nigram conuertitur. Calor namque extremus, (vt ratione rem confirmemus) in pituitam agens, omnino in vaporem conuertet ipsam, maximè si tenuis & aquosa fuerit: si verò tenax, potius in tophum, aut lapidem, quam in melancholiam mutabitur: & si crassa adhuc fuerit, nō tenax, exuisione reddetur salis: praeterea etiam plurimae transmutationes ex assatione pituitae debent fieri, vt & in aliorum humorum transmutationibus fit: sunt igitur bilis tantum bilis atrae species. At operepretium erit scire officia, & conditiones huius spe cieri bilis atrae, cum frigidae enim & sicca sine temperie, acerbatae qualitate & crassa praedita, corpus natura durum, tenue ac glabrum reddet, tangenti busque frigidum modica per carnes pinguedine illitum. Atra haec bilis cum naturalis est, solidiora nostra corpora, qualia sunt ossa, aut alijs mixtis humoribus robo-

rat siquidem sanguinem ipsam sua crassitie, firmioremque reddit: reliquum istius in hincem, vt dictum est, transfunditur, eius viscera natua quadam facultate humorem illum trahente, quae fuit Galen. 4. de Visu Parrini, & 2. Facult. natural. & Anicenn. pri. 1. doct. 5. cap. 1. Atra haec bilis cum sit acerbata, & acida, non sinit ventriculum subuicere, imò illum confirmat, constringit, & congregat: bilis autem fluxa contrarium nata est agere: cogit subinde atra cibaria, & retinere facit, quosque sufficienter coquantur, & vna cum his atra bilis, praecipue quae acida est, famem concitat, teste Galeno lib. de Picnitudine. Ex atra, subiectis animo, moros, & horribiles, à potu abstinere, salua abstinentes, cibum auersantes, non omnes, sed quidam ex ipsis liberaliter edunt, quibus melancholia acida qualitate exasperat. *Sophron.* Sed dic, oro, Aristippe mihi, metus ille, & profunda melancholia sine ratione istorum melancholicorum vnde ortum habet? Nam suspicor (si bene memini) inter Galenum, & Auerroem de hac re contentionem esse aliquam. *Arisipp.* Summis tum medicis, tum philosophis in corde so est, & humores, & omnino corporum temperaturam animi actiones variare posse. At verò 2. de Caus. Symptom. politicaquam metum, & melancholiam sine ratione dixit esse melancholiz signa, addit: *Quid verò atra bilis rationali anima sedem occupans, timorem, melancholiam, & mortis expectationem inducat, nihil mirandum est, cum videmus in rebus externis, nihil magis, quam tenebras perterriti facere.* Si igitur quidam tenebris simile, rationali parti animae circumfundatur, hominem semper timere est necesse, vt ipse qui semper timoris causas in corpore circumferat: est igitur horum symptomatum causa, humorum, & vaporum nigredo, quae ab imaginariis apprehenditur: quae admodum in phreneticis, mulsis, aut colicis, aut flocci, aut pili, lesa verò imaginariis laeditur intractibilis vis, in qua timor & melancholia generantur. *Sophron.* Quis ergo dicemus ad illi quae Auerroes 1. lib. Collect. cap. 40. ait: docet enim timorem melancholicorum non sequi nigredinem humoris, quoniam laesiones actionum non sequuntur mutationes colorum, quae quidem sunt qualitates, vel symptomata, sed sequuntur morbos, quemadmodum pessimam cerebri temperaturam. *Arisipp.* Huic sententiae, seu opinioni Auerrois est

Tantum con-
citat.

Quaestio de
morbo.

Conditio
atruis A-
ra bilis.

facilis

facilis responsio, ni credo siquidem humoris melancholici illam mouet imaginatiuam, tenebras solfondens animalis spiritui: at ista nigredo est effectus istius succi melancholici, qui causa morbifica est, efficitque morbum, scilicet, frigidam cerebrum intemperiem. Sed ad conditionem aliam istius atre bilis devenimus scitu dignissimi, nam de qua mentionem fecere diuinus ille Plato, & Aristoteles, atque Galenus Acuitatem, ac ingenij subtilitatem creare succum hunc, dicebat Galenus calidam & siccam inueniunt temperaturam, habente, & inclinante atate, in frigidam, & siccum habitum transiuntur, quae de causa, nigri, hirsuti euadunt, & hos verè melancholicos, & ingeniosos vocabat Aristoteles Hoc idem docebat Galenus 2. de Temper. ad finem, scilicet Non est, quod opinentur tanquam corpus siccum est, istud excrementosum quoque siccum esse, etenim si quis ab initio sicciore, frigidoreque temperamento factus fuit, is non melancholicus est, ut si quis atre calidus & siccus ex sanguine vendo plurimum generant atram bilem, isti igitur sunt melancholici, quos in intellegendi & indagandi vi posse aiebant Philo'sophi antiqui, & ad praecleara munia obtunda plurimum valet. Docebat namque Aristotel. 1. Secundo. Problem. 1. Quibus multa & frigida bilis est atra, hi stolidi sunt & ignaui: in quibus permulta & calida, hi periti, ingeniosi, amantes, propensi ad omnem excaescendentiam, & cupiditatem: normis etiam loquaciores: at quibus minus ille calor remissus ad mediocritatem sit, hi praefus melancholici quidem, sed longe prudentiores; & quamquam aliqua ex parte minus excedant, multis tamen in rebus sunt omnibus praestantiores; alii in studiis iterum, alii in artibus, alii in Republica gubernanda, quidam in Poetica arte Democritus etiam dicebat: Nullos viros ingenio magis, praeter illos qui furore quodam perciti erant, furiososque esse solere. Et aiunt Ciceroem aliquando haec Democriti verba legisse, qui quidem se æquo animo ferre rardorem esse aiebat, dummodo ab hac melancholice specie ab esset. Inter hos furore percitos melancholicos aiunt fuisse Empedoclem, qui in Aetnae voraginem insidit. Ad haec rationi consonum videtur, quod qui atram bilem paucam & tenuem habuerint, extre-

De Melancholia.

rosque humores tenues, & distillabiles, ac cito auolantes, hi spiritibus vigeant, at tamen insillabiles sint ingenio, labiles memoria; crassam autem, & mediocrem atram bilem habentes memoriae polleant, & fixo stabilique ingenio sunt: duo enim crassitie atra bilis coarctet, & continet tenuitatem, & subtilitatem distillabilem sanguinis, & laue bilis. Melancholicos etiam quosdam diuinasse per somnia ferunt, cuius rei rationem Aristotel. & Galenus reddunt, dicentes, animos istorum variis & multis phantasmatis agitari, in cedereque in ea somnia, quae erit rerum futurarum, quos quidem, & reliquos iam diuinos actus mirabilibus appellabant. Sicuri Latina lingua loqui, qui nunquam eam didicerat, carmina componere, & alios similes, naturales (ingitiam) & supernatura les actus vocabant, quorum causam ferè occultam esse aiebant. Astrologi autem vniuersales causas indagantes, nuntantur hos affectus in causam aliquam reducere: non desunt etiam, qui huiusmodi actus spiritibus, & deprauatorum animabus attribuant, qui ab hoc saeculo recesserunt. Aliqui etiam dicunt, demones prauos, sicuti spiritus tenues & incoherentes, se se corporibus hominum insinuate, qui quidem occulti intra corporis latebras, morbos similes creant, vel mouent, & cum hoc somniis terrent animos, mentesque quatuor furore, sic ut aliquibus videantur illi maniaci. *Sophron.* Quando sic acutè, quae circa cognitionem succi istius atrabilis naturalis tot tantaque retulisti, non abs te erit, de non naturali aliqua entrare. *Aristippus.* Ab isto gignuntur non pauca symptomata, & ea aliquando seuissima, necnon & affectus aliqui graues, perniciosi, & aliqui contagiosi. Nam praeterquam, quod quantitas, & vlcera caecoere, seu maligna crecet: hinc etiam caneros, seu carcinomata à Graecis dicta ab atra bile effluente genita farentur: quæ si acrior fuerit, admodum in caneros vlceratos degenerat, is est affectus ille, quem, si extrinsecus adsit, & serpat, Cornelius Celsus cancrum vocat; si autem corrupta interior aliqua parte accidat, carcinomachine etiam oriri aiunt vocatam à medicis lepraem, vel Sancti Lazari morbum à Graecis, & à Latinis elephantum, seu elephantiasim: non (inquam) elephantians Arabum, quam tumorem pedum ap-

Atrabilis n
naturalis
pauca, &
affectus.

A 3 pellant.

pellent. Nec hæc est, quam quidam recentiorum morbum Gallicum vocant. Ab hoc etiam humore pforam illam manifestis squamis cutem depascere, & ab illius speciem superficem cutis variis figuris lacerare, quam scabiem vocant Latini, lichenes etiam, seu imperiginos hinc etiam nasci palam est, & viriliginem albam, & nigram, quas Græci alphon vocant, Auicenna morpheam, Celsus viriliginem albam, leucam alphon appellat, nigram melan. Alia viriliginis species, epig profundior est, à Cælo leuca, ab Auicenna albaras, ab Haly Abbate lepra: ab hoc etiam succo verrucantur quænes species sine dubio oriuntur: calli etiam, seu clavi à Græcis Tylli dicti: vena etiam medem Auicenna, quam Holy Abbas saniosam vocat, Græci Dracontid, vena corialis ab alijs dicta, qui quidem morbus in India & Occidentali plaga potius grassatur.

Si autem succi huius rebellis non naturalis actiones, motus, & symptomata exaditus, & penitius callere volumus, præcipuum nostri corporis partem occupantia, cerebrum scilicet, videbimus sensus motusque principium offendere, quandoquidem sua abundantia, & pessima qualitate sensiles redices facultates ledit, imaginationem scilicet, cogitativam, & memoriam: ledit inquam) imaginariam tripliciter, vel quia in totum ipsa auferitur, vel male fit, aut diminuitur: ratiocinativam, aut quando in ea parte resolutio contingit, quam iuxta Græcum textum dementiam vocamus: aut aberrat, & desipientiam: aut minuitur, & tunc moriam, seu stultitiam, Auicenna soliditatem appellat. Memoria etiam leditur aliquando, sed raro, et postea dicitur: perit namque etiam cum intellectu, per se deperdita fuit in multis in pessidentia, de qua meminit Thucydides. Perit autem cum intellectu, quando copia, & malignitate sua succus hic cerebrum totum occupat; opprimit namque quosdam profundissima intellectiva & metu, quibusdam obstructionibus hypochondriorum, præcipue sinistrorū, à Græcis hypochondriaca, ab Auicenna myrtarchia dicta, nimis exustā bilis hæc atra ferina deliramenta creans, mania, seu furor vocantur, quosdam nocturnos campos, & monumenta visitantes causat humor hic tener, viliando more canum, quam Latini lupinam insaniam, Græci lycanthropiam dicunt. Sacrum etiam illum, honoratum,

Herculeum, seu cæmentalem, aut epilepsiam vocantem affectum hinc oriri dicunt aliquando Hippocrates, & Galenus, & Paul. vitore; quod obstructio illa tam repente orta, & statim abolita non nisi à crassis humoribus, pituitosis, & melancholicis oriri possit. Non novum est etiam, iuvenes amore incitatos, absque cogitationibus & desiderijs non consequitis, tristitia magna affici, & inde sanguinis vitiationem promanare, quo quidem sanguine melancholico exustio nimis corde cerebroque affectis oriri mentis illam insaniam, quæ heros vocatur, clarum est. Non novum, dixi, quandoquidem Cadmus ille Milesius de herotico affectu quatuordecim libros conscripserit; quem quidem affectum amorem, amoris, seu animæ concupiscibilis passionem vocitat, in hepate & corde residentem, à desiderio rei amatae simulachro intra mentem conceptam. Ab hoc etiam humore atro profilit verius ille affectus, furor vocatus, qui tot sensissima creat symptomata: in viris etiam affectus ferè epilepsii similis ex femine retento, his accidere solet Veneri deditis, qui ob castitatem, illam dereliquerunt. De quibus omnibus sensus deinceps.

Septem. Cum sic clarè, & doctè de affectu hoc, & de succo illum creante, cuiusque conditionibus differuisti; perge ad alia, oro, quæ scio certè mihi vtilissima fore.

Dialogus secundus.

De parte affecta.

A *Risip.* Necessariam admodum esse partem cognitionem, ut non solum affectus cognoscatur, verum ut rectius curetur, Gal. docebat 1. loc. affect. cap. 2. & 3. & lib. 3. loc. cap. 1. & 3. sic: Non solum, ait, recentiores medici, sed veterum quoque non pauci corporis particulas locos nominare consueverunt, ac quam diligentissime affectus ipsis cuenire solitos dignoscere studuerunt. Propterea, quod pro locorum differentiâ curationem quoque variari contingit. Et subdit: Sed quam vtilis ad eum rationem sit huiusmodi notitia, in eo libro, quem de curandi via, & ratione conscripsimus, videre est. A læsè igitur actionis instrumento semper nobis incipiendum est.

Sopora.

Sopron. Memini iam me illa apud Galenum vidisse & legisse: sed (ni fallor) ferè in principio nostræ consublationis dixisti, vt se res haber, ex Gal. 3. loc. affect. cap. 6. & Paul. lib. 3. cap. 14. melancholiam, de qua noster est sermo, delirium quoddam esse sine febre, ex melancholico humore maximè nascens, qui mentis sedem occupauerit: sedem autem mentis caput esse, ex pluribus Gal. locis elici potest, præcipuè 8. de vsu part. cap. 4. in principio: & circa hoc ipsum ferè citat Gal. in lib. de Hipp. & Plat. placitis. Non abs re erit pro tyronibus tantummodo explicare, mens hæc que ab humore hoc ledi solet, vbi & quo pacto in sede, & loco hoc sita sit. *Arifl.* R. è satis rationi consonans, & aliquibus adeo necessitatem exposcis, cum pluribus ignotum sit, qua in parte istius sedis imaginario, vbi memoria, & ceteræ potentie à Philolophis, & Anatomicis constituantur. Caput hominis, vt hinc sumam exordium, summam corporis partem obtinet, quia cerebrum ibi humane mentis sedes, & domicilium cogitationum, & rationis, principumque & fons totius mentis, & sensus, & quantum hoc membrorum omnium prædantissimum est, & futurum iniurijs extrinsecis obnoxium, idè naturæ circumscriptum esse ostendit tegumèto, quod cranij appellatur, quod quidem interius obuelat crassa illa meninx, seu membrana, è cuius villis per futurarum foramina exeuntibus alteram exteriorem membranam naturæ fabricatur, cooperientem anteriorem cranij partem, quam pericranij vocat. Altera tenuis membrana pro inuolacro ipsius cerebri data proximitate adhibita. Hæc membrana primum cerebrum à cerebello partitur, non tamen ob id in medio ipsius iuxta basim inter occipitum, & frontem omnino diuisum cernitur, & cerebrum hoc in anteriore parte situm in dextram, & sinistram partem diuidit. Sub his apparet infundibulum, seu peluis appellata, vbi ventriculorum nisi conuallant. Sub hæc peluis glandula ad eam quædam rotunda, & concaua, & hæc excipit os quoddam pertusum ab utraque parte, & mox sequuntur ossa quædam rare texture, que quidam palatum vique porrenditur: mox rete illud mirabile, & reliqua. *Sopron.* Si que sequuntur circa disputationem hanc ferè manifestantur, & nisi isto ordine, haud indocti euadent tyrones anatomici istius sedis. *Arifl.* Doctissimus ille Vesalius, que retulit docet. Et quia inter omnes quot-

quot legi Auctores, antehæc nemo exaltius, pulchrius, & subtilius, nec verius anatomem docuit, ab eo excerpere illa volui, & que sequuntur: At sicut vnicuique manus indigros, ita cerebrum in diuersas partes discretum videtur: anterioris pars dexter & sinister sinus, & cum his cerebellum, & dosalis medulla, remanet ad vnum omnes insuper & nates testesque cerebri, deinde callosum corpus, intricum continua partes existunt, eademque substantia collinuntur, duritie caloreque aliquantulum variante. Et quemadmodum cordis substantia vitalis, animæ vi, ac iccoris caro naturalis animæ facultate induuntur, insuper, vt iecur crassiores sanguinè, ac qui perquam caliginosus est, naturalem spiritum, & cor item rursus sanguinem impetu per corpus mentem, vna cum vitali spiritu concipiunt, & perinde atque & viscera per delicatas sibi canales omnibus corporis partibus suis materias conuertunt: Ita quoque cerebrum aptam ipsius viuere obtinens materiam in proprijs sedibus, ac illius functioni apposita subministrantibus instrumentis animalem spiritum longè clarissimum tenuissimumque parat, quo ad diuinas principes animæ operationes partim virtus, partim autem ad sensuum motuumque instrumenta per nervos quosdam tanquam per funiculos continuo distribuit, ea nunquam spiritu (qui præcipuus eorum instrumentorum functionis auctor censetur) destituit. Hæc Vesalius. Quibus omnibus bona fide relatis tyrones facillimè comprehendent cognitionem cerebri, & eius partes. *Sopron.* At cum res ita sic se habeat, & de lesione istius sedis, ac illius operationum nocumento diserturus es, non abs re erit partes actionis enarrare. *Arifl.* Duo sunt, vt mihi respondeam vris, genera facultatum animæ nostræ sentientis. Altera facultas sentiendi. Altera mouendi. Et prior duplex, Exterior, & interior. Facultas cognoscendi exterior rursus quintuplex, vci in quinque sensus diuiditur, in visum, auditum, olfactum, gustum, tactum. Facultas cognoscendi interior triplex etiam inuenitur, diuiditur liquident in sensum commune, quem philosophi à phantasia distinguunt; in æstimationem, siue cogitatricem, memoratricem, seu recordatricem: sentientis autem, & cognoscens anima in corpore ipsius cerebri est tanquam in propria sede sita: hæc ab omnibus instrumentorum principum sentiendi, seu primarijs sensibus

Cerebri anatomia.

pellatur. Et reliqui sensus externi huic affluunt proximi, in quos etiam, ut dicebat Vesalius. . . in omne corpus neruorum propagines dispersæ sunt, quibus anima vires suas effundit. Et si admirandas res omnes, quæ sub officio capitis tegmine delitescunt, nobis manifestare ad amicum, ut aiunt, aliquis possit, sancte Deus quot abscondita in substantia illa cerebri, quæ oculis contemplari non possunt, comprehendere ausus, nobilitatissimam illius complexio nem, admirabilem virtutis dignitatem, pulcherrimam distinctionem, & officiorum in diuersis partibus varietatem: quæ omnia vix vili digna admiratione suspiciunt, propterea quod sic abscondita sunt ab oculis, & hominum paucissimis, vel tenuiter cognita. *Sapron.* Si bene memini, à philosophis & medicis sensus iste communis idem sic nuncupatur, quod omnibus exterioribus sensibus sit communis, & quia æqualiter species omnium exteriorum sensuum suscipiat. *Arist.* Ita est, & eisdem Aristoteles comparabat hunc centro circuli, sicquæ omnes sensus exteriores à sensu communi interiori, tanquam à centro egrediuntur, & sensorum suorum simulachra singuli ad eundem reducunt per neruos, qui à singulis eorum ad ipsum proficiuntur. *Sapron.* Itaque est iste sensus communis veluti fons à quo ex occulto miraculo sensus exteriores profuunt, atque procedunt, recipientes ab eo spiritus sentiuos, per quos suas exerceant in suis organis operationes. *Arist.* At duo sunt officia huius sensus communis, alterum iudicare obiecta exteriora sensuum, & hoc vna apprehensione alterum iudicare de actibus ipsorum sensuum. *Sapron.* Et hic sensus in qua parte cerebri situs est? *Arist.* In anteriore parte ipsius cerebri, vbi concentrantur quinque nerui sensuum exteriorum, qui quidem locus admodum humidus & medullulosus est. Fuit enim sic necessè, quia humidum maximè perceptiuum est. Imaginatio autem virtus (quam eandem cum sensu communi vult Galenus) in anteriori parte cerebri, velut in promeopitis, qui quidem locus minus humidus, & nec tam medullulosus, & aliquatenus magis siccus. Nam sicut humidum, vbi est sensus communis, bene recipit: sic siccum bene retinet. *Sapron.* Ad ælimatiuam perge, quæ in homine cogitatio appellatur. *Arist.* Illius ælimatiuæ officium est ex speciosis in imaginatiua seruatis elicitare intentiones non sentatas, hoc est, nullo

alio sensu perceptas, nec sensu exteriori aliquo, aut communi. *Sapron.* Perpetuè quidem, sed potius exemplum aliquod adducere quò clariùs appareat officium hoc? *Arist.* Vtique omnis apprehensio forma lupi per sensum exteriorem visus, caquæ ad sensum communem transmissa, non ibi, sed ex specie forme lupi intra sensum communem suscepta elicit intentionem & ælimationem immitatam, propter quæ mouetur ad suspensum: item cum omnis balatum agni audit, voce in imaginatiua recepta, ælimationem elicit desiderium pabuli, & mouetur illico ad preberda vbera illi, qui quidem defectus pabuli, hanc à sensu aliquo fuit ab eo perceptus, & locus huius, secundum Philosophos, in medio ventriculo cerebri est, inter membra tuam à parte posteriori, & imaginatiuam partis anteriori; qui quidem locus est admodum calidus; ad quem multi spiritus continuo ascendunt; & quemadmodum ex terre venis effunditur aurum, sic ex speciosis in imaginatiua seruatis, ælimatiua elicit intentiones, & sicut aurum effluunt insert homo in arcam: sic erutas intentiones in memorem, quæ in parte posteriori cerebri est. Et quia sicci est bene conservare, oportet partem hanc cerebri magis siccam esse, & aliquantulum duram. *Sapron.* Satis cognita & perspecta est pars ista, & illius actiones, & necessaria admodum, meo iudicio, quibus perspectis facile erit intelligere affectum hunc melancholicum, lesionem scilicet habere hoc malo appetitum in sensu communi, & vna cum hoc lædi imaginatiuam, & ælimatiuam. *Arist.* Reuera nõ sunt in cerebro, nisi duo ventriculi, anterior & posterior, diuisi membrana illa, vbi imaginatiua, ratiocinatrix, & cogitatio vis inest ventriculi illi in dextrum & sinistram diuiduntur. In posteriori autem parte memoria adest, quod periti anatomici profiterentur. Læduntur tamè istæ actiones, at non simul aliquando enim ælimatiua & imaginatiua, aliquando hæc, & memoratiua, estis tarò, ut postea dicemus; nam non omnino tres simul lædi debent, ut quidam docebant, contra quos est Aetius lib. 6. cap. 9. & Traliamus lib. 2. cap. 17. Sed clariùs veritatem hanc pro palabat Galenus, 2. de morb. & sympto. cap. 7. Melancholicæ inquit, demeritæ varietate sunt species, prout in ipsis particulariter dolose imaginationes apparet, neque omnes eadem symptomata sustinent. *Sapron.* Pars hæc affecta hoc morbo læditur tanquam

Quo mirabile duntaxat istæ actiones.

An et similia, ut inferius mentalis.

quam instrumentalis, an ut similis? Suspicio namque dubium esse non parum inter aliquos. *Arist.* Non est quod quis hac in re haxeret, cum sedes hanc tanquam similis afficiatur. *Sapron.* Quid ita, nonne cerebrum pars instrumentalis est, siquidem variis & dissimilibus partibus fabricatum & cōtextum? *Arist.* In affectu hoc, (de quo praesens est noster sermo) substantia ipsius cerebri, seu medulla, quae una & eadem est (ubi sedes est animae & illius virtutes omnes sitae sunt), substantia, inquam, haec laeditur, quae cum similis sit, & in partes sibi similes diuisi possit, tanquam similis afficitur, & omnis aliorum argumentis ad alia maioris momenti pergamus. Si quidem cognita parte affecta, contra-neum erit scire quo pacto afficiatur, an per se, an per consensum. *Sapron.* Et id ius quidem, & ob id Galen. 2. loc. affect. c. 3. ad melius dicebat, conducibile admodum esse, animaduertere quomodo pars aliqua afficeretur, quippe ad curationem ait in primis pertinere, cuius parti remedia sint adaptanda. *Arist.* Et primo loc. affect. cap. 3. cognitionem idiopathiae, sympathiae, & protopathiae commendauit: partem siquidem, in qua permanens est id positio, propriis & perpetuis accidentibus circumdatam, quae symptomata alijs non superuenientibus accidunt. Hanc dicit Gal. per se affectam esse, quem affectum idiopathiam Graeci vocant. Pars verò illa affecta, quae propriis accidentibus discerni nequit, & quae adhuc permanentia non sunt, talis per consensum affecta dicitur, vel quando ab alia, vel cum alia afficitur, permanentem dispositionem adhuc in se non habens, licet ab affectu penitus non sit libera, à Graecis sympathia dicta. Quis autem pars aliqua per consensum affecta est, & propria affectione laborat, permanente dispositione, tunc non primario affectu laborat, sed secundo & proprio, quae omnia sibi Gal. loco citato, & haec protopathia à Graecis vocatur. Docebatque Gal. illo in loco necessarium horum affectionum cognitionem esse, tum ut illis remedia melius adaptentur, tum etiam ut eunctis perspicuum sit, non nisi primario affectu optulendum. *Sapron.* Satis ex dictis tenco, morbum melancholicum duplici versari differentia, alterum per se, alterum verò per consensum. Superest, ut ostendas quo pacto id in melancholico affectu contingat. *Arist.* Quando cerebrum propterea in se habet melancholice sympto-

mata, & ea auctiora, nec in alia prius parte eadem apparuerit, erit per se affectum: per consensum cum à totius corporis am bita, seu venis, vel à ventriculo, iecore, hepate, uterove ortum symptomata illa habebant. *Sapron.* Et ista quidem recte: sed dic, oro, affectus hic melancholicus est symptoma, an morbus, quando delensio circa hanc rem apud aliquos est? *Arist.* Si bene perpēdimus ea quae Gal. lib. de differ. symptom. cap. 1. docet, inueniemus melancholiam symptoma esse, & non morbum: assignat enim ibi duas symptomatis differentias. Symptoma generatione pro illo, quod praeter naturam corpori accidit, propter quod Graeci illud epigenima vocant, id est, sine cōsensu. Et symptoma speciatione, pro eo, quod praeter naturam accidit, dummodo non causa, nec morbus sit. Quod rursus trifariam subdistinguit Galen. in actione nimirum laesam, exiens mutatam, & qualitatē mutatam; atque singula huius subdistinguit membra alias patiuntur partitiones: actionis enim noxa tripliciter etiā distiditur, in actione depravatā, diminutā, & omnino abolitam: ex his omnibus tamen melancholiam in genere symptomatis actionis laese constitui nullus unquam dubitauit. *Sapron.* Apud symptomatis distinctionem ex rationalium mente retulisti, sed cum ex eorundem dogmatibus constet hocce symptoma in actione laesa constitutum, aliquem morbum consequi, ac si viderem corpus cum Gal. dixeris ipsē orationis sensu exorbitat, ut quem morbum melancholice symptomata consequatur, dicas. *Arist.* Ita sane, sed ex his quae superius de morbi natura proposui, ista sane parere arbitror, aut enim melancholicus affectus primario cerebrum afficit, & tunc temporis morbum in intemperie cum materiae fluxu consequi manifestum est (Quod 6. de morb. dicebat Hippocrat.) aut per consensum fit ab alijs partibus, ut superius dixi. Tuncque consensum est, qui nam morbus partes primò affectas occupet.

Dialogus tertius.

De signis partis affectae.

Sapronius. Quandoquidem quomodo cognoscitur debeat cerebrum affectum, dicitur, & id procedens, & cum Gal. 2. Method. & 2. victus acut. com. 33. & Awe. pri. 4.

pri. 4. signorum consideratione tanti est momenti doceant, & hoc ut per ea affectus corporis novam inferentis cognoscere commodè possint & curari, existimo in signorum indagatione, præcipue in affectu hoc nostro melancholico, non minimè, nec leuiter insistendum esse, quam obrem morbi huius signa, quæ vidisti, & legisti, manifestare digneris. *Arif. Telle Gal. 1. Prognost. com. 14. inter signa morborum & indicia, differentiam talem esse ait: In hoc, scilicet, ut signum sit ex obseruatione, & indicium ex demonstratione. Dicam igitur, quæ signa declarant ex obseruatione, & quæ ex demonstratione, ab hac secunda initium sumens: dicebat namque Hippoc. 23. contex. 4. lib. Apho. timorem, atque moestitiam longo tempore per seuerantes, ex eo atra bilis demonstratione demonstrare. Et Gal. in eod. sic: Si quis non ex causa manifesta metuat, aut moestus sit, atra bilis casus manifesti sunt, & magis si diu durauerint, quæ quidem indicia ex demonstratione, & propria huius affectus sunt. Hinc Paul. lib. 3. cap. 14. communia omnium melancholicorum signa dicebat esse metum, & moestitiam, hominemque averti. Hæc autem indicia diminutoria audivioraque apparent secundum differentias complicationum aliorum humorum, una cum atra bile cerebri, vel totum corpus innadentium, vel affecto ipso cerebro ab alio, vel cum alio, vel dum in augmento, aut statim ægritudo est: propter quod summis laudibus efferenda sunt verba illa Galeni, & veluti ab oraculo prolata, 3. loc. affect. cap. 2. scilicet ad finem: Qui prope in tanta æstione (inquit) semper intelligere studebam, quæ nam sedes, vel ipsa afficeretur, vel alteri consentiret. Quamque eam inuenisse persuasum mihi esset, tum dispositio nem ipsam querere, atque ex vtriusque totius curatiui generis indicationem sumere, simul remediorum, & quantitatem, & qualitatem, & idoneam materiam inuenire, præterea cum prædictis, & ætatem, & naturam laborantis, tum anni tempus, regionem, & id genus alia perpendere opere pretium dicebam. Ex cuius sententia verbis, si bene animaduertisti, scitidignum esse coniecimus, quæ sedes afficiatur, & hæc an per se, an alteri consentiat, & quia cerebrum, ut plurimum per consensum affectum inuenies, à differentis illius consensibus sumam initium.*

Contingit aliquando cerebrum lædi per communicationem vaporum fuliginoso-

rum, & melancholicorum succorum, ut à venis torius, tum etiam à vasis magnis eluatur: & hoc evenit his, qui iteum habent aptum ad generandum superfluitatem hæc, & præcipue his, ubi hienis imbecillitas adest: sic ut quidquid de tali succo generetur, minimè ad se trahere potes sit, quandoquidem cloaca ipsius ictericis est. Accidit etiam consensio huius affectus ipsi, qui viduo crasso & succulento vti sunt, sollicitudinibus & negotiorum diversorum curis occupati, vigiliis dediti, necnon & literarum assiduis studiis. In sexu femineo, his quibus menstrualis motus defecerunt, vel aliquis alius vteri fluxus, aut rheumatismus, ut aiunt: his etiam, qui corpora habent hirsuta, macra, nigra, pilorum cæcra, & vnaqueque habent amplius, & quorum cor calidè superque im satur sit, & cerebrum humidum: ut quod illud micat, hoc facile recipiat: & illis etiam symptomata hoc evenit, ut Rasis aiebat, qui subtilis sunt ingenij, & multa perspicacitatis, præmeditationis, atque imaginationis: hi (inquam) omnes facillimè in melancholicum hunc morbum incidunt, quorum cerebrum per consensum totius lædetur, omnibus his notis præsentibus.

Consensio autem ventriculi affici cerebrum solet, his signis demonstrationibus æstibus, ut sunt, cruditates continuæ, acetose crustationes, plurima & ea humidum spuram, incensam & dolorem circa ipsum ventriculum, præcipue duabus, aut tribus à transito horis. Et signa hæc concomitantur metum & moestitiam, & vna cum his spes mali, & desperatio boni. Ad hæc cum volunt, id quidem melancholicum esse, remediumque non minimam à vomitu similes æger sentiunt.

Communicatione hienis ut plurimum lædi cerebrum succo hoc melancholico solet, quando præter metum & moestitiam diuturnitatem, & ventriculi præhabita signa, dolor in ipso hypocondrio sinistro, ciborum cruditates, propter coctionis imbecillitatem, vnde corruptiones, vomitusque acetosi, appetentia nimia ciborum, & propter statuum abundantiam ex pulsivam stimulantem, ventris etiam lenitas, quæ omnia à Galeno & Avicenna edocta sunt, & fusiis. Sed his addenda illa sunt Galeni. 6. Epid. com. 3. contex. 13. ubi ait: De quibusdam potius raro inclinante ætate, & affectu flatuloso vocato præcordiis, & melancholico vexatis, cum Venere utuntur, insulari magis ventrem contingit. Id est

Ventriculi
læditur.

Lienis.

que

signa ex obseruatione & demonstratione.

signa affecti vteri consensu.

que ipsa, ut assidue coitū appetant, eueniat.

Cordis. **Qui** hac aggritudine melancholica laborat, ferè omnes cordis morbum, doloremque aliquem, graue pondus, incendiaque sentiant, huc hoc, hinc illud. Cuius causam Auicenna lib. 1. fen. 7. tract. 4. cap. 18. referebat sic: Eius uero que fit à siccitate & frigiditate sine materia, causa est malitia complexionis melancholica in corde, cum materia, aut sine illa, cui communicat in ipsa cerebrum: quoniam spiritus animalis continuus est spiritui vitali & ex subtilitate ipsius: quare complexio eius corrupta melancholica corrumpit complexionem cerebri, & conseruit ad melancholiam.

Vteri. **Quam** hoc affectu femine detinentur vteri commotione, dolores in vmbilico, & circum circa adstant, aliquibus maximi & continui rugitus, & hæc est regione ipsius vteri. Que omnia euenire solent, aut ob retentam aliquam consuetamque exitum omnem, menstrui scilicet sanguinis, rheumatisque alienius ipsius vteri, vel materierò albarum, vel alcius sanguinis fluxum, tum per vteri os, tum etiam ani, vel alcius alterius partis: ad hæc morbus hic illis euenire solet, quæ videtur sunt, quæ quidem antea rei venter deditæ erant, & ob castitatis obseruantiam abstinentes sunt, cui vna cum his graciles hirsutæque sunt. *Sapientia.* Indicia hæc cuncta demonstrantia si quis ad vnguem memoria teneat, hand inleceus huius affectus erit. Sed quid de signis dicat *Ariff.* **Quid** de signis ex obseruatione dicendum est, postea audies: nunc autem id vnum tibi perspectū sit, melancholicos non vno & eodem indicio aut signo semper cognosci: aliquibus namque metus & moestitia adest tantummodo, alijs hæc eadem, & alia ex dictis: alijs autem omnia simul quæ retinimus: solent enim affici melancholicorum aliqui consensu omnium partium emacerratarum. *Femine* ut plurimum vteri consensu: vni autem ut plurimum lienis & hypochondriorum sinistrorum communicatione, cordisque.

Cerebri per se lesio. Per essentiam tamen, per se primò ac principaliter lesi cerebrum contingit rarò quidem, ut ipse obseruauit, quam prius diu, cor, iecur, aut lien, aut vterus, seu totius ambitus venæ, vapores illos filiginosos, crassos, & eulentos est sanguine melancholico, aut ab atra bile exusta miserint, & ab illis cerebrum receperit, & temporis tractu duritiamque mora cerebrum iam

lesum reddunt, & tunc tale dicitur per essentiam affici, vel proprie affici & sic condario. Hoc est, quia prius affectus fuit cerebri consensu totius, vel alcius membra inferiora, & continuo moram à sensu vaporum, factus est affectus primogenius, ac proprius ipsius cerebri. *Sapientia.* Cerebrum autem per se primò, ac per essentiam affectum vidisti aliquando, ac alcius huiusmodi opinatus fuisti. *Ariff.* Non sanè, quod meminere, nisi eandem religiosè huius oppidi. Sed sunt, qui profertur in lapsus, & accidere, & vidisse. *Mox* si namque & continuum metum quorundam melancholicorum aiant pathognomonice signa huius affectus per essentiam esse, per seque, & primò tunc lesi dicunt cerebrum his adstantibus signis. **Quibus** non post hæc silem adhibere moros. *quorundam* quidem Galenus nos docet trilitiam illorum & metum à siccitate atro in venter cerebri contento ab inferioribus, & aliò procedere, & enim hoc affectu cap. 1. ad principium sic ait: Vterum plenitudo à se ipso excrementa iecur expellit, adeo ut & quodque melancholicum sanguinem simul cum nausea per vomitum eiciat, & per inferiora aliud simile subeat, & non facta tali euacuatione atrociores & pusillanimitatem melancholicam faciat. *Subinde* me mini Auicennam dixisse, trilitiam hanc potius ex profusis sanguinis totius & eandem trilitiam fieri: & hoc in libello illo de medicis cordis libris, tract. 2. e. 2. ad me dixit. *Prætere*, quod non fiat in actus, nec moestitia in ipso cerebro generetur, nec ob id semper associatur hoc affectu, vel hinc tibi constabit, quia metus est motus similis ire incipienti, subito nâque per ipsum animus cum sanguine & spiritui includitur, primum ad eos, vbi susceptor, atque quodque extinguitur: ita ut sint ex timore nonnulli repente mortui; quibusdam etiam sanguis & spiritus per magnos timores cor deserunt, ad incerta se conferentes; quod docet intestinorum lacinatio, & omnis coacta depositio. *Sapientia.* Id ego sepius vidi profecto, & symptoma hæc pueris, & timidis adultis occidit, iusta te aduersa atque terribilia, aut in tenebris iugantibus salis apparentibus. *Ariff.* Et hæc animi reuerbio subitò fit, in moestitia autè sensum. *Sapientia.* Et hæc quo pacto generatur? *Ariff.* Est affectus quidam animi, per quem homines animo deiciuntur & consistuntur, suspitione mali presentis. *Quapropter* et spiritus, & sanguis ad cor recedunt, vbi videntur

& excecatur, ita ut ad usum per diuturnos
 inciores peccentur licetitas, & melicho-
 licus sanguis efficitur hominibus reddat
 melancholia laborantem, quemadmodum
 ob quamvis longam curam, aut impu-
 sum literarum studium: & hinc est, quod
 Galen. in d. Gal. dicitur, maxorem eliq-
 uare pinguedinem, & recentem carnem,
 & quasi membra edere. Videsne iam
 luce clarius, quomodo adferat illi, qui
 metum & molestiam in ipso statim cere-
 bro generat esse fatentur, hincque se alio-
 quin primo & per se? *Septim.* Virique
Arif. Itaque ratio (ut diximus) accidit cere-
 brom per essentiam affectum esse passiva-
 tamen & sepe, proprie & secundario.
 Tunc enim diuturna adadque molestia
 adest, ut in eum aspectu ad terram fixo,
 & longo temporis processu, si nigros ha-
 bent capillos, ut canos conuersos videbis,
 profundario illis adest oculorum, loquuntur
 ut plurimum secum, solliciti inquirunt
 plurima, senes brosum habent faciem,
Septim. Quisquam nunc attentione, si-
 gnis & indicis enarratis, affectum hunc
 cognoscere poterimus. Sed quum nobis
 morbus, sine causa fiat, precipue si sine
 fiat, & causa hanc sit quoddam genus eorum
 quumque prater naturam sunt, & morbus
 fit dispositio prater naturam adionem le-
 deas: idoneum sanis erit hanc omnia me-
 moria tenere. *Arif.* Galen. r. Method. cap.
 8. duplices causas statuerat, internas seu
 antecedentes, & externas seu primitivas,
 1) scilicet de morb. caus. cap. 2. ait sic: Ea que
 2) in animali ipso consistunt, siue adiones
 3) siue motiones prater naturam, cau-
 4) sas nominat morbos precedentes, que ex
 5) trinsecos autem vehementer alterant, pri-
 6) mitiue dicuntur. Quo ordine causas istius
 affectus melancholici docebimus, ab an-
 7) tecedentibus & internis incipientes, gene-
 8) ralem causam internamque huius morbi
 inuenimus apud Galen. r. Method. cap.
 9. partim a principio, & libello de melan-
 10) cholia, & alijs in locis: Est inquit humor
 11) melancholicus obscurus, ater, seculentus,
 12) cui iners multa atque impura inles com-
 13) misceri bilis, vel ob adalans calidum, vel eo-
 14) dem frigidum, corporis, tristitia, & des-
 15) perationes causans. Nunc infirmi loquuntur, plura
 16) gunt, queruntur, amicos & familiares
 17) queruntur, eundem odant, solitudines, &
 18) amant, & captam, ut Bellerophon fuit Ho-
 19) mero autore, & (ut Theophrastus opi-
 20) natus est) etiam Heraclitus Ephesus hoc
 21) morbo correptus erat, in lacrymis misere-

rias & calamitates omnium semicadens de-
 plorabat, solitudines amans, impropro sus-
 cidioque visu degens & sic obsecra, & co-
 22) falsi coerserit, qui hydrophobus factus est vi-
 23) tu hac discedit. Externe cause, seu primi-
 24) tize sunt, vigilia & assidua, curae ac negotio-
 rum grauium sollicitudines, continuam in
 literis excitationem & lubricationes. Leti-
 25) nia plurimum adferant, necesse & profunde
 internamque contemplationes, & id genus
 alia. Melancholici autem qui ex istis pre-
 26) ter metum & molestiam, in ipsa admodum
 sunt, vociferantes, iracundi, assidua
 corporis agitatione se ipsos mouentes,
 instabiles, cum facies & oculorum trimi-
 27) tate, pulsus velocitate & duntaxat, vigiliis-
 que continuis, hinc sanguine melancholico
 vna cum fluxu hinc, patiuntur.

Completio
 melancholice
 fluxu hinc.

Ex sanguine.

Quibus consensuente symptomata
 mirra sunt, & facies rubor adest, oculo-
 rum venarumque tumor, iniqua aliquando
 torpedio, facilitate, ac nimia agilitate, hanc
 & illuc sedet & singit, cum magno gaudio
 tuncque his quoque melancholici sangui-
 nis copia adest.

Ex iuuua.

Sunt etiam quidam melancholici ex-
 28) trophobici, albi, oculis magnis, temperatis
 29) raque prater natura, ad hanc & inco illi
 30) pituitoso pleni, obliuio, senes, arbi, ab-
 31) sorpti, cogitabundi, tardae & grauior lo-
 32) quentes, mortis & timentes abique vita eo-
 33) ratione. Illi melancholia laborant abundanti
 pituita. Que quidem expertos docet
 34) per solent istius affectus in dicio, nisi atten-
 35) te, exquisitae, & particulatim omnia conside-
 36) derentur.

Sed quia in quorundam aegrorum me-
 37) thodo, maniacos aliosque, & lupina insania
 38) oppressos, amorque captos, adferam, eorumque
 39) curatum met hodie, illic & il-
 40) lorum affectuum causis connumerabimus.

Septim. Dicis (obsecro) an inter mede-
 dum melancholicum hunc affectum, hab-
 41) eas temporum rationem, quemadmodum
 42) in acutis & alijs? Necessariam enim
 esse apud Galen. videlicet, 2. Aph. com. 1. 2.
 & 3. de critic. cap. 1. quando et ceteris cog-
 43) nitione & redam igitur videtur conside-
 44) nere, & crises satutas prae cognoscere, &
 45) de salute, aut morte indicium ferre, & cer-
 46) tam vacuandi rationem in tempore adhi-
 47) bere medicandi potest.

Ex iuuua
 ac

Arif. Hoc ita est, & quemadmodum,
 ut inquit ipsemet Galen. vnumquodque
 animiformis sui habet iram, ac tempo-
 48) ris progressu augetur, in vigorem,
 49) ac

ac summum statum procedit, & demum ab hoc declinans contabescit, donec esse desinat; eodem modo & morborum deorsus, & huius etiam affectus tempora eadem ad amussim consideranda; alia enim in principio his melancholicis auxilia adaptantur, alia in augmento, diuersa etiam in statu & in declinatione. *Soplorum.* Explicanda igitur à se sunt huiusmodi tempora, vt quod forsitan intracum à quamplurimis in affectu hoc fuit, tu aliquid visitatis adferas ex his que inter medendum obseruasti. *Arist.* Principium huius morbi tunc iudicandum, quando timentur que non sunt timenda, & tristantur sine occasione vlla: odio habent familiares sine causa, solitudinem & tenebras amant, imaginationes varias ac falsas intaginantur, & vnà cum his cum indicat aliquid indebitè, atque ira sunt perciti, & cum hæc ore promunt ac opere prosequuntur, principium dicendum est.

Principium.

Augmentum.

Augmentum autem, cum ista omnia iam dicta supra modum augentur, & varia permixta & ferè inintelligibilia proferrunt deliramentis plena, & quous eorum que loquuntur plena reddere rationem queunt.

Status.

In statu affectum hunc tunc indicabimus, quous assiduitate, aucta symptomata iam dicta sunt, eo incremento quo amplius non augeri posse videntur: profundissima morboria & metus assiduis, & deliramentis & vigiliis aliquibus, oculis deprecatis submissisque existensibus, isti enim solent labia habere aliquo tempore nimis grossa, & rubra, thoraces magnos & elatos, hypochondria nimis exterrata, & veluti splinx affixa. Et qui melancholici, & maniaci sunt, iracundiores, loquaciores & furiosi, delirantes, inuercundi, ac obscenitate & imagine pleni. In lecto vbi iacent, ventrem velicamque exonerant, & vnà cum hoc (quod miseratione dignum est) prociū & potu ea que excernit fumunt, in tantum incescere, malum hoc solet, ad tantam statum excresecitiam denentium, in deterius sic, quous omnino ab exterioribus rebus se abstracti sunt, vt sint oppressi angustia, taciturnitate, & mœstitia continua, vt nihil supra: quando incipiunt rationem aliquam, haud perficere valent, & quæcumque ea sit, permixta, & imperceptibilia, & hoc balbutiendo, & quando pro litera vna proferrunt aliam, vt Rasis ait. Si appetitus deprauatus & lapsus, & demum si ita inueteratus sit ac cō-

Vltima status excresecitiam.

firmatus affectus, quod veluti habitus iara sit, ac naturæ vicem gerat, que quidem mutatio summopere consideranda: cum si confirmata agnendo sit naturæ relicta: necnec da auxilio, sin minus, nequaquam talis affectus omni ope delibitatus derelinquendus, vt patissim à quamplurimis huius potest facultatis sit. Declinatio autem in bonum erit, quous symptomata antedicta mitiora sunt, quous dormire paulatim, & suis statis temporibus, colloqui moderate, & blandiori submissaque voce, & prudentiori: & demum quam apertissime minui videris ferocitatem, deliria, tristitia, timorem & odium domesticorum.

Declinatio bonum.

Soplorum. Si memoria non fallit memoria, Gal. lib. de cōstit. artis medic. c. 6 ait: Futurorum præfagia sunt, inuento affectu, cognita parte affectu, & causis ipsius affectus perspectis, ex istis demque (ait) quous morbus terminaturus est, scimus. Hæc à te cuncta clarè & doctè enarrata sunt, si que desunt nunc circa morbum hunc præfagia in lucem adducas.

Præfagia.

Arist. Si Galeno credendum est primo prognos. con. 16 præfagium, culpa vacat medicus, & agros obtemperans reddidit, & in affectu hoc conducibilia admodum præfagia sunt, nam si conualitarum egri affirmas, affantibus, propinquis, & illius parentibus aut filijs, magnum illis & solatiū & diuimorum suorum laborum leuamen adferre: sin minus, impossibile esse aiunt, pat: posse continuas illas vigilias, cōtinuè cū agro pugna, impropria & ignominias ab eo ac ceptas, fixiores, & immutabilis, & quous plurima alia incommoda: sed vt præfagire aliquid verius possis, attende, nullum certius me obseruasse præfagium, quam illud Hipp. 6. Aphor. con. 53. *Desipit ille, si iacet, qui cum risu suu fecerit, qui bus ipse addere possit, & breuiores que verò cum studio periculosis, id est, que cō tristitia quadam, & cum aliquo mali præfentis, vel futuri cogitatione, que ex atra bile sunt periculosiores, quia ab humore magis resistente magisq; prauo, quod quidem affirmabat Cornelius Celsus lib. 3. c. 18. fere ad finè sic: *Neq; ignorare oportet leuiorè esse morbum trisum, quod seriu insipientia.* Si illis hæmorrhoides sape veniunt, aut varices, bonè dicebat nōq; Hip. 6. Aph. cō tex. 11. & 11. *Si quous quous crasim euacuare.* Illud quod Celsus Aurelianus dixit, furore scilicet iuuenibus potius & medijs ætatebus euenire, ita se habet res, est alij erit gratibus melancholia aduenire solet, vt ipse*

obser-

De Melancholia.

obscuro. At Avicenna quoddam præla-
gium notatu dignum scribit, *sen. tractat.*
4. cap. 18. 19. & 20. Si vitæ superveniunt
melancholicorum corporibus, signum propin-
quum mortis. & si talis melancholicus spumâ
per os vesicles, veluti si à cane rabido morsus
sibi brevi fato sanguinetur.

Periculosas esse permutaciones in mel-
lancholicis, Hippocrates aiebat 6. Aphor.
context. 36. Nam vel apoplexiam, vel
consulionem, vel sororem, vel excitatem
significat, aliquando in morbum comi-
talem moratur.

Si melancholico succo abundanti me-
dicus prudens obviari non it, & illi è cor-
pore hæud educit, superaffatur, & in bile
atrem convertitur, hincq; mania, seu fu-
ror excitatur, vt Hip. docebat 53. cont. 6.
lib. Aph. Si aliquæ videris profunda mæsti-
tia & timore oppressum, diuq; permanere,
predic illi, aut amicis propinquis, in mel-
lancholiam morbum, aut maniam venturû,
n. citius succurratur, vt testatur Hip. 6. lib.
Aphor. 23.

Si iam melancholicus factus, aut mania
cus ad te adductus fuerit, vt i li subue-
nias, in principioq; inuasionis hæud manu
medica curatus; & sic duobus tribusvè
mensibus derelictus fuerit: præflagire pote-
ris. Ion. nim laus fore morbum, quâd oqui-
dè & Galenus & Trallianus dicebant cir-
ca initia morbum hunc facilius esse cura-
tionem, at inueteratum difficile; quod si in
naturam conuersus est, incurabilis propem-
dum eiusd. t. & ob id longissimus, imò
ipso commorantur tales sepius, asiden-
tibus, & curam istorum habentibus animi
addere debes: inquit enim animo, cum
intra mensent, duosvè, aut tres, aut amplius,
leuamem, seu declinationem aliquam asse-
tus non sentiunt; hænc; siquè nullam medi-
cis adhibent, & tanquam desperati dereli-
cti, inexcitabilesque hæc eadem ratione in-
firmi manent, & quod ipse læpissime vi-
di, noctu diuque, tanquam bruta animalia
humili lacent nudis corporibus, & que est
res sterta, lamentationeque digna. *Supbrus.*
Cognita porro affecta affectusq; signis, cau-
sis, & ex his omnibus prælagis notatis, ad
effectus curationem, si is curari valeat, de-
uocionem. Sed est mihi circa hæc rem nõ
paruum dubium, à te dissoluentur: si Ga-
lenus vnde cimo Meth. cap. 12. morbos
duplices esse aiebat, quosdã per se substã-
tes, alios qui in ipso fieri sunt, huiusq; esse
tiã habent. & solum per se substãtentibus
medendum esse dicebat, illudquè curatio

nem deservare, quæ dicitur vitæ, esse
ipso met Gal. 1. Meth. 5. ex c. 6. c. 6. in prin-
cipio huius affectus libet Gal. pluribus in
locis obuiam ire, hincq; facilius curari: is
esse ait) & cum principium morbi huius
fit metus & mæstitia absq; solitudine ma-
nare, & tenebras, nondum adionem
cerebri vitiatas, in ferre; tunc mortuus sit,
& non subsistat, non est igitur huius prin-
cipio succurrendum. *Arif. Omnia ista sic se
habent; sed si bene animaduertis, post hæc
inuenies luce clarius, adiones cerebri sine
sitibus læsas, cum n. æstia, & timorosi sene
causâ melancholici isti sint, cum dõne-
sticos odio habent absq; vlla ratione, &
id genus alia, hæud enim tunc sua natura
li vtuntur ratione: sicq; iam morbum sub-
sistere dicemus in principio tamen, cui sta-
rim subueniendum esse docebat Gal. libel-
lo de atra bile, sic: *Omnes enim quotquot ex
melancholico humore sunt afflictus, statim in-
ter initia sermo à purgari talem humore t. au-
ruantibus, crescere prohibebis, vel usque ad
canceros.**

Vniuersalis tamen omnium medela
huius affectus in principio fit quinque re-
mediorum generibus, vidu probi succi,
faciliisque coctionis, & humido; ac re-
perato, somnum inducendo, tum balneo
aque dulcis, tum topici soporiferis. Se-
cundo, decoctis aut tyropis atram bilem
preparantibus. Tertio, vacuantibus illam,
tum venæ sectionibus, si sanguinis copia
adfit, præcipue si cõsensu torius sit affictu
cerebrû, tum etiam expurgationibus leui-
bus in curacionis principio: pòt fortiori-
bus, quorum copia apud Græcos, Lati-
nos, & Arabes antiquos, & modernos
adest. *Quarto*, auerteribus marciam & sive
cum illius melancholicum à capite, cru-
rium & pedum fisticionibus, cucurbitis, li-
gaturis, balneis. *Quinto*, corroborando ce-
rebrum ipsum, & cor, quod secundum Ani-
cenum vt plurimum vna cum ipso met
cerebro affectum est nõ obliro lient, quod
illius succi cloaca est, nec heparis, quod
ad cerebrum vique non minimam copiã
vaporum sanguinis melancholici mittit.

At particularem methodum qua ipse
vius sum erga al quos, iam audies, dum nõ
do problemata aliqua, & obseruatio-
nes circa affectum hunc præ-
notauerit.

(7)

Dialogus quartus,

Continens

Problemata & obseruationes.

Soph. Supra modum gauisus sum, cum te audiui, uelle aliqua problemata circa hanc affectum enarrare, & cum aliquas perquisitiones & coniecturas sint res, saltem intellectui nostro abditari, præcipue ex his, quas aliquando legi, & ab aliquibus audiui de morbo hoc, pax tua, ipse à te inquiram: hinc sumens initiata.

Quæ de causa plurimi istorum melancholici conuentioni sunt ad Venerem? **Arif.** Propter flatuum copiam, quæ ut plurimum illis adeest. Et inuenies aliquos ex istis egros, qui huic rei se dediti sunt, quod nisi summo studio, & diligentia sæpius diu noctuque illi requisieris, inanitè ac ferè mortuum animi deliquio inuenies, continua pollutione suis propriis manibus conuocata, & ne memoria excidat, referat tibi exemplum cuiusdam iuuenis melancholici, cuius curam ipse habebat. **Qui** quidam cum uxorè secum haberet, saltem in eodè cubiculo, ut illi ministraret necessaria, singulis ferè totius diei horis & noctis uxorè ad coitum inuitabat, ac (quod peius est) illi coerebat, quæ quidam præ metu asseuerabat; mihi autem illud proprole præ pudore nolebat: exercitium hoc quindecim, aut sexdecim diebus durauit: cerebrum; ob hoc idè sic imbecillè reddidit fuit, quod haud potens sui illud corroborantibus in pristinam vim restitueret, quæ tibi referre uolui, ut arrigas aures, & quo pacto istorum deinceps curam geras, prouideas.

Soph. Raptus sum magna admiratione certè, sed dic, oro: Quare quidam diuinæ efficiuntur? **Arif.** Quia humor istorum prope locum uiget, ubi operatio intellectus diuinæ; hoc est: circa virtutes phantasticas, præ siccitatem enim purissimè efficiuntur actus animæ, quæ prius turbulenti humoribus, & caligine demersa erat: quos ubi morbus exhaustus, ab oculis tenebras dererit, & ueluti iam corpore exuta ea quæ futura sunt perspicit. Hæc enim ex Areteo. **Soph.** Cur isti ut plurimum sunt timidi? **Arif.** Quia plurimi istorum frigidi sunt & sicci, cõpacti, atque terrestres, ita quod beneficii calidi recipere non possunt, quo redduntur audaces. **Soph.** Quare pilosi eadè sunt istorum plurimi? **Arif.** Quia multis & crassis excrementis

abundant. **Soph.** Cur fasces aliqui reddunt, vel subiugi, ut Aethiopes? **Arif.** Quia humor ad cutim effunditur. **Soph.** Quare conuincunt aliqui, & oculis promincuntibus, & labris crassis sunt ut plurimum? **Arif.** Quia spirituum crassities illis adeest. **Soph.** Cur ipsi alius adstricta est semper? **Arif.** Quia flatus illis circa præcordia existunt, nec deorsum admodum inclinant. **Soph.** Quare cruditate laborant? **Arif.** Quia tunc ualentum plenitudine excrementis corpus habent. **Soph.** Cur se ipsos perimere nituntur? **Arif.** Quia putant se à maioribus malis explicari, qua in opinione plebique barbari perisunt. **Soph.** Quare propter uinum aliqui eorum plurimum hauriunt? **Arif.** Quia calidè frigidus humor desiderat. **Soph.** Quæ de causa isti plurimos cibos appetunt? **Arif.** Quia frigidum os uentriculi habent, uel quia melancholia illa acida, & acerbà illic adeest, quæ appetitum incitat. **Soph.** Quare aliqui se non habere caput putant? **Arif.** Ob leuitatem capitis. Flatus enim illic commorantes id efficiunt. **Soph.** Et quid est, quod quidam uas signinum esse arbitrantur? **Arif.** Ob siccitatem. Frigidus enim & siccus atrabilarius hic succus est, & ob hanc causam alius pelleni siccam cutem suam esse opinabatur. **Soph.** Cur alij mundum, ac celos habere supra se existimant? **Arif.** Propter humorum abundantiam caput aggrauantem. **Soph.** Quare aliqui se Deum esse fatentur? **Arif.** Illi qui fallà ista imagine detinentur, sunt melancholici; illique sic redditi sunt ob assiduum orationem, & in Deo contemplationem, quibus quidem noctu diuque cordibus suis Deus fixus erat, & præcipue si sint ex illis, qui extasi, ut aiunt, rapti solent, quorum unus mihi curesed ad ea quæ inter mendandum obseruari deueniamus. **Soph.** Disturba ista, & assidua tua erga ægros hos cura, & diligentia ac praxi impossibile est, quin speculatus sis quamplurima notata digna. **Arif.** Ea qualia fuerint, populus prædicabit, ex fructibus; istius præxis nota fiet omnibus eiusdè uilitas. Soli hoc mihi crede, amice charissime, non offensionis; aut arrogantiæ causa hæc à me conscripta; sed amicorum ciuimque, & meæ reipublicæ commodo. Nihil etiam noui me hic ad ferre intelliges, quandoquidem nihil est dictum, quod non dictum sit prius. Solomodo ordinem & methodum quandam ab aliis aliquantulum differemè, cõstita ali qua longa experientia ad præsertim ægrotis his

saluberrima damna, & aliquibus nostris fa-
cultratis ignora: aliqua etiã experimenta,
quæ etiã ab antiquis, & aliis eodẽ, & cõ-
terpretis sine, non tamen eodẽmodum vim,
& in opere violentiã, manũ illis imponere
ausi sunt antehac, etiã id aliquando ex quo
tus aliquis eã, semel id tantũ prax timo
te (vt dixi) medicamentorum operis, & ex-
purgationis nimis, quod (vt postea vide-
bitur) non sic ipse egisset pluries securus; a-
nimõ illa medicamenta ægris illismodi
propinani, quibus (Deo fauente) plurimi in
salutem suam pristinam restituti sunt.

Aliquando melancholia morbus
cum febre.

Prima obseruatio.

PAulus libr. 3. cap. 14. melancholiam esse
mentis alienationem sine febre, aiebat.
Et idẽ Traillianus lib. 1. c. 22. Acrius lib. 6.
c. 9. Hali Abbas 9. Theoric. 7. Rafis 9. ad
Almansorẽ, circa hæc tamen aduertenda
quæ Gal. lib. 1. loc. affect. c. 6. ad finẽ ait:
*Vt autẽ huiusmodi melancholia species affectu
prius calidũ dispositiõibus cerebro, aut assua-
tione, aut inflammatione, aut pœnitentiã ipsius
afficiente, interdum à salutari, morifica &
cogniti.* Et clarius Cornelius Celsus lib. 3.
c. 13. tria delirantium genera constituit.
Primõ pœnitentiã cum febre magna. Se-
cundum, corũ quidã lenem & interceptã se-
brem habent, ex sanguinis abundantia &
pœnitentiã. Tertium delirantium gen-
us eã, melancholia sine febre dũ durans,
nunc continuo, nunc per interualla. *Qui-
bus* verbis clarẽ cõstat, tria esse genera de-
lirantium, & in secundo genere aliquãdo
febrem comitari, & hoc eã de quo gene-
re loquebatur Gal. super citato loco. De
tertio autem genere loquenti sunt Auctores
iam citati, vnde ipse elicio inueniri posse
affectum hunc cum febre, etiam absq; suc-
cili alterius complicatione.

Secunda obseruatio.

PROferatur Gal. 2. de causis in af-
fectu hoc imaginationem & cogitationem
nec. Quam opinionem, & Latini, &
Greci tenent. Variã liquidem multiformem
& infanz imaginationes hos mis-
eros tenent. *Sapbr.* Refert (obliuero) aliquas
ex innumeris, quas credo te vidisse, audi-
ui enim ipse aliquorum quamplurimas si-
ceteris plenas. *Ariff.* Ita res se habet, & placet
aliquas enarrare, tum animi recreandi gra-
tia, tum etiam vt memorie tua illa ma-

near cautela, qua erga hos, in dimouendis de-
mõs illis, à suis imaginationibus, vsi sumus.
In primis in Parisiensi Academia præ-
ceptor quidam meus in arte hæc nostra in
signis vir, & satis expertus, curam cuiusdã
illustriissimi viri melancholici habebat: qui
quidem se vas vitreũ esse existimabat: ac-
cedente tamen aliquo, vt illum colloque-
retur, statim diligentia & velocitate ma-
xima discedebat, existimans, aut potius ti-
mens, ne alienus accessu, aut contactu
frangeretur; dementi hac imaginatione
aliquandiu permansit, odio magno pro se
quendo omnes, qui contrarium huius de-
lirii proferebantur. Tandem prudentissimi-
mus hic medicus quidã deã illum accep-
sit, cui dixit: Illustissime Princeps, non
possim non irridere omnes hos, qui te vi-
treum vas esse negant; quod quidem ita
veniam eã, vt Sol nunc lucet: quapropter
operaprietiam esse noctuidique in lecto
quodam ex solis paleis constructo iace-
re, ibi securẽ & absq; lesione eris, sic en-
im mercatores omnes istorum vasorum
itinerando sua portant vitrea vase ne col-
lidantur, aut frangantur. Viro huic melan-
cholicõ placuit supra modum medici cõ-
siliũ. Quo accepto, statim coactum
fuit magna pœlarum moles in spatioso,
largo, amploque cubiculo, & lecto præpa-
rato, syndonibusque supra illud extensa,
medicus illũ decubere rogauit, qui statim
cessit: medicus vero singis se aliquid
amissũ in cubiculo, præcipue circa inferni
lectũ, sumpta cetera cãdela accẽdit, hæc de il-
lac quaritabar, & cũ iã prope lectũ quem-
dã angulũ accessisset, applicita cãdela angulo
ipsi, vtro celerius aufugit, elatusque, cubicu-
li ostio solus melancholicus mĩdit, quẽ qui-
dẽ inq; tĩsima ignis flama circũdabat, quæ
etiã fere domũ incẽditõ cõsumeret, præme-
tu maximo nõ solũ ager hic clamabat, ve-
rõ capite totoq; corpore ostiũ querentiõ
fortiter auxiliũ à domesticis expõsulabar,
qui foris respõdebãt, ab eo inquebant,
quo pacto, manibus pedibusq; capite ac
totis suis viribus ostiũ frãgebat absq; lesio-
ne vltã & quo modo in minutissimas par-
tes nõ decissum erat, quando quidem se vi-
treũ vas esse ferebatur: At illẽs Aperire (ob-
fere) amici mei, & clarissimi familiaris, iã
enim nõ vas vitreũ, sed miserimũ omniũ
me iudico, præcipue si hic igne isto me vi-
tã agere sinis. Timor enim illẽ, ne flama
consumeretur, sic intensus fuit, vt causa
esset abolitionis falsã imaginationis.
Qui quidem deinceps, nam solũ tale esse
haud

hand obfidebatur, verum obiurgabat omnes, qui huiusmodi referebant dementiã.

Laborabat etiam quidam hypochondriaca melancholia vocata, & inter aliqua huius affectus symptomata rugitus, torsiones, & ventris dolores aderat, sicut huiusmodi morbo affecti exsultant se habere serpentes viuos ventribus suis inclusos, vt & hic fufpicebatur, imo pro certo habebat, sic vt fingulis diebus quum cum vifceribus nihil aliud à me expollulabat, quàm vt edicerem illos Ipse autem die quadam exortationis iufsi in niftris do-mesticis, liceras & vermes aliquos longos, cruffos, & eos viuos in icere in fcapulo, vel lamina quodam, seu pelui, vbi exonerare ventrem solebat, quum verò quater, aut quater quies in vna allelaffet, vermiculti illi & serpentes fufpicebant, & per vafis latera afcendentes apparebant, quibus ab ancilla quadam vni, vociferando exiit foras, edonocando ceteros domesticos feruos, manciando illis, henam faum serpentes viuos medicamẽto illo à me exhibitio extrudiffet. Vociferat omnes ancillæ, & reliquorum alterationes infirmus audiebat, vt enocium faum intarent uifit, ab vnoquoque illorum fceitatus quid illud effer. Pa-tent omnes vno ore quod contigerat, vas excrementis plenum coram ipfomet infirmo allatum fuit, quum cum fuis proprijs oculis reptes hinc & illinc reptes videret, à limiratione maxima raptus, fidẽq; omnibus adhibẽs, ab illo d-e ne verbũ vltim meũ de serpentibus (vt antea) loquebatur, nec de hac re amplius edoquẽtus efl.

Alius etiam exhibebat fe gallum eflẽ, vt etiam alios cantantes audiret, idem ipfe flarum agebat, brachijsque latera quaerens, vt gallus alas, vnã cum ceteris gallis canebat. Alijeriam fe hereticos eflẽ fufpicebatur. Alii diuine mifericordie diffidentes noctu diuine in continuo fetu & plañtu erant. Et quemadmodum illas imaginationes enarrant, poteram infinitas adducere, ne te tamen tradio afficiam his fuperfedeo. *Sophron.* Medicus filius hand poteram (fi animaduertiffi) rifum deridere, præcipue inter recitandum hiftoriam hominis vitrei, quo pacto cõftrutus ille fuit, laani fuit, periculo pollhabito de-ftruede domus, & (quod magis efl) cremandi viti illius. Sed exoptarem valde, alium in gallum conuerfum canentem audire, res quidem (meo iudicio) facete & hilaritatis plena, falfem audientibus. *Arijf.* Dicunt igitur omnes, vt ad rem

De Melancholia.

redeam, folium in affectu hoc imaginatiõnem & cogitationem tantum lædi. At fi quæ fuprà diximus in memoriam reuocamus, inuenimus in melancholia morbo cerebri totius fubflantiam lædi, nunc intemperie, nunc verò focco illo arro. Præterea diximus, fenfum communem, imaginatiõnem cogitationemvẽ, & memoriam in hac eadem eflẽ, quæ quidem fubflantia, vna & eadem efl, vt omnes tum Græci, tum etiam Latini farentur. Quis igitur obflat quin humor, aut intemperies, aut inuõnem, aut cogitationem lædi, & memoriam etiam afficiat? Quod ficut in imaginatione & fenfuitate vna conftantur partes, vbi virtutes, ficut & omnes illæ funt, anatomicis omnibus præter. Quod firatio hæc memoriam etiam cum reliquis lædi probare non videtur, falfem mihi hæc in re, tanquam experto, fidendum, vidiffet fceitẽt me aliquos melancholicos, in quibus fic memoria abolita erat omnino, quod non folum fui propriõnomnis hand recordabantur, verum interea dum cibum fumebant, fi ab eis quaerebam, quid iam deplurierant, ne rationem quidem vilam de morfello illo, nec quid fumpferant proferebant; fi iterum inquirebam, vinum an aquam vellent? Se iam illam hauiffet farentur; quod cum ipfe negarem, iterum iuramento bis, & ter factio, bibiffet affeuerabant: quod fi hoc non efl memoria carere, quid fir obliuiffet ignoro. *Sophron.* Ratio in primis mihi falfem ardidit, quæ tu præterea tuismet oculis & vidiffi, & (vt aiunt) palpaffi, non efl qui non amet audire, præcipue cum te omnes norint, hand amatorem eflẽ negarum & fubflarum, in rebus falfem ferijs, & tanti momenti quemadmodum hæc efl. Sed memini nunc cuiufdam rei, magne quidem eflentie circa medelam huius affectus, quam ab aliquibus in noflra hæc arte perit audiri; aliquos fceitẽct eflẽ Doctores, qui quidem quum medicamentum aliquod expurgans exhibent, nullatenus id agunt, niſi Luna fub tali, aut hoc, aut illo figno fit, quid tu autem?

Tertia obferuatio

Arijfip. Et fi antiquiffimus Hippocrates libr. de Aere, aquis, & locis, abnormiam condicibilem eflẽ ad artem me dicam ait, & libr. de Dieta parum à principio, idem diflerebat, & Gal. lib. 1. morb.

B I vul.

vulgarium, com. 1. in Thaso. Pthelomans
etiam in suo Centiloquio. & alij antiqui
Astronomi, laudentiq; medicamentum
expurgantium Iunipionem, cum Luna in
Scorpione sit, aut Piscibus, & alij dicat pil-
ulas non debere assumi nisi cum Luna ipsa
sit in aliquo ex signis aquaticis, & cum pre-
terea alij doctissimi monent artium hunc
suctum non debere euacuari, nisi Luna
in dactiloni aspectu familiari: nihilominus
tamen non omnino omnibus horum cō-
silijs obtemperandum; quandoquidem
inter medicinali affectum hunc, facit in
genus ne nunquā horum Astronomorū
consilia sequatū, contra innummodo
plebilium & nouulium fugere rēpo-
te expurgationis. Quod si tūc momenti res
hac a virus istis exalitata est, quo pacto tot
melancholici restituti in suam pristinam
salutem sunt, hac sprete sententia? Tu igitur
post hac cum euacuare hos volueris,
hunc sequere ordinem. In coitu ipsius Lu-
nae & oppositione, duos antea dies. &
binos post fuge. Preterea in melancholia,
sine mania, vbi per intervalla agrotant, rē-
posce quietis & tranquillitatis, id opus est
quere, sin minus, quocumque tempore ex-
cepis diebus iam constitutis. *Saporosa.* Cō-
silijs tuis libenti animo auscultabo: sed nō
possum te quicquam celare, est cōiunctio
ne & familiaritate summa te amē, tibi nō-
que conperitum esse haud scio, omnes hu-
ius oppidi medicos, tum gregarios, tum e-
tiam Doctores, & profectores, te itan que
praxim reprehendere, propterea quod so-
ties in med-la hac expurgantibus vtris
medicamentis, & hoc in principio augmē-
to, statque. *Arist.* Iam consensu huius rei
sum, existimoque existis aliquos Piaroni-
cos esse, suam que sententiam circa aliqua
sequi. In Thimgo enim medicamenta ex-
purgantia abhorret. Alij etiam existis di-
ctum istud Abenzoar amant. Nunquam (in
quit) medicamentum est purgans exhibu-
it, quin cor meum prius pluribus diebus la-
borasset. Quod sumptum fuit à Galen. Epi-
de primo tempellate 2. com. 10. Ar si ali-
quotum Galeni decretorum nō obtinē-
sent, præcipue eorum, que circa medelā
huius affectus docet, 3. loc. affect. c. 6. haud
in me debaccharentur. Sic enim merito
eorum reprehensionis appellande. Vbi
in princ. pro leuioribus medicamentis expur-
gandos esse hos; in crescente autem, & diu-
turno factō morbo hoc, fortioribus; sed
de hoc fatus alius. *Sap.* Si mihi non iust-
iceris, quod de te clā fertur de praxi hac

tua, enarratū alim enim se mirari quō pa-
cto. Ine deum præparatore & cō-
coctio ne succōt melancholice corp, euacuatiō-
bus vtris nunc leuioribus & se pius fortio-
ribus, est contra Hippocratis sit doctrinā ē
diametro. *Arist.* Si vbi istū amant dicitur,
que 1. Prore. ticorū Gal. com. 12. & 27.
an de humoribus istis, taceat vtriq; *Sap.*
Quid ita? *Arist.* Iam tibi nōrum est est dū
no Hippoc. humoribus rōgeribus statim
si bene endō. *Sap.* Sic res se habet. *Arist.*
Loco igitur citato ait Galen. Humor qui
permutationem phantasia patit, is rōgeris
est euacuātes et rō dū rōger. Si nōq; im-
terari illū finis, si ameteraris & auctus me
dētis manū rōgerit, vt ipsi met Gal. docet
bar lib. de melācholia. Præterea. Apōt.
com. 10. dicebat: Fictura magnū vim de-
medicamentem expōtur, longo tempore. &
per fortiora ac plū- auxiliā ad huc, rōd
aditionem lōdēt, nisi finis se est, qui quōd-
curatiōnem desiderat, rēte Gal. 1. Metho.
cap. 9. & 2. Meth. cap. 1. quanto magis
desiderabūt curatiōnem affectus adiones
animales principes totum gubernantis
corpus? Facillat igitur post hac ist erant,
& omni um timor, & in his præcipue nō-
bis, qui vt plurimum sine tre & pericu-
lo sunt, magna nō vereat tū auxiliā. Quō
magis enim melancholicum hunc effe-
ctum tracto, & quotidianam horum me-
dicamentorum vim experior, cō auden-
tior fio.

Sed audi que de hæmorrhoidibus, &
earum euacuatiōibus observant in hac
egritudine Galenus 25. commento 4. se-
ctio. Apho. & corum. 3. & 6. lib. de morb.
vitis, & pluribus alijs in locis, & alij post
Galenum istam sequuti in morbo hoc
prouocationem harum hæmorrhoidarū,
& ex ea sanguinis missiōnem, summas
laudibus huiusmodi remedium extollunt,
& id iure quidem est ipse rimeo, quod &
ipse Galenus loco citato formulat, fluxū
scilicet earum, qui quōd- aliquando sic
prouox est, quōd medicatis manum rē-
puit: sed sit post hac omnibus notis 4.
me multis huius morbi anxium an assilē,
fere omnibus abiq; hoc genere auxiliā. &
ingenuē facit me existimari curato ha-
buisse qui omnino manū rōgerat, ex rē-
tentione, vel potius hæmorrhoidarum a-
bolitione repenti, & inter auxilia cetera
santi fluxu accommodata, prouocatio
fuit facta istarum hæmorrhoidarum, pe-
suis fortibus, cucurbitis, in d. eni-
bus, sosis, clysteribus, & id genus
alij

Quarta.

Quinta.

Sexta.

alijs, tandem frustrata omnia ista auxilia
facere, non tamen ob id incurabilis man-
sit, ut noster, conualuit namque metho-
do & cura nostra, quam iam audies. *Quæ*
omnia tibi significare volui, ut tibi istorū
si non solo isto fidendum auxilio, ut qui-
dam agunt, etsi à doctissimis satis lauda-
to. Sopbron. Noui ipse medicum quen-
dam in nostra Hispania, peritum satis cer-
te, at suis literis, studio & experientia ni-
mis contentum, qui quidem omnibus ca-
pitis morbis, & ferè cunctis acutis, præci-
pue vilitate imbecilla existente, nullo alio
prestantiori visitò auxilio. Sed ex istis me-
lancholicis aliquis accessit ad te operi ex-
positum, qui similem affectum hæreditas-
set, à patre, matre, aut auis, aut alijs sui
generis. Audiui namque huiusmodi in-
curabiles esse. *Aristippus.* Ut rectius dicen-
da intelligantur, necessariam erit intelligen-
re, quid antiqui de morbis hereditarijs do-
ceant, deum ad rei veritatem devenien-
tes. Auicenna igitur Fen. 2. pri. doctrin. 1.
cap. 6. Et sunt, inquit, agrirodines quædam,
quæ in semine hæreditantur. Sicut albas
alba, & caluities naturalis, & podagra,
phtisis, & lepra. Quibus addit in fine. Et
debes præterea scire, quòd membrorum
debilitas complexionis sequitur malitiã,
& raritatem texture corporis. *Sopbron.*
His verbis Auicenna à te adductis rãram
intelligimus hæreditari morbos istos ibi
assignatos, non autem melancholicos.
Aristippus. Si attenti esse vis, & penitentiã rem-
inimari, ex vltimis Auicennæ verbis callere
posses ex debilitate complexionis mem-
brorū oriri, & sequi statim malitiam cor-
poris. Sed si rãlius sententiam hanc com-
prehendere cupis, & videre quo pacto plu-
rimis morbi in semine hæditantur, illo
præcipue existente debili, & morbo, ut
verba ista vltima Auicenna significare vi-
dentur, audi Hippocratem lib. de Aere,
aquis, & locis. Cum semen (air) genitale ab
omnibus corporis membris decidat, à sa-
nis quidem sanum, à morbidis morbo-
sum, statque ut ex calui calui fiat, & ex
cessu cessu signatur, & ut plurimum dis-
floratus distortum generet; eademque ra-
tio sit circa reliquas formas, &c. Hoc
idem volebat significare Galen. Comment.
28. sect. 6. Aphorism. Accidit, inquit, & ad
has causas, ob quas plerique incident in
podagras, quòd multi, & patres, & auos
habuere podagras, in quibus semen erat
vitiatum. Sed manifestissimè (iudicio meo)
diuinus ille Hipp. lib. de morbo sacro nou

docebat hoc, sic: Incipit autem, velu-
ti etiam ali morbi secundum genus. Sic
enim ex pituitoso pituitosus, ex bilioso
biliosus gignitur, & ex calido calidus, ex
splenico splenicus, lenosus, lenosus. Quod pro-
hibet, ut cuius pater, aut mater hoc morbo
corrupti facere, etiam posterorum aut
nepotum à quibus corruptus! Semen
genitale ab omnibus corporis partibus
decidit, à sanis sanum, à morbidis morbo-
sum. *Sopbron.* Hæc Hippocratis doctissi-
ma verba me conuincunt, ut posthac sine
dubio credam, patrem, aut matrem melan-
cholicum, generare filium talem. *Aristippus.*
At non solum credas posse generare mel-
ancholicum filium, cum actu patres, aut
matres, aut auis, hoc morbo corrupti sunt,
Sed sufficit apparatus morbosum habe-
re istius affectus, vel (ut Auicenna supra di-
xit) debilitatem membrorum, seu comple-
xionis istorum. *Sopbron.* Causam rei ad-
huc dubiam sum, & quoties sententiam il-
lam Hippocratis prædictam lib. de Morbo
sacro audiero, sic manebò, non solum, scilicet,
melancholicum, verum & alios plu-
res affectus, hereditarios posse dici. *Aristippus.*
Galenus libro de Compagine membro-
rum semen è cerebro, ut plurimum de-
cidere ait. Et libro Finitionum medicina-
lium idem dicebat de mente Platonis.
Experientia etiam omnibus notissimum,
& comprobatum est, omnes illos rei vene-
reæ deditos cerebrum inter cetera sui
corporis membra. Infimum, debile facis,
& imbecillum habere. Inducium certissi-
mum, illine promanasse genituram, se-
menque toties ab alijs excretum, quod
causa illius imbecillitatis fuit; quocirca
nisi aliam potentem aliquis rationem hu-
ius rei tradat, non pro certo
habere melancholicum, & ceteros cere-
bri affectus facilius hereditari, quàm alios:
quandoquidem genituram à cerebro ori-
ri, & hæc morbo existente, morbosum
gignere, proba iam, & cunctis peripe-
ditum est. *Sopbron.* Ad rem igitur redeam-
us. Isti affectus in semine contracti pos-
sunt è medulla, vel tu alieu opusculum est
Aristippus. Deforme esse, de se ipso prædicare,
falsa præsertim, & cum inuisione audien-
tium, imitari militem gloriosum, alebat
eloquentissimus ille Cicero 1. Officiorū.
Et cum omnis arrogantia edulosa sit, non
est quòd ipse hoc stantè munia vera fa-
rens tibi polliceor, inter aliquos melan-
cholicos cuiusdam curam habuisse, cuius
quidem alter ex suis parentibus melan-
cholicus

Septima.

cholicus fuit, hic tamen filius ope mea restitutus fuit, non tamen auctorem polliceri, aut affirmare, hunc sanum, & perpetuo sanum, liberumque ab affectu omnino manere, absque recidua: cum difficilimum fore existimē, cerebrum, aut membrum, quod ex semine debilitatem acquisiuit, posse radicatus confirmari, ac forte recidi. *Sophron.* Quis igitur tua diligentia, cura, & medela ille profuit? *Archipip.* Plurimum quidem in primis in meliorem salutem eum adduxi; præterea cura, aut præsertatione qua posthac uterur, si omnino non conualuerit, saltem præseruabitur, ne melancholia aucta, deleret, & irrueretur ab omnibus, positō; aliqua obire negotia. Sed ad vitam iam accedamus obseruationem, scito dignam.

Quia aliquem ex illis melancholicis maniacis præ manibus habeas, & cum te conuenerit sui, ut illius curam, & prouinciam non leuem sumas, vite consilio illo diuini Hippocratis lib. Præceptionum, parum à principio. Si enim à merce de inceperis (inquit) conducit namque hoc uniuerso negotio, aegroto quidem huiusmodi cogitationem inducis: quod, scilicet, non ipso relicto ab his, si verò non pacife eris, quod ipsum negliges, & de quibusdam in rem præsentem non admonendis. Curare igitur oportet de constituenda mercede. Hæc Hippocrates. *Quæ* quidem nõ idèd à me hic adducta existimes, quia ambitiosus, & pecuniz audax, omnes siquidem in Republica hæc, & alibi ingenium cognoscunt meum ab hac re longè alienum, quandoquidem constituto, & solutionis hæc pactio in morbis medendis veterinariorum porius, & eorum qui herniis, & fracturis, ac dislocationibus medentur, est. Ratio tamen, quæ me tecum hæc con fabulari mouet, talis est: cum alicui ex illis melancholicis medebis, inuenies quosdam ad salutis portum tardè, & lentè satis accedere, quos interparè derelinquere debes, absque auxilio medico, demum reuertendum ad eundem ordinem: & vitimò, etiam melancholicus delirans maniacusvè astansibus videatur, & reuera ita sit, tamen Galeni consilio natura reslinquendam, ut ipsa iam torques euacuationibus deonerata, residuum insensibiliter (ut mos illi est) resoluat consumatque. *Quam* doctrinam Galenus ipse docebat vitimò verbis libello illo de melancholia in fine, quem sequitur est Actius, Illud quoque; (ait) nouissimè scire cõuenit,

plerisque hoc morbo infestatos, quo tempore curabantur, nihil profecisse, sibi dimissos conualuisse. Propterea, quia rellè prius à medicis tractari, postea vires aduersus morbum maiores acceperint, cum antea remedijs attriti foret, quam obrem naturæ quietis condonanda est, quam pluribus auxilijs affigi, quiete relicta videmus, atque iam extenuatos morbos superare. Hæc Galenus. Cum autem absidentes, infirmorumque ministri patres, aut affines me vident sic melancholicum derelinquere, iudicio suo (quemadmodum mihi tradiderunt) & medicum, & medelam sibi que praxim abhorrent, illisque irrident, sicque vetulis, & empyricis idiotisque statim ægrotum tradunt, & priorem medicum insalutatum respiciunt, siquæ immensis, & durissimi laboris suspendij obliuiscuntur, & (quod peius est) natura iam tor auxiliatorum remedijs adiuta, paulò post sibi opus exequentur: & perficit, sicque gratiam referunt empyrico illi, qui quoduis remedium attulit, qualecumque illud fuerit: cum melancholicum restitutum habeat. Tu igitur (Sophroni) arripe aures, & periculum ex alijs facito, doctrinamque Hippocratis sequere, & deinceps, nec fidem, aut spem vllam gratiarum in antiquo habeas, & ne te magnates, aut diuites decipiant, nec quicumque alii, si suspensio aiteris, sin minus, charitate morus fueris, & sic diues es, ut pro cibo temporario, hand aliena ope egeas; perge, & sanctum institutum prosequere, persequere; ipse autem ad medelam propero.

DIALOGVS QVINTVS.

In quo methodus curatiua particularis, qua ipse vsus sum erga aliquos hoc affectu oppressos, continetur.

Primus æger.

Offeret sibi nobis iuuenicula quædam vigesimum secundum attingens annum, quæ temperata eras sanguinea biliosa, cerebro, corde, hepateque calidis, prout horum omnium signa demonstrabant; huic suppressæ erant mensuras purgationes: hæc occasio non minima oblata, in dies in tristitiam maximam, & cogitationes

tionis varias incidit: post in nimium & intertempellum i som, fluctuque, quorum sensus deliratio manifesta erat: hac cuncta symptomata assitum angebantur, paucis post diebus transactis hypochöndrij insidit i nio, n öbtractio, non parva apparuit. Quibus ð me bene notatis, cerebrum lesum esse per contentum totius, vnä cum communiõne huius animaduerti: demü symptomata esse in genere noxæ dysfunctionum principum afföduumque melancholiam, causam iudicari sanguinem melancholicum, copia paucaque qualitate, eaque calida constitutum. Ex his longum fore membrum prædixi, tum ob partium communitatem, vnde ortum habebat, nū etiam propter sic ei huius rebellem naturam. *Sopron.* Quibus igitur remedijs huic me fere optularus fuisti? *Aristippus.* Septem antihumor generibus, vidu, scilicet, conuenienti humido. Secundö, extirpando communes vias omnes, succumque præparado Terriö, vacuacionibus per tan guntis in sionem. Quartö, ex purgacionibus parti. *Claribus.* Quintö, aurentibus ð cerebro humorum. Sexö, et iqu assefoloödo, cerebrumque, cor, & hepar corrodendo. Septimö, consilijs necessarijs ad modum huius c med. la, tam ad curatio nem, quam ad prælatioem. *Vidus huic primium constitutus fuit, & potus frigidus & humidus, omnium decreto, præcipue Actij sermo 1. cap. 6. à vinique potu omnes abstinendum esse proficitur. Victus facili coctiois, panis probe coctus, caro hodierna, gallinarum, perdicö, caponumve inter o mnes rament principatum obtinet caro arietina, aut calbratorum, quæ quidem Azarabius melancholicis his à proprietate eöuenire ait. Rabbi autem Moy ses 7. par. Apho. carnes pullorum accipitris, & nodus saporis boni esse dicebat, & corroborare animam. conferreque me lancholicis: præcipue si decoquantur cū succo matorante: exhibenda etiam hora coenæ acerraria ex boragine, lactucae coctis aceto oleoque irrigata. cüm scharo, poma item assa, aut bina ona forbilia recentia, aut trementia: aliquando in fine prandij, aut coenæ, & interdij radicem ali quambuglossæ, aut scorzonellæ conditã. Iubeo etiam, vt sexipis inser prædöum, tum carnes, tum etiam quödis aliud eduliorum aceto conspergatur. *Sopron.* Et nunc hoc, quod audisti aliquando Actum docuisse de aceto, affödu huic commo dit *Aristippus.* Quod ipse necm, est, aut o-*

Victus.

rem illum lib. 6. capie. 10. ferere, melancholicum proficuum esse eunibus Jormitum cochlearie vniem acceri: hac que eodem intingere pleaque obfontio ra n quod etiam laudabat Plinius. Secundo, lib. 11. cap. 2 & Dioi lib. 5. cap. 8. Paul. etiam cap. proprio huius morbi. Sed inter omnes Auenen clarior lib. 1. Fen. 1. tract. 4. cap. 18. sic: Et laudatur, vt absorbeat i omni nocte acerrum forte, & præcipue acerrum sclythiricum non autem timemus malitiam acceri in hac ægrotudine, nisi adin fiducia quod meretia sit generata ex cholera adula, quoniam est calida; nam tunc acerrum est magis insaturum ex alijs rebus, & præcipue sclythiricum, & oximel factum cum aceto sclythirico, & quandoque etiam insar acerrum, cum ægrotudo est cum communitate splenis & materia est in ipö. Hac Auenen. Sed multö ante hos diuinus ille Hippocrates lib. de Affe. 2. o (vel potius Polybus eius verus autor) fecit mentionem huius exaltationis acceriparum à principio huius lib. Potu verö fait, vt vndam est quo cumque alio volueris, præter vinum, aut acerrum, & mel de aqua dato. Vinum autem (subdij) nõ conuenit mente motis, neque in hoc morbo, nec in quibusvis alijs. *Quæ doctrina se quitas fuit Galen libro de Melancholia. Jæbro.* Si me meus non fallit animus, doctrina illa Auenen non similis omninö est doctrina Hippoc. quandoquidem hic vii uerfaliter mête moris nocere, aut vinum, prodesto autem acerrum & aquam: ille autem particulatim hypochondriacis ð me lancholicis illi ab flava bile exolla otta acerrum, vtile esse ait. *Aristip.* Nõ aut parum admodum distantes vii illi sunt hæc in reiam melancholicis, & mente uoti simul, vt plurimum, imö scis si iuper à flava bile exolla deliant, præcipue cüm fatiois sunt. Vnde ð his duobus proficuum acerrum, quod hypochondriacis vtile. Manesitum est illi s. qui caput 10. 20 vsque ad 27. lib. 1. de Simpli. medi. facit. Galen, legerint; nam parte illa calor s qua acerrum prædixum est, decubitat, tum etiam penetrare facit frigidam portionem, qua succu calidissimum extirperare potest; quibus per peösis clarè intelliges, commoöissimum ambobus affectibus esse.

Consilium est non nequam Actij lib. 1. cap. 10. ferre ad si veni, cüm vtraque necessitudo adit, & venim recandi, & espurgandi, vias communes prius manifestare, scilicet, venæ extirpate, ab intellin, &

Manifestatio
huic commo
cia.

alij

alijs vijs attrahant succulentiam sustin-
t. am. Quod quidem etiam Paulus doce-
bat lib. 6. cap. 40. Ceterum, qui venam in-
census est (inquit) id habet inspiciendum,
nam multa stercorea retento intestina vt
geat: quod si ita deprehensum est, molli
clystere alius antea vacuari debet, ne ve-
nae putridam aliquam excrementorij col-
luicem ab intestinis attrahat. Et paulo an-
te aiebat: Sola in ventriculo ciborij con-
coctione, aut etiam perfecta in locinore
sanguinis elaboratione expectata. Hunc
etiam ordinem sequutus est Auicena cap.
de Venæ sectio. & Actius de mente Gale.
lib. 3. cap. 10. de Iniectione venæ sic ait: An
solita quædam euagationes decenter
faciant, considerandum. Ceterum aggra-
uante vixanteque multitudine, non sta-
tim sanguis auferendus; sæpè enim in
corpore crudus humor collectus est. Hæc
etiã methodem sequenti siere Aueroses
7. Collecta. cap. 1. & Hall Abbas 9. practi.
cap. 2. Incepi igitur hoc opus leui coque
communij quodam clystere inferiorè ven-
trem lauando. ex aqua, melle, & oleo. quo
vt plurimum Gale. vtebatur, præcipuè 11.
Metho. cap. 9. & 8. Meth. cap. 5. Sequenti
die holois floris castisæ exhibis, cum hau-
sibus syrapi rosæ. persi 9. infusio. At non sem-
per, nec omnibus huiusmodi medica-
mentum propino. Sed quibusdam pul-
verem hietasfolijs castisæ implicitum, alijs
Mannam, vel terebintham, prout occa-
sio, tempus, & ægri consuetudo, aut ap-
tudo illius adit.

De vna se-
liane.

Hoc peracto ad tertium me confere;
venæ enim sectione, & expurgatione ex-
igentibus, ab illa incipiendum fore existi-
maui, Galeni ductus decreto pluribus in
locis, 4. scilicet acut. Comma. 21. 22. & 6.
Epidem. p. 1. Commèr. 1. & lib. de Renum
dignatione, & 6. Epidem. p. 1. Comment. pe-
multimo, & lib. de Melancholia, sic: Quod
si sanguis & præni succi abundauerint,
primam venam incide, tum purgationem
exhibe. Hoc etiam dogma sequutus fuit
Auicena 4. p. cap. 4. Alexand. lib. 11. cap. de
Podagra. Necessarium esse sanguinis mis-
sionem in affectu hoc. Auicena. etiam do-
cebat 4. 1. c. 20. Ille (ait) in quo atra bilis
superat, nihil offendetur, si vena illi inci-
datur, & postea purgatione euacuetur.
Cornè. Celsi lib. 3. cap. 18. ad medium lo-
quens de secundo genere insanis sine feb-
bre: In hac (inquit) vtilis sanguinis missio.
Paulus lib. 3. cap. 14. sic. Cum morbus inci-
pit (loquens de melancholia) ex totius

corporis affectus confortio, à sanguinis
missione incipiendum, & hoc tam in me-
lancholia, quam insania, seu furore. Hoc
mei suadebat Aetius de mente Poissio-
nij, lib. 6. cap. 10. Hi omnes à Galen. edo-
cti. 7. Metho. cap. 21. & lib. de Sanguis. mis-
sio. parum à principio, & 3. loc. affect.
cap. 6. vbi: In vniuersum (ait) corpus sangui-
nem melancholicum continet, cura-
tionem à sanguinis missione incipere o-
porter. At Gale. manifestissimè, & ex pro-
fesso id tractat libro de Melancholia, sic:
Cum vniuersum corpus totum sangui-
nem melancholicum habet, principam
curacionis amissione sanguinis auspican-
dum est, & qui egent auxilio hoc, hirsuti
vt plurimum sunt, & venas lariores habè-
nt: hi enim facillè melancholicum hunc suc-
cum procreant, interdum etiam, & horni-
nes rubicundi in melancholicam tempera-
turam deueniūt. Et paulo inferius: Si au-
tem solum cerebrum affectum sit, sangui-
nis missione ager non eget, modò puri-
mo sanguine non abundet, & presen-
di causâ sanguinem detrahete nolimus,
& talis affectus victu humido bonoquet,
balneis astiduis tepide aquæ vt oportet,
omisso quouis alio remedio potenti. Ga-
lenus. & ceteri alij è nirdidimo illo fonte
Hippoc. ordinem hunc sumperunt epi-
stola illa 19. de Insania, vbi sic ait: In quin-
to popularium morborum quandam re-
centius Androphancem nomic, cui feb-
ra vocis interceptio, ignorantia, frequentes
deliraciones, & reversiones, lingua autem
dura, & nisi collutione vsus esset, loqui
non potuisset, & plerumque etiam valde
amara, venæ sectio exoluit, aquæ potus,
aqua multâ, veratorum potiones.

Statuto iam sanguinem oportere ex-
trahi, operapretium est differere, quæ ex
parte, & quæ incidende venæ. Nulli
dubium est quin in hac infirma poplitem ve-
næ secande sint, quom mensuris sangui-
nis motus defecerunt, quom id nos Gal.
docebat libello de sangu. missio. cap. 18.
At si verbis paulo inferius acquiescimus,
hoc intelligendum dum motus ille con-
suetus sanguinis instat, & hoc tribus, aut
quatuor diebus ante motum illius: detri-
uario enim, & euacuatio opere hoc fit: in
hac tamen infirma nostra distabat tem-
pus huius motus, quapropter hæc & il-
lac sanguis ille per totum corpus disper-
sus erat, à cuius copia & effumatione
cerebrum patiebat. Sed maximè aduer-
tendum erat, quod prudentiores medici
agunt,

agunt, in simili menstruorum retentione copia sanguinis exilientis, brachiorum venas incindebant: quod docebat Aetius lib. 16. cap. 39. sic: Atque istae quidem copiosa sanguinis missione sanantur. Cubiti igitur ac malleoli venas secare oportet, ubi prius clarissime brachiorum venas, demum tali incidit, quod experientia probatissimum est prouocare istarum motum hunc confusum, mole deposita. Praxeolus Galen 4. acut. Commen. 14. brachiorum venas quam velocissime, & plurimum ex his, quae principes sunt euacuare aiebat: hoc sic actum est bis, aut ter, sanguinis copia, & virium robore perspectis.

Semper illud Aerij in istis euacuationibus ante oculos habere, lib. 3. capit. 17. Vbi euacuationi tantum studemus iteratio eodem die facienda est, ubi vero accessio tantu, status est duos interponi dies, atque inanitione quidem summo per indigent, sed si vires istorum admodum imbecilles sunt, hos caute inanire oportet. Primam namque sanguinis ductionem ita imperfectam reliquere, vt secundam, tertiamque suppleat, si expedierit, quando autem feruentis sanguinis multitudo febrem accendat acutissimam, veluti synochu, subira, & repentina inanitio vsque ad auium deliquium tentanda est, virtutis robur a pulsibus pendendo, vnam etiam circa hoc opus animaduertendo, quod si venae istae basilicae quam secanda erunt, non appareant, confugiendum esse ad communem venam ipsius brachij; quod si nec ista ad cephalicam; quod si nec quoniam istarum, ad quaecumque; ob compositionem enim variam corporum, & ob pinguedinem carnemque ipsas cooperientem euenit euanescere. deueniendum igitur ad quamlibet istarum, vel in finem brachij prope manum ex aqua calida, ubi omnes istae conueniunt venae, scilicet basilica, & communis, vt oculis saepius patet, & anatomici id docent. Secunda (inquam) quaecumque apparuerit, quia vt dicebat Alexander Trallianus lib. 2. cap. de Melancholia. circa vnae sectionem dum opus est, cum venae obscurae sint, nihil minus iuuabis, ex quacumque parte sanguinem detraxeris, cum etiam omnia simul vacuentur: quemadmodum enim diuinus dicebat Hippoc. confusus vnus, conspiratio vna, omnia consentientia. Quae verba sic veniunt intelligenda, vt hinc rationem Alexandri defendamus, quia confusus scilicet humorum vnus est, & con-

spiratio vna, id est, spirituum, & insuper omnia sunt consentientia, scilicet, membra idem ex quacumque parte sanguis extrahi potest, dummodo basilica non appareat. At ipse haec in re indagationem maximam facio, exilimo enim conductibile admodum esse in commanione istius affectus, & consensu totius, venas illas aperire, quae totum nutriunt corpus, & si Galen etiam 17. Metho. cap. 11. parum a principio, in simili casu qualescunque iubet secare venam, euanescentibus, vt dictum est, affectus conuenientibus. Ex hac sufficienti pro consideratione venae sectionis. De expurgationibus aliquibus particularibus tractaturi, aduertendum, quod Arabi ille Abenzoar dicere solebat, nunquam ministrasse medicamentum laxatiuum alicui, quam prius cor suum pluribus diebus ante illud laboraret. Et si Galenus etiam id sentire videbatur 2. Apho. Com. 31. & 1. Epidem. vt supra, & Hippoc. in contextu, sic: Plurimum atque repente vacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, seu quouis alio modo corpus mouere, periculosum, id iure certe. Omne enim nimium naturae inimicum: consistit enim naturae substantia in elementorum commoderatione: quare non absque ratione, nimium omne vnae substantiam animalis dissoluit, siquidem commoderationem destruit. At si postea inferius in contextu, nec non & in Comento pergitur, inueniemus rationem, qua ipse monitus sim aduersus eos qui methodum hanc nostram in multiplicatione medicamentorum expurgantium, reprehendunt, non enim bis, aut ter euenit aliquem in hoc morbo expurgare, sed saepius: Hoc vero paulatim, vt testatur docet, quod totum est.

Sed Galen. se ipsum plenius explicat, lib. de Remm. passio. propè finem: intelligit enim illic, nullum euacuare periculosam esse quod, scilicet, vires imbecilliores reddat: alioquin haud periculosam multa esse potest euacuatio, vt hic videbitur, at non periculosa, quia tum paulatim, interpollatim, tum etiam praecautione, & praeparatione idonea fit. Dum vires autem imbecilles adsunt, abundantia, aut aucta succi copia, decretum est Galen. a nobis obseruatum, 9. Metho. cap. 10. propensum, sic: Cum euacuationis adit necessitas, & abundantia paulo viribus superior, vtrique ex moderata euacuatione, adeo nullum accedit vni-

bus incommotum, imò etiam valde magnam.

Præterea cum affectus hic chronicus sit, & documentum sit Galeni, hos similes morbos paulatim incidens esse, non abs re erit, rationem huius rei exhibere, §. Metho. cap. 10. præsertim viribus imbecillibus exilitibus, & prætere evacuationis ne cessitate. Sic docet: Oportet (inquit) ubi indicationes sibi adherantur, & paulatim, quod vitiosum est evacuare, & paulatim muicem, quod salubre est pro eo reponere, quam medelam epicrasim vocat: Hæc ordinem etiam ipsemet Galenus sequitur est, libr. de Melancholia ad medium, quo in loco si attentè illa perpenduntur, inueniet quis, me ad punctum (vt ait) doctrinam illam sequi. Sed ne posthac ordo iste nos ter timidum aliquem perterreat, & vna cum hoc studium nostram vtilipendat, aut potius irideat, vt melancholicum confusus mos est, quæ Galenus ait, verbo ad verbum, bonaque fide relata, audiatur de mente Polydonij: In quibus sanguis abundare videbitur, à principio venam cubiti incidere conuenit, præsertim in quibus consuevit aliqua sanguinis evacuationis retenta est, in mulieribus autem: qui bus menstrua defecerunt, talè venam aperire conuenit, quisque verò pro habitus sui ratione inueniendus in quibus autem mali facci potius abundant, ubi priùs ægrotati tem cibauerit, vt re Ruffi hiera, vel Archa genis, aut Iusti, quod si sanguinis, & præul fucci copia fuerit, primùm venâ incidendum purgationem exhibe; postea diebus interiectis chlysteribus aliquot aluum subducas. Primò cremore sulfurum, spuma nitri, & melle: deinde silicula radice m. contrasum, vel epythimum sulfuribus incoques: ab hoc chlystere diebus tribus interpositis hieram dabis amaram, quæ aloem recipit, & præ ceteris omnibus epythimum habet. Et paulò inferius habet: Ex hac hiera dabis ex aqua nulla quantum magnum coclear caput, bis, aut ter ex modicis intervalis. Hinc ubi laborantem rursus victu conuenienti recreaueris, hieram Ruffi denovo exhibebis. Hæc Galenus. Quis quidem si bene animaduertatur, & meum modum in opitulando affectum hunc aduertat quis, intelliget verè hæc in re Galeni sequacem me esse; tantummodo differentiam in hoc inueniet, quòd Galenus hieram exhibet solam, ego autem ob nimiam eius amaritudinem miseram alluciat apertè medicaminis, & hæc

quia ægri abhorrent, non illa semper eam celo. Præterea loco chlysteris, illud quòd inijci iuber, ego chlystere illud lanarium, quod vocat ex decocto hordei cum saccharo, & oleis violaceo, & rosaceo, quia temperamento huius fingido, eadem medicamentorum vim retundimus, & viâ qua illud transit attemperat, & viam semper sequutus fui, quæ quidem omnia ex antea sententia succellerunt: dicat detractor qui vis quiddam in buccam venerit. Hanc etiam methodum sequutus est Avicenna. par. cap. 20. propè principium. Et cuius malus sanguis (ait) fuerit pascens, & declinauerit ad aliquod membrorum, & eius declinatio vehementer nocet, & tunc necessarium, vt ipse mutuetur, ex eius sanguine parum erit assumendum, & cibo bono erit alendus, deinde erit minudus iterum post dies, propterea vt malus sanguis ab eo extrahatur, & bonus restituetur.

Sunt qui inconsideratè pacèque dicam illorū, prædicant, ac (quòd peius est) publice profitentur, morbum hunc non nisi moderato humidoque regimine, & aliis huiusmodi curacionem esse, & proh dolor, quot decretis, & auxilio prouari, ac incurabiles vitam suam consumpserunt, & hoc imprudentissimo gubernati consilio, non audiebant isti quidem Galenum libr. de Melancholia, ubi sic ait. Oportet autem incipienti morbo mederi, nam inueteratum, & actum medentis manum respuit: idem significare volebat 4. Aphor. Comment. 30. firmata magnam vim emollientem exposcit, longo tempore, & per fortiora auxilia, vt supra retulimus.

Et si medici hi decretis istis Galeni auscultare nolint, sequentibus saltem acquiescant oro, non ne humoribus turgentibus statim succurrendum esse evacuationibus docet Hippocrates nulli dubium. Sed quòd turgens hic melancholicus succus sit, audiamus Galenum 1. Prorethororum, Comment. 27. vel aliis similia hæc docentem. Humor ille, qui læsionem phantasie parit, is turgens est. Et Comment. 1. eundem libri: Turgentibus humoribus voco, quando copia & qualitate molestant, quæ quidem omnia in affectu hoc inueniuntur. Præterea, si quod curacionem desiderat, nisi aliud est, quam affectus qui vitiat actionem, quid curandam; nisi statim opitulandem, cum actiones, & eas hominis præcipuas vitiatas hic aduertimus? Quod 1. Meth. cap. 9.

parum

parum à principio, Galen. & 2. Methodi, cap. 3. & si vis clarius cognoscere, vtrum hic turgens sit, necne, lege conditiones humoris turgentis Comment. 22. lib. 1. Aphor. & si id ad quod vrget medendi finis medici debet esse, resse Gale. 3. Metho. cap. 9. ad finem. & in morbo hoc, vt apparet vt gentia magna, & auxilij necessitas adest, nō protractandum remedium.

Anteaquā ad expurgandam huius infirmæ corpus deuenire, omnia hæc medicum contemplatus fui, ne me ipsam in re aliqua deciperem, quod vellem tyrones, & inter ceteros aliqui memoria tenerent, id enim ad curationem conducibile satis fore existimo.

Sanguinis igitur extractioibus præbentibus sine eum idem alteram, vias præparabam, corpusque sursum deorsumve studium reddebam, tum victu humectante, potu, syrupis, & chymsatibus alterando etiam, seu concoquendo sine eum istum, & paulatim euacuando, vt dictum est. Concoquendo, inquam, & si improprie, concoctio siquidem humorum à nativo nostro calore fit, & non ab arte. Offensum enim est (dicetur Galen. 22. Comment. 2. Aphorism. Comment. de Potentis naturalibus.) naturam viscusulque particularis, quatuor vti potentis, attractiva proprii alimentis, & eiusdem retentiva, & præterea concoctiva, & alienorum expulsiua. Hæc de causa decoctis & syrupis aliquibus vrimur, aliquando ad calorem istum naturam adiuvandum, tum vel ad alterandam temperandamque succoriam aliquorum acrimoniam, vel crassum attenuando, vt apertis à nativo isto calore viscantur, sicque ab eodem facilius euacuentur: huius igitur conuenire videbantur syrupi boraginis, & chicoreæ, ex aqua baylosæ, aut scorzonæ. Demum septem aut octo diebus lapsis, in quibus anematis aliquibus vti fuimus: medicamentum cōfectionis hamech simpl. dissolutum in syrupi rosæ soluti sufficere quantitate, diebus aliquibus transactis iterum propinavi de syrupis illis, & medicamentum cōfectionis hamech simpli. & cōposi vniuersi scilicet dra. iij. in vnc. iij. syrupi rosæ soluti.

Et quia vt in præsentis ægrâ, sic & in alijs quamplurimis hypochondriaca saltem melancholia affectus obstruções in sinistro præcipue hypochondrio adfunt: ad decostruents medicamina deuentum

De Melancholia.

est, præhabitis euacuationibus dictis: hoc siquidem se fieri consuebat Gale. 11. Metho. cap. 10. parum à principio: & 11. Metho. cap. 3. Præter enim (inquit) vtriusque (sue ei maiore parte emissa ad deurgendas obstruções accedere, cum alioquin metus sit, si obstruções liberandis, priusquam vacaueris, studeas, ne ipsas magis impingas, quibus id fiebat rebus in sexta remediōrum differentia constitutis.

Interea dum hæc fiebant vti fuimus remedio illo Galen. libr. de Melancholia, de mente Rufi, ex longioribus, scilicet, interuallis, hora transacta à cibo, vel tepida, vel decocto seminis raphani vomere iubet: quod quidem agendum est non forti vomituum: ceteri Auicenn. Fen. 1. libro 3. tract. 4. cap. 20. cum elleboro, aut eius decocto vomere iubent: at ipse nō his rebus vomitum concitari, sed solo haustu magno aque tepidæ hora à prandio, Socrum. Sed dico obsecro: cum sic exactè particularitque eum qua differis, vterisne huiusmodi medicamentis expurgantibus erga omnes istos, qualis hic iam retulisti Aristip. Minime, sed in affectus principis, vel his, vel aliis differentibus, moribus tamen, præ oculis habendo illa que Auicenn. 4. pri. docet ad certam quantitatem iustumque terminum constituendum in expurgantibus medicamentis, artificiose coniectura opus esse, loco enim citato aiebat Auicenna ex his elicienda coniectura ex membri natura, morbi magnitudine, ex his que sua conuenientia seu similitudine id significant, maris, aut femine differentia, ætate, consuetudine, tempore anni, regione, vitii robore, habitu corporis, colore.

Atque circa medelam huius famine actus est, & quoties expurgata fuit, quibusve medicamentis, id audies in alijs diuè rimode, vt postea tibi significabimus. nonne autem aliquibus præter lapsis diebus, cum ceteris remediōrum generibus adiuta fuit, qua iam referam, ad alias expurgationes, & præparaciones deuentum est: vncias enim sex aque lactis capre nigre, si fas erat, recenter fixate sumebat, in quo duodecim horis tradactæ fuisset seu infusæ drachmæ quatuor folliculorum, & foliorum fenæ, & epithymi, & polipodij vniuersi; drachmæ duæ, dentum summo mane, visco seruoque tractato colaturâ istâ aquæ exhibebat, & hoc singulis octo diebus nunc hoc, nunc hinc vobis casus implicitem, aliquando aliquod medicamentum ex fortioribus, que postea

C. eorum.

connumerabimus: vicissim diacatholici vnc. semi. pilul. e foma. dra. j. ellebori. g. ij. que vel in aqua lactis, vel in moscillis saccharo cooperitis. Alijs etiam diasena dra. ij. confectio hamech, simp. drach. ij. diatri dij. g. ij. ex decocto summa. At verò die illo ante expurgans aliquod medicamentū ex illis, clystere quoddam attemperans nocte præcedere in ieiabam, & sequenti die post i iudicium rei rationem iam superius reddidimus. die etiam expurgationis si tormi na anxietatesque aderant, haustum magnū aquæ buglosæ, vel frigidæ ex saccharo propinabam, quod convenientissimum illi erat, & ceteris omnibus, iunctibus præcipue, & biliosis: & ex animi sententia euectabant omnia. Hoc etiam eodē die loco præfate Hippoc. præparatum habebam miculam pulli decocti, referi hordeo mūdo, saccharo rosæ, seminib⁹ frigidis, de quo in principio prædij haustum fumebar. Sequenti die ab expurgatione, quia debilitatem aliquam ventriculi sentiebar, consertam illam rosaceam cōcedebam, cum voc. vij. aquæ buglo. Septimo enim lib. de Simpli. cap. de Centauro maiore, Galen. in fin. ait sic: Porro ad ea que vacuata sunt roboranda, contrahenda, adstrictioneque est opus, queis consensio illo inest *Saphr.* Sed quid si obstruções magnæ in hypochondrijs (vt dixi) adsunt, nonne nocet caustera ista, propter sui conspationem, cum deobstruentibus æger indigeat? *Avicenna*. Vtique sic se res habet: in huicsecmodi tamē obstruções non nisi semel id fit, ut in alijs, vbi hæc obstruções abest, pluribus diebus famitur: proficua enim scia aliquibus est.

Demum aliquibus expurgationibus vsq, ad symptomem aquæ lactis caprinæ, in quo flores cordiales infusi sint, ac cōcedebamus: p̄fecterat ægra nostra colatram illius infusionis hauriendo: postea ad vnum ex medicamentis dictis, vel dicendis consuegebam, & reiterabantur ante dicta, & que sequuntur.

Interim dum, que edocta, vel potius enarrata sunt, fiebant, quinto illo, & sexto sequenti remedio infirmam nostram ad salutem portans ducebamus. Avertibus, scilicet, remedijs huiusmodi, etiam fortibus fridionibus & continuis, tum etiam lotionibus, decocto rosarum, & camomille, & ligaturis, aliquando cucurbitulis, demum & clysteribus fortibus.

Fiebat etiam proficua non solum auct-

sio, sed mira euacuatio ex venis illis, quas hæmorrhoidas vocant: præcipue si retentus illarum aliquando motus sanguinis erat: sin minus, etiam prope cæcitas, si fas est, cucurbitula apposita vsi ano: quod si nec hoc sufficeret, pressaria apponenda, ex drachma vna colocynthidis, & amygdalis amaris: quod si euacuatione hæc appareant, sanguis extrahendus: habita ratione virium & mali magnitudinis: quod si circa hæc rem voti compos non eundas hæud nimium sis sollicitus, nec anxius, aliq̄ue euacuatione enim illa quam plurimi euaserunt: perge ad alia auxiliorum genera.

Inter ceteras remediorum differentias, que huic affectui admodum perpendicularis videntur, que sequuntur sunt: cordis, iecoris, lienis, atque cerebri, corroborantia, resoluentia, & deobstruentia. Considerationem cordis necessariam admodum esse in agritudine vsi hoc, dicebat Arabum Princeps Avicenna Fen. 1. tractat. 4. libro 5. capit. 18. Et quandoque fit, ait, propter causas alias infrigidantes, & exiccantes, nō ex corde solum, cum tamen non sit possibile vt fiat absque communitate cordis: imò fortasse magnitudo cause in ipso erit corde, & propter hoc necessarium est vt associetur, vel continetur cura cordis cum cura cerebri in hac agritudine: & scias, quod sanguis cordis quando est tertus, subtilis, clarus, lactescens, resistit corruptioni cerebri, & rarsificat ipsum: imò non est mirum, si sit secundum plurimum principium illius ex corde, licet non confirmetur agritudo hæc nisi in cerebro. Hæc Avicenna. Idem tenet Serapio tract. 1. capit. 22. Hoc cum animaduertebam diuitibus sæculum plenum pulvere electuarij diambæ & diamusci appono, alijs lineum madefactum aquis cordialibus, cum guttis vini albi, & succo pomorum dulcium quas *camursas* vocant, & fantalis: sumere etiam iubeo electuarium de gemmis, vel electuarium lactificans Rais ex aqua buglosæ: alijs consertum rosaceam, vel radicem buglosæ Iecoris etiam cura habenda, si id præcipue intemperie nimis calida sit, appositione episthematum frigidorum.

Lieni, & hypochondrio sinistro satus oleis de capparibus, & sissami, vel simili vnguento: accipe istorum oleorum singulorum vnc. ij. scolopēdriæ, corticum capparorum vtriusque drach. j. seminis ag-

Consideratio
cordis.

nicastri drachmā & semis, cere quod sufficit, & parū aceti aspersum. Fiat vnguentū, quo bis in die vngatur. Aliquod fomentetur locus ille ex decocto anethi, absinthij, & capparorum, & post longam fomentationem, oleis dictis balneetur.

Ventriculi etiam habenda maxima cura, quam Gale, ipse lib. de melancholia dicit, flatibus plenum solere esse sic qui morbo hoc laborant, quod reuera fit: cui admodum de mente Galeni spongia plena dies octidiimini & pulegij in aceto. Eodem etiam lib. Gal. ait. Quicumque ventriculū habet ad concoquendum non idoneum, huic frequenter balneis uti prodest, vel ieiunio, vel peracta iam edocōctione. Et addit: Post balnea dabis cibaria edocōctū facilia, non infantia, bonā aluum facientia, aliū generis; obicruabianus, quomodo ā lingua nigros afficiatur, nota: enim omnes eodē modo istū cibū afficiuntur, autē si qui dōm, que nec pinguis sint illis conueniūt, & omnia forbillia leuiter cocta, pisces saxatiles, reicienda sunt quæcumq; in cæno & palatibus viuunt, carnes hœdine & lactea tuum animalium istis vitales, vniūq; etiam, & fumenta, hoc est, pars illa sub vberibus potest porcini, & inter olera, que dulcia sunt. Hęc Gale. Sed quid tibi referā de cerebro istius nostre infirmæ, que quidē eū noctū diūq; vigiasset, & sine interuallo delirasset, iā intelligere poteris, quo pacto affectū calidissimū intemperie esset, qua propter bis in die istud balneabam ex decocto aquæ fluitantis reidæ, in qua rose, camomillæ, salicis folia, & hordeū decocta erūt. Noctū coctearia aliqua amygdalarū, & semina quatuor frigidorū, cremoris eū saccharo decocti: de mum ad pessaria parua deueniebā ex cotone saccha, imbuta populeonis vnguento, & parum opij, & muliebris lactis, que quidē pessaria naribus immitebātur, tempore crū ex hoc eodē limineo intingebatur, pilulū etiam quo semper caput tegebatur plenum florā boraginis, violarū, & buglossæ ana. vnc. sem. consilij preparati vnc. ij. rosa. dr. j. Alhecados, & maiorana ac camomilla. dr. j. corioli papaueris albi, vnc. ij. in puluerem cuncta hæc redacta.

Hęc omnia sic acta sunt aliquibus diebus, & creiteratis aliquibus (Christo gratia) comaluit sed ne remaneat tibi circa medellam hanc dubiohū aliquid, ferat me, inter medendumegram hanc & reliquos, obseruasse consilia aliqua gratum doctorem, præcipue istud Aniceti. Fen. apri. c. 5. Semper autem ait non est aliuicanda na-

De Melancholia.

tura ad pharmaca, quoties indiget lenitione, quoniā id in usum conuerteretur, quod quidem ipse expertus sum. Præterea nō eadem propinone tādū etiam agris offerā, quod etiam Alexander Trallianus iuadet.

Sed si quæmus ex his melancholicis perfectē curare cupis, haud in itinere deficias, quia peruenientem morbum videas, audi, que antiqui circa rem hanc cōsulerūt. Præcipue Trallianus lib. i. c. vltim. in fine de melancholicis, sic: Quod si resiquia quedam ipsi superint, & æger non admodum moridam habere mentem appareat, rursus expectata bona aeris temperie, auxilia debet repetere, initium ā primis faciens: a quibus etiam antea incipiendum diximus: at hæc paulatim facito, confidens, quod etiam si difficilis, & propē insanabilis existat, istis ipis insilendo perit, & vt rationi consentaneum est, omni tamen ægram morbo amaro molestoque liberabis. Hęc Trallianus. Quem qui non sequutus fuerit in medenda melancholia, hoc præcipue faciens cōsiliū, plurimos huius affectus absque ope derelinquet. Si melancholicus alii quis iuuenis sit, temperatūra calida, in regione: & tempore calidis, & aliquod ex medicamentis fortioribus exhibendum sit, si pī iulæ, aut morcellæ sint, statim ā degloratione monet Ravius parū aquæ tepidæ haurire, si dilutum sit rebus frigidis, & humidis mixtū, vt aqua lactis, vel decocto aliquo istiusmodi qualitatibus, dō expurgationis, horra prandiū, vt dixi, iustulium illud alterans vesperi hauritum magnum buglossæ, vel frigidæ: sequenti die elytere illud lauatiuum, & potum frigidū cum saccharo.

Aliquando etiam oportet agere, que Galenus docet 11. Metho. cap. 15. & Paulus lib. 1. cap. de Cura manizillis enim qui & victam, & pharmaca respouit, cibis aliquibus immiscere iubet.

Anticena etiā tibi consiliū, cum ē capite siccum prauum & abundantē educere cupit, morcellam magnā, aut pilulas duas magnas propinare persuadet. Solutius vero inquit facilia ad purgandum caput sunt albahæter, ex quibus fumitur pilula vna magna, & paruum pondus operationē efficiat sufficientem cum mora, & nō nocere propter paruitatem suam iteratio. Quam etiam sententiam commendabat Ravius, 12. conti. tract. 1. cap. 1.

Quintianus Horatianus circa medellam huius affectus lib. 2. c. 5. ait: Si adhibitis hæc mediantibus, & expurgantibus, causa non fuerit diminuta, sicōstionum sub gemina

C 2 dicta.

detractio adhibeo: ipse autē, eris Octavianus hanc dicat, nō tamen sum experius, fortisā verō poterit aliquis affectus in subiecto tali adesse, ac tempore ipsius morbi, symptomataq; talia, quae exposcant huiusmodi auisū post alia. Sed viteris pergens Octavianus laudar peregrinationem in his, quā ego salutareram, & proficiam adeo facit esse, & me vidisse illius profectum dico.

Cometij Celsi erit et doctissimū aliud consilium lib. i. c. 18. qui sic ait: Si torpes admodū sint, segnes, taciturni, tardi ad loquendum, & visū perperam agunt, fame, vinis, oculis, plagiis, coercendis, cogendiq; & attendere, & edulcere aliquid, subitoque etiam terredi, & expanescere, & ferē quidquid animum vehemētē perturbet. Hae

Comelius. Quod sumptum existimo, ē Galen. lib. de Theriaca ad Pisonem, ferē ad medium, & ab Hippoc. lib. de Morbis popular. 2. p. 4. & 6. Epidem. Comment. 9. cū Comelius mureae regionem, & peregrinari laudat. Hoc eodem cap. cōcedit vinum melancholicis, qui potius metu laborant, & inueteratis scari ficare ocelliptium cucurbita apposta.

Plura quae iam etiam audies, ē Gale. multis profuere lib. de Melancholia. Exhibere, scilicet, statim discitentia, vinum proocāria inani riones etia, quae per sudores sūt, siue laboribus, siue balneis, siue vndionibus oleo scilicet, oleo, scilicet, camemelino, nitrooleo admixto: post quae redit ad hieram. Mens est etiā Rasi loco supra citato, quibus mouetur, melancholiam verē non esse corruptionē sanguinis in ipso cerebro, sed in venis, & in tantum, aut mouetur illo tempore donec perueniat ad cerebrum: laudar vinum Rasi melancholicis, sed existimo id velle fieri, nō in regione, tempore, etate, temperaturaque calidis, nec furiosis admodum. Commendat (& id iure) tyrapum acetosum his, quia mundificat ventriculum.

Sed qui expurgantia medicamina abhorrent in medela, praeter iam dicta audiāt Rasi de mente Orisali: Si morbus est chronicus mundificetur assidua cū epithymo, & aloē; & si non liberatur ex hoc, addatur pulpa colocynthidis, & elleborus niger.

At breuissimam praedictaque satis summam medela melancholiz audi ex ipso met Rasi. Dico, quod summa in cura melancholiz, hic (praeterquam in mirarchia) est lebotomia, in primis assidua purgationis, infra dare hepar, confortare splenē, assumere

balneum, vinum, & somnum: cōdem in illa quae est in cerebro, solūm detur in potu vinum lymphatum valde, aqua dulci infusa, & humectando caput.

In mirarchia vomitus, vinum, cibi boni, purgatio ē lapide Armenico loto. Notabilis autē huic curationi necessaria ex Hipp. & Galeno desumpta, quae & ipse verbo ad verbum sequitur, in fine huius libelli scribit videbis capite proprio, nunc tempus est ad ceteros accedere agrotos. *Sapra*. Exaltē quidem, & prudenter vtriora documētū antiquorum, & iuniorū huius affectus à te adducta sunt, sed reliquum est, vt vnum maxime necessarium melancholicis huius iam in statum naturalem redolis, ne recidat, propales. *Aristip*. Libentissimē, cum iam salutem suam pristinam huius recuperarint, operari eam est, diu in viciis ratione praedicta & potu permanere: infamum omni recreationis genere tractando, dummodo id fiat moderatē; praecipuē, si debilis existat: alterantur enim ibi, & coram cerebri debilitatur confabulationibus otiosis, vociferationibus, & sic de alijs. Praeterea bis in anno expurgandi, si saltem affectus melancholicus ē cacochimia nimia ortus fuisse, ē sanguinis abundantia, vena secūda, primū praecipuē veris, quod si ex retentione sanguinis haemorrhoidarum natus morbus fuit, ille prouocandus at in feminis, quibus macteriarum albi fluxus detentus erat, & hinc morbus illis occurrit, ille etiam euocandus, vel saltem expurgandus: & si ex sanguinis mensura, vel abolitione, vel diminutione, etiam bis vna poplitum, aut talorum apericōde hae (in quibus) agenda duobus, aut tribus annis continuis bis (vt dictum est) singulis annis: sic enim coram salus tua arte & methodo aequilata, firmissima sine dubio erit.

Secundus infirmus melancholicus factus consensu totius.

Quidam Monachus adelē, trigessimū quartum agens annum, hirsutus, subniger, gracilisque, quibus notatis, quali praeditus sit temperatura videt: hic vino nigro crassoq; nutritus diu erat, & alijs eda huius crasse substantiis, quae omnia causam praecipuam melancholiz generationis esse omnibus est notum. Hic (inquam) in subitum incidit delirium: fatigaturque se iam fatō fundum, & demum resurgit.

Summa cura melancholiz, hic (praeterquam in mirarchia) est lebotomia, in primis assidua purgationis, infra dare hepar, confortare splenē, assumere

Et immortalemque iam esse, & quod mirum est in ceteris omnibus recto iudicio discernitur, ac loquebatur, sic ut de delirio hunc nemo comprehendere posset: delirare vna cum hoc metus, & moestitia non parua, quae sic curauimus. In primis quia vermiculus crudioribus secretis nimis erat, elysinate comuni inferiori ventri, & superiorem leui pharmaco quodam ex diuersis medicamentis, vel ex dicendis postea suo proprio capite, modificauimus, sic tria facta basilicæ dextra, sequentiq; sin. infra, & tertio dea tria fecere iusto de cetero singulis diebus, & amplius vncias sanguinis extrahens, post ceteris octo diebus syrupum acetosi simpli, & boraginis ex aqua buglo, & cendi, sumptit, deinde diluta vna ex missioribus supra relatis coclesti, diebus doobus trahatis balneare caput in cepi bis in die ante prandium, & cœnambalneo illo id dicto. Hoc diu continuabatur, & nunc syrupus, nunc etiam aqua lactis, adhuc & elysenibus illis lauitiis demum bis, aut ter medicamentum expurgans sumptit leue, quibus, & optimo cibo, & aqua frigida, intra quinquaginta paulo magis, aut minus dies cœnabit demum aliquibus post mentibus transactis rediit in simile affectum ob intemperantiam victus & vini vsum, qui restitutus fuit, interdicendo illi vinum omnino, balneo, & optimo cibo.

Tertius aget maniacus ex retentione sanguinis hamorrhoidarum.

Adolescens quidam bonæ indolis viginti mo secundo fux atatis anno in firmitatem incidit repentinam, sic ut de hoc solo videbatur Auson loqui, quando de quodam maniacico dicit, omnes sui morus, & loquelas à demonio fieri. Passus fuit hemorrhoidarum grauissimos dolores, & hoc diu, ac fluxu sanguinis eam superstitum. Quis quidem antea suo venæ sectori affectu hunc patere cit ab eodemq; enixè remediū expostulabat, quo cœcillo venæ illæ, & illarum fluxus, & dolores euauerit. Virhie motis antea diebus corpus suū inedia ætatis, ceterisq; potentioribus modis inaniter, sicq; tractatus erat, & ob has causas paratos morbos hunc incidere; & quia antea erat calidissima, hinc sanguis ille reclusus, cœterus euacuari, exustus fuit supra modū, hincque furor ille, debitus, vigilie cœtinuæ, variæ, & multæ imaginaciones incōstans multiformiq; opinionibus fluctans erat, fugaces imaginaciones sibi fabricas illiq; hanc remone vo-

De Melancholia.

lutione hoc atq; iterū aliud mirabatur, quidquid in buccâ venisset elaboratum, inmodica insuper siti torgebatur, quæ omnia ab ingenti calidissimaq; fluxu hinc oriebantur, & ut hinc cetera maniacorum signa cognoscas, scias diffinita esse hæc à maniacorū ab ara hinc omnia signa significatiua distulisse, ac rursus, maligniores sunt, insipientes, pertinaces, intractabiles, mediis tabidi, crudelēs, & sese cœcipientes, illi inquam sunt qui facerit illum arum vomunt, terram ortolentem ampallisque eleuant. Maniaci autē illi qui sanguinē cœcipientem supra modū habent multum, desipiunt cum rila, quæ modo dicitur, sicbant. Ab dextra Democriti insanas, quales Hipp. euacuat, ut ipsum curaret, in quo epistola forma istorum melancholicorū, & cetera scitu digna videbis, cuius partē inferere volui, ut facilius qui hæc traserit antiquitate illius legeret. Nunc, o Hipp. (sicut Abderitan) vir in maximo periculo nobis versatur, qui magno omnino, & nunc & post in alios annos nostræ vrbis fore putabatur, & sperabatur, quod vna ne nunc Dii omnes adeo periti sint, uti hinc hominem ob lapsū qua perditus est imideant, quia tū magno malo correptus est, uti nō parū timeamus nūc verū leuissim Democritus amiserit; quod si est, cuius Abderitana perijt, nā rerū omnium oblitus est dies, & noctes vigilat, singulaq; & magna, & parua ridet, nihilque ratas vna tota esse degit, si quis præterea vxorē ducat, ægometur, prius in foro adificatur, honorē, & alios & magistratus nōciscatur, ad rē istam desipietur, ridet, si quis tū morbo afficiatur, facietur, perat, ridet: disquit prætere à bonis hinc vir de rebis que sūt apud inferos, sicut hinc, que scribitur, magister esse acere antimat, se volocri linenas, & voces intelligere, & audire dicit. Cerebro noctu suat, solas quiescit, cœstitit, nōnquā cancti similes sedet, seiq; quam doq; vagari, & peregrine proficisci dicit, per totū & cœmentum terrarū orbē copiam, renū, & multos innumerōs, Democritus sibi similes esse dicit. Mēte autē & vxo su perdit ac corcept corpore vniit. Hic o Hipp. timemus, & c. Quibus verbis clarissimè signa posthac intelliges, sed scias paratos esse in hinc cadere morbos, derisores, dicac ex, cœntimaces, iracundos, cogitabidos, & anaros, potones, crebrosque spenentes, & eos qui consuetas excretiones retinent, ut in præsentī nostro egro est videre, & feminis, quibus retineatur in cœtra sui

C 3

sangu-

Signis motus At passim scias cupio, hū
mores istos, quam perassantur & in fulgi-
nosos spiritus solvantur, quandoque in ip-
suis substantia cerebri consistere, quando-
que in membra, viliū ac tunice ipsū ve-
scentibus, nonnunquam in vētriculorum
meatibus.

Medita. Quibus omnibus periscipis, & originē
huius affectus callens: recordaturque de-
creti illius Gale. lib. de Sangu. misio. cap.
19. sanguinem extrahere iussi. Dicebat
enim sic Gale. Si verō propter resētas hae
morrhoidas sanguinem miseris liquidem
cohibere, eas vales quae in manibus sunt,
sive eliere quae in erubris sunt, vnas se-
care oportet: sique actum est melleo-
lorum vnas secando, vno, & altero die,
singulis diebus decē sanguinis, & amplius
vncias extrahendo demū syrupos alteran-
tes, ac bilem illam ardentissimā attempe-
rantes exhibuimus: vna cum his quotidie
bāneum intrare illum coerebā, quae om-
nia sic nitēbatur tenuere, vt cogere ip-
sum manibus, pedibusque ligatis, plagis;
obedire, quae res non parum laboris, & fa-
stidij assidentibus, & ministris erat, sic vt
cum iam sapius dereliquissent, nisi ipse bo-
nis verbis, & spe certa salutis, confortassent
eorum animos. Inter medendū dulci can-
tu, ac concinnitate sonorum animū illius
recreare iubebam: permulcet enim mētis
tempellat, emollit, sistitque: procellosas ip-
sius affectiones. Quāsi momentū auxilium
hoc sit, ex antiqua illa Arcadem cōsuetu
dine elscere poterimus: siquidem vita, &
moribus asperimi Arcades, musicā tamē
à sua Republica non excludēbant, & hoc
nō luxus nec deliciarum causā, sed vt vitae
ac morum duritiē emollirēt. Aiunt etiam
Empedoclem Agrigentinū furibundum
adolefcentem cētū reuocasse, & pacatum
māstiumque reddidisse. Celsus ille musi-
cus, quando ad iram prouocaretur, sum-
pta illico hyra animi motus compefcebatur.
Quando spiritus malus Saulē arripiebat,
Dauid tollebat cytharam, & percuriebat
manu sua, & refocillabatur Saul, & recede-
bat ab eo spiritus malus: hoc erat quod
laudabat Gale. 1. de Tuend. sanit. dum ait:
Et nos cyros nō paucos perfrāuimus ani-
mū moribus ad debitiū modum reuocatis,
quin etiam Aesculapius multas scripsit cā-
tinas, & instituit mimos ridicularum re-
rum fieri, & melodias quasdā, quibus motus
vehementi oēs animi corporis tempe-
rumentum iusto calidius efficerent.
Expurgatū igitur fuit corpus istius iuue-

nis ter, aut quater per intervalla: sic dicit
ne, & diacartholico, nōc pilulis ēlapide Ar-
meno, & Indis: & aliquādo vno aut altero
ex pharmaco illius formioribus in sine dicit
dit: aliquando diluto veratri nigri, sol. 112.
& sequentibus.

Quis enim tā rudis & indoctus est inter
Graecos enutrit? (ait Gale. lib. de Atra bile,
qui Praetor filias infanas Mellipodem in signū
medicum purgante medicamēto curasse,
neque legerit, neque audierit: quasi non ante
ducentos, & trecentos annos, imō & mul-
tō plures nobilis haec purgatio per veratrū
adhibita fuerit. Sed quia te tā radio affe-
ctū esse existimo, recreationis gratia, histo-
riā istā antiquissimam de filiabus Praetor Re-
gis, hic ē Gal. referre volo. Homerus nūq;
secūdo Odyssae, ait: Praetor filii fuisse Abi-
ris Regis Arginorū, qui quidē patre defun-
cto in Regno successit, huic Praetor ex An-
tia cōiuge quatuor fuerūt filii, sic vocatē,
Merā, Furialia, Lysippe, Iphianassa, quae cū
pulchritudinis, ac formae gloriae in Iunonā
praetulissent, offensū Dea furorē eis immi-
sit, quo se boues esse crederēt. Praetor autē
charissimas illarū patre infelicis cōsiliū, pol-
leebatur partē Regni, & vna ex eis in con-
iugem, illi qui eas liberasset. Mellipos autē
illustri medicus filius clarissimi Amytaeo
nis in hac arte, propinato elleboro illas tā
nauit, & vsorē accepit Iphianassam: haec
est fabula. Nihilominus tamē aliqui dicūt
filias has Praetor obnoxias fuisse temulētia,
& ebrietati, ob idque in furorem incidisse,
quo intellecto à Mellipode in fontē Clyro-
rij eas adduxit: cuius aquae potū odii vini
causare aiūt. Et vt vnde orta fuit se cōuer-
tat oratio, cū agrū hūc expurgatione ali-
qua tradidit: haud oblitus erā lecur attem-
perare epithematibus, cor etiā confortare
alijs ac ipsum cerebrū balneū semper con-
tinua ndo: at semel pilulas sequentes hūc
agrū deglutire coegi, quibus aliquos ma-
niacos sanauit, quae quidē singulis octo die-
bus sumendae sunt cautela dicta: veratri ni-
gri, & scamoniij sing. drac. ii. salis hāmonia-
ci, dra. iiii. gūmi drac. i. Fiat massa, & ex hac
sumendae pilulae cicicris magnitudine cō-
melle. Ex quibus quinque scrupulis forti-
bus exhibui, et si etiā aliquibus drachimae
duae exhibitae sunt: huic etiā aliquādo dilu-
tū propinavi tale: diascenae cōfēd. hamech.
f. & compos. aña. drac. ij. diagrichij. iiii.
cū aqua fumaric, quibus omnibus recto or-
dine continuatis intra triū mensium spa-
tium ager hic conualuit, & optime resti-
tutus fuit in pristinam suam salutem.

*Historia per
pulchra.*

Quartus

Quartus ager de uterino furore.

AE Grobar virgo quædam, matura iam viro, morbo manico & melancholico (grauiter quidem) quæ inter symptomata cætera meru & mæstiria per intervalla premebatur. Multoties tamen sic furore rapiebatur, quod cor suum caputque & vestimenta dilacerare videbatur. Ortum malum hoc (iulio meo) è feminis retentione, matura enim iam viro erat, vt dixi, falacissima, gracilis, & aliquantulum hirsuta, & vnà cum his mensuris sanguinis morus illi diu defecerat. Hæc diebus aliquibus mentis cõpõserat, tunc ab eadẽ elochus fui de his quæ retuli, & simul inquiturum aliqua alia euacuatio retenta fuisset; quæ quã nil aliud præter mentium defectum dixisset, affectum vterum illius intellexi, hincque cerebrum consensu illius. Explicabat hancmet affectum Hippoc. lib. de Morbis virginũ, sic, Cum igitur osculum exitus non fuerit aperitum, sanguinis autem amplius influxerit propter cibos, & corporis augmentũ, tunc sanguis nõ habet effluxum, præ multitudine resistit ad eos, & ad septum transfertur: cũ igitur hæc repleta factim, cor fatuam fit, deinde ex satutate torpedo, ex torpedine delirium apprehendit, item febris cum horrore irruit; his autem sic habentibus, præ inflammatione acra insanit, præ putredine clamat, præ caliginositate timet, præ impressione circa cor strangulationes parat, præ sanguinis autẽ malitia animus moribus ac anxius malum attrahit. Et paulõ inferius ait: Nõ hæc à sanguinis sola retentione, sed ex femine pronouentur. Ad dirque: Si nihil impedit, sanguinis misio illis conuenit, ego verõ (inquit) virgines cum huiuscemodi patiuntur, nusã citissimẽ viros colubizare iubeo. Hęc Hipp. Aetius tamen lib. 10. cap. 76. de mente Sorani, non solum furorem hunc à sola intẽperie calida orti posse ait; sed à femine retentione. Consilio igitur horum virorum venas præcipuè basilicas ambas secare incepti. Aetius enim (vt superiorẽ diximus) sic docebat fieri, corpore existente plethorico, demum eiusdem doceret, ad malleorum venas deueniẽ victu tenui, coquẽ humido, necnon & aqua frigida, symptus eiusdẽ qualitatẽ acrem calidissimẽque siuecum alterantibus & temperantibus corporis tractando, demum, eo fluido iara reddito, hinc inde

ad expurgationes aliquas deuterum est, leuioribus quibus potius medicamentis: naturã enim illius vispore calidissima nõ aliter tractari poterat. Demõ ex ipsomet vtero vitiosum superanteinque sũcẽ extrahere decreui, idquẽ actum est passarius quibusdam ex theraea dyatelleron, & alijs ex puluere hieræ, & sacco mercurialium cum melle, quibus sanie calidissima magna extraheretur quantitas, sic vt vterus excoriaretur. Quibus remedijs resistit intra mensẽm & ante. Quapropter non opus fuit illi auxilio Hippocratis vti, vt vtrum colubaret, nec illo remedio, quod Alexander ille Benedictus dicit eundam mulieri summe profuisse. Refert enim quãdam mulierem ex retentione mensurorum in subitum lapsum fuisse furorẽ. Hęc isquidem (ait) nuda per ciuitatem quãdam peragravit, & forrẽ incidit in microriam officinam, quam nostris publicam meretricum domum appellant, & nocte sortã quindecim viris detragitam fuisse venere fatetur, & hinc mensium longius protrusum euasisse, cui pluribus annis antea subditetant, & non sine magno pudore, diluculo menti restituta dicebat.

Historia furiarum

Quintus ager de femine retentione.

ET si Galenus 6. loc. affect. cap. 6 de feminis locutus fuit, eum ibi de suffocatione vteri differens signa docet, ipsa tamen duorum virorum curam habui, qui quidẽ melancholicẽ morbo affecti, aliquãdo symptomatibus eidem premebantur, quibus vidue vt plurimum corripuntur, & alia, vt religioz & virgines. Dicebat namque Galenus loco citato: Conuenit inter omnes medicos, hunc affectum magna ex parte viduis euenire, usque maximẽ, quæ cum antea probẽ purgarentur, ac parceret, atque virorum concubitus gaderent, &c. Et paulõ inferius: Fuerunt etiam alia (ait) & nostris nunc temporibus quotidie videmus, mulieres aliquas distensione neruorum laborare, ortõ illius initio à retentione illa feminis. Et subdit: Eadem symptomata orti solent qualia ab epoto venenõ, & repenõ accidisse aliquas mori, & vnã cum accidentibus his, etiam & illa, quã ab Hippocrate relata sunt in infirmo præterito lib. de morbis virginum, continebant duobus his de quibus mentio hæc fit. Alter enim illorum illustris quidam vir

erat

erat, qui quidem monasticam vitam amplectens, paucis diebus praeterlapsis, in mentis exsultatione que incidit prolixam, post in suffocationem quidam, veluti si ex viro fuisset, manibus, pedibusque ac capite corpus suum ductim modè quatens, ac dilacerans: quibus noratis causis cognitio nem haud allequi tales, noctu diuque ego met mecum cogitabam, unde tantum illi ortum fuisset malum: tandem recordarus casu cuiusdam capitis Galeni, quineti scilicet, 6. loc. affect. quod non semel, sed plures relegi, in illo namque causam illius affectus clarissimam inueni, ubi sic ait: Equidem nonnulli quosdam, quibus eiusmodi erat narata, qua prae pudore libidinis via abstinere nescit, torpida, pigrique facti sunt, nonnulli etiam melancholicorum exemplo praeter modum macili, ac timidi. Haec Galen. Cuius verba pro his nostris infirmis conlectripa à Galeno exillimo. Prior enim cā extra religiosorum consortium erat, venerae rei laris superque deditus erat, à qua cum omnino abstinentisset, quod Galenus loco antea citato dixit: statim supervenerunt ei symptomata dicta. Secundus autem, etsi non sic distractus, nec saecularibus istis exercitijs ac dissolutionibus oceanatus, temperata tamen illius, aetas & vitæ solatio in causa erant, ut ex femine quaeritas non parva illi coadunaretur, retentaque, ut & in altero familia, aut fere eadem symptomata euenissent. Sicque vna, ac quilibet eademmet methodo curati sunt. In primis tenui victu, ac aquae potu, crenis demptis, demum clysteribus aliquibus, duobus primis diebus, post sanguinis extractionibus ex basilicis ambabus, & haec prout vires illorum, & morbi magnitudo exposu labant; conuenientissimum siquidem illis erat, largas fere euacuationes, dein ad syrupos asserantes, post ad cōfuseras aliquas expurgationes deuentum; vltus tamen ista rum fuit co ordine quo solemus, mirioribus peritis, demum ad aliquantulum fortiores. Octo singulis diebus corpora virorū illorum expurgans, quae cum ter ablata fuerint, intra quinquaginta dies, nec metus, nec macilitia, nec suffocatio, aut aliud quoduis ex dictis symptomatibus aderat:

Sicque restitui (Christo gratia) in naturalem suam statum.

Sexta ex sanguine in mammillis collecto maniacata facta.

Adolefcentula quaedam vigesimo suae aetatis anno puerum cuiusdam nobilibus viri lactabar, quae cum bene copiosaque nutrita erat, haec supra modum & plura par erat increvit, hoc insuper haec tam aetate matricis, temperatam etiam biliosa ex calefactam supra modum est, ac exasiam, in tantumque repentinus caput illius in caput, maniam fecit, cuius symptomatis Hipp. meminit 3. Aphor. context. 40. sic: Quibuscumque mulieribus ad mammae fauentis colligitur, furor em significat: ut si Galenus in huius commentis se nunquam vidisse fatetur; tamen Cornelius Celsus, cap. 7. lib. 2. euenire sapius mulieribus ait, cum nimis calidus & effervescentis sanguis ibi colligitur, frigiditas enim quae in mammis est, haud potest illius in lac coeuerere. Dicebat Philotheus sanguinem ex comanibus venis delabi ad mammae; qui si moderatus est, haec efficitur, si autem plethoricus oportet, non alteratur, quoniam mammae rum potentiam multitudine dissoluit, reliquum manet & potest fieri: ex iplo enim acuti vapores in cerebrum mittuntur, & hinc ipsam libueritur, & mania fit. De hoc etiam mentionem fecit Rasis 1. cont. trad. 19. cap. 1. Haec adolefcentula igitur maniacata iam facta sanguinis missionibus ex brachijs copiosis, & tenui victu, ligaturis, frictionibus & encubaribus ribus appetitis respicit. Et hoc decem, aut duodecim diebus tantum.

Septimus lupina insania oppressus.

Vle quidam fuit trigentesimo paulo plus minusve aetate annorum, qui crasso appetitque cibo & potu emittitur in praefundissimam incidit macilitiam, sic ut noctu diuque solitudines amaret; noctu tamen ut plerimum vicis plerisque virbis circumibat, die sorsum adueniente, campos & eorum abditiora loca habebat: hanc agritudinem Paulus lycaenus, aut lycanthropiam, Aiacen. dispositionem conuinciam, quia veluti canes noctu vagantur vllulando; Aetius & Galenus lupinam insaniam vocant. Vix hic sic affectus huius morbo fuit, ut singulis noctibus nunc in hoc, nunc in illo consuetudine inuenitur dan-

clangorosa lamentabiliq; voce suspirando, mortuosq; cōuocido. Hic (inquam) macilentus, hirsutus, nudus, gracilis, oculis concanis erat, qui quidem apprehensus ab vrbis gubernatore, in hospitio quodā pauperum ligatus aliquandiu mansit, ibique ipse illius curam habuit, methodo sequenti. In primis cum ruficus hic esset, & (vt dixi) nutritus omnibus diebus vitæ suæ alimento crasso, oportuit tum superiorem ventrem, tum inferiorem cruditatibus plurimis referunt limpidum reddere, quod clysmatibus & pharmaco leui actum est: deum consilio Pauli & Aetij instructus, ferè vsq; ad animi deliquium vno & altero die basilicas dextram & sinistram fecare iussi, quibus apertis sanguis teterrimus ac graueolens apparuit. In ipso accessione tempore viri isti istam misisionem sanguinis fieri iubent. *Qui* (iudicio meo) è Galeno methodum hanc suspenserunt, qui de mente Rufi lib. de melancholia, id docebat, & lib. de theriaca ad Pisonū. Et hi omnes (suspicio) edocti à nitidissimo illo fonte Hippoc. s. Epidem. in vxore Polemarchi. Sanguine igitur sufficienti extracto, vichuq; conuenienti constituto, expurgatum fuit melancholicum hoc corpus, ordine confecto, bis scilicet pharmaco lesioni, demum tertio fortiori aliquo, eaurione illa antea, plenissima humedatione vniuersali balneo, & inter balneandum quartò propinquissimè eradicationem aliud medicamentum tandem residuum humoris naturæ relictum fuit, quæ vri sagax & optima magistra opus perficit. Sicque breui conualuit ager hic, sex scilicet hebdomadis, qui ne recididaret instructus fuit, & vna cum eo affinis quiddam finis, & huius operis minister, vt singulis mensibus simplex mirusque aliquod medicamentum melancholiæ eductiuum sumeret.

Octauus ager amore melancholicus factus.

Nobilis quidam vir perditè pulcherrimam quandam amabat feminam, appetitione illa, qua Plato bonum sibi adesse semper quæq; desiderare dicebat, & iure amor istius erat secundum Plotinū actus animæ bonum desiderans: & desiderium pulchritudinis Marfilii. *Qui* quidem vir cum in dies illius desiderio arderet, & haud consequi quidquā posset, amoris philtro inc-

catus, efficacius illam peribat. Principiū augmentum, & status istius rei aucta sic fuit, vt noctu diuque hie vigilaret, hæc & illæ suspiriis, mediaque corpus macerando, in consumptionem similem beccicæ demittit, sicquæ eius cerebrū eū redderetur, delirare incepit. De quo (iudicio meo) Plato in conuivio videbatur loqui, sic: *Qui* ex amore infasunt, non solum repente in cerebrum atrabilario succo, & spiritū animale, & cerebri facultates plurimum euertere, fieri amantes dicuntur, sed etiam cordis morbo ab his humoribus diuexantur. Nam cupiditate nimia, & æstu amoris, cor illis impense amaribus feruet, exarsit, premitur: vnde inquiri, anxij, mæroris & sollicitudinis pleni videntur. Nec solum in animum impetum facit amor, verum & in corpus sapientissimo tyrannidem exercet vigilis. *Quibus* verbis Plato & affectam sedem, & actionem eius læsam, & affectum causamque eiusdem nitè depinxit: quod est iura res se habet, Platonis & Lactantij etiā Firmiani causam huius affectus conuincere haud omittit, lib. enim de opificio Dei Lactantij, cap. 4. sic ait: Melancholiæ ortus ab amore causa est, animæ concupiscibilis passio, desiderio rei amate in corde & hepate existens, cuius quidem desiderium per imaginationem & communes spiritus in corde & hepate feruescit. At Plato sic ait: Et quia enim amantis intentio in assidua amantis cogitatione tota se vertit, illie ferè tota vis corporis intenta est: quo sic vt neque cõitio rectè procedat, neque reliqua naturæ munia, quæ circa alimoniam facultatum naturalium ope sunt, rectè perficiantur, vnde superfluitatem corporis & cruditatum quæ à iecore atrahuntur: & hinc generatio sanguinis prauis crudisque, & hinc decolores ac tristes incendant, propter sanguinem crudum per venas diffusam: & demum (vt ipsemet Plato ait in conuivio) amor species est insanitæ, sicque aiunt Philosophum illum Lueretij: Amor flagrantem insanum factum fuisse: Ferant etiam hoc morbo contractum Antiochum filium Seleuci Regis amore noueræ suæ Stratonicæ.

At quia euenire solet, aliquos hoc affectu oppressos nosse quicquā explicare, tū ob sui caliditatem, tum etiam propter pulchritudinem amorem & vniuersitatem, nõ ab re erit Galeni locum quendam referre, lib. de prænotione ad Posthumum, quo calere quicquam signa possit, quæ sic se habent.

bent. Galeni verba sunt: Praestit (inquit) vt quod possidebas superius sum, deinceps sub acil. Hoc enim praesenti sermone cōpellor adire, praesertim cum nonnulli, qui sibi p̄sumunt scire videntur, exponētes, quomodo Erasistratus amari noueram à priuato cognouerit. Eri pulsum arteriarum iuuenis amatoris pulsantem Erasistratum deprehēnisse scribant: non tamen id etiā ex pulsibus inuentum esse fateri volunt, patris eam vxorem fuisse. Ego tametsi quā ratione Erasistratus id nouerit dicere tibi non possum, quo pacto tamen mulieris amorem ipse deprehēderim, commemorare valeo. Vocatus vt inspicerem feminam noctū vigilantem, & ex vna iacendi figura in aliam cubro se transerentem, vt ipsam sine se bri reperi, perēoratus sum, quatenusque sigillatim illi contigisse poterant, absque vigilia euenire scimus, illa autē vix & interdū nihil respondebat, perinde atque frustra se interrogari significaret. Demum auersa stragulis adductis se totam operuit, & quodam panno velo supra caput adducto in modum eorum, qui dormire volunt, cubare coepit. Id videns discessi, aliorum alterum ipse mecum colligens, vel atræ bilis vitio mulierem animi detractionem pari, vel rei quam fateri nollerit maestitia laborare. Quāmodum postero die cuncta diligentius obstruare proposui: cum itaque accessissem, ex ancilla quam ipsi assidebat comperi fieri non posse, vt tunc agram dominam viderem, abij egitur, & deinde rediens, vt idem demum conperi, terribi reuerfus sum, sed & tunc ancilla resurgente vt discederem, nosse enim tunc agram vexari, nam simul atque secūdō recessissem, abuisse se illam, & solitū eibū sumpsisse sciens discessi, & sequenti die rediens, solus cum ancilla varijs de rebus diu collocutus, aperte maestitia quadam dominam laborare cognoui, quam eam postea reperi. Opinor quomodo Erasistratus quoque obrigit. Nam cum prius nosceram, nulla corporis parte mulierem afflictam, verūm animi molestia tantū molestrari, contigit vt quo tempore feminam inspicerem, istud ipsum quod esse suspicabar, mihi cōfirmaretur. Nam quidam tūc de theatro cum venisset, narraretque se Pyladem saltantem conspexisse, statim mulieris vultus & faciei color immutatus est: quod eum viderens, brachio manum admouit, pulsūque subito varijs modis agitarum inueni. Id quod animi perturbati indicium est. Talem enim pulsum & qui

de re aliqua certant, habere solent. Quo circa sequenti die, cuiusdam ex his, qui nō sequebantur, praecipit, vt cum ad mulierem venissem, me parum post subsequeretur, & narraret. Morphum eo die saltasse, quod cum fecisset, nullam in pulso inueni mutationem, sequenti etiam die, cum fecissem vt idem annuntiaret histrionem, qui ex tribus reliquis erat, saltasse; similiter pulsus non se mutant. Quarto die eum ad multam noctem de industria expectassem, vbi renuntiatum esset Pyladem saltasse, diligenter annotavi varijs modis subsaltasse, atque ita mulierem Pyladis amore enarrari deprehendi. Haec Galen. Quibus enarratis, cū ceteris signis facile erit posthac affectum hunc, causas, signa, & cetera huius mali cognoscere: hinc etiam Anicen. sumpsit, omniaque suo capite discribit, & Paulus etiam.

Non abs re erit passim dicere, affectum hunc, veluti fascinationem esse quandam, vt aliqui iam nostris temporibus discretere inceperunt. Nam si mulier mēstruo polluta, intuitu suo speculum nitidum, quasi guttis & sedo vapore insicit, teste Arist. lib. de somno & vigil. & si compertum insuper est, feminam tepore motus sui mēstrui sanguinis enixē intuentem arborem quandam exicasse, & eius fructum, & sic alia huiusmodi: quid mirum si amans toto affectu amatam feminam intrens, & illam fixo intuitu conspiciat radijs emissis amoris insicit, vicissimque illa si nitētes in illum oculos conuertat, mutuoque aspectu visorios utramque manentes radijs complicit ac commisceant: an nō aspectu amatoris precordia spiritali relo figent? & vna cum aspectu mutuo alterius amorem combidēt: proculdubio sic erit.

Hoc ita esse nemo contradicere, quandoquidem naturale est, quod spiritus ille subtilis & calidus radijs oculorum emissus subtilitate quidem sua precordia diuidat quodammodo & discepat. Calor vero eadem exagitat, & quod suū est auferat, & in alterius mutat naturam, per quam sanē mutationem eum in se quiescere nō sinit; sed ad eum semper, à quo infectus est, trahit.

Hoc erat quod Lucretius significare conabatur, lib. 4. de naturis rerum: sanguis hominis oculorum radio affecti & vulnerati in vulnerantē prolabi: eo modo quo hominis gladio ceteri sanguis in eadētem prolabitur. Quod experientia probatum est. Comprehēso enim vulneratore suspiciōne,

glione, vt veritas illius facinorosi pateat, coram cæso adferret, & si intra lex aut septē horas trahitur, sanguis mortui statim è naribus & vulnere bullire & saltare videretur, cuius admirandæ rei ratio est, cum nondum calor omnīs intra spatium dictum in occiso corpore extinctus est, nec vis interior nobis occulta quiescit, vñionem quidem tacitam illa vis clamat, moxquē ad vindictam bilis accenditur, ab hac sanguis inflammatur, & ad vulnus confestim prorumpit, & eius spiritus ad occisorem fit coram effunditur. Hinc est quod Deus, 4. Gene. de Abel à fratre Cain interfecto dicit: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Eodem modo sanguis hominis amore vulnere afficitur, ad ferientem, & patrem in eo generat affectum: sicque facinorosi aliqui amore, frequentissimo intuentur.

Huic morbo opitulantur aliqui ridiculis auxiliis, vt coniunctione rei amaræ cō amatore. Sanguis in gladiatoris calido epoto, secundum Cornelium, Fanninam filiam Antonini Pij Imperatoris ferunt curatam: & alia huiusmodi referre possem. Crates tamen ille Thebanus medebatur huic affectui sic amori medetur fames, sin aliter, tempus, quod si nec illis vincitur, laqueus. Luxus enim alit amorem. Sapientia namque dictum fuit: Præstat ire in domum luctus, quam in domum contenti. Porro tempus, aut omnia tollit, aut certe mitigat. Inde illud natum fuit. Dies ægritudinem admittit. Lucretii illius antiquissimi Poetæ non abijciendum remedium:

Sed fugitare decet simulacra & pabula amoris,

Abstergere sibi, atque aliò conuertere mentem.

At non existimo amplectendum remedium illud Erasistrati, quo curatus fuit Antiochus Demetrii Regis filius. Nā cum patri affectum filij annuclasset, & illi dixisset lachryalem fore, & vñ cum hoc amorem esse. Demetrius Rex multis lachrymis obrestatus est, vt illi opitulareretur, quia vnicū filium hunc amabat: At illi Erasistratus immedicabile fore. Siquidē, air, meam vxorem ardentè amat ac deperit. Quo audito Rex Demetrius iterum obtettatus est, vt concederet filio vxorem suā. Cui Erasistratus air: Facile hoc dicis: aliter loquutus fuisses, si tuam eam vxorem Stratonicem adamaret. Nihil se non factum dicebat, dummodo filium meū charissimum seruare possem. Erasistratus

autem dextram patris amplexus air: Nihil est, o Rex, in quo iam Erasistrato indigeas, non enim in coniugem meam, sed in Stratonicem tuam Antiochus deperit. Tu siquidem es pater, maritus, & Rex, optimus eris familiaris tuæ medicus. Quibus auditis, deinceps Rex Demetrius edixit, vt Antiochus filius Rex nominaretur, Stratonice regina illi concessa.

Sed ne videamur auxilia è multis, vt aiunt, petere, quam ipse vsiam sequutus fuit in opitulando huic infirmo, dicam Diadumus hunc extenuatum nimis ac excecram esse vigiliis & tenui victu, continuosque ac vanos illos cogitationibus, quibus sanguis melancholicus exustior factus est. Quare caput totum quæ corpus humerè clare balneo aquæ dulcis epidauricæ, & hoc pluribus diebus: & statim à balneo haustum lactis caprii sumere iubebat recenter emisit: inter balneandū haud alie nō ab optima methodo iudicari salutellā sinistram aperire, illincque quinque sanguinis vncias extrahere: post huiusmodi aliquos casias & confectiōnis hamech simplicis, de gloriæ deum caput, nucem, & renes, oleis frigidis balneare: post balneum, iecur fantalino & rosæco vnguento, cor epithemate illo attemperante: illi que sic continuatis & singulis octo diebus bolos illos exhibendo, quotidieque amicis, & familiaribus, pluribus ludorū generibus, musica, cantu, & varijs hiſtorijs, & confabulationibus ægrum eiusque imaginationem vanam diuertentibus, reſtutus fuit: & præcipuè illi susque consulendo peregrinationem quandam iniit: in qua illi commissum fuisse arduum aliquod & præcipuum officium, aut negotium. Quod dictum & factum fuit, vbi aliquibus diebus fuit mensurus, & varijs circa rem hanc successibus obortis, animus illius viri distrahens ab amore hoc vano fuit: qui quidem nanc (Christo gratia) valet.

Nona infirma, cuius cerebrum perſentiam affectum est.

Religiosa quædam sexagenaria seſe nobis offert, quæ cum diu oculorum doloribus vexaretur, pluribusque medicamentis egredisset opitulata, tenui insuper exicantique diæta, ad hæc & assidua cochlearum pilularum assumptione, necnon & theriacæ magis, exiccaram nimis & aridam reddidit fuit illius cerebrum. vnde

vigilia

vigiliae otta, variae & infinitae ac vanae imaginaciones, merus & maxilliaribus exoratis, cerebrum primò & per se affectum indicauimus. Causa igitur (vt patet) cognita, affecta sede, & ipsius affectu, ad praecipuum cum accederemus: visum fuit Abbatissae & reliquis, tum ob eius aetatem, tum etiam ob affectus huius motem, longum fore morbum, praedicere: iam vero ad medelam docendum est, in memoriam reuocando, quae Galenus libr. de melancholia dixerit, sic: Si solum cerebrum affectum est, non existente sanguinis abundantia, affectus hic solum victu bono, coque humido & balneis aspidis curatur, omissio quouis alio remedio. Idem dicitur 1. loc. affect. capit. 6. ad finem. Et cum in infirma haec nostra videremus in dies totum corpus exiccare, Aetij consilio vnà cum ceteris è Galeno sumptis, decreuimus balneo tepida vti, & à balneo sclyarum lactis asina propinare, quod suadebat Aetius libr. 12. capit. 48. vbi etiam consulit lac debere sugi, vel saltem extrahi prope balneum, si fas est, ne corrumpatur. Ibi etiam suadet, in principio tres tantum aut quatuor vietas sumendas, denum multiplicandas, dummodo alius non nimis fluida reddatur. Quod etiam docebat Galenus 3. de aliment. facultatib. vtebatur igitur balneo vniuersali, & singulis octo diebus morsicilla quaedam sumebat ex confectioe hamech simplic. vnaquaque nocte balneum capiti adhibebam ex oleis, ne misarino, violaeo, rosaceo, & camemelino. Tertio quoque die amygdalatum ex tremore quatuor seminum frigidorum & amygdalis dissolutum cum aqua decoctionis corticum papau. Somni hic conciliabam, fretus Auicennae consilio lib. 3. fen. 1. tractat. 4. capit. 20. & sic intra quadragesimum diem voti compositus euimus, & conualuit.

Decimus: ager, cuius cerebrum secundario, & proprie affectum.

Diximus superius, Graecos vocare idio-pathiam & sympathiam, illud quod Latini affectum per se, & per consensum; sed si bene memini, 1. loc. affect. Galenus capit. 3. in principio, ait, saepe numero contingere, vt pars aliqua per consensum

afficiatur, & propria affectione laboret, cum in ipsa permanens sit dispositio, qua pars primario affecta & secundario, & proprie dicitur, quae quidem à Graecis protopathia nuncupatur. Hoc modo affectio nis laborabat quidam vir: qui diu melancholia fuit oppressus, etsi in principio, & subinde aliquibus diebus medici fidi & prudentes illius curam habere, tandem ope medica desiturus, derelictusque ab eisdem fuit, cuius non paruum prouinciam meis suscepi humeris.

Hic igitur trigessimum quartum annum compleuerat, temperatura sanguinea biliosa, corde, cerebro, iecoreque calidis siccis existentibus, medioeris corporis habitus, optima victus constitutio. Hic literarum studijs nimis occupatus, ac vario & multiplici negotiorum genere à prandio, ac cena, omnibus horis eisdem intentus, haecque summa cura amplexatus, sanguinem vniuersi sui corporis aduersus, obstruções non paruas creauit: crematusque in tantum sanguis fuit, donec vapores varij, & hi copiosi ad cerebrum vsque permearent: hinc imaginationes in multiplici differentia ac varietate, hinc metus & molestia, & odium sine occasione erga domesticos & familiares, hinc etiam vigiliae continuae, & tandem perpetuum delirium. Itaque si bene animaduertimus, consensu totius corporis venarum affectus erat illius viri cerebrum. Postea tamen cum permanentem dispositionem in se habebat sedes hae, iam affectasse secundario & per se dicebatur: longam fore morbum vixeri & amicis precibus, tamen Dei auxilio haud ope medica desiturus, quae quidem sic consequuta fuit. Anteaquam manum huic infirmo admoerem, recordatus sum illius de creti Galieni, 3. Method. cap. 9. dicentis, quod si vnus affectus sinari nequit, nisi prius alter, vnde oritur, curetur, ad id quod ordo dicitur, est respiciendum, eo scilicet primo curato, quo non curato, reliquis affectus curari non valeat. Praeterea in memoriam reduxi illud praecipuum libr. artis medicae, vt vnaquamque prius, quae efficit, causam retineamus, deinde ad eam, quae ab eadem causa facta est, aggritudinem accedamus, & vnà cum his, 3. Method. cap. 9. & 7. Meth. 12. affectum aiebat, à quo primum maximeque impendet periculum, hinc prius curari debere: & alibi, ad id, quod magis vrget, dirigendum consilium, haud alterius

terius omnino cura posthabita, cum etiam aliquando omnibus pari studio auxiliari possumus, si equaliter vrgent, qua vniuersa obseruamus in infirmo hoc presentis. Quandoquidem cerebro auxilia adhibebam, non neglectis tamen visceribus inferioribus, e quibus veluti est fontema huius hoc promanabat, vt sunt, lien, iecur, & cor, & hypochondria anibo. Totam igitur nostram intentionem se conuertit in humectationem cerebri, ac eiusdem confortationem, & confirmationem cordis, & eius intempericem calidam atemperandam, & iecoris etiam, in deobstruendo liene ac hypochondrijs, in leniendis cordis ac ventris inferioris doloribus ac moribus.

In primis videtur ratio istis coniecta conseruata fuit, cibis, scilicet, optimis & facilius coctionis, humidisque, & potus aqua glyzirrhizæ, scorzonellæ, buglosæ, & frigidæ, carnes ancting, hædi, pulli, & huius generis alia.

His caput humectabam hora ante prandium, & ante coenam, decocto rosarum violarum, camomilæ, ordei, solio, falicis & vitis, capitis arictis, & pedum eiusdem, hocque tepido, & ex alto cadenti in balneo isto fiebat fomentatio ex lacte caprino tepido, post ex buryro vaccino recenti, misro oleo rosaceo: naribus singulis noctibus pellariola apponendam ex corone oleo violaceo & vnguento populeonis, lacte quinquino made lactone: cordi epirhemata cordialia, ex aquis frigidis cordialibus, & san-talis.

Hypochondrio præcipue sinistro foras continuus cum oleis capparorum, absinthij, & vnguento scopulario, iecur & vniuersum corpus ac cuiusdem præcipua viscera syrupis ac aquis cordialibus, & frigidis, syrupis scilicet boraginis, & cichoreæ, aliquando syrupo Sabor Regni Jovis habam.

Singulis octo diebus corpus istius euacubam medicamento aliquo ex mitioribus iam dictis, & dicendis.

Tribus præterlapsis diebus iterabantur atemperantes syrupi, & densum expurgans medicamentum, & quum quater hoc actum esset, continensum cuncta auxilia prædicta, quindecim, aut viginti diebus quietem habuimus, contenti solum vidua rationi conuenienti, postea ad vsum medicamentorum deuenimus est, quandoquidem malum persecrabat.

Sanguinem huius è venis, quas hæmorrhoidas vocant, extraxi. Postea ad balneum aquæ tepide vniuersale pluribus diebus deuentum est, sumendo tunc singulis quatuor diebus vacias octo huius dilu-

luti.

Aquæ lactis recentis capere vnc. viii. in quo duodecim horis maduerint foliorum lenæ vacia dimidia, epithymi & polypodij, cuiuslibet drachmæ duæ: summo mandè hæc omnia vniuerso semore peralcolabantur, & colatoram expressam hauriebat. Quæ quidem die aliquando ter, aut quater allelabat.

Quarto die sequenti medicamenti aliquis ex fortioribus exhibebam quantitatem consuetam, & in fine contiguitam. Quarto, inquam, die, quia semel haustum illius lactis, & quarto sequenti die medicamentum propinabam: & (vt superius dictum est) ante diem huius medicamenti expurgans chylere lanarium sumebat, & ab expurgatione sequenti die aliud, eodem autem mer die haustum in istis illius pulli referti superius commemorati: & vespere potum aquæ alcaicis cordialis, vel frigide, si tormina, aut anxietates aderant. Quæ omnia sex continuis mensibus acta sunt, quibus recuperatus fuit vitæ hic.

Vndecimus æger.

Religiosus quidam fuit, nondum viginti annos secundum arriens ætatis, biliosus & sanguineus, gracili & effeminata corporis habitudine. Hic (inquam) contritus ieiunijs & penitentijs differentijs se implicuit, quæ omnia causa fuerunt cuiusdam febris lenæ diurnæ, quæ quidem cum corpori huic nimis gracili diu immoraretur, illud exiccavit, aridumque vnâ cum hoc cerebrum reddidit. Hinc vigilæ & cætera omnia quæ melancholicis euenire solent, præcipue saltè multæ & horrendæ imaginationes.

Modus, quo malo huic obstitimus, talis fuit. Cum tempus calidissimæ æstatis esset, balneæ illam usque in finem horæ vnius spatio, triginta aut quadraginta diebus continuis, irrigando caput interim dum nudus in flumine sedebat. Summo mandè absque interpolatione haustum syrupi boraginis ex aqua buglosæ sumebat. Singulis quindecim diebus balneum caesæ,

D & cor-

De Melancholia.

& confessionis hamechi simpl. de gurguliebat aliquando diluta hæc in aqua buglossæ, & hæc continuando, intra trium mensium spatium conualuit.

Duodecimus agrotus.

CONTINENTI euidam & honestæ virgini defecerunt menstrui sui sanguinis motus, & vñ cum hoc, quia viro maritæ erat, non mirum si feminis aliqua quantitas in illius vitro contenta esset; quæ dicitur in causa fuisse, vt ad cerebrum raptus esset succus ater, imaginationes varias & eas falsas causans, & cætera symptomata melancholicorum. Differentia tamen inter huiusmodi accidentia erat, & aliorum, nam cum cæteri continuo vigilarent, & delirarent, hæc per intervalla, crescente scilicet Luna. Illo enim tunc tempore audi facci illi atræ, & furiam eleuati vñ cum augmento ipsius cerebri, & crescentia etiam Lunæ agebatur incresecentiaque supra modum, & affectus, & ipsam cerebrum; sicque symptomata audita timens erant. Erat siquidem hoc rationi consentaneum, cum diuinus ille Hippocrates dicat in Epitola illa ad Mæcenatem, quæ sequitur: Ipsam mare per Lunam augeri & minui scimus, cerebra etiam hominum augentur crescente Luna; cum autem minuitur Luna, vnaqueque res diminutionem sentit. Quod licet recognoscas ex his, quibus quotidie vteris, tamen & per me admonitus scies, & minui augmentum, & augeri per Lunam. Quæ verba motum affectus huius declarant. Sed & me etiam admoniti sint, me huic auxiliari tempore quietis, & excrecentiæ Lunæ, & symptomatum diminutionis, more tertianarum simplicium me delæ, die scilicet interpollationis; est erga aliquos illiusmodi morbos non sic actum est, sequitur enim decretum illud Hippocratis, Galeni, & Pauli, qui hora motus infirmos hos expurgabant. Paulus siquidem libr. 3. capit. 14. tractans de lupina infania, in ipso accessione tempore venam secare iubet. Quod & Aetius his verbis laudat: Quam curabis accessione tempore, sanguinem mitte vique ad animi deliquium. Galenus inde theriaca ad Pisonem idem docebat. At verò ante omnes Hippocrates lib. de affectionibus. In quartana, ait, furiam versus

purgant dato pharmaco in ipsa apprehensione. Quibus motus decretis aliquos etiam melancholico isto affectu oppressos hac eadem methodo curari, & ex animi sententia curanda euenerit. Itaque & quietis tempore & incresecentia curati aliqui fuerit. Sed tamen aptius tempus & commodius est interpollationis, tum quia ægrum obtemperantem magis habebis, sicquæ in præsentia actum est.

Tratando superiores ventrem, & inferiores à cruditatibus, obseruando motus sanguinis tempus, talorum, seu poplitæ venas secare iubi, Galeni datus consilio, libr. de longin. mission. capit. 15. sic dicitur: Quæ verò sanguinis missiones ex cruditibus sunt, non solum rociunt, sed & menses euocare solent. Ac quando hoc facere volueris, prope tempus conflicti circuitus ventrum incidis, aut malicolos alterius cruris scarificans, parum vacuato. Dein postride eodem modo ab altero crure iterum similiter vacuato: vt tamen vno istorum dierum, in quibus euacuas, & ante alios alijs quatuor, aut quinque deextenuante victu prospicias. Hæc Galenus. Quæ etiam proferebatur 2. ad Glauc. capit. 2. Quæ omnia verbo ad verbum sequutus sum, victus ratione optima & potu conuenienti, preparationibus alijs, humedationibus partienlaribus capitis & vniuersalibus chysmibus, & aliquibus leuibus expurgationibus constitutis, quem admodum in reliquis adsum est: quibus continentis tribus mensibus conualuit ægra hæc.

Decimus tertius infirmus.

IUVENIS quidam iam omnium iudicio melancholicus confirmatus, publicè per vicos vociferabatur, & delirabat, à pueris non solum irritus, verum & persequutus. Hic erat biliosus admodum, optimo & proceris corporis habitu, qui in melancholiam hanc inciderat, ob tristitiam nimiam, quod affinis quidam fuit rem omnem suam vtrpauerat. Hic etiam vñ cum hoc crapula, & ciborum ingluuici delictis erat. Hic curatus fuit hac breui via. Carens vinculis fuit integro mense in cubiculo quodam solus, cum illa nemo confabularetur, nisi mulier quædam quæ ei necessaria ministrabat. Victus suus continuus

tinuus fuit caro arietina cocta, exhibitaq; hora meridiana, noctu verò, nunc oua forbilia, nunc lactucam, scariolam, aut boraginem coctam, vel acetarium ex omnibus cum saccharo & ex oleo, singulis diebus summo mane haustus, syrupi boragineis, & syrupi acetosi, simp. scilicet ex aqua buglosæ. Singulis etiam octo diebus pilulas sumebat, nunc ex lapide lazuli, aliquando ex medicamento nostro. Hoc sic actum fuit quadraginta aut quinquaginta continuis diebus, quibus (Christo gratia) valet.

Decimus quartus.

Monachus quidam septuagenarius in pane & aqua, vt aiunt, seiuauerat dñs, qui quidem sic extenuatus est, & illius cerebrum sic exiccatum, quod vigilijs, & delirio fuerit oppressus, etsi magis illum delirabant plurimæ, variæ & horrendæ imaginationes. Huic proficuum valde fuit, balneum aquæ in ipsomet flauio triginta diebus, & victus humidus pleniorque solito, & is fuit caro arietina, quæ quidem principatum (vt diximus) in hoc affectu habet. Quibus restitutus fuit breui.

Decimus quintus.

Ex laborioso partu adolescentula quædam non bene expurgata, in furorem lapsa fuit repentinum, ac delirium, quam curauimus sola venarum malleolorum amborum sectione; quæ quidem intra sex dierum spatium solo hoc auxilio reliquit.

Decimus sextus.

Furiolosissimus alius vir quadragenarius redditus fuit, ob vini copiosam assiduamque portionem, & variorum ciborum inhaurientem; & quum affectus hic mania dicatur, quæ melancholice ad matorem feritatem intensio est, & sanguinis melancholici exulsi flava bile mixti, vel nimis ipsa flava exulsa, & vna cum hoc copia existente; decreui copiosè sanguinem extrahere bis, aut ter, deum attemperare residuum huius succi, cibo, potu, balneo, syrupis; post ad leuora expurgantia medicamenta deuenire, deinde ad fortiora. Eadem methodo & via

De Melancholia,

qua in cæteris, præterquam quòd post eua cuariones illas quum pernix rebellisque nimis humor hic extraxisset, ad frontis nariumque venulas accurrimus, easque aperire iussimus, ac sanguinem pro virum ratione educere, ducti Auicennæ consilio, sen. 1. lib. 3. tractat. 4. capit. 2. Post hæc cum tota nostra intentio in humectando se conuerteret, voti compotes euasimus.

Decimus septimus.

Plures femine fiere, quæ cruciatæ noctu diuque pessimis & fraudulentis imaginationibus, tristitia summa, metuque terribili, aliq; desperatione sic, vt si solæ relictæ fuissent, iam plurimè laqueo se suspensissent, vel precipitassent & fenestris. Ex his quedam virgines iam viro mature non bene menstruatæ, aliæ autem videtur ex sensibus retentione: & vna cum hoc ex sanguinis mensuræ suppressione hæc dicta symptomata oriebantur. Præhabitis euacuacionibus superius notatis, secundum Galeni & aliorum methodum, suo tempore, & ratione conuenienti habitæ virium, ætatis, temporis, consuetudinis, & supra omnia morbi magnitudinis, auxilia quibus his opitulatus sum, dicam. Singulis quindecim diebus isto excellenti expurganti medicamento non satis laudato corpus istarum euacuabam cautione illa superius notata, post de tertio in tertium diem summo mane pilulas duas aut tres electis magnitudine ex puluere isto sumere iubebam, quod medicamentum & mensis mirè est, & semen vteri exiccatur, quod quidem expertum diu est à viris grauis & hæc in arte sibi dignis quod sic se habet: foliorum ruta, agnicalli, mentastri, seuinis siccleos, aristolochiæ rosæ, rubi tinctorum ana. drag. ii. terantur bene, & si pilule debent fieri, misce cū melle, aut syrupo radicū: sin autem in diluto aliquo pariens sumere vult, drag. i. sumat, ex decocto aliquo diuretico. At quantitatè huic miscendum roranti sacchari, donec antierum illius pulueris saporem retundat, & croci semp. j.

Aliis rorantimodo propinam ex agnicallo & myrthillis cum melle non desumato aut crudo, vt aiunt, electuarium factis expertum in affectu hoc, & folijs agnicalli, vnc. ii. ex myrthillis autem vnc. sem. Cum sufficienti melle fiat electuarium.

D 2

Vr 2

Vnà cum hoc auxilio vtebar pessarijs se-
men non solum educeribus, verum et ex
pantibus, & succum hunc ibi in vtero cõ-
morantem extrahentibus. Fiebant igitur
pessaria ex puluere hieræ cum succo mer-
curialium & melle, secundum artē, & post
alia ex theiaca distillata.

Quibus expurgationibus superioribus
& inferioribus, & exteris auxilijs plurimæ
ex his virginibus, vidux & mariales salu-
tem recuperauerunt.

*Sextus dialogus medicamenta continet
simplicia & alia ab autoribus antiquis
huic morbo proficua, tum à proprietate,
tum etiam experta. Et quæ dimittibus
parata esse debent, cum auxi-
liandum illis sit.*

S *Opusculum.* Sancte Deus, quantum & id salu-
tissimum/beneficium mortalibus con-
sequutus est hac tua particulari & vtilis-
sima methodo! Si me enim animus non
fallit meus, haud relicto à te est sym-
ptoma aliquod, quod circa affectum hunc
inueniri possit aut audiri, & cui tu non
opulatus miro ordine sis: quid est quod
nobis tua ista nobilissima ars efficere hoc
possit amplius? *Arifl.* Quid? Audi attentè,
& necessaria admodum huic morbo ab
antiquioribus probata & experta memo-
riae tuae posthac mandabis.

Laudabat siquidem Plinius Secundus
lib. 25. cap. 5. lac illud caprarum quæ elle-
boro sunt nutritæ: & lib. 17. cap. 10. radi-
cem peoniarum comestam. Necnon & co-
clearam cibis ab eodem commendaba-
tur ex passo.

Separon. Memini etiam Plinium di-
xisse, his melancholicis moderatum vsuum
Veneris proficuum fore. *Arifl.* Ita res se
habet. Sed mira herba est illa, Plinio
valeriana, non satis laudata: lib. 3. cap. 9.
inanis etiam & mente motis vtilis-
sima esse Tyrrimalum, quam capra lacta-
ria manducaverit, & postero die miltgen-
dam ait. *Separon.* Ipse etiam audiui cor-
lopi combustum, tritum, & potui datum,
proficuum satis esse, ac carnes eiusdem co-
das.

Arifl. Herbam Parthenium vocatam,
eritum ex vino & sale Dioscorides exhibe-
bat lib. 3. cap. 143. *Separon.* Non noui il-
lam. *Arifl.* Est illa quam Barbari Mattica-

riam vocant, sed lib. 5. cap. 13. Seyllinum
acetum laudabat his. *Separon.* Quid tu
indicas de nerijs, vel potius fabulis aliqui-
bus vetularum & empyricorum, quibus
refertur, inò pro certo apud aliquos cen-
setur, hanc, vel illam radicem, vel illum la-
pidem collo ligatum aliquibus prodesse
morbis? *Arifl.* Virtute specifica, vel pro-
prietate occulta, exlestis è, quedam homi-
num affectibus opulari nulli debent, &
id rescilere, imprudentium esse iudicio. A-
puleius namque inter cæteros ait, Bata-
chion Græcis, Ramunculù Latinis, vel Sae-
doniam, Barbaris Apium Ristu, in ceruice
ligatam in lino rubro, luna decrefcente,
cum erit signum Tauri & Scorpii par-
te prima, repente sanare lunaticum, seu
maniacum: quod proferebatur scissione no-
na. *Separon.* Minus quidem hoc est: sed
(si bene memini) plures sunt huius Bata-
chij species. Quare idoneum erit capta-
re, vtra illarum virtute hac pollet. *Arifl.*
Hoc apud Apuleium vidi, non tamen ex-
pertus sum: quod tamen ipse agerem hac
in re, si experiri hoc vellem, magis lauda-
tam vtrâque sumerem (vel) si man-
us ex speciebus, quæ inueniri possent, cuius-
cumque folijs, vel seminis, aut radicis pa-
rum, vel stipitis, mihi obseruarem, in lino-
que illo cõmingerem. Quid si huic herbe
parum confidis: quia dubius vtra sit illa-
rum, sume tibi Peoniam, quæ tibi loco
citrato morbo huic etiam cõmendat col-
lo tantundem ligatam, quod si nec illi, ali-
bi laudat radicem Polij & eiusdem suc-
cū, pilulam ex eisdem confectam in mun-
do linteo positam circa carnes colli iu-
bet portari, vbi nec Apuleius explicat,
quod Polium sit. At nisi obliuisceris, Dio-
scorides lib. 3. cap. 118. ambas Polij species
eadem poltere vi dicat.

Lapidem etiã Celsodonium rufum sub
ascella portatum sinistra maniacos & lu-
naticos curate sanat.

De maribus assis & comestis, & de a-
qua stillaria ex istis, idem fertur. Pl-
nius etiam Secundus lib. 22. ca. 82. com-
mendabat grassum sciam (quod suspicor ef-
se quod Hispanè Alegria dicitur) in vino
dulci, cui miscet vnum & dimidium obol-
um clebori alibi succū etiã thymi ex ace-
to cum melle datum. Vrina etiam equi ser-
taix aquæ mixta his prodest, teste Plin lib.
28. cap. 26.

Octavianus antè Horatianus lib. 2. e. 5. ex-
hibet melancholicis vini veteris, & bene-
uolentis copiam, & vnà cū hoc cibis mora-

riores largiores, & ventriculo apertiores. At ipse potius eligerem, & meis infirmis salubriorem existimare porionem aliam, quã ipsemet alibi his propinat, coelear, scilicet, unam aloes ex melicratō, & aliquãdo hieram picram. *Sophr.* Est ne verum etiã illud, quod de e mela comesta dicitur? *Aristip.* Vtique affectus huic aiunt vtilem, sed lapsi dem ex ebreno, quo aurifabri aurum mundificant, fertur amones linare, secum portatum, & de lapide chrysolito, atque beryllo, & Caledonio, idem proficitur quidam. *Sophr.* Fel etiam asini li teratur, & potui his datur, aiunt prodesse. *Aristip.* Sic est aliquorum opinio, & illius cerebrum coctũ cum aceto comestũ peroptimũ esse aiunt. Cor sinia combustum tritum in vino albo cum panco melle ad pondus dra. j. & si suffragatur melancholicus felle vulpis, inquit Arabs quidam, proficui esse. Cerebra gallinarum debilitario ni cerebri illoru salu berima hic idem ait.

At si nimis debilitatum cerebrũ adest in affectu hoc, vt passim videmus post totã talique euacuaciones, confortandum rebus suprà notatis: optimo cibo facilis coctio nis suis statutis horis, prout ventriculi calor exigat.

Parati sunt pro hoc affectu extirpãdo coto neorũ syrupus, de granatis aceto sis, boragi ne pomis dulcib⁹, seu Sabor, de glyzirhiza. Diuitibus pretiosum electuarium de gemis, coctio diamusci dulcis, dilibra, distensa Nicolai, si adest: confusq̃ rosarũ, buglo sic, bo: aginis, nase, anthos, coridru prapararũ, saccharo coctum, caro coroneorũ, limonis, mirobolani chebuli, radices buglo sic, scorzoncle, pira condita, cidrarum cortices ac cucurbitarum, confersa acori mixta cum confersa violarum.

Post cibũ tragea ex puluere cinnamonis, corticibus citri, anisi, feniculi, petrosilini, cum equali pondere diamusci dulcis, & bibendo desuper parũ vini cum aqua nase.

Mane aliquibus diebus expertum iulap, pro diuitibus etiam vini albi lib. j. iuc cum pomorum dulcium, & boraginis, singuloru lib. media. ponatur ad ignem cum sacculo pleno puluere ligni aloes, rosarum rubearum, corticum citri, omnium partes aqua les, cinnamonis, & massiches vtriusq̃ pugil lam dimidũ, coquantur leno igne ad consumptionem tertie partis. Melancholiam fugat, ventriculũ conque confortando.

Miro modo cerebrum cofirmant pilule parue cicetris magnitudine, & minores ex ligno aloes, & ambra.

Ad somnium etiam aliquibus conciliandum inter cetera (præter superius dicta) temen lactuce, & papaueris cum dastris tribus in aqua coctis ad consumptionem tertie partis, potui datum.

Septimus dialogus medicamentalenia, & fortiora continet, hunc morbu extirpantia, cõsiderationes necessarias auidm ante horum medicamentorum vsum, ex Hippoc. & Galeno excerptas.

ARISTIP. Jam existimo te his cõfabulario nibus defessum. *Sophr.* Iesu bone, quid ita? Est ne aliquid in vita mihi suauis, & delectabilis, quã consortiũ tuum, nec magis cõducibilis, quã eloquia tua, in re præcipuè sic cõctis vtilissima perge (obsecro) ne me huiusmodi verbis trahes: est ne aliquid huiusmodi circa affectum hunc (ã te tã doctũ, & copiosũ disertum) sciri, & memoria dignũ? *Aristip.* Ferè frustra dicta sũt sent, quæ ante hæc audiuisseni hæc, quæ sequuntur, præ oculis haberetur. Medicamẽta, scilicet, simplicia, & etiã composita, quæ vi sua succũ hunc atrum extrahere prædita sunt: prænotatis prius necessarijs Hipp. & Galen. documentis ad optinum horũ medicamentorum vsum. Quapropter siæ deinceps tux memorie: sint sequentes penè dinant sententia.

Libeo, Quos, & quãdo, & quibus medicamentis expurgare conueniat, capite secundo ait Gale, iam verò quidẽ melancholia singulis annis corripiebatur, si nõ expurgaretur, quem non solum vere sed & antea nõ purgato. Et in fine huius capituli subdit: Quemadmodũ epilepticos, articulares, melancholicos, atq; alios omnes, quotquot à crasis faccis infirmantur, melius est intẽrã te verè purgare, sed quia, nec illi succi, nec alterius cuiusvis quantitatẽ certam extrahere quis nouit, vt morbus omnino extirpetur. Gale. lib. de Sangni. misũo & Awee. 4. pri. cap. 4. hos duos versus breuissima compositos methodo nobis proponunt:

Ar. atq; citius, complecto forma.

Max. symptomũ tempus, repetitũ, costur.

Mensurabis liquidens quantitatem euacuationis, considerandũ (vt prudētissimi isti vini docent) virtutẽ, robur æri, symptomatis eiusdemque affectus magnitudinem, ætem, & patientis ætatem, regionem & eius-

& eiusdem tēperatōem, ac formam, con-
suetudinē eius, repletionē, & viciū ratio-
nem: omnia enim illa variant medici: intē-
tionē in euacuando, aut confirmant, succi-
que extrahendi quantitatē metiuntur. Ale-
xāder Trallianus cap. de Febre, ait: Iure di-
ci poterit, curare, scilicet, oportere multa
diligentia, citōq; facere que ipsa docet iu-
dicationē, siue sanguinis missione, siue expur-
gatione sit opus: maximum enim malū in
omnibus malis dilatio est: aduēto namq;
humore isto, & alius praua qualitate, &
virtus receditur imbecillior, & morbus con-
firmatur, incurabilisque manet, & quod
peius est, plurimi corū obēūt. Quibus ver-
bis planē constat, non solum de febre hic
locutū fuisse, sed de omnibus. In affectu ra-
men illo obseruanda sententiā hęc Tralliani,
que consonat decretis superius adductis
Gale & Hipp. in sexta Observatiōe, & in
mēbra primū infirmū cauēt enim pro cra-
ssationem, & moram in cura horum mel-
ancholicorum, ob causās ibi consignatas,
quas doctissimē Trallianus loco hoc cō-
plexus est.

Hanc etiā elici potest documentū aliud,
(quod Auic. est) in cura febris flegmaticæ:
vbi haud expectandā diurnā humoris co-
ctionem iubet, vt & in affectū hoc fieri de-
bet: ait enim, quia multitudo illorum hu-
morum à qua propendit periculum, nisi di-
minuatur inter initia, timēda: ideo quē ab-
solutam illam coctionem humorum haud
expectabat. Galen. etiā i. de Compo. med.
secundum loc. in ophiassi, & alopecia, non
expectabat coctionem cū expurgare vole-
bat, quandoquidem pilulas quindecim ex
aloe cicicris magnitudine illis dabat: & tri-
bus aut quatuor diebus ab expurgatione
illa valentioribus utebatur, veluti hiera,
ac colocynthide.

Ex locis istis existimo medicos fuisse
methodum illam curandi Gallicum mor-
bum. Medentur igitur omnes isti per epi-
crasim, paulatim concoquendo, & prapa-
rando, ac euacuando primum sic cū, & lo-
co eius probum augendo.

Cū expurgans aliquid ex fortibus medi-
camentis exhibendum est, citius corpus
fluidum reddere, ac humidum oportet si-
perius, & inferius, viciū de potu, stupis, &
clysternibus, & hoc ante ipsam expurga-
tionem, & post. Si ista namque neglexeris
(ait Gale. cap. i. lib. Quos, & quando) diffi-
ciles caccient expurgationes, cum tortio-
nibus interdum, & quibusdam ventigin-
ibus, scilicet quoque multo, & malo pulsi, Et ad-

dit: Quod si elleborum sumere quis debet,
eius naturam prius experire quomodo,
scilicet, se habeat illa ad superiores euacua-
tiones, per vomitum, inquam expeririue
autem, si que vomitū medicorū prouo-
cant exhibuerimus. Hęc Galenus.

At ne quis me reprehensione dignum iu-
dicet, quia inter purgandum (solum anxietas
tes adunt, & tormina) haustū aque buglo-
se, vel frigide propino, & eademmet irra-
tionē iusticolum illud decocti pulsi referri
hōrdeo, & cordialium florū: scias, hoc me
fuisse à Gale. lib. Quos, & quando pur-
gare oporteat, cap. i. i. vbi statim ab epi-
oto medicamento pristinam superbire iu-
bet, vt & Hipp. At ipse propter alicuius me-
dicamenti insuauitatem, & ne gustui agri-
tudinē adferam, malo aquā buglose, aut
frigidam concedere tēpore quo dixi, & sta-
tim à sorbitione ipsius medicaminis, quā-
doquidem eadē ambabus vis est: adhuc ne
laxat illius acrimonia gulam, vel aliquid
aliud in trāsita, tum etiā vt detergat, quod
inhzere poterat, & inferi^s detradat, & vni-
cum hoc, vt corpus totum attemperet.

Fugiendā esse mixtionē multorū medica-
mentorum expurgantium, idq; ratione cō-
sonum esse, periti omnes in hac arte profi-
tentur, ne vnum impeditio sit alteri in
euacuando, quod prudentissimē Gale. doc-
cebat vlti. c. illius libri Quos & quando, sic
dicens: Oportet præterea, vt cōmissa ad in-
uicem medicamenta consentiant, qui con-
sensus tunc nō fiet, quando hoc quidē bilē,
illud verò pituitū euacuat, qui ppe vterque
humor, eodem modo euacuari potest, sed
quando hoc quidē statim, illud verò longo
tempore post sorbitionē, natū est medica-
mentū mouere. Hęc Galen. Vnde salubre
erit consiliū, vnum tantūmodo medicamē-
tum regis nostris propinare, vt ipse (vt plu-
rimū) ago.

Sopra. Doctissima consilia, & è tali auro
fonte depropra. Sunt nē alla aliqua huic af-
fectui conuenientia. Arisipp. Si meministi,
plura alla enarrata sunt inter medendū in-
firmos illos, in primo præcipue Sopra. Per-
ge igitur, si placet, & medicamenta præci-
pua, secuta, & ab antiquis peritis, & à te ex-
perta propala. Arisipp. Placet, & ante om-
nia, quibus in principio huius affectus viti-
mur, conarabo: post referam fortiora illa,
quibus aucto morbo opitulauerit miseris
his: vltimō, simplicia illa medicamenta,
quæ pluribus opem tulerunt, tum præser-
uando, tum etiam paulatim euacuando.

In principio huius morbi corpora expur-
gare

gare solems aut bolis casis, & confectio-
nis hamecha simpli aut hoc eadem distola-
ta in sufficenti qualitate syrapi cōmunitis ro-
tari solentis, vel in syrupo solutorio rotari
Hispanarū, aut violarū ex infusionibus ali-
quando etiam aqua lactis in qua aliquibus
horis maderit, vel infusi fuerint soliteuli
senæ, aut folia, & epithymū, hinc dra. hal-
terius vero dimidia vncia, trita omnia, de-
num ex infuso hoc colatur, sex vnc. propi-
nantur, quod quidem distū aliq̄bus mo-
dere altum solet, pluribus vero nequaquā
misellomnis tamen eo diu in quampluri-
mis intendendum aegris.

Que madmodū & in pulli decoctū cum
folijs lenæ & prunis damascenis, quod in
exhibendum quibus non licuit est clystia
te vti, ob impedimentū aliq̄d, vel quia sic
faciosi sunt, quod impossibile sit illud reci-
pere, propinandumque in principio pran-
dij interpolare.

Eodem modo, & eadem occasione iube-
mus alijs sumere pruna damascena hac for-
ma condita, dimidiavncia folij culorū senæ,
vel foliorum decoquitur in sufficenti aqua
qualitate leui ebullitione, post colatur de-
coctū hoc, in quo viginti pruna decoquū-
tur ex istis que damascena dicuntur, cū sac-
chari quantitate ordinaria, que vt fiat mi-
ua sufficit, quo facto, ab igne ista semouen-
tur, & vsus referantur, æquibus sex, aut de-
cem sumuntur pruna ante prædium pau-
lulum, serē omnibus diebus, si alijs ad-
ficta est.

Post medicamenta ista lenia, ad alia pro-
gredimur huiusmodi pulneris hieræ. p.
damidæ vnc. cum drac. ij. medulla casis,
boli ex his facti saccharo obducti.

Aliquādo etiam, imō sæpius, radice ista dē
Hispania noua allata vtor, que Mechocā
nuncupatur, que quidē incredibili vi pol-
let hoc in morbo, & alijs pluribus, qua etiā
fateor, multo hoc affectu oppressos me ad-
mirabile, eosq̄, in salutē suam restituisse. Ad-
verte tamen, grosso modo terendū esse radi-
cē hanc, vt mora in vetriculo facta aptius
atrahatur: quod cōsulebar Gal. 4. de Sanita-
tuenda, in medicamentis per altum ex-
purgantibus fecus autem per vrinam.

Nonnullis pilulæ (post hæc) dictæ profuere
ex æranici drachmis duab⁹, ratarbari dra. i.
lapidis armeni loti x. gra. xvj. cinnamomi,
pipers longi, mathicica, spicæ nardi, vtriuf-
que scrup. j. aloes bene lotæ ad oñiū pōd⁹.
masa ex his confecta cū vino odorifero, de
qua singulis tribus diebus concedēda: pilu-
læ duę, æuellanæ nucis magnitudine distūcū

lo, cōna leuissima antea. Proficetus ad-
modum hanc pilularū vius melancholicis
illis quōd si in decrefctia hinc exactatio
hec interpolata continetur, vtillior. Alijs
autē vtilissima pilula vnus scrupuli ante
cōnā sōpta, dicat quidquid in hoc cā vene-
rit curiosus aliquis, reprehendens miscel-
la medicamenti cum cibus scrupuli ante
hoc, quod sæpius prodentes viros hoc ex-
periri, & diu docere vidi, multo hinc opus
est ea expurgantia cibus miscereri, vt effu-
matione sua cū ebullitione ciborum citius
ad cerebrū vique vis illorū penetrat, hinc-
quē a nobis exoptata extrahat: subinde
mora illa cū cibus facta in vetriculo, cau-
sa erit aptioris attractionis.

Aut decoctio hæc pluries sumpta cōdu-
cibilis satis fuit folij orni senæ, polygodi,
singulorū vnc. j. ægricæ, ratarbari, ambo-
ro dra. semi abinthij, cichoreæ, vtriufque
maniolū bulliant in lib. j. aquæ ad cōsum-
ptionem moderatis, vel ternæ partis, &
quod remanet in tres diuidatur partes, sic
vt in tribus diebus decoctū hoc hauriat,
cum hoc, vt qualibet vice miscet syrapi
boraginis, & mellis rosæ. cola. vtriufque di-
midiam vnciam.

Pluribus etiā post euacuationes aliquæ
vtilissimū fuit singulis diebus somno manē
diu sumere vnc. vj. aquæ lactis bubula, vel
defectū huius, capri & omī, hoc pacto se-
rum huius lactis extrahi cū aceto, vel ori-
melite, in quo immittatur sacculus plenus
pulvere anisi, feniculi, soliorū senæ, florū
boraginis, seminis cūri, coquatur serū hoc
donec vnicus sit trāsactus, seruo manente
sacculo in ipso vase. Vt si diuis serū cōtinu-
mirè prodeit interea dum tempus est for-
tioribus vti expurgantibus.

A medicis Italis nō satis laudari vinū il-
lud est in quo tempore effemescens illius,
(quod multi appellatur) infundatur solicu-
li, aut folia lenæ, a medicis Galis probarū
& vt ipse vidi expertū. Siequē hoc pacto
sume nulli illius cadimū vnicum, seu crasi-
mone, que mensura Græcorū est, nostris li-
brae sunt 68. In Hispania autem continet
diās e cantarās. In quantitate ista nulli inij-
ce libram vnam soliorū tenæ orientaliū,
que ibi maneat donec serueat vinum, ma-
neatq̄ dimidio anno, postea co vitor (trā-
sactis expurgatio b⁹ aliquibus) & singulis
diebus ieiunio vetriculo vnc. iij. cōcede,
quod si ætas a tempore sit, & ætatis rēpe-
raturæ quē biliose æger potuit hunc sum-
ptum. misc. e quatuor istis vni vncis, alias
quatuor aquæ bugiole, aut scorzonelle.

Soluberrimus est potus huius vini facti pro preservatione huius morbi.

Inusterato affectui hac qua sequuntur profuere.

Vsi parat fit pulvis hic, hinc p. epithymi, agarici, lapidis lazuli preparati, scā monii, singulorum dimidia uncia, gary opbilli numero viginti grosso modo terantur, de quo singulis octo diebus drachmae duae sumenda ex aqua cordiali aliqua, vel aqua laetis, aut infusculo aliquo aliquibus etiam drachmae tres coeconduntur, prout eorum confusio, natura, ac temperatura, & cetera conficiunt. Quod si furiosus sic est patiens, ne inoediens, quod ob huius medicamentum amari tudine, illud renuit, insunt, sibi duo gutturi apposito, ad ventriculū vsq; transficere poteris.

Si lapidem Annemum optimum inuenio, optimē aqua rosacea sepius lotum, exicca tum, & in puluerem redactum, hinc etiam affectui preparare, & servare in beo: de quo pluries his aegrotis exibeo scrupulis sex aut septē in aqua buglose, aut glyzirhyeg, quantum, que etiam in pilularum forma.

Rusticus aliquando concedo decoctū hoc esse boe, nigri, polypodii, epithymi, singulorum tritoria drachmas duas, aut tres, coquantur in lio. j. aquae, ad consumptionē medietatis, scilicet claratae illius vnc. iij. cubiteo, quibus addo syrump rosā solutium vnc. iij. autē dimiduo, ac parē operantur, addo vice altera de syrupo solutiuo quod bene visū fuerit.

Scibi illud Mathioli, in Italia sic iure celebratū, pluries meli cholis his propinam, & semper ex animi sententia succēssit. Mira quidē res, sed rara in Hispania, ab hoc rēq; medici nostri nona illa medicamina. Concedendum igitur hoc, si volueris, aegrotis huiusmodi (secundū Mathioli ordinē) delicatis, à virtute valida existente, si illa tria, aut quatuor grana ex sibiio hiber sumere, ex saccharo rosaceo, & pari de masticheitu securē hac preparatione, sex, & septē portigere poteris aliquibus: & prater hoc, quod securitatē, & optimā finē illius promittit. Est aliud in isto medicamentū magnificandū certē, quod maniacis vitel lo cui mixtum concedi potest, ubiq; hoc, ut percipere quidquam possint, & alijs etiā morbis, quos ipse refert Mathioli, & rursū mō, quod sine odore insuavi, nec gustu acerbō, aut nausea, Principibus, & ceteris huiusmodi exhiberi potest.

Rusticus etiā opularus sui esseboro solo,

grosso modo trito, correcte quē de eia correctione vide Pauli lib. 7. c. 10. Stepi 2. Athe c. de Quartana, lib. 2. ad Glave. adiectione draçis quantitate quē dicitur sibi. cum aqua aliqua cordiali, aut sero viciam ex mixtu po rosa solutiuo.

Multi recuperant salutem suam pristina methodo illa vniuersali & particulari seruata, pluribus euacuatiuebus ex illis mitionibus antea dicitur asiduis balneis, cordis cerebrique confortationibus; recuperant (inquam) salutem his omnibus, vti cōdū hoc sequenti puluere singulis octo diebus, ex aqua lactis caprini, si ita est, in minus, bebulant omnes, & conceditur dosis illius à drachma vna cum dimidia vsque ad duas, & aliquibus tres.

Iam tempus est ut finem huic nostro Dia logo demus, si prius tibi dixerō quod exoptas vnum horum omnium expurgatiuum medicamentorum à me & laudatum, ac expertum in affectū hoc, & cui magis fido quod quidem liberalitatis agam animo, si coram omnipotenti Deo nostro, & vt catholicus, & fide dignus vir promiseris, erga omnes (quorumque morbo hoc afflicti fuerint) summa charitate, & beneuolentia vi, asidua diuturnaque cura adhibere, praecipue in pauperes omni ope deserventes, & erga illos praesertim, qui vnā cum sua paupertate, vxores, filios, & familiam deserunt, manentes carnis ferreis vinculis, & ligati, & (quod solum est) in sena brutos conuersi sunt. Hoc igitur in nos posito & cōstituto, medicamenta quibus veluti manu Dei morbum hunc sepius fugau ante actis tā diu is, sunt, puluis ille primus, & secundus ē bolo armeno loro, praeterea sibiū quando ad manum est, & praesertim peribus aut subuenio radice illa Mechoacan, delicatioribus decoctio illo follietorum & foliorum senae, vel infusione in aqua lactis: at biliosis infundatur rhabarbium, & spiritus agaricum, vel Mechoacan; & si amplius arum succum educere cupis, infunde epithymi & polypodii parum, & pro fundamento hoc, vitamur nota, per dūque tuo fixum permaneat, si finem optimum hac in re exoptas, perge in euacuatio istis tā explicatis medicamentis, & vna cum hoc tuo proprio oculis elige quodlibet illorum, si salutem infirmis, ac ingratam, & gloriam tuam amas, & si super omnia Dominum Deum tuum, ac proximum toto corde diligis.

FINIS.

VVA.BSCH

UVA.BSCH

UVA.BSCH

UVA.BSCH

VVA. BSCH

